beat notitiam aliquam Dei. * pro Cæl. 53 b, Fama adoleſcentis paulùm hęſit ad metas notitia noua mulieris & infelici vicinitate. de Sen. 79 b, Quanta notitia antiquitatis?
† Syntaxis. *Notitiam aperire definiendo.*

NOTIO, onis. *cognitio, intelligentia, notitia, iudicium, ſignificatio.* Top. 222 b, Genus eſt notio ad plures ſpecies pertinens. forma eſt notio, cuius differētia ad caput generis, & quaſi fontē referri poteſt. notionem appello, quod Græci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν dicūt: ea eſt inſita, & antè percepta cuiuſq; formæ cognitio, enodationis indigens. de Fin. 94 b, Simul aūt cæpit intelligentiam vel notionē potius, quā appellāt ἔννοιαν illi. Tuſc. 160 b, Neq; fieri poſſet, vt tot rerum inſitas, & quaſi conſignatas in animis notiones, quas ἐννοίας vocant, haberemus, niſi, &c. Ac. 9 b, Si notionē veri & falſi propterea quòd ea nō poſſunt internoſci, nullā habemus. & 21 b, Qua igitur notione diſcerneres? de Finib. 97 a, Rerū notiones in animis fiunt. de N. 10 b, In omnium animis deorū notionē impreſſit ipſa natura. & 28 b, In animis noſtris informatas eſſe deorū notiones. de Nat. 7 b, Mens ſimplex nulla re adiuncta fugere intelligētiæ noſtræ vim ac notionē videtur. & b, Deus ille, quē mēte noſcim⁹, atq; in omni notione tanquā in veſtigio reponimus. & 34 b, Cùm talem eſſe deum certa notione animi præſentiamus. Top. 228 a. Notio ſic quęritur, ſit'ne id æquum, quod ei qui plus poteſt, vtile eſt. Tuſc 234 a, Huic verbo cū beatum dicimus, ſubiecta notio eſt, ſecretis malis omnib. cumulata bonorū complexio. & 220 b, Definitiones declarant cōmunes notiones. & ibid. Quę enim iſtarum definitionū non aperit notionem noſtrā, quā habemus omnes de fortitudine tectā & inuolutam. pro Dom. 220 a, Omnis notio pōtificū cùm adoptaret, eſſe debuit. de Pr. 79 a, Clodius Cenſorium iudicium ac notionē & illū morem ſeueriſſimum magiſtratuum de ciuitate ſuſtulit. p Cec. 291 b, Quid ad actoris notionem, & ad animaduerſionem ages? Off. 67 a, Si quis voluerit animi ſui complicatam notionē euoluere. & 68 a, Explica atq; excute intelligentiam tuā, vt videas quę ſit in ea ſpecies, forma & notio boni viri. * Top. 222 b, Eſt quędā conformatio inſignita, & impreſſa intelligentia, quā notionem voco: ea ſæpe in argumētando definitione explicanda eſt. de Fin. 55 a, Aiunt hanc quaſi naturalem atq; inſitam in animis noſtris ineſſe notionem.
† Syntaxis. *Genus eſt notio, ſic forma. Notio eſt antè percepta formæ cognitio. Notionem capere ac intelligentiam. Rerum inſitæ, & animis conſignatæ notiones. Informata, impreſſa notio Dei in animo. Mente Deum noſcimus, & in omni notione, tanquam in veſtigio reponimus. Notione præſentiæ. Huic verbo, Beatus ſubiecta eſt gratiſſima notio.*

NOTO, as. *animaduerto, obſeruo, diſtinguo.* Or. 199 a, Facilè eſt verbum aliquod ardens, vt ita dicam, notare, idq; reprehendere. de Or. 111 b. Non eſt dubium, quin ſi quis hoc animaduertit, id poſſit notare. in Ant. 171 b, Notabo tamen ſingulas res, & ſi non poterit, &c. de Orat. 161 a, Hæc vulgus imperitorum in audiendo notat. de Diu. 99 b, Arabes propterea facilius cantus auium volatusque notauerunt. Ep. 68 a, Reprehendes ea, quæ vituperanda duces, & quæ placebunt, comprobabis, multorum in nos perfidiam, inſidias, proditionem notabis. Attic 106 b, Diem tuum ex epiſtola tua, quam incipiente febricula ſcripſeras, mihi notaueram. Top. 221 b, Demonſtrare & notare locum. Orat. 207 b, Conſeruare & notare tempora. de Nat. 59 a, Multa diuturnus vſus ita notauit, vt artem diuinationis efficeret. de Nat 62 b, Quis cornicis cantum notauit? de Diu. 127 a, Chaldæi animaduertunt ac notant ea ſidera, quæ, &c. ad Herenn. 24 a, Notare præcepta artis de tanta tamq́ue diffuſa ſcriptura.

¶ *Deſigno, ſigno, deſcribo, indico.* de Amic. 113 a, Notare aliquod vitium multis nominibus. de Vn, 199 a, Illum *orbem Deus* eiuſdem naturæ, hunc alterius notauit. pro Mil. 104 a, Cùm ineſſet in re vis, crimen iudicio reſeruaui, rem notaui. & 107 a, Ita & Senatus rem, non hominē notauit. de Orat. 141 a, Res aūt ipſas rerū effigies notaret. in Verr. 241 a, Notare initiū veris, aut à Fauonio, aut ab aliquo aſtro. Partit. 233 a, Quæ tēporis quaſi naturā notant, vt hyems, ver, æſtas, autumnus. Ep. 105 b, Tamen id caput notaui, & deſcriptum tibi miſi. de Fin 90 b Notare res nouis nominibus. pro Planc. 267 a, Tu deliges ex omni populo amicos tuos? tu me inſcio notes, & tuos & tuorū neceſſarios? quos effundas repentè, &c. I. A. 198 a, Hic pecunias noſtras æſtimabat, poſſeſſiones notabat, & vrbanas & ruſticas. I. V. 73 b, Notare ſentētias iuratorum hominū diſcoloribus ſignis in Verr. 125 a, Notare tabellam cera vel ſanguine. in Cat. 97, Catilina notat & deſignat oculis ad cædem vnumquemq; veſtrûm. de Orat. 130 b, Hæc enim ridentur, quæ notant & deſignant turpitudinem aliquam non turpiter. de Orat. 190 a, Numerum in guttis cadentibus, quòd interuallis diſtinguuntur, notare poſſumus.



¶ *Ignominia afficio.* Attic. 42 b, Quos cenſores furti & captarum pecuniarum nomine notauerunt. de Cl. 184 a, C. Iulius motum Curionis perpetuum notauit. de Cl. 185 a, Athenienſis Hyperboli improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notauerunt. in Anton. 213 a, Notare aliquem ignominia.

¶ *Illuſtro, exorno.* de Orat. 158 b, Tanquam ſtellis notare & illuminare orationem.

NOTOR, ris. *quære in actiuo homonymiam.* pro Cor. 66 b, Tum luxuriam L. Cornelij, quæ non crimine aliquo libidinis, ſed cōmuni conuicio notabatur. pro Qu. 18 b. Dedecore, macula, turpiſſimaq́; ignominia notari. de Orat. 134 a, Milites ignauos à cenſore notari ſolitos, & tribu moueri. de Or. 140 b, Nec improbus notari ac vituperari ſine vitiorum cognitione ſatis inſigniter poteſt. de Cl. 179 a, Vt hoc in qua ætate accidiſſet, poſſet notari. Acad. 10 a, Proprium in communi ſigno notari non poteſt. Ep. 83 b, Notantur mihi ſigna ad diuinandum duplici quadam via. pro Dom. 233 b, Vt illius facinus memoria & nomine loci notaretur. de Orat. 160 b, Notatur maximè ſimilitudo in cōquieſcendo. de Orat. 233 a, Genus huius ridiculi inſigni aliqua & nota re notari volo.
† Syntaxis. *Aliena notare atq; reprehendere. In audiendo notare. Demonſtrare & notare locum. De tanta ſcriptura notare præcepta. Res nominibus notare. Poſſeſſiones notare. Hæc ridentur, quæ notant & deſignant turpitudinem aliquam non turpiter. Notare & illuminare orationem. Notantur à cenſore ignaui macula, dedecore, ignominia. Memoria & loci nomine facinus notare. Notare. Inſignire & notare.*

NOTVS, a, um: tior: tiſſimus *cognitus, omnium ſermone celebratus, patens omnibus, quod tenetur, peruulgatus, manifeſtus, teſtatus, non ignotus.* in Verr. 74 b, Res notæ, teſtatæ, manifeſtæ. & 126 a, Res nota atq; apud omnes peruulgata. & 178 a, Res nota ac manifeſta omnibus. Att. 10 b, Notum atq; teſtatum. pro Mil. 116 a, Hæc patent & nota ſunt omnibus. Or. 207 b, Habent omnes philoſophiæ notos & tractatos. locos de Or. 133 a, Hoc inſigni aliqua & nota re notari volo. Ep. 68 b, Atque illi artifices corporis ſimulacra ignotis nota faciebant. de Leg. 165 a, Communis intelligētia nobis notas res efficit. de Or. 101 a, Vetuſtatis exempla oratori nota eſſe debent. Orat. 207 a, Volo igitur huic omnem bene dicendi rationem notam eſſe. & ibid. Qui ea multò quàm nos habes notiora. Attic. 247 a, Facies omnia mihi nota. pro Mur. 127 b, Tua liberalitas hominibus literatis eſt notior, populo verò & ſuffragatoribus obſcurior. pro Syll. 180 b, Vita P. Syllæ vobis populoq́; Romano notiſſima. de Prou. 75 b, Quas regiones quasq́; gentes, nullę nobis anteà literæ, nulla vox, nulla fama notas fecerat. pro Cluent. 38 a, De dignitate Cælius notis tacitus facilè ipſe reſpondet: quibus autem non æquè eſt cognitus, hi ſic habeant, &c. & 43 b, Mulier non ſolùm nobilis, ſed etiam nota. in Ant. 232 a, Notus atq; inſignis latro. Att. 224 a, Tuum iudicium, quod mihi erat notum, &c. Quint. frat. 299 a, Iam tibi Aſia nota eſſe debet. de Leg. 184 b, Vt ad citeriora veniam, & notiora nobis. Quint. frat. 314 b, Calliſthenis quidem vulgatum & notum negocium. * contr. C. Anton. Homo nobilis, & valde in hoc largitionis quæſtu notus & cognitus.
† Syntaxis. *Notum, teſtatum, manifeſtum. Notum & peruulgatum. Notum atq; teſtatum. Hoc patet & eſt notum omnibus. Notus & tractatus locus.*

NOVACVLA, læ. *culter tonſorius.* de Diu. 87 a, Cotem nouacula poſſe præcidi. * ibid. Cotem nouacula eſſe diſciſſam. ibid. Nouaculam defoſſam in Comitio accepimus.

NOVANDVS, a, um. de Leg. 186 a, Nihil habui, quod putarem nouandum in legibus.

NOVATVS, a, um. *factus.* de Or. 156 b, Inuſitatum verbū, aut nouatum, aut translatum. de Orat. 120 b, Ager non ſemel aratus, ſed nouatus & iteratus. Acad. 47 a, Et ea quæ ab eo nouata ſunt, probas.

NOVE'. ad Her. 8 b, Ne quid ambiguè, ne quid nouè dicamus. * Epiſt. 153 b, *Planci.* Quo ego interprete nouiſſimè ad Lepidum ſum vſus. & 158 a, *Planci.* Primum-deinde-nouiſſimé.

NOVELLVS, a, um. )(. *vetulus.* de Fin. 133 b, Arbor nouella & vetula. * de Leg. Neq; dum ſatis ab his nouellis arboribus omnis his locus opacatur.

NOVEM. Quint. fr. 325 a, Sermo in nouem & dies & libros diſtributus.

NOVENDIALIS, le. *quod nouem dies, vel nono die celebratur: vt nouendiale ſacrum apud Tit. Liuium.* Qu. fr. 325 a, Nouendiales feriæ, quæ fuerunt Tuditano & Aquitano coſſ.

NOVERCA, cæ. Orat. 206 b, & pro Cl. 59, Vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex. Offic. 71 a, Cùm filius patri ſuſpectus eſſet de nouerca.

* NOVI. vide NOSCO.

NOVITAS,tis.*nouæ rei ratio,conditio.* de N.45 b, Perinde quaſi nouitas nos magis, quàm magnitudo rerum debeat ad exquirendas cauſas excitare.de Diu.121 a,Eumq; errorem, quem tibi rei nouitas attulerit, naturæ ratione depellito. Epiſt.172 a, Quantam cupiditatem hominibus injiciat nouitas,non te fugit.ad Her.23 a, Natura nouitate commouetur. de Or. 140 b, Res magnitudine præſtabiles,& nouitate primæ. de Nat.d. 52 a, Nouitate delectamur & copia. de Diu.105 a, Qua ille rei nouitate perculſus. pro Mur.127 a,Nouitas generis alicuius. Ep. 7 b, Simul quod video nouitati eſſe inuiſum meæ.de Am.109 a,Nouitates autem,ſi ſpem afferunt.&c.non ſunt repudiandæ,vetuſtas tamen ſuo loco conſeruanda eſt. Qu.de Pet.205 a,Nominis nouitatem dicendi gloria maximè ſubleuabis. *pro Mur.127 b,Non arbitrabar, &c.de generis nouitate accuſatores eſſe dicturos.de Fin.90.b, In omni arte, &c. multam nouitatem nominum eſſe.

NOVITIVS,a,um.*nouus,tyro.* de Prou. 76 b, Syrum neſcio quem de grege nouitiorum factum eſſe conſulem. *pro Dom.223 a,Ille nouitius Ligur.

NOVO,as.*innouo,nouum facio* de Orat.156 b, Verba,quæ nouamus & facimus ipſi.

NOVOR,ris.Att. 260, Tu mihi de his rebus quæ nouantur omnia certa,clara.Ep. 244 b,Socij,q nouari aliquid,volebãt.* de Fi.111 b, Præſertim cũ quod illi verbis ſuis ſignificãt, in eo nihil nouetur.*Sic enim legendum eſt,non mouetur.*

NOVOCOMENSES,*populi,à Nouocomo vrbe Italiæ,quæ comum hodie appellatur,ad Larium lacum ſita.*Epiſt.219 a.

NOVVS,a,um.*recens,inauditus,inuſitatus, per ſe cognitus,à ſe ortus,præter conſuetudinem.* de Or.96 a, Nihil dicam reconditum nihil expectatione veſtra dignum, nihil autinauditum vobis,aut cuiquam nouum. contra Rull. 71 a, Iam hoc inauditum & planè nouo more, &c. pro Cecin. 292 a, Nouum eſt, non dico inuſitatum, verùm omnino inauditum. pro Arc. 186 a,Nouum quoddam & inuſitatum genus dicendi. Orat. 199 a,Nouum quoddam & inauditum imperitorum genus. Att. 97 a, Res inuſitata & noua. in Verr.113 a, Noua tibi hæc ſunt & inopinata.de Diu.120 b, Cauſam igitur veſtigato in re noua atq; admirabili.cont.Rull.84 b, Rerum nouarum cauſam quærere. in Cat. 87 b, Aliquis rebus nouis ſtudens. pro Mil. 101 b, Hæc noui iudicij noua forma terret oculos. in An. 168 b, Vt ſi ſemper decertandum ſit, ſemper nouus veniam.pro Flac. 148 b, Lege hac recenti ac noua certus eſt inquiſitioni comitum numerus conſtitutus. Ep.177 b, Sed hanc ipſam recentem nouam deuorauit. Or. 285 a,Ego ex iſtis nouis Atticis,&c. de Nat.67 a, Quoſdam quaſi nouos & adſcriptitios ciues in cœlum receptos fuiſſe.de Orat.94 b, & pro Mur.127 a, & in Anton. 208 b, C. Cælius, homo nouus. Att.85 a,Quod video tibi etiam nouum accidiſſe, tanquam mihi. Att. 85 a, Ego ſi quid hodie noui cognoro,ſcies.Epiſt.25 b.Nam iamdiu nihil noui ad nos afferebatur.Epiſt.181 a,& de Orat 109 b,Nunquidnam, inquã, noui? Att. 273 b, De Dolabella ſi quid habes noui, facies me certiorem. Attic. 214 b, Sed in eius epiſtola nihil erat noui.* pro M.Scau.Neq; hoc à me nouum diſputatur,ſed quæſitum ab alijs eſt. pro Q.Roſc. 50 a, Breui tempore, qui ne in nouiſſimis quidem erat hiſtrionibus ad primos peruenit comœdos. Oct. 329 b, Vt nouiſſima conferrem primis. Epiſt.189 a,Vt hæc nouiſſima noſtra facta non inconuenientia fuiſſe iudices.Caſſij.Ep.562 b.Cùm omnes ſe recepiſſent noſtri ordines,recipere nouiſſimus cœpi ad caſtra.S Galb.& 168 a, D.Bruti.

† Syntaxis.*Nouum & inuſitatum. Inauditũ & nouum.Nouum & inopinatum.Nouum & admirabile. Rerum nouarum cupidus. Rebus nouis ſtudere.Recens ac nouum. Nouus & adſcriptitius ciuis Hoc mihi nouum accidit. Nunquidnam noui?*

NOX,ctis.*tenebræ,vxor Erebi.*de Nat 68 b,& 35 b, Ipſa enim vmbra terræ ſoli officiens noctem efficit. de Diuin. 112 a, Vmbra terræ,quæ eſt meta noctis.Att.11 a,Noctes certarum mulierum nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt Att 36 b, Milo media nocte in campum venit. & ibid.In comitium Milo de nocte venit. Att. 104 a, Balbus multa de nocte profectus eſt ad Cæſarem. Att.122 a, & pro Mur.140 b,Epiſtola, quam de nocte daturus eram. item Multa nocte veni ad Pompeium.ad Her. 35 b, Luce noctem,nocte lucem expectatis. Att.313 a, Equidem credibile non eſt,quantum ſcribam die,quinetiam noctibus: nihil eſt enim ſomni.in Catil.119 a.Nũc quicquid eſt,&c. ſtatuendum vobis ante noctem eſt.de Fin 59 b, Eorum animi noctes atq; dies exeduntur.pro S.R.19 b,Scrupulus, qui me dies noctesq; ſtimulat.de Or.108 a, In vno aliquo opere noctes & dies vrgeri.* pro Mur.128 b,Vigilas tu de nocte,vt tuis conſultoribus reſpondeas.Qu.fr.315 b,Si de multa nocte vigilaſſent.*alij, euigilaſſent,legunt.* cont.C.Anton.Superiore nocte cuiuſdam domum Catilinam & Antonium conueniſſe. de ſuo conſul.

*Atque animo pendens noctis euenta timebat.*

de Diu.92 b,Concubia nocte viſum eſſe in ſomnis ei.

† Syntaxis. *Media nocte, de nocte, multa de nocte, multa nocte, nocte concubia,noctibus, ante noctem. Noctes atq; dies lucubrari.*

NOXA,xæ.*noxia, culpa.* pro S.R.b, Quod in minimis noxis & in leuioribus peccatis maximè quæritur, id Erutius in parricidio quæri non putat oportere. *aliter, noxijs.*

NOXIA,xiæ.*noxa,culpa,crimen.*de Leg.186 a,Quod quis earum rerum migraſſet noxiæ pœna par eſto. ad Her. 12 b, Amicum caſtigare ob meritam noxiam. *ibid. Nam ego amicum hodie meum Nõ caſtigabo pro commerita noxia *ex Plaut.* Hort. Cæteris in rebus, in quibus peccata non maxima inſunt, noxias tamen inferunt.

NOXIVS,a,um.*malus.* de Leg.185 a, Nec obediens & noxius ciuis coërceatur.

NVBECVLA,læ. * in Piſ.83 b, Frontis tuæ nubeculam pertimeſcerem.

NVBENS,tis. pro Clu. 20 b, Nubit genero ſocrus. & ibid. Mater filiæ nubenti lectum illum genialem ſtrauit.

NVBES,bis.*concretus in aëre vapor* de N. 46 a, Aër concretus in nubem cogitur, humoremq; colligens, terram auget imbribus.de Diu.117 a,Cùm illi anhelitus ſe in nubem induerint.Acad.18 a, Qui ſub nube ſolem non ferunt.de N. 45 a,Nubium magnitudo,viſq; ventorum in Arat.Opaca & atra nubes.Tuſc.157 a,Cœlum hoc, in quo nubes,imbres,venti coguntur. de Diu.127 a, Conflictu nubium ardorem exprimi.de Nat.69 b,Nubium vna Centauros genuiſſe dicitur. pro Dom. 218 a, Quæ tu in illis reipub.tenebris, cæciſq; nubibus & procellis conſtituiſti.

† Syntaxis. *Concretus vapor in nubem cogitur, ſe in nubem induit.Nubium conflictus.Reip.tenebræ,nubesq; cæcæ.*

NVBILIS,le.*apta viro.*℘ Qu. 18 a,b,Ipſe filiæ nubili dotem conficere non poteſt.pro Cluent. 29 a, Is reliquit grandẽ & nubilem filiam, quæ breui tempore poſt mortẽ patris nupſit A. Melino.

*NVBILVS,a, um.in Arat.

*Sic malunt errare vagæ per nubila cæli.*

NVBO,bis.*collocor,in matrimoniũ collocor,coniungor, cum aliquo ſum* de D. 101 b, Virgo nupſit ei,cui Cæcilia nupta fuerat. de N 71 a, Venerẽ Adonidi nupſiſſe traditũ eſt itẽ,Venus nupſit Vulcano.℘ Cæl.44 b,Cui cũ ex ampliſſimo genere in ampliſſimã familiã nupſiſſet,cur,&c.pro Clu.57 b,Mulier in familiæ luctum atq; in priuignorum funus nupſit.

† Syntaxis. *Nubere in ampliſſimam familiam.*

NVCERIA,*vrbs.*pro Pomp.83 pro Cor.60.

NVDATVS,a, um. *ſpoliatus.* de Or. 99 a, Antonij diuina vis ingenij etiamſi hac ſcientia iuris nudata ſit,poteſt,&c.153 b,Reſp.interitu conſulum nudata. de Or.141 a, Aliquando te illis integumentis euolutum nudatumq; video.

NVDIVSTERTIVS,*nunc eſt dies tertius.* de Nat. 63 a, & in Cat. 120 a, Omnia quæ à te nudiuſtertius dicta ſunt. in Anton.194 b, & iterum 195 b, Recordamini qui dies nudiuſtertius decimus fuerit, &c.

NVDO,as.*ſpolio* ℘ Do. 213 a, Vtrum perditos magiſtratus ſceleratorũ ciuiũ præſidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armare vultis?Poſtq.211 a,Qui mea pericula non modò ſuo præſidio,ſed etiam veſtra deprecatione nudarũt.Tuſc.225 a, Nudare corpus.I.V.68 b,Idẽ monumenta antiquiſſima ſpoliauit, nudauitq; omnia.

NVDVS,a,um pro Fl.157 a, Quoniam nudus te delectãrat, ſemper nudũ eſſe voluiſti. Att.110 a, Vrbs nuda præſidio, referta copijs.in Ver.200 b, Ciuitas ab omnibus rebus vacua atq; nuda. pro Do. 225 a, Reſp nuda à magiſtratibus poſtq.199 b,Nudus à propinquis, nulla cognatione munitus.Att.144 b, Mulier nuda decore. Parad.120 a, Nuda iſta ſi ponas,iudicari qualia ſint, facilè nõ poſſunt.de Or. 133 b,Nudũ nuces legere.* de Fin.53 a, In altera philoſophiæ parte iſte veſter *Epicurus* planè inermis ac nudus eſt. pro S.R.42 b, Si ex omnibus rebus ſeipſum nudum, neq; præterea quicquam,excepit.

† Syntaxis.*Nudatus armis. Euolutus & nudatus integumentis. Nudare periculum deprecatione. Monumenta ſpoliare, nudareque. Præſidio nudus. Vacuus & nudus à. Decore nuda mulier.*

NVGAE,arum.*λῆρος,tricæ, ineptiæ.* de Diu.114 b, Hunccine hominem tantis delectatum eſſe nugis? pro Mil.112 a,Tũ nugarum in eo comitatu nihil. Att. 92 b, Videatúrne aut pietatis eſſe meæ, fratrem relinquere. aut diligentiæ, nugarum aliquid relinquere. & 93 a, Meræ nugæ. Att 251 a, λῆρος πολὺς in vino & ſomno iſtorum.* Att.93 a,Amicos habet meras nugas M. Scaptium.

NVGATOR,oris.*nugax.*pro Fl.154 a,& de Sen. 82 b, Neq; in iſtum nugatorem tanquam in aliquem teſtem inuehar.

NVGATORIE`. *inaniter,ineptè.*ad Her.35 b, Non contrà tenuiter & nugatoriè reſponſum?

NVGATORIVS,a,um.*leuis,ineptus.* Epiſt 168 b, Nam illud valde leue eſt ac nugatorium,ea re,&c. de Nat.22 b, Tota res Vellei nugatoria eſt. pro Cec. 297 a, Ad probandum

vtraq;

vtraq; res infirma nugatoriaq; eſt. pro S.R. 25 a, Mala nugatoriaq; accuſatio. ad Her. 11 b, Nugatorium argumentationis genus.

* NVGAX, acis. Ep. 124 a, *Calij.* Qui tantas turbas commorit, qui tam nugax eſſet.

NVGIGER, ra, rum. *vanus, ineptus.* Att 58 a, Scio te voluiſſe, & me. Aſt nugigeram manum fuiſſe. *quidam legunt, Aſt, num germanum fuiſſet? locus eſt certè corruptus, & qui ſine vetuſto codice corrigi non poteſt.*

NVGOR, aris. *ludo, iocor.* de Diu. 114 b, Democritus non inſcitè nugatur, vt phyſicus.

† Syntaxis. *Leue dictū ac nugatorium. Infirmū & nugatorium.*

NVLISALO. *oppidum in Gallia.* pro Font. 278 a, *aliter, Nulchalo.*

NVLLVS, a, um. *non vllus, non aliquis, ne vllus quidem, vnus nullus* de Pro. 70 b, Att. 283 b, Nullū bellum ciuile fuit in noſtra rep. omnium, quæ memoria noſtra fuerunt, in quo, &c. Ep. 6 b, Senatuſconſultum nullū extat, quo, &c. Offic. 34 b, Qua nulla pernicies maior hominum vitæ poteſt afferri. de Or. 94 b, Nullæ enim lites neq; controuerſiæ ſunt, quæ, &c. Att. 140 b, Senatorū nullos eſſe Romæ, nos quoque audieramus. de N. 20 b, Elephanto belluarum nulla prudentior. pro Mur. 130 a, Res, quæ nullo vſui ſit. de Cla. 17 a, Si tanta virtus in oratore Galba fuit, cur ea nulla in orationibus eius apparet? de Or. 88 a, Rempubl. quam nunc vix tenemus, iam diu nullam haberemus. * Poſtquam. 207 a, Cùm eum præter ſimulatam verſutamq; triſtitiam nulla res commendaret.

¶ *Leuis, irritus.* de Diuin. 137 a, Formæ, quæ nullæ ſunt. de Cl. 185 a, Nulla re vna magna orator commendatur, quàm ſplendore verborū. de Pr. 70 b, Vnum ſignum Byzantij ex maximo numero nullum habent. pro Mur. 134 a, Nulli enim de inimicis ſuperſunt. de Or. 93 b, Dicendi aut nullam artem, aut pertenuem videri. de Cl. 184 a, Curio memoria fuit nulla. de Leg. 172 a, Ergo tu Seias leges nullas putas? pro Dom. 226 b, Ne illa quidem, quæ nulla eſſet, eſſe lex putaretur. Tuſc. 177 b, Nullum id quidem argumentum eſt. Att. 9 b, Facere ſenatuſconſultum nullū. de Or. 89 a, Oratio aut nulla ſit neceſſe eſt, aut omnium irriſione ludatur. Qu. de Pet 208 b, In petitione autem niſi id agas, nullus petitor eſſe videaris.

¶ *Item pro Non.* Att lib. 12, Philotimus nō modò nullus venit, ſed ne per literas quidē aut per nuncium certiorē fecit me. & lib. 15, Ad M. Aelium nullus tu quidē domū. *ſubaudi, veneris.* Ep. lib 7, Ex eo tēpore vir ille ſummus, nullus imperator fuit, de Sen. 93 b, Noli te putare me, cùm à vobis diſceſſero, nunquam aut nullum fore. & ibid. Eundem igitur eſſe creditorē, etiamſi nullum videbitis. Tuſc. 150 b, Miſeri ob id ipſum, quia nulli ſunt. de Diuin. 123 a, Etenim vt ſint auſpicia, quæ nulla ſunt, hæc certè, &c.

† Syntaxis. *Nullus hominū. Nullū facere ſenatuſconſultum. Cæſ. nullus adhuc venit. Nullus doctor adeſt vnus, & nullus de. Nulla re vna magis delector. Vnum ex tot nullum vidi amicum.*

NVM. *ec, nūquid, an, num, nūmne* in Cat. 100 a, Interrogat me, num in exilium? non iubeo. in Verr. 174 b, Num expectabis, dum L. Metellus? &c. Acad, 18 b, At quis eſt hic, num Sophiſtes? Acad. 13 b, Num cenſes Ennium dixiſſe? &c. & 19 a, Num ergo is excæcat vos? &c. pro Dom. 238 a, Num igitur? &c. de Or. 88 a, Quid in Numa Pompilio? num qđ eloquentiæ veſtigium apparet? item, Maximè illud conſiderandum videtur, num, &c. an, &c. pro Deiot. 147 b, Num quæ trepidatio? num quid tumultus? num quid niſi moderatè? de N. 8 a, Deum ipſum númne vidiſti? Epiſtol. 181 a, Num quidnam, inquam, noui? de Som. 128 a, Númne aſpicis, quæ in templa veneris? de Diu. 95 b, An num imperatorum ſcientia nihil eſt?

† Syntaxis. *Num times? An num? Numquidnam? Num quod veſtigium? num quæ trepidatio. (adde, facta eſt?) númne illum agnoſcis?*

NVMA, mæ. *alter à Romulo Romanorum rex.* de Orat. 161 a, Numa rex doctiſſimus. 2 de Leg. Numa rex eodem ritu conditus in eo ſepulcro, quod procul ad fontis aras. Tuſc. lib. 4, Numa rex, propter Pythagoreorum admirationem, Pythagoræus à poſterioribus exiſtimatus. pro Syll. Numa, rex Romanus peregrinus. 1 de Leg Numa cum Egeria colloquutus. 2 de Or. 122 b, Numa Pompilius annis permultis antè fuit, quàm Pythagoras. 3 de Nat. Capeduncul is ijs, quas Numa nobis reliquit. 1 de Orat. Numa Pompilius, eloquentiæ rudis. 2 de Leg. A' Numæ legibus non multū diſcrepat conſtitutio iſta religionum. 4 Tuſculan. Numam quoque regem Pythagoreum à poſterioribus exiſtimatum. 2 de Orat. Numam Pompilium illum regem noſtrū fuiſſe Pythagoræum ferunt, qui annis permultis antè fuit, quàm ipſe Pythagoras, &c. 2 de Leg A' Numa peritè inſtituta intercalandi ratio, poſteriorum pontificum negligentia diſſoluta.

NVMANTIA, tiæ. *vrbs Hiſpaniæ.* in Anton. 193 b, Maiores noſtri Carthaginem exciderunt, Numantiam euerterunt. pro Leg. Man. Numantia & Carthago ab eodem Scipione deletæ.

NVMANTINVS. Epiſt. lib. 5, de Aruſp. Numantini fœderis inuidia. pro Cecin. Numantini Mancinum ſibi deditum non acceperunt. ad Herenn. 4, Numantini corporis viribus egregij.

NVMEN, nis. *diuina prouidentia, vis, poteſtas.* de N. 6 a, Omnes naturæ numini diuino parent. de Diuin. 105 a, Deus, cuius numini parent omnia. de N. d. 45 a, Eſſe quoddam numē, vimque deorum. in Verr. 225 b, Multa ſæpe prodigia vim Cereris, numenque declarant. in Ant. 190 a, Magna vis eſt, magnum numen, vnum & idem ſentientis ſenatus. Poſtquam. 203 b, Vos, qui apud me vim & numen deorum tenetis. & 202 a, Numen veſtrum æquè mihi graue & ſanctū ac deorū immortalium futurū eſt. pro Dom. 241 b, Numē diuinum precibus placare. de Fin. 108 b, Quod ſit ſummi rectoris & domini numen. de Fin. 57 a, Horrere diuinū numen. & 103 b, Mundū cenſent Regi numine deorum. pro Rab. 91 b, Vos, quorum poteſtas proximè ad deorum numen accedit. in Cat. 110 b, Dij immortales, qui non procul vt quondā, &c. ſed hic præſentes ſuo numine atq; auxilio nos defendunt. Antequam. 196 b, In meis calamitatibus diuinum aliquod auxilium & numē oſtendite. in Ant. 248 b, Mihi quidem numine deorum immortalium videtur hoc fortuna voluiſſe, vt, &c. pro Dom. 242 a, Diuino Ciceronem numine eſſe reipub. redditum. pro Prouin. 76 a, Alpibus Italiam munierat antè natura, non ſine aliquo diuino numine. de Diu. 85 a,

*Præcipuè ingenti coluerunt numine diuos.*

in Piſon. 90 a, Gabinius numen interdictumq; deorū regi vendidit. pro Mil. 117 b, Qui nullā vim cœleſtem exiſtimat numēnve diuinum. * de N. 2 b, Quæ poteſt eſſe pietas? quæ ſanctitas? quæ religio? Hæc enim omnia purè ac caſtè tribuenda Deorum numini ita ſunt.

† Syntaxis. *Numen diuinum. Numen Dei. Numen & vis diuina. Vis & numen Dei. Magna vis, magnum numen Senatus vnum ſentientis. Tenere apud aliquem vim & deorum numen. Numen ſenatus æquè graue & ſanctum, ac Dei. Ingenti numine colere Deum. Vis cœleſtis numenq; diuinum.*

NVMERANDVS, a, um. de Orat. 113 a, Num etiam pars hæc cauſarum numeranda eſt. Par. 116 b, Nunquam ego hæc in bonis rebus numeranda duxi. I. P. 85 a, Numerandus eſt ille annus in republ. de Leg. 171 b, Id eſt numerandum in bonis.

NVMERATO. Att. 194 a, Mihi & res, & conditio placet: ſed ita, vt numeratò malim quàm æſtimatione.

NVMERATVS, a, um. pro Cecin. 287 a, Cùm vteretur dote vxoris numerata. *id eſt, in nummis.* Orat. 190 b, Thucydides nunquā eſt numeratus orator. Att 76 a, Nam numeratū ſi cuperem non erat. de Clar. 179 b, Is in mediocribus oratoribus numeratus eſt. de Clar. 184 b, Non acutus orator, ſed tamen orator numeratus eſt. Attic. 219 b, Multos nummos domi eſſe numeratos.

NVMERO, as. *adnumero, dinumero, numerando percenſeo, numero, cōmetior, metior.* de Or. 121 a, Argumēta ſi ex reis numeres, innumera ſunt: ſi ex rebus, modica. de Leg. 182 b, Hunc hominem omnino numerare non decet. de Am. 99 b, Viroſq; bonos, eos qui habentur, numeremus. Attic. 262 a, Atticus pecuniam numerauit de ſuo. I. A. 210 a, Quos quidem à ſe primùm numerare poſſunt. Q. fr. 327 b, Meſſalam certum Coſ. cū Domitio numerāſti. in Piſ. 98 b, Numerare ſtipendium militibus. I. V. 81 b, Dio H S. decies centena millia numerauit. pro Fl. 155 b, Si prætor dedit, à quæſtore numerauit. Att. 235 a, Dolabellæ præclara iam vel ſibi habeat nummos, modò numeret Idib. de Inu. 54 a, Hanc primā partem numerant. Or. 204 a, Hoc quartū numerat Theophraſtus in orationis laudibus. Attic. 70 b, Exponere & numerare pecuniam alicui. * Acad. 49 b, Eamq; *opinionem* neq; in rectis, neq; in prauis numerat.

¶ *Cenſeo, iudico, exiſtimo* I. A. 247 b, Maximum verò eius beneficium numero, quòd hoc animo in rempub. eſt. I. P. 84 a, Ego ſine eo conſilio conſulem numerem. pro Mur. 136 a, Sulpitium accuſatorem ſuum numerabat non competitorem. de Finib. 83 b, Qui voluptatem nullo loco numerant. Attic. 98 b, Me autem vterque numerat ſuum. de Fin. 55 a, Numerare aliquid in bonis. Tuſc. 182 b, Numerare aliquid in onere. Epiſt. 20 a, Numerare aliquid in loco mercedis vel beneficij. de N. 67 b, Singulas enim ſtellas numeras deos.

NVMEROR, ris. Parad. 117 a, Sapiens ille Bias (vt opinor) qui numeratur inter ſeptem ſapientes. in Ant. 156 b, Niſi fortè ſi quid retulit in libellum, id numerabitur in actis Cæſaris in Anton. 231 a, A' quo victore ſi cruciatus abſit, mors in beneficij partem numeretur. de Clar. 196 b, Numerari

in multis.& ibid. Numerari in vulgo patronorum. & 184 b,Proximum in optimis numerari. pro S. R. 21 a,Is propter me honeſtiſſimus inter ſuos numeratur.de Nat.93 b, Diana omniuaga in ſeptem numeratur quaſi vagantibus. in Verr.143 a,Is ꝓpè alter Timarchides numeratur. Tuſc. 246 b, Poſtridie rogârunt eum qui numerari iuberet. de Cl.194 b,Hi tum in Aſia Rhetorũ principes numerabantur.de Opt 243 b,Omnes qui Attici numerantur.*id eſt,nominantur,appellantur*. Ep.14 a.Sapiens, qualem me & eſſe,& numerari volo.Diu.95 b,Ea genera non naturalia , ſed artificioſa dicũtur,in quo aruſpices, augures, coniectoresq́; numerantur. de Inu.62 a, Crotoniatæ quondam in Italia in primis beati numerabantur. pro S.R.24 b,Hoc maleficium ita raro extitit, vt ſi quando auditum ſit, portenti ac prodigij ſimile numeretur. *I.V.223 a, Hoſtium ſpolia, monumenta imperatorum,decora atq; ornamenta fauorum poſthac, his præclaris nominibus amiſſis , in inſtrumento ac ſupellectili C.Verris numerabuntur.

† Syntaxis. *In bonis numerare aliquid. Vti numerata dote. Oratorem numerari. Si eſt,cupio numeratum Numerare argumenta ex rebus. In loco beneficij numerare. Hoc numero maximum beneficium: id eſt, cenſeo. Te numero amicum, non hoſtem. Nullo loco numerare. Te meum numero. Hoc in onere , non in honore numero. Numerari inter. In beneficij partem numerare. In vulgo numerare, Proximum primis numerari Propè alter Cæſ is numeratur. Omnes qui Attici numerantur.Prodigij ſimile id numeratur. id eſt,habetur,narratur.*

NVMEROSE'. de Clar.176 Sententia aptis conſtructa verbis cadit plerunque numeroſè. Orat.217 b. Aptè, circumſcriptè,& numeroſè dicere, vel cadere. & 217 b,Fundere orationem numeroſè & volubiliter. de Natur.30 b,Tibiæ modulatè canentes,& fidiculæ numeroſè ſonantes. Orat. 219 b,Comprehenſio numeroſè & aptè cadens. de Orat. 150, Coniunctionem ſicuti verſum numeroſè cadere volumus.

NVMEROSVS,a, um. Orat. 218 b, Numeroſa oratio: *id eſt, ſimilis numerorum,non planè è numeris conſtans*. de Or.160 a, Id numeroſum eſt in omnibus ſonis atque vocibus quod habet quaſdam impreſſiones , & quod metiri poſſumus interuallis æqualibus de Cl.167 b,Quædam ad numerum concluſio. * de Orat.160 a,Oratio non aſtrictè,ſed remiſſius numeroſa.

† Syntaxis. *Aptis cõſtructa verbis ſentẽtia cadit numeroſè. Aptè, circumſcriptè,& numeroſè dicere. Numeroſè & volubiliter fundere orationem.*

NVMERVS, ri.*multitudo,ſumma*. de Som. 127 a, Hi duo numeri,quorum vterq; plenus,alter altera de cauſa habetur: circuitu naturali ſummam tibi fatalem confecerint. *id eſt, ſeptem & octo* de Orat.119 b,Hæc ſunt enim tria numero I. V.85 b,Mille numero nauium claſſis. de Or.121 b,Genera eſſe definita non ſolùm numero , ſed etiam paucitate. de Nat.22 a,Speciem Dei percipi cogitatione,non ſenſu,neq; eadem ad numerum permanere. in Vat. 37 a, Is in eorum numero mauult eſſe, qui à te vituperantur. pro Cor.60 b, Vidi ego quoſdam Athenis in iudicum numero, &c. pro Arch.191 b,Isq́; eſt eo numero,qui, &c. 188 b,Ex hoc eſſe hunc numero qui, &c. de Orat. 98 b, Homo ex numero diſertorum.de Diu.109 a,Cato noſter in horum librorum numero ponendus eſt.in Piſ,87 a, Vt ſi quis impediſſet reditum meum,in hoſtium numero putaretur.I.A 251 a,Ipſi in hoſtium numero locoq́: ducemini. Ep.119 b, & 205 a, Habere aliquem in numero ſapientum , vel hoſtium. Att. 117 a.& de Am.96 b,Eos,qui iſta ſubtilius quærunt,in numero ſapientum non habent.de Nat 69 b, Filiæ Erichthei in numero deorũ ſunt. Att.69 a,Illi in deorum numero nõ habebuntur. cont.Rul. 85 a, Aliquos in deorum numero venerandos eſſe. de Nat.36 b,Reponere ſtellas in numero deorũ.in Ver 195 b,In illo antiquorũ hominũ numero reponi. Qu de Pet.205 b, Prodeſt,quorum in locũ ac numerum peruenire velis , ab his ipſis illo loco ac numero dignum putari. de Fin.118 b, Quòd alia peccata plures,alia pauciores quaſi numeros officij præterirent. de Clar. 175 a,Qui nullo in numero oratorum fuit. de Clar.173 a, & 174 a, Quos aliquo video in numero oratorum fuiſſe. in Anton.186 b,Homo nullo numero. Orat.217 a,Eſſe in aliquo numero. Epiſtol.17 b, Eſſe aliquo numero.de Orat.162 b,Eſſe in nullo numero.de Inuent 81 a,Quo in numero hoc, & quo in loco illud haberi conueniat.in Verr. 64 b,Cùm is tibi parentis numero fuiſſet:*id eſt,locq.* de Or. 94 b,Quidam in oratorum numerum venire non poſſunt. de Clar. 187 a, Is in aliquem patronorum numerum peruenerat. Offic.41 b, Filij eius mortui numerum obtinent iure cæſorum.de Clar.280 a,Is aliquem numerum obtinebat.de Nat.69 b, Errantes ſtellæ numerum deorum obtinebunt.Quint.frat.292 b,Si quem tui amantiorem cognouiſti quàm temporis,&c.hunc ad tuum numerum adſcribito. in Ant.167 a, Tu verò adſcribe me talem in numerum. de Diuin.109 a, Noſtri quoque oratorij libri in eundem numerum referendi ſunt. ad Herenn.3 b,& 4 a,Si dicemus numero,quot de rebus dicturi ſumus. Offic.55 a, Quod perfectum & abſolutum eſt, vt Stoici dicunt, omnes numeros habet. de Diuin. 85 a, Quicquam poteſt eſſe caſu factum, quod omnes habet in ſe numeros veritatis? de Nat. 33 a, Quod vndiq; aptum atq; perfectum expletumque ſit omnibus ſuis numeris & partibus. Acad 40 b, Poëma elegans omni numero. pro Font. 276 b, Eſt præterea numerus Romanorum ciuium. pro Cluent.36 a,Pecunia numero ac ſumma ſua,quanta ſit oſtendit. Epiſt.32 32 a,Numerus militum integer. Epiſt.118 b, Quoad is numerus effectus eſſet. Epiſt.118 a,Si ex eo numero , quos S. C.in prouincias ire oporteret, ad numerum non eſſent.in Verr 250 a, In tanto conuentu nemo erat,quin rationem numerumque haberet. & ibidem,'Cùm maximus numerus deeſſet.pro Cl.33 a,H-S.XL.millia in ſingulos iudices diſtributa , cum numerũ ſententiarum conficere debebãt. *I.A.166 b,Cur legatorum numerus auctus?pro M.Font. Equites numero plurimi è Gallia.de Conſol.Mares & fœminas complures ex hominibus in Deorum numero eſſe videmus.de Clar.192 b,Vt à te in oratorum numerum referrentur. I.V.135 a,Qui illum ſecum habuerit,eo præſertim numero & loco.de Fin.95 a,Quæ nos aut recta aut rectè facta dicamus, ſi placet: illi autem appellant κατορθώματα,omnes numeros virtutis continent,*id eſt,partes.*

¶ *Muſica & oratoria menſura & modus.* de Fin.123 a,Vt in fidibus ſi nullæ earum ita contentæ numeris ſint, vt concentum ſeruare poſſint,omnes æquè incontentæ ſunt. Acad.7 a,Eplere numeros , & conficere verſus, eius eſt qui fidibus vtitur.de Orat.160 a, Aures hominum vocem natura modulantur ipſa:quod fieri non poteſt , niſi ineſt numerus in voce : numerus autem in continuatione nullus eſt:diſtinctio , & æqualium, & ſæpe variorum interuallorum percuſſio numerum conficit, quem in cadentibus guttis,quòd interuallis diſtinguuntur, notare poſſumus. & ibid.Ratio numerorum & modorum. Or.203 a, Quicquid ſub aurium menſuram aliquam cadit, etiamſi abeſt à verſu numerus, qui Græcè ῥυθμὸς dicitur. & 214 a, Iſocrates verbis ſolutis numeros prius adiunxit. de Cl.167 b, In ſoluta oratione dum verſum effugias , modum & numerum quendam oportet ſeruari. & ibid. Concluſio ad numerum. de Cl.190 a,Numeri non apertè , nec eodem modo,ſed variè & diſſimulanter concluſi. Orat.197 b,Hiſtrio aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum de Orat. 159 a, Verborum numerus,vocum modus. & ibid. *de numero in oratione*. Orat.215 b,Iambicus & dactylicus numerus. de Orat. 113 b, Thucydides verborum propè numerum ſententiarum numero conſequitur. Orat. 219 b, Hanc ſiue compoſitionem, ſiue perfectionẽ, ſiue numerum vocari placet. Orat. 219 b, Claudere ſententias numeris.& 217 a,Redigere ſententias in quadrum numerumque. & 214 b, Numerus interuallis,compoſitio vocibus apparet. Orat. 218 a, Iam pæan, quòd plures habeat ſyllabas quàm tres , numerus à quibuſdam , non pes habetur. 210 b, Attici maximè numero ſeruiunt. de Orat. 100 b, Vt in muſicis numeri , & voces, & modi. de Orat. 147 b, Et in ipſa oratione quaſi quendam numerum & verſum conficiunt. Parad. 120 b, Hiſtrio ſi paulo ſe moueat extra numerum,exibilatur & exploditur.de Leg.158 a,Roſcius in ſenectute numeros ceciderat, & tardiores fecerat tibias. * Oecon.1,Vbi chorus canentium non certis modis,neque numeris præeuntis magiſtri conſenſit.ibid. At vbi certis numeris ac pedibus velut facta conſpiratione conſenſit atque concinuit. de Orat. 97 a, Ipſa collocatio conformatioque verborum perficitur in ſcribendo , non poëtico,ſed quodam oratorio numero & modo.de Orat. 159 a,Verſus veteres illi in hac ſoluta oratione propemodum, hoc eſt, numeros quoſdam, nobis eſſe adhibendos putauerunt. ibid. Vt inconditam antiquorum dicendi conſuetudinem, delectationis atque aurium cauſa aſtringeret. ibid. Vt & verborum numero & vocum modo delectatione vincerent aurium ſatietatem. ibid. Orator ſic illigat ſententiam verbis , vt eam numero quodam complectatur & aſtricto & ſoluto. ibidem. Ex hac *oratione* verſus,ex eadem diſpares numeri conficiuntur. de Orat.149 Cùm ſint numeri plures. ibidem. Sunt inſignes percuſſiones eorum numerorum. de Orat.160 a, Eſt pæan hic poſterior non ſyllabarum numero , ſed aurium menſura, & par ferè cretico. ibid. A' quo numero exorſus eſt Fannius ibidem Quos poëtas neceſſitas cogit & ipſi numeri ac modi. ibid. Ex illis modis, pòſt anapæſtus procerior quidam numerus effloruit: inde ille licentior ac diuitior fluxit dithyrambus.ibid. Rectè genus hoc numerorum,dummodo ne continuum ſit, in orationis laude ponetur.

netur. Orat. 212 b, Quia rerum verborumq́ue iudicium prudentiæ eſt, vocum autem & numerorum aures ſunt iudices: & quòd illa ad intelligentiam referuntur, hæc ad voluptatem: in illis ratio inuenit, in his ſenſus artem. ibid. Duæ ſunt res, quæ permulceant aures, ſonus & numerus. De numero mox, nunc de ſono quærimus. Orat. 217 a, In quo quæſitum eſt, in tot ône circuitu illo orationis, &c. an in principijs ſolùm, an in extremis, an in vtraq; parte numerus tenendus ſit.

¶ *Copia, vis.* in Ant. 173 a, Maximus vini numerus fuit. * in Verr. 170 b, Hic tantus frumenti pecuniæq́ue numerus ab aratoribus per vim ablatus eſt. ibid. Qui numerus eſt in Sicilia maximus. pro Planc. 272 b, Frumenti in ſumma caritate maximum numerum miſeram.

† Syntaxis. *Mille numero nauium claßis. Numero definire, & paucitate. Eſſe numero, in numero, ex numero ſapientum. Putare in numero hoſtium. In hoſtium numero locoq́ue. Reponi in numero. Homo nullo aliquo numero Eſſe in nullo numero. Parentis eſſe numero. Eo te habeo numero & loco. In numerum venire. Numerum obtinere iure cæſorum. Aliquem obtinere numerum. Adſcribere ad ſuum numerum. Referre in numerum. Numero dicas, quæ, &c. Res omnes habens numeros. Hoc in ſe numeros veritatis non habet. Expletum ſuis numeris & partibus. Omni numero elegans. In continuatione numerus, ex diſtinctione, interuallorum percuſſione. Modus & numerus in ſoluta oratione. Compoſitio, perfectio, numerus. In quadrum, numerumq́ue ſententias redigere. Mouere ſe extra numerum. Frumenti, viniq́ue magnus numerus: id eſt, copia.*

NVMIDICVS, ca. in Verr. 234, Metellus Numidicus.

NVMMARIVS, a, um. *quod ad nummos pertinet.* Attic. 165 a, De ratione nummaria. in Verr. 177 a, Iudicium nummarium. pro Cl. 33 a, Nummarij iudices. in Verr. 123 a, Eſſe in ſumma difficultate nummaria. Offic. 67 b, Vt res nummaria de communi ſententia conſtitueretur: iactabatur enim têporibus illis nummus, ſic, vt, &c.

NVMMATIO, onis. *nummorum copia & vis.* in Anton. 182 a, Confer lætitiam cum nummatione tua. *aliter nundinatione.*

NVMMATVS, a, um *peculiatus, nummis abundans* contra Rullum 77 b, Hyempſal non minus bene nummatus, quàm bene capillatus.

NVMMIVS, ij. *viri nomen.* de Orat. 132 b, Etiam interpretatio nominis habet acumen, cùm ad ridiculum conuertas, quamobrem ita quis vocetur, vt ego nuper Nummium diuiſorem, vt Neoptolemum ad Troiam, ſic illum in campo Martio nomen inueniſſe.

NVMMVLVS, li. *exigua pecunia.* Att. 11 b, Nummulis acceptis. Att. 19 a, Si à Sicyonijs nummulorum aliquid expreſſeris. * I.V. 189 b, Qui nummulis corrogatis de nepotum bonis ac de ſcenicorum corollarijs cùm decuriam emerunt. Att. 131 b, Nihil prorſus aliud curant, niſi agros, niſi villulas, niſi nummulos ſuos.

NVMMVS, mi: vel NVMVS. *denarius, ſeſtertius, pecunia.* de Inu. 63 b, Quidam proficiſcens ad mercatum, & ſecum aliquãtum nummorum ferens. Att. 235 a, Dolabella ſibi habeat nummos dummodo numeret idibus. pro Flac. 155 a, b, Ciuitas, in qua nummus moueri nullus poteſt ſine quinque prætoribus. pro Font. 276 a, Nummus in Gallia nullus ſine ciuium Romanorum tabulis commouetur. Attic. 124 b, Reſpondit ſe quod in nummis haberet, neſcire quo loci eſſet. Epiſtol. 63 a, Emi eam ipſam domum millibus nummûm XXXV. & 231 b, Dionyſius, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, aufugit. I.A. 186 b, Qui nummos populo de roſtris ſpargere ſolebat: id eſt, Tuditanus. & 243 a, Cùm aquilæ primipili nummos aureos daret, de meis bonis ſe dare dixit. Epiſtol. 209 b, Vt libertus negocium conficiat, ad nummosq; perueniat. Att. 75 b, Aduentus noſter ne nummo quidem ſumtui fuit. *aliter, ne minimo.* de Fin. 76 a, Ex qua hæreditate ne nummũ quidem vnum attigiſſet. I.V. 192 b, Denarius & nummus idem. Att. 83 a, Aſſident, ſubdunt ad nummum conuenit. & 89 a, Pompeius putat vos nummos commediſſe. Offic. 67 b, Vt res nummaria de communi ſententia conſtitueretur: iactabatur enim temporibus illis nummus, ſic vt nemo poſſet ſcire, quid haberet. * I.V. 192 b, Sumpſiſſes id nummorum. ibidem. Nummos volo. ibid. Quid ergo à me tibi nummorum dari poteſt, cum Senatus tibi quaternos nummos dederit? ibidem. Senatus te voluit mihi nummos dare. pro Cluent. 31 b, Sexcentis millibus nummûm ſe iudicium corrupturum eſſe dixerat. Quæ cùm accepiſſet à pupillo, ſuppreſſit, iudicioque facto, nec Safinio nec bonorum emptoribus reddidit. pro Cluent. 32 a, Cùm domi ſuæ miſerrimus & inaniſſimus tantum nummorum poſitum videret. ibidem. Démne iudicibus *nummos*? & 33 a, H-S. quadraginta millia nummûm in ſingulos iudices diſtributa. ibidem. Quorum nummos ſuppreſſos eſſe putant. pro Cluent. 35 a, Tenentur vno in loco H-S. ſexcenta quadraginta millia nummûm: tenentur apud hominem audaciſſimum: tenentur apud iudicem. pro Cluent. 36 a, Ad Stalemum ſexcenta & quadraginta millia nummûm eſſe delata. ibid. Vt DCXL millia nummûm ſexdecim iudicibus darentur. I.A. 208 a, Qui L. Antonio mille nummûm ferret expenſum. Offic. 70 a, Quærit etiam, ſi ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis, cum id reſcierit, ſoluturúsne ſit eos, ſi cui debeat, pro bonis? Attic. 11 b, An'ne nummi vobis eriperentur timebatis?

† Syntaxis. *In difficultate nummaria eſſe. Nihil in nummis habere. Sumtui eſſe aliquid nummo tantùm. Subducere ad nummum. Pro bonis adulterinos dare nummos.*

NVNC. *hoc tempore, in præſentia, hodie, per hæc tempora.* Epiſtol. 76 b, I.A. 211 b, Sed erat tunc excuſatio oppreſſis, nunc nulla eſt. Att. 105 a, Niſi fortè hæc illi tum arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnaremus. pro Quin. Roſc. 48 b, Dic nunc, te ab eo eſſe circumſcriptum pro S.R. 38 a, Etenim quoniam fidem magiſtri cognôſtis, cognoſcite nunc diſcipuli æquitatem. Ep. 13 b, Nunc vt appelles, &c. Tuſcul. 190 a, Nunc autem, &c. de Cl. 187 b, Vidi nuper, & nunc videbam de eadem re.

NVNCVERO`. de Inuent. lib. 1, Nunc verò ea vis eſt in homine, vt, &c. de Orat. lib. 2, Nunc verò fateris, &c. item I.V. act. 7.

NVNQVAM. *nullo tempore, non poſt hominum memoriam, non ex omnium ſeculorum memoria.* Attic. 98 b, Videre mihi videor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit. I.A. 197 b, Tu nunquam in hoc ordine, vel potius nunquam in hac vrbe manſiſſes.

† Syntaxis. *Tanta clades quanta nunquam fuit.*

NVNQVANDO. I. 200 a. L. VEXILLVM.

NVNQVID. *an, ne, num, ecquid.* pro Dom. 238 a, Nunquid igitur bona Lentuli religionibus religauit? de Diuin. 110 a, Nunquid ergo in ijs rebus eſt, quæ, &c. de Leg. 170 a, Nũqnid vos duas habetis patrias? an, &c. Offic. 2 b, Omniáne officia perfecta ſint, nunquid officium aliud alio maius ſit, & quæ ſunt generis eiuſdem.

NVNQVID'NAM. Part. 232 a, Nunquídnam de oratore ipſo reſtat? de Nat. 18 b, Quid ſolis nunquidnam aut lunæ, aut quinque errantium ſiderum ſimile vidiſti? de Natur. 18 b, Nunquídnam ſolis ſimile vidiſti? de Finib. 57 a, Nunquídnam manus tua ſit affecta, quemadmodum affecta nunc eſt, deſiderat?

NVNQVIS, nunquæ, nunquod, nunquid. Att. 206. Velim quæras, fundus nunquis in Nolano venalis ſit. contra Rul. 90 a, Nunquis veſtrûm ad vim accommodatus eſt. Quin. frat. 307 a, Me adhuc nemo rogauit, nunquid in Sardiniam vellem. & ibid. Te puto ſæpe habere, qui nunquid Romæ velis, quærant.

NUNCIA. de Orat. 111 b, Hiſtoria nuncia vetuſtatis. de Leg. 156 a, Ex qua *quercu* olim euolauit.

*Nuncia fulua Iouis, miranda viſa figura.* *id eſt, aquila.*

NVNCIANS, tis. I.P. 89 a, Senatus huius vnius literis nunciantibus non credidit, poſtulantibus denegauit. * I.A. 158 b, Auguria te ipſo augure nunciante.

NVNCIATIO, nis. *renunciatio.* in Ant. 175 b, Nos enim nunciationem ſolùm habemus, conſules etiam inſpectionem. I.A. 196 a, Cum eo collega tulit, quem ipſe fecit ſua nunciatione vitioſum.

NVNCIATVR. in Verrem 244 a, Cùm eſſet de hoc Thempſano incommodo nunciatum.

NVNCIO, as. *affero, renuncio. ab aliquo alicui nuncium perfero.* Acad. 19 b, Ne ſenſus quidem vera nunciant. pro Cluent. 23 a, Atq; hunc tantum mœrorem matri prius hominum rumor, quàm quiſquam ex Oppianici familia nunciauit. Acad. 29 a, Nunciatum eſt nobis à M. Varrone, veniſſe eũ, &c. I.A. 154 b, Qui boni aliquid volunt afferre affingunt aliquid, quo faciant id, quod nunciant lætiús.

* NVNCIOR, aris. de Glor. In Tuſculanum mihi nunciabãtur gladiatorij ſibili.

* NVNCIVM, ij. Vide NVNCIVS.

NVNCIVS, cij. *autor, miſſus is cui literæ dantur.* Att. 184 a, Philotimus non modò nullus venit, ſed ne per literas quidem, aut per nuncium certiorem facit me quid egerit. Epiſt. 19 a, Domeſticarum rerum tuarum habes & ſcriptores & nuncios. pro Quint. 14 b, Qui eiuſmodi nuncios, ſeu potius pegaſos habet. de Natur. 54 b, Senſus interpretes ac nuncij rerũ in capite tanquam in arce mirificè ad vſus neceſſarios & facti & collocati ſunt. in Arat. Ales nuncius Iouis. Top. 222 a, Remittere nuncium. Epiſtol. 253 a, Iam biennium eſt, cùm virtuti nuncium remiſiſti, delinitus illecebris voluptatis. Quin. frat. 289 b, Etſi non dubitabam, quin hanc epiſtolam multi nuncij, fama denique ipſa eſſet ſua celeritate ſuperatura. pro Lig. 138 a, A` Cæſare hoc C. Panſa mihi nuncium præferente, conceſſos faſces laurea-

tos tenui. pro Pom.5 a, Is qui vna die, vno nuncio, atque vna licerarum ſignificatione ciues Romanos necandos trucidandosq; denotauit. I.A.262 a, Meis literis, meis nuncijs, meiſque cohortationibus omnes ad patriæ præſidium excitaui.

¶ *Mandatum, imperium.* Epiſt.198 a, Niſi legatorum nuncio pareat.

¶ *Rumor, auditio, res allata, narrata.* I.A.271 a, Optatiſſimi nũcij, & literæ venerunt. Att. 45 b, In Epeirum igitur non iui quòd ſubiti mihi aduerſi nuncij venerant, Attic. 42 a, Duo nuncij afferuntur: vnus, &c. de Orat.99 a, De cuius morte domũ falſus ab exercitu nũcius venit. Att.47 b, De Quinto fratre nuncij nobis triſtes nec varij venerant. Att. 79 a, Cũ graues de Parthis nuncij venirent, perrexi in Ciliciam. pro Corn.68 a, Nolite per dos immortales hunc illi acerbum nuncium velle deferri, vt audiat, &c. Att.44 a, Quidã boni nuncij non optimis tamen autoribus, me Theſſalonicę tenebant. pro S.R.21 b, Exoptatum nuncium alicui afferre. Ep.29 b, Cùm optatiſſimũ nuncium accepiſſem, te mihi quæſtorem obtigiſſe. ad Brut.90 h, Triſtes de Bruto nũcij afferebantur. con, Rul.82 b, At ex hoc vectigali nunquã malus nuncius auditus eſt.* I.P.89 a, Ex ea *prouincia* te imperatore nũcius ad Senatũ allatus eſt nullus. Att.152 b, Ex eius nuncio Martijq; literis meditabar. Att.278 b Cæſarẽ, &c. improbiſſimis literis quidam, fallacibuſque interpretibus ac nuncijs impulerunt in ſpem certiſſimam conſulatus.

¶ *Diuortij ratione ac repudij.* de Orat. 109 a, Romæq́ alteram duxiſſet, neq; nuncium priori remiſiſſet. & 105 b, Remittere nuncium ſuperiori vxori: *id eſt, repudiare vxorem, diuortiũ cum vxore facere.*

† Syntaxis. *Nuncios venire, afferri, deferri, accipi.*

Nᴠɴᴄᴠᴘᴀᴛᴠs, a, um. *appellatus, dictus.* de Nat.9 b, Res vtiles vocabulis deorũ eſſe nuncupatas. Offic.64 a, Ea vitia præſtari, quæ eſſent lingua nuncupata,

Nᴠɴᴄᴠᴘo, as. *appello, nomino, προσφωνῶ: & nuncupor, ἀποθετικὸν, id eſt, deponere.* de N. 40 a, Nuncupare aliquẽ aliquo nomine. & 38 a, Itaq; illud nomine ipſius Dei nuncupabant. de Or.106 b, Vt totum illud vti lingua nuncupaſſit non in XII tabulis, ſed in magiſtri carmine ſcriptum videretur. I.V.242 b, & I.A.185 b, Nuncupare vota pro imperio. Attic. 210 b, Brutus, cui προσφωνῶ. & 244 b, Nos hîc φιλοσοφοῦμεθα: quid enim aliud? & τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnificè explicamus, προσφωνοῦμενq; Ciceroni.

Nᴠɴᴄᴠᴘoʀ, ris. *nuncupo.* de Or.157 a, Neq; illud fugerim dicere, aut effari, aut nuncupari, &c.

Nᴠɴᴅɪɴᴀᴇ, arum. *mercatus.* cont. Rul.84 a, Illi Capuam nũdinas ruſticorum, horreum Campani agri eſſe voluerunt. I.A.167 a, Cuius domus quæſtuoſiſſima eſt falſorũ chirographorum officina, agrorum, oppidorum, immunitatum, vectigalium flagitioſiſſimæ nundinæ. Att 8 b, Nundinarũ πανηγύρεις in circo Flaminio. & 64 b, Profectò rem non habes vllam, hæc negocia multarum nundinarũ fore. I.A.178 a, Imperium populi Romani huius domeſticis nundinis diminutum. I.A.169 b, In interiore ædium parte totius Reip. nundinæ.

Nᴠɴᴅɪɴᴀᴛɪo, onis. *quaſi mercatura.* I.A.182 a, Confer lætitiam cum nundinatione tua. *quædam exemplaria habent, nummatione.* * I V.132 b, Quia eam rem tu ad tuum quæſtum nundinationemq́ue hominum traduxeris. & 237 b, Fuit nundinatio aliqua, & iſti non noua, ne cauſam etiam diceret alter locus. contra Rull. 62 b, Quam in omnibus locis nundinationem iuris ac fortunarum fore putatis?

Nᴛɴᴅɪɴoʀ, aris. *mercor, emo, cauponor.* I.V.200 b, Qui ab iſto ius ad vtilitatem ſuam nundinarentur. I. V.133 a, Ab iſto & præco, qui voluit, iſtum ordinem precio mercatus eſt: & pueri annorum ſenûm ſeptenumq́ue denûm ſenatorium nomen nundinati ſunt. I. A. 185 a, Vna in domo omnes, quorum intererat, totum imperium reip. nundinari ſolent.

Nᴠɴᴅɪɴᴠᴍ. pro Dom.221 b, Si quod in cæteris legibus trinum nundinum eſſe oportet, id in adoptione ſatis eſt trium eſſe horarum. & 222 a, Quarta ſit accuſatio trinum nundinum prodita die, qua die iudicium ſit futurum. * *Alij trinûm nudinûm legunt: quod & Quintilianus vſurpat.*

Nᴠᴘᴇʀrimè. *paucis ante diebus, annis, ſeculis, horis.* I.V.202 a, Nuper, quid dico nuper? immò verò modò, ac planè paulò antè. Acad.39 a, In Cumano nuper cùm mecum Atticus noſter eſſet, &c. Att.2 b, Nuper cùm te iam aduentare arbitraremur, &c. I. V.65 a, Nuper cùm, &c. de Orat.92 a, In quibus erat is, qui nuper Romæ fuit, Menedemus hoſpes meus. de Orat.105 b, Cauſa, quæ abs te nuper dicta eſt. de Inuent. 47 b, & ad Herenn. 2 b, Aut ab aduerſarij dicto exordiemur, & ab eo maximè quod ille nuperrimè dixerit. Offic.75 a, Qui nuper indulgens in patrem, idem ſeuerus in filium. de Cl.186 b, Vidi enim Mitylenis nuper virum, &c. de Natur.51 a, Quid ea, quæ nuper, id eſt, paucis antè ſeculis medicorum ingenijs reperta ſunt? de Diuinat.98 b, Meque ante philoſophiam patefactam, quæ nuper inuenta eſt, hac de re communis vita dubitauit. de Aruſp.251 a, Nuper id patuiſſe dicunt: id eſt, decennio antè fortaſſe, vel amplius. Attic.214 *, Nunc magnoperè à te peto, de quo ſum nuper tecum locutus, videas, ne quid ei deſit.

Nᴠᴘᴛɪᴀᴇ, arum. *matrimonium, nuptiarum & matrimonij dies.* pro C.29 a, Nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ concordiæ. & & 24 b, Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt. Erant enim non matrimonij dignitate, ſed ſceleris ſocietate coniunctæ. de Nat 68 b, Niſi fortè maritimæ nuptiæ terrenis anteponantur. Att.214 a, Mulier vetula ſanè & multarum nuptiarum. de Orat. 163 b, Qua tempeſtate Paris Helenam innuptis iunxit nuptijs. *id eſt, contra ius faſq́ue coniunctis.*

Nᴠᴘᴛɪᴀʟɪs, le. pro Cl.20 b, Faces illæ nuptiales. & 23 a, Dona nuptialia. & ad Her.34 a, Nuptiales tibiæ.

Nᴠᴘᴛᴠʀᴠs, ra, rum. Epiſtol. 116 a, Paula Valeria diuortium, ſine cauſa fecit, nuptura eſt D. Bruto, nondum retulerat.

Nᴠᴘᴛᴠs, a, um. *collocatus.* pro Seſt.4 a, & de Fin.144 a, P. Seſtius C. Albini filiã, ex qua hic eſt puer, & nupta iam filia. in Ver.242 b, Mulier nupta vni ꝓpoſita omnibus. de Inu. 53 a, Illa eſt nupta quàm optimo viro. Tuſ.243 b, Singulis Indis plures ſolent eſſe nuptæ: *id eſt, vxores.* pro Cæl.37 b, Non nupta mulier. Ep.243 a, Regis Parthorum filius, quo cum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror. in Verr. 231 b, Viri, cũ quibus nuptæ erant. Top.222 a, Cùm mulier fuiſſet nupta cũ eo, cui connubijs ius non eſſet. Ep. 50 b Aliquam adoleſcentibus primarijs nuptam fuiſſe.

Nᴠʀsɪɴᴠs, a. *à Nurſia antiqua vrbe in Vmbria.* de Fin.77 a, C. Plotius Nurſinus.

Nᴠʀᴠs, rus. *filij vxor.* I.A. 171 b, Reiecta mater amicam impuri filij tanquam nurum ſequebatur.

Nᴠsǫᴠᴀᴍ. *nullo in loco.)(. vſquam, vſpiam.* Attic.115 a, Nullus vſquam delectus, noſter dux nuſquam eſt. Epiſtol. 28 a, Commoraturum me nuſquam ſanè arbitror. Tuſculan. 150 b Ego verò nuſquam eſſe illos exiſtimo. de Leg.164 b, Siue eſt illa lex ſcripta vſpiam, ſiue nuſquam. de Sen. 93 b, Nolite arbitrari, me cùm à vobis diſceſſero, nuſquam aut nullum fore.

¶ *Nunquam.* ad Her.6 b, Vt nuſquam ventum aut abitum ſine cauſa putetur.

¶ *Nulla in re.* Qu.frat.318 b, Sumtus nuſquam melius poteſt poni.

¶ *Non.* pro Planc. 271 b, Quia iam nuſquam ſunt: *id eſt, mortui.*

Nᴠᴛo, as. *vacillo.* in Verr.222 b, Illud ſignum interea nutabat, cùm vectibus ſubiectis conarentur commouere. de Nat. 24 b, Democritus nutare videtur in natura deorum. de Fin.65 a, Et in eo nutare, &c.

Nᴠᴛʀɪᴄoʀ, aris. *nutrio.* de Nat.43 a, Mundus omnia ſicut membra & partes ſuas nutricatur & continet.

Nᴠᴛʀɪᴄᴠʟᴀ, læ. in Vat.29 b, Gellius nutricula ſeditioſorum omnium. in Anton.233 a, Vt haberent aliquorũ nutriculas prædiorum.

Nᴠᴛʀɪᴍᴇɴᴛᴠᴍ, ti. *cibus, alimentum.* Orat.201 a, Quod educata huius nutrimẽtis eloquentia eſt, ipſa ſe poſteà colorat & roborat.

Nᴠᴛʀɪo, is. *alo, educo.* in Sal.273 b, Multi priuatorum audacias nutriuerunt, ego nihil timui niſi leges.

Nᴠᴛʀɪx, cis. *alumna.* de Orat.213 b, Omnia manſa, vt aiunt, nutrices pueris infantibus in os inſerere. Orat.290 a, & de Diuinat. 97 a, Eſt enim illa quaſi nutrix eius oratoris, quem, &c. Tuſcul.190 b, Vt penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur. de Amic. 110 a, Iſto enim modo nutrices & pædagogi iure vetuſtatis plurimùm beneuoſentiæ poſtulabunt.

Nᴠᴛᴠs, tus. *nixus, vis.* de N.45 b, Terra vndiq; ipſa in ſeſe nutibus ſuis conglobata. de Orat.259 b, Terram mediam ſua vi nutuque teneri. Tuſc.156 b, Grauia ſuopte nutu & ſuo pondere in terram feruntur.

¶ *Grauior ſignificatio, voluntas.* Epiſtol.203 a, Nec dubitant, quin ego à te nutu hoc conſequi poſſem. Epiſtol,183 a, Interfecto enim rege, regios omnes nutus intuemur. Epiſtol.42 b, Totumq, me ad eius viri voluntatem nutumque conuerterem. Orat. 199 a, Ad alicuius arbitrium & nutum totum ſe fingere & accommodare. pro Quint.17 b, Contra nutum ditionemque alicuius reſpirare. I. A. 212 b, Illi ad nutum parati ſunt futuri. Quint. frat. 294 a, Tot ciuitates vnius hominis nutum intuentur. de Aruſp.258 a, Bonorum animus ad nutum noſtri ordinis expeditus iam nõ erit. I.C.115 a, Hæc deorũ immortalium nutu atq;

conſi-

conſilio geſta eſſe videntur. in Verr.122 b, Nulla res niſi ad nutum iſtius iudicatur, contra Rul.68 b, Omnes pecunias ad nutum veſtrum penderent. in Verr. 242 b, Iura omnia nutu atque arbitrio alicuius gubernari. de Orat. 101 a, Autoritate nutuq; legum docemur coercere cupiditates. pro S.R.40 a, Iouis nutu & arbitrio omnia regi. Att. 106 b, An mihi nutus tuus non faceret fidem. de Orat.88 a, Tiberius Sempronius non accurata quadã orationis copia, ſed nutu atq; verbo libertinos in vrbanas tribus tranſtulit. Parad. 123 b, Hęreditatis ſpes quem nutum non obſeruat locupletis orbis ſenis. Att.226 a, Túne contra Cæſaris nutum? * in Verrem, 92 a, Niſi ad nutum tuum præſtò fuerit.

† Syntaxis. *Nutibus ac viribus ſuis nituntur grauia. Arbitrium & nutus. Ad nutum dicere, ſe fingere, paratum eſſe. Intueri nutum. Nutus & conſilium Dei.*

NVX, cis. de Orat.133 b, Nucem frangere. & ibid. Nudum nuces legere. * Incert. In nuce incluſam Iliada Homeri carmen in membrana ſcriptum.

NYMPHA, phæ. *aquarum deæ, Muſæ.* de Nat. 68 a, Nymphæ deæ, & Paniſci, & Satyri. pro Mil. 115 b, & Par. 121 a, Clodius ædem Nympharum incendit, vt memoriam publicam recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret.

NYSIVS, ſij. L. BACCVS.

NYSVS, Bacchi pater. de Nat. 71.

## O

O *Litera vocaliſſima latinorum.*

¶ *Vocandi aduerbium.* I. C. 107 b, Eſt mihi tanti, ô Quirites, &c. Epiſtol. 160 a, O' mi Furni, quàm tu cauſam tuam non noſti. in Piſ.83 a, O' noſter miſericors quid facis. de Aruſp. 247 a, Vobis autem referentibus, ô poſt hominum memoriam fortiſſimi conſules, ſenatus decreuit, &c. in An. O' C. Cæſar (adoleſcentem appello) quàm tu, &c.

¶ *Dolentis interiectio.* pro Seſt. 6 b, Alter, ô dij boni, quàm teter incedebat. Quint. frat. 322 a, Hic ô dij, nihil vnquam honorificentius nobis accidit. Epiſt. 197 a, O' multa intolerabilia locis omnibus. pro Sext. Roſc. 31 a, O' dij immortales, rem miſeram & calamitoſam. Epiſtol. 236 a, O' me perditum, ô me afflictum. Oc. 330 a, O' meã calamitoſam ſenectutem, ô me nunquam ſapientem. Att. 94 a, O' rem totam odioſam. Attic.237 a, O' factum malè de Alexione. Tuſc.232 a, Nam quid profitetur, ô dij boni. Antequam. 293 b, O' miſera vitæ ratio. pro Cæl. 48 b, O' immoderata mulier. in Verr. 88 a, O' conſuetudo peccandi, quantum habes, &c. I. A. 188 b, O' felicem vtrumque, hunc quoque felicem: hanc enim, &c. * I. V. 212 b, I. C. 97 b, O' tempora: ô mores.

¶ *Gaudentis.* Att. 66 a, O' expectatas mihi tuas literas. Att. 242 a, O' Bruti amanter ſcriptas literas.

OB *propter, ratione finis.* de N.69 b, Ob eam enim ipſam cauſam Erichtheus Athenis colitur. Tuſc.201 b, Omnia ſubita videri maiora, & quidẽ ob duas cauſas: primùm, quòd, &c. deinde, &c. pro Font. 279 b, Ob aliquod emolumentum ſuum cupidius aliquid agere. Epiſt. 122 a, Vt ſcires, &c. ob eam rem tibi hęc ſcripſi. de Fat. 145 a, Hanc rationẽ Epicurus induxit ob eam rem, quòd veritus eſt, ne, &c.

¶ *Ratione efficientiæ, occaſionis.* in Anton. 200 a, Sunt alia, ob quæ magis nunquam parebit, &c. pro Mar. 133 b, Dij pœnas à te ob aliquod delictum expetiuerunt.

¶ *Antè* pro Rab.P. 128 a, Mors ob oculos mihi ſæpe verſata eſt. pro Seſt. 13 a, Mihi exilium ob oculos verſabatur. de Vn.203 a, Ignis, qui eſt ob os effuſus. Tuſc. 199 a, Quem ſpectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant ſua.

OBAMBVLATIO, onis. *inambulatio.* ad Her.22 a, Frequentia & ambulatio hominum conturbat & infirmat imaginum notas.

OBBIBO, bis. *bibo, haurio*, Tuſc. q. 169 a, Cùm triginta iuſſu tyrannorum venenum vt ſitiens obbibiſſet, &c.

OBCAECATVS, a, um. Epiſt. 241 a, Non ſtultitia obcæcatus, ſed verecundia deterritus recuſaui.

OBCAECO, as. *occæco, excæco, obſcuro.* de Orat. 139 a, Narratio obſcura totam obcæcat orationem.

OBCAECOR, ris. ad Her. 22 a, Ne obcæcentur tenebris imagines.

OBDORMIO, mis. *dormio.* Tuſ. 168 a, Endymion neſcio quãdo in Latmo obdormiuit, nondũ opinor experrectus eſt.

OBDORMISCO, ſcis. *obdormio.* Tuſc. 167 a, Quid melius? quàm in medijs vitæ laboribus obdormiſcere, & ita conniuentem ſomno conſopiri ſempiterno, &c. 168 a,

OBDVCO, cis. *obnubo, obſtruo, obtego.* Epiſt. 127 a, & Tuſc. 182 b, Conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo. & 202 a, Labor callum obduxit dolori. Acad. 5 a, Obducere tenebras rebus clariſſimis,



¶ *Refero.* Att. 255 a, Ibi tanquam domi meæ ſcilicet, itaque obduxi poſterum diem.

¶ *Oppono.* Att. 1 a, Vt mihi videatur non eſſe ἀδυνάτον, Curium obducere.

OBDVCOR, ris. *operior.* de Nat. 50 a, Trunci libro aut cortice obducuntur, quo ſint à caloribus & frigoribus tutiores. & de Orat. 163 b, de Leg. 181 a, Redditur terræ corpus, quod ita locatum ac ſitum quaſi operimento matris obducitur.

OBDVCTIO, onis. pro Rab. 93 b, Obductio capitis abſit non modò à corpore ciuium Romanorum, ſed etiam à cogitatione, oculis, auribus.

OBDVCTVS, a, um. *opertus.* cont. Rull. 88 a, Ne refricare obductam iam reip. cicatricem videret. de Nat. 50 a, Animãtes quaſdam ſquama videmus obductas. pro Seſt. 7 b, Quę obſtructio nec diuturna eſt, nec obducta ita, vt curioſis oculis perſpici non poſſit. de Leg. 183 a, Quod cùm proximi facerent, obductaque terra erat, frugibus obſerebatur. * de Nat. 55 a, Primum enim ſuperiora ſupercilijs obducta ſudorem à capite & fronte defluentem repellũt.

† Syntaxis. *Callum obducit dolor labor & conſuetudo naturæ.*

OBDVRESCO, ſcis. *callum obduco* I. V. 220 b, Ita Sopater de ſtatua cùm iam penè obduruiſſet, vix viuus affertur. Att. 204 b, Sed iam ad iſta obduruimus, & humanitatem omnem exuimus. & 162 b, Nam ipſe obdurui. Epiſt. 26 b, Niſi diuturna deſperatione rerum obduriſſet animus ad dolorem nouum. Epiſt. 195 b, Equidem ſic iam obdurui, vt ludis Cæſaris noſtris æquiſſimo animo viderem T. Plancum. & 71 a, Alij neſcio quo pacto obduruerunt. ad Br. 292 a, Obdureſcunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi. Tuſc. 205 a, Obduruiſſeq; ſeſe contra fortunam arbitrantur. I. V. 242 b, Cùm in eiuſmodi patientia turpitudinis aliena, non ſua ſatietate obduruiſſet. I. A. 181 a, Atque his quidem inueteratis conſuetudine obduruimus. pro Mil. 116 a, Sed neſcio quomodo vſu obduruerat & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia. * de Fin. 98 a, Quis contra ſtudia naturæ tam vehementer obduruit. *al. obdurauit.*

† Syntaxis. *Obdureſcere ad labores, ærumnas. Deſperatione animus obduruit ad dolorem, contra dolorem. Patientia mea iam obduruit, & percalluit vſu.*

OBDVRO, as. *perfero, tolero.* de Fin. 98 a, Aut quis contra ſtudia naturæ tam vehementer obdurauit. *aliter obduruit.*

OBDVROR, aris. *æquo animo feror.* Att. 186 b, Quare obduretur hoc triduum.

OBEDIENS, tis. *obſequens* Off. 36 b, Appetitiones, quas Gręci ὁρμὰς, obedientes efficere rationi. I. P. 97 b, Quæ natio ſemper obediens huic imperio fuit. de Vn. 196 b, Nulli naturæ eſt obediens aut ſubiectus Deus. de Nat. 41 a, Appetitum rationi obedientem præbeamus. Off. 57 a, Homo naturæ obediens, homini nocere non poteſt.

OBEDIENTIA, tiæ. *obtemperatio.* Off. 20 b, Appetitus relinquunt, & abijciunt obedientiam, nec rationi parent, cui ſunt ſubiecti lege naturæ. Par. 122 b, Seruitus eſt ſicut obedientia fracti animi & abiecti, & arbitrio carentis ſuo.

OBEDIO, dis. *pareo, audio, auſculto, obtempero, obſecundo, aſſentio, ad nutum paratus ſum, imperium non recuſo, monita ſequor, ſequor naturam ducem, obediens ſum, dicto pareo, dicto audiens ſum.)(. obedientiam relinquo & abijcio.* Tuſc. 235 a, Sapiens parebit & obediet præcepto illi veteri, &c. de Nat. 5 b, Obedire & parére voluntati Dei. de Leg. 185 a, Neque ſolũ vt obtemperent obediantq; magiſtratibus, ſed etiam vt eos colant diligantq; præſcribimus. de Cl. 187 a, Plurimum in hac vrbe pollet multorũ obedire tempori, multorumque vel honori, vel periculo ſeruire. pro Cæcin. 294 b, Si ſeruulis hoc noſtris conceſſerimus, vt ad verba nobis obediant, nõ ad id quod ex verbis intelligi poteſt, obtemperent.

† Syntaxis. *Obedientes facere filios. Obediens ac ſubiectus alicui. Pareo, & obedio: & contrà. Ad verba obedire alicui.*

OBEO, bis. *peragro, luſtro.* de Fin. 145 a, Cur ipſe Pythagoras & Aegyptum luſtrauit, & Perſarum magos adijt? cur tantas regiones barbarorum pedibus obijt? de Somn. 127 a, Cùm obierit legatus Aegyptum & Syriam. & 95 b, Vt noſtras villas obire, & mecum lecticula concurſare poſſis. de Or. 106 b, Cui noſtrûm nõ licet fundos ſuos obire? aut res ruſticas inuiſere? contra Rul. 73 a, Obire omnes prouincias. pro Cæl. 41 a, Quo facilius & noſtras obire domos, & ipſe à ſuis coli poſſet. I. V. 67 b, Ego Siciliam totã quinquaginta diebus obij. * I. C. 116 b, Cùm hoſtes veſtri tantum ciuium ſuperfuturum putaſſent, quantum infinitæ cædi reſtitiſſet, tantum autem vrbis, quantum flamma obire non potuiſſet.

¶ *Perago, ago, tracto.* pro Ar. 188 a, Quantum cæteris ad res ſuas obeundas conceditur temporis. pro Pomp. 10 b, Obire negocia. Att. 241 a, & Acad. 2 a, Seruus videtur obijſſe

legationem.pro Pom.14 a, Cùm neq; priuatam rem maritimam,neq, publicam iam obire poſſemus. Quint. de Pet. 121, Qui tantum modò reciperet, quantum videret ſe obire poſſe. & 210 a, Sic homines cùm obeunt plures competitores,&cæt.Attic 3 a,Obieris Qu. fratris comitia. & 208 a,Obire auctionis diem facilè poteris. de Amic.96 b, Eoq; magis, quòd his proximis Nonis cùm in hortos D. Bruti Auguris commentandi cauſa,vt aſſolet, veniſſemus, tu non affuiſti, qui diligētiſſimè ſemper illum diem & illud munus ſolitus eſſes obire. Epiſt.159 b,Annum petitionis ſuæ non obierunt. Tuſc. 172 a,Multa mihi ipſi ad mortem tam tempeſtiua fuerunt,quæ vtinam potuiſſem obire. Att. 128 b, Id enim etſi erat deliberationis, tamen obire non potui: *id eſt, mare tranſire* de Orat. 99 a,Iudicia priuata magnarum rerum obire. in Ant. 187 a, Antonius diem edicti obire neglexit. de Leg.173 a, Nec vlla officiorum ſacra obeunto.

¶ *Adeo.* in Arat. ----*obit infera Perſeus*

*In loca.*---pro Mur.128 b, Is Aſiam ſic obijt, vt,&c.

¶ *Perſequor, enumero.* I.V.133 b, Nolite expectare, dum omes obeam oratione mea ciuitates.

¶ *Occumbo, morior.* pro Cluent. 27 a, Omnibus obeunda mors eſt.I.A.221 a,& de Clar. 171 b, Sulpitius in legatione mortem obijt. in Anton.203 b, Alexander tertio & trigeſimo anno mortem obijt.

¶ *Deligo.* pro Mil.106 b, Obire facinoris locum tempusq́,.

OBEVNDI, dum. I. A. 221 a, Seruius in ipſa meditatione obeundi ſui muneris exceſſit è vita. I.C.102 b, Iacére humi ad facinus obeundum.

† Syntaxis. *Obire prouinciam, Italiam, negocia, labores, munus, iudicia, mortem. Tempus facinoris obire.*

OBFIRMATVS,a,um.*pertinax.* Att.6 a,Incredibile eſt quantum mihi videatur illius voluntas obſtinatior, & in hac iracundia obfirmatior.

OBIECTO,as. *objicio.* pro Domo 228 b, & pro Planc.275 b, Obiectare probrum alicui. in Salluſtium 272 b, Mihi lacrymulam Cypriani iudicij obiectas. item: Obiectare falſum crimen alicui.

OBIECTVS,a,um.*oppoſitus.* Ac.13 a,Vt ſi qui tremerent obiecta terribili re. de Fin. 58 b, Obiecta ſpecie voluptatis. Tuſc 158 a, Cùm nulla res obiecta impediet, quo minus percipiat quale quidque ſit. I. A. 206 a, Hodie neſcio qua obiecta re remiſſio ſenatus fuit. & Poſtquam. 211 a, Quibus ego rebus obiectus, cùm viderem,&c.mecum reputaui,&c.Acad.10 b, & Tuſc. 158 a, Non poteſt animal obiectam rem perſpicuam non approbare.pro Dom.231 b,De obiectis non confiteri. pro Font. 276 b, Propugnaculum hoſtibus oppoſitum & obiectum.Epiſt.81 b, Obiectus ad omnes caſus ſubitorum periculorum. Tuſc.172 b, Obiectus fortunæ. de Diuinat. 86 b,Sed ſigno obiecto monuit Craſſum,quid euenturum eſſet,niſi caueret.de L. 190 a, Cùm Lucullo obiecta eſſet magnificentia villę Tuſculanę. Acad.13 a,Si tale viſum obiectum eſt à Deo dormienti. ad Brut. 289 a, Qui ſplendore falſi honoris obiecto,aciem boni ingenij perſtringunt. Offic.40 b,Cumq́ue his ampla & honeſta res obiecta eſt,totos ad ſe conuertit & rapit.pro Cecin.286 a, Si quis error in tanta re ſit obiectus.* I.V.177 b,Cùm verò in foro celeberrimo,tanta frequentia hoc verbo & ſimulatione Apronio, re vera tibi obiectum eſſet pro Cæl. 38 b, Quod obiectum eſt de pudicitia.pro Cluen.41 a, Nego rem eſſe vllā in quenquam illorum obiectam,quæ Fidiculano obiecta non ſit.

† Syntaxis. *Obiecta re ſpecie boni. Homo ærumnis obiectus. De obiectis non confiteri. Crimen obiectum alicui, in aliquem. Oppoſitum & obiectum propugnaculum hoſtibus.*

OBIENS, obeuntis.*occidens.* de Som. 129 b, In orientis aut obeuntis ſolis partibus.

OBIICIENDVS,a,um:di. pro S.R.24 b, Quorum tu nihil in S. Roſcium ne objjciendi cauſa contuliſti.in Vet. 30 a, Cùm tu mihi Cornelij defenſionem in maledicto objiciendam putâris. de Leg. 179 b, Erroris objiciendi cauſa. I.V.244 b, Vt iſtam rem accuſator in magnis criminibus objiciendam putaret.

OBIICIO,cis *oppono, obiecto, exprobro, aliquid in aliquem dico, maledicti, & contumeliæ loco pono, crimini do, iacio, conijcio, offero.* Att.12 b,Obijcit mihi, me ad Baias fuiſſe.in Salluſt.272 a, In idem vitium incidam quod huic obijcio. de Orat. 135 a,Obijcere probra alicui.Tuſc.148 b, Obiecit & probrum Marco,quòd duxiſſet,&c.in Verr.208 a, Non tibi obijcio, quòd Apollonium omni argento ſpoliaſti. Orat. 202 a, Cùm alter alteri obijcit vocis flexiones. in Anton. 162 a, Quid ſtultius, quàm obijcere aduerſario, quod ille ſi verbo negârit, longius progredi non poſſit qui obiecerit? I. A.185 a, Antonius ignobilitatem obijcit C. Cæſaris filio. in Saluſt.273 a, Qui mihi auſus es eloquentiam vt vitium obijcere.pro S.R.24 b, Quæ res huic tantum furorem obiecit? pro Cluent. 30 b, Obijcere aliquid alicui in maledicti vel criminis loco. Epiſt. 169 a, Non potuiſti continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæſaris obijceres. pro Planc.275 a,De Cyprio mihi videlicet obijcies, quem ego,&c. pro Arch. 118 b, Nunquam me pro ſalute veſtra in tot ac tantas dimicationes, atq; in hos impetus obiecíſſem. de Or. 85 a, Et hoc tempus omne obiecimus ijs fluctibus, qui,&c. pro S.R. 30 a, Noluerunt feris corpus obijcere,ne, &c. pro Planc. 276 a, Obijcere ſalutem ſuam pro aliquo. pro Corn.59 a, Qui ſe ſæpe telis hoſtium,qui dimicationi capitis, qui morti obiecerit. de Orat. 130 a, Quod eſt ab eo obiectum, lepóre magis eleuandū, quàm contentione frangendum videtur.pro Mur. 127 b, Obijcere ignobilitatem generis alicui.pro Mur.126 b,Obijcere maledictum alicui.pro S.R.52 a, Illa diluam, quæ de peculatu mihi iſte obiecit. *pro Dom.242 b, Si in illo penè fato Reipub. obieci meum caput pro veſtris ceremonijs atq; templis perditiſſimorum ciuium furori atq; ferro.

OBIICIOR,ris.*exponor.* pro Mil.108 b, Facinoroſorum armis meos ciues pro me objjci nolui. de Aruſp.249 b, Vt alter confeſſus poteſtati ſeruorum obijceretur.* pro Mur. 14 a,Obijcitur *Conſulatus* concionibus ſeditioſorum,inſidijs coniuratorum, telis Catilinæ.

¶ *Exprobror.* Par.238 b, Ita conſiſtendum eſt, vt quod obijcitur,factum neges.pro dom.231 b,Cùm mihi furta & libidines obijciuntur.

¶ *Occurro.* de Diuin. 97 b, Obijciuntur autem ſæpe formæ, quæ reipſa nullæ ſunt,ſpeciem autem offerunt.

¶ *Immineo.* Tuſc.177 a Obijciebatur animo meo metus.

† Syntaxis. *Obijcere in maledicto. Obijcere ſignum admonendi gratia. Obijcere, quòd. Obijcere probrum, vt probrum, quia, vt vitiū eloquentiam. Obijciuntur ſæpe formæ, quæ re vera nullæ ſunt, ſpeciem autem offerunt. Obijcitur: animo metus.*

OBITVS,a,um.*oppetitus* pro Seſt.21 a, Morte obita.

¶ *Abſolutus.* pro Qu.9 b,Qua tibi vadimonium non ſit obitum eadem te hora,&c.

OBITVS,tus *occaſus.* de Diu.107 a, Qui ſiderum ortus, obitus, motusq́; cognouerunt.

¶ *Interitus.* de Diu 116 a, Natura omnium rerum interitus atq; obitus conficit. I.C. 86 b, Qui dies poſt obitum occaſumq́; noſtrum reipub. primus illuxit. Epiſt. 49 b,* *Sulpitij.* Poſteaquam mihi renunciatum eſt de obitu Tulliæ filiæ: ſanè quàm pro eo ac debui, grauiter moleſteq́; tuli. & 172 a, Quantam perturbationem rerum vrbanarum afferat obitus conſulum.

OBIVRGANDVS,a,um.*accuſandus, caſtigandus.* de Amic.112 b, Nam & monendi ſæpe amici ſunt,& obiurgandi.

OBIVRGATIO, onis. *caſtigatio.* de Orat.139 b,His quatuor cauſis totidem medicinæ opponuntur: Tum obiurgatio ſi eſt autoritas, tum admonitio, quaſi leuior obiurgatio. Attic.43 b, Caſtigatione obiurgatione dignus. Att. 64 a, Nunc ſuſceptam obiurgationem reprimam. Offic.27 b, Atque etiam illud ipſum, quod acerbitatis habet obiurgatio,ſignificandū eſt ipſius cauſa, qui obiurgetur,ſuſceptum eſſe. Off. 27 b, In obiurgationibus vtendum nonnunquam & vocis contentione maiore,& verborum grauitate acriori.pro Cæl.42 b, Deliciarum obiurgatio fuit longa. Off 68 a, Qua hunc obiurgatione, aut quo potius conuicio à tanto errore coner auertere? de Ami. 112 a, Monitio acerbitate, obiurgatio contumelia carere debet. *Off. 27 b, Obiurgationes etiam incidunt nonnunquam neceſſarię.ibid.Quod acerbitatis habet obiurgatio.Qu.fr. 302 a, Meæ obiurgationes fuerunt amoris pleniſſimæ: q̄ſunt nonnullæ,ſed tamē mediocres,& paruę potius.ibi. Quæ ad te aliqua admonitione aut obiurgatione ſcripſi.

OBIVRGATOR,ris.*admonitor ſeuerus.* de Diu.103 a,Vt obiurgatores ſuos conuinceret. in Verr. 148 a, Sed ne obiurgator quidem ferendus is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. * con. Rull. 89 a, Quantas conceſſiones agrorum hic noſter obiurgator vno verbo facere conetur.de Nat.3 a, Qua in cauſa & beneuolos obiurgatores placare poſſumus.

OBIVRGATORIVS,a,um. At.206 b,Obiurgatoria epiſtola.

OBIVRGO,as.*caſtigo, aſperius admoneo, aſperius apello.* Epiſt. 181 a, Quem cum obiurgarem, quòd, &c. Att.94 b,Meq́; obiurgauit vetere prouerbio. pro Cæl. 42 b, Is fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus, cenſor, & magiſter, obiurgauit M.Cælium, ſicut neminem vnquam parens. Att. 15 b, Obiurgaui ſenatum, vt mihi viſus ſum, ſumma cum autoritate. Att.15 b, Quod me quodammodo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgas, &c Qu.fr.319 b, Cæſar meam in rogando verecundiam obiurgauit. 38 a, Ne in quo te obiurgem, idipſum videar imitari.

OBIVRGOR,ris.*incuſor.* Epiſt.22 b, In quo cum obiurgarer, quòd,&c.Att.66 b, Nunc te obiurgari patere, ſi iure, &c.

† Syntaxis. *Monere, & obiurgare. Obiurgatio cum autoritate. Caſti-*

*Caſtigatio & obiurgatio. Obiurgatio acerbitatem habens. Obiurgatio contumelia carens. Obiurgare in rem, & de re aliqua.*

OBLANGVEO, es: *vel* OBLANGVESCO, ſcis. *refrigeſco, deferueſco.* Epiſt. 262 a, Literulæ meæ, ſiue noſtræ, tui deſiderio oblanguerunt.

OBLATVS, a, um. *datus, illatus.* Att. 260 a, Gaudeo mihi cauſam oblatam, in qua omnes ſentiant, me ab illo alienatũ. I.C. 111 a, Facultatem mihi oblatam putaui, vt quod, &c. pro Pomp. 13 b, Bonum quod à dijs oblatum & datũ eſt. I.V. 66 b, Quod diuinitùs datũ atq; oblatũ videtur. p Do. 225 b, Domus ardebat non fortitutò, ſed oblato incẽdio. Ac. 13 a, & 46 a, Neque vt quicquam intereſſet inter inteſtinum & oblatum timorem. Acad. 46 a, Quædam quaſi impulſio oblata extrinſecus. Att. 279 a, Præſidia quæ oblata ſunt contra arma Antonij. de Amic. 108 b, Nec criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. & ibid ab aliquo oblatas criminationes depellere. pro Syll. 175 a, Id iudicium è quo ſalus oblata eſt omnibus. p Seſt. 28 b, Ego vos in omni fortuna, quæcunq; erit oblata, complectar. pro R.P. 126 a, Is in cuſtodia fuit regia, & vita eius oblata pœnæ eſt. Att. 225 b, Multis ſæpe in difficillimis rebus præſens auxiliũ eius oblatum eſt. de Fin. 140 a, Stuprum per vim oblatũ *Lucretiæ.* pro Clu. 33 b, L. Quintius oblatam ſibi facultatem putauit, vt poſſet, &c. * I.A. 153 b, Lux quædam videbatur oblata, non modò regno, quod pertuleramus, ſed etiam regni timore ſublato. Ep. 151 a, Recitatis literis oblata religio Cornuto eſt pullariorum admonitu.

† Syntaxis. *Oblata alicui cauſſa, facultas. Datum & oblatum à Deo bonum. Non fortuitum, ſed oblatum incendium. Inteſtinus.)(. Oblatus timor. Oblatum per vim ſtuprum. Oblata contra Antonium præſidia.*

OBLECTAMENTVM, ti. *oblectatio, delectatio, delectamentum.* in Verr. 231 a, & de Sen. 87 b, Vt illi haberent hæc oblectamenta & ſolatia ſeruitutis. Parad. 123 a, Vt oblectamenta puerorum ſint. * de Sen. 88 b, Poſſum perſequi permulta oblectamenta rerum ruſticarum: ſed ea ipſa, quæ dixi, ſentio fuiſſe longiora.

OBLECTATIO, onis. *oblectamentum.* de Orat. 94 b, Artes in quibus non vtilitas quæritur neceſſaria, ſed animi libera quædam oblectatio. de Nat. 6 b, Quæ iſta poteſt eſſe oblectatio Deo? Offic. 33 b, Siue oblectatio quæritur animi requiesq; curarum, ſiue, &c. de Amic. 115 b, In amicitia Scipionis mihi requies plena oblectationis fuit. * Hortẽſ. Iſtorum diſputatio tantum videtur attuliſſe negotijs hominum quandam oblectationem ocij. * de Fin. 128 a, Cùm non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes.

OBLECTO, as. *delecto.* pro Arch. 188 b, Hæc ſtudia adoleſcẽtiam alunt, ſenectutem oblectant, &c. de Orat. 114 a, Cum his me oblecto, qui res geſtas aut orationes ſcripſerunt. Qu. fr. 309 a, Quid agas, & vt te oblectes, ſcire cupio. Att. 186 b, Ego me interea cum libellis oblectabo. Qu. fr. 290 Vt quam diutiſſimè te iucunda opinione oblectarem. Qu. fr. 314 b, Oblecta te cum Cicerone quàm belliſſimè. Offic. 63 b, Dictitabat ſe hortulos aliquos emere velle, quò amicos inuitare, & vbi ſe oblectare poſſet. * de Sen. 89 a, Qui ſe agri cultione oblectabant.

OBLECTOR, aris. *delector, ducor, oblecto.* Ep. 27 b, In communibus miſerijs hac tamen oblectabar ſpecula. pro Mur. 133 b, Ludis tamen oblectamur & ducimur. Qu. fr. 315 a, Ego me in Cumano & Pompeiano, præterquam quod ſine te, cæterum ſatis commodè oblectabar.

† Syntaxis. *Oblectare ſe. Ludis oblectari, ac duci. Oblectari ſe commodè.*

OBLIDO, dis. * pro M. Scau. Libertus patronum non occidit, ſed duobus digitulis gulam obliſit.

OBLIGATIO, onis, *autoramentum, ſeruitus quædam, & quaſi vinculum.* ad Brut. 289 a, * Eſt autem grauior & difficilior animi ac ſententiæ, maximis præſertim in rebus, pro altero, quàm pecuniæ obligatio.

OBLIGATVS, a, um. *obſtrictus, deuinctus, gratiam alicui debens, alligatus.* Epiſt. 88 b, Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram: nec enim acciderat mihi opus eſſe & ille mihi debebat, quòd non defueram eius periculis: nunc tanto ſum deuinctus eius beneficio, quòd, &c. vt nemini plus debeam. Offic. 12 a, Patria & parentes, quorum beneficijs obligati ſumus. Attic 264 b, Velim ſic exiſtimes, non tibi tam Atticum, quàm me obligatum fore. I.V. 70 b, Videbam me hoc iudicio diſtrictum & obligatum fore. Ep. 212 a, Te ita exiſtimare volo, quibuſcunq; rebus Atticum obſtrinxeris, ijſdem me tibi obligatum fore. Epiſt. 175 b, Magno beneficio eius, magnoque merito ſum obligatus. I. A. 247 b, Tum me eius beneficio obligatum puto. in Catil. 123 a, Hoſtes benefici ſe obligatos putant. in Anton. 247 b, Magnis & multis pignoribus eum reſpublica obligatum tenet. pro Planc. 267 a, Tenere aliquem obligatum largitione. contra Rull. 89 a Soluta *prædia* meliore in cauſa ſunt, quàm obligata. ad Heren. 41 b, Obuolutus & obligatus corio.

OBLIGO, as, *obſtringo, deuincio, aſtringo, religo, comprehendo, alligo.* ad Brut. 289 a, Magis enim illum pro quo ſpopondi, quàm me obligaui. pro Cecin. 286 a, Qui quod ſpopondit, qua in re verbo ſe vno obligauit, id non fecit. pro Mur. 124 b, In periculum iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit. Topic. 224 b, Num is qui mancipio dedit, ob eam rem ſe vlla re obligauit? Offic. 8 b, Obligare aliquem ſecundo militiæ ſacramento. pro Syll. 180 b, Multi quorum pro ſalute ſe hic Syllæ obligauit. Poſtq. 211 a, Alter conſul pactionibus eos ſuorum præmiorum obligauit. pro Dom. 234 a, Domum alicuius religione ſempiterna obligare. pro Dom. 217 a, Cùm populum Romanum ſcelere obligaſſes. de Aruſp. 250 a, Qui ludos certiſſimos ſcelere obligares. de Nat. 71 a, Aeſculapius, qui primus vulnus obligauiſſe dicitur. Tuſcul. 183 a, Vt collocet in cubili, vt vulnus obliget. Quint. frat. 315 a, Quem fac vt tua liberalitate tibi obliges. Qu. fr. 321 a, Scaurum beneficio defenſionis valde obligaui. Epiſt. 204 a, Obligare ſibi aliquem ſummo beneficio in perpetuum. & 115 a, Quàm cum velis obligare, in tua manu eſt. I. A. 204 a, Audebo etiam obligare fidem meam.

OBLIGOR, ris. Off. 47 b, Hi obligari beneficio volunt. Tuſcul. 183 a, At ille medicum modò requirit, à quo obligetur. de Diu. 81 b, Eſt enim periculum, ne aut neglectis his impia fraude aut ſuſceptis anili ſuperſtitione obligemur. I.V. 144 b, Obligentur non ſolùm iuriſiurãdi atque exiſtimationis periculo, ſed etiam communi conſcientia. pro Corn. 61 a, Populus Romanis iniuſſu ſuo nullo pacto poteſt religione obligari. * de Fin. 58 b, Legum iudiciorumq; pœnis obligantur.

† Syntaxis. *Nihil tibi ſum obligatus. Diſtrictus & obligatus. Tenere aliquem obligatum. Obligare vulnus, aliquem in perpetuum, fidem alicui. Obligari religioni.*

OBLIGVRIO, ris. *ligurio, deuoro.* I. C. 106 a, Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierunt.

OBLIMATVS, ta. *limò pinguis.* de Nat. 52 a, Nilus recedens mollitos & oblimatos agros ad ſerendum reliquit.

OBLINO, nis. L. OBLITVS. de Clar. 169 a, Eloquentia ita tota Aſia peregrinata eſt, vt ſe externis oblineret moribus.

OBLIQVE.)(. *rectè, per rectum curſum.* de Fin. 52 b, Atomi quæ rectè, quæ obliquè ferantur. & in Arato.

OBLIQVVS, qua.)(. *rectus.* de 105 a, Nam ſi omne animal, vult, ita vtitur motu ſui corporis, prono, obliquo, ſupino, membraq; quocunq; vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit, eaq; ante efficit penè quàm cogitat: quanto id eſt facilius, cuius numini parent omnia? de Off. 129 & in Arat. *bis.*

OBLITERO, as. Poſtq. 208 b, & in Vatin. 32 a, Qui publici mei beneficij memoria priuatam offenſionem obliterauerunt.

OBLITESCO, cis. *deliteſco.)(. emergo.* de Vniu. 201 b, Quibuſque temporibus à noſtro aſpectu obliteſcant Dij, id eſt, ſtellæ, rurſusq; emerſi, &c.

OBLITVS, a, um. *ab oblino delibutus, fucatus.* I.C. 106 b, & Poſtq. 206 b, Socij Catilinæ vnguentis obliti. ad Heren. 27 b, Si crebræ collocabuntur *exornationes* oblitam reddunt orationem. in Verr. 271 a, & Attic. 36 a, Iudices non cera, ſed cœno obliti. Epiſt. 134 b, Cùm eas *facetias* videã primùm oblitas Latio, nunc verò etiam bracchatis & Tranſalpinis nationibus. I.A. 236 b, Et eum nondum tanto parricidio oblitum hoſtem iudicauit. I. V. 149 b, Contraq; ſunt omnia cum ſummo dedecore & turpitudine, tum ſingulari ſtultitia atq; inhumanitate oblita. Att. 36 a, Si Protogenes Hyaliſium illum ſuũ cœno oblitum videret. in An. 260 a, Libido flagitioſa, quâ oblita eſt Antoniorum vita. * pro Q. Gall. Verſabatur inter hos Gallius vnguentis oblitus.

OBLITVS, a, um. *ab obliuiſcor. Immemor,* ad Atticum. 88 b, Habui ſuauem recordationem clariſſimi iuriſiurandi, quod ego non eram oblitus. de Clar. 184 a, Curio ſubitò totam cauſam oblitus eſt. Attic. 67 a, Puto te exiſtimare me nunc oblitum conſuetudinis & inſtituti mei, rarius ad te ſcribere quàm ſolebam. Epiſtol. 7 b, Non nos quidem vt noſtræ dignitatis ſimus obliti, ſed vt, &c.

† Syntaxis. *Vnguentis oblitus, cœno, parricidio. Vita dedecore oblita. Oblitus cauſam, cauſæ.*

OBLIVIO, onis. *obliteratio, memoriæ lapſus.* Epiſt. 72 b, Non obliuione amicitiæ noſtræ, neque intermiſſione conſuetudinis meæ ſuperioribus temporibus ad te nullas literas miſi. & 15 a, Ego eius omnes grauiſſimas iniurias communis concordiæ cauſa voluntaria quadam obliuione con-

ne con-

ne contriueram. de Fin. 60 b, Aduerſa quaſi perpetua obliuione obruere. Epiſt. 18 b, Meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla vnquam delebit obliuio. in Ant. 222 b, Nulla eius legationis poſteritatē inobſcurabit obliuio. I. A. 153 a, Omnem memoriam diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſui. de Som. 130 b, Sermo nunquam de vllo perennis fuit, & obruitur hominum interitu, & obliuione poſteritatis extinguitur. de Clar. 169 b, Et id ipſum niſi eſſet vnius Ennij teſtimonio cognitum, hunc vetuſtas vt alios fortaſſe multos obliuione obruiſſet. Off. 6 a, Adducuntur plerique, vt eos iuſtitiæ capiat obliuio. I. A. 184 b, Nos poſt exactos reges ſeruitutis obliuio ceperat. in Verr. 218 a, Venire in obliuionem totius negotij. pro Pomp. 5 a, Mitridates omne reliquum tempus non ad obliuionem veteris belli, ſed ad comparationem noui contulit. de Orat. 109 a, Laudem aliquorū iam propè ſeneſcentem ab obliuione hominum, atque ſilentio vindicare. de Cl. 184 a, Exempla obliuionis. I. A. 264 a, Veſtra virtus nec obliuione eorum qui ſunt, nec reticentia poſterorum inſepulta eſſe poterit. pro Marc. 135 b, Tuas laudes nulla vnquam obſcuratura eſt obliuio. I. V. 264 a, Neque hæc tot tantaq; dedecora diſſimulatione tua, neq; obliuione hominum ac taciturnitate tegere voluiſti. pro Deiot. 150 b, Senatus verò iudicia de illo, &c. quæ vnquā vetuſtas obruet? aut quæ tanta delebit obliuio.

OBLIVIOSVS, a, um. *immemor.* )( *memor.* de In. 50 a, Memor, an obliuioſus de Sen. 84 a, Stultus & obliuioſus ſenex.

† Syntaxis. *Voluntaria obliuione conterere. Perpetua obruere obliuione delere. Inobſcurare, extinguere, capi. In obliuionem venire. Ad obliuionem conferre. Ab obliuione vindicare. Obliuione inſepulta virtus.*

OBLIVISCOR. *me fugit, mihi excidit, ex animo meo excidit, effluit, obliuio me capit, ex animo amitto, ex memoria depono, memoriam amitto alicuius rei depono, in obliuionem venio, obliuione perpetua deleo, oblitero, ex animo meo diſcedit alicuius rei memoria, aliquid è memoria elabitur, aliquid mea memoria dilabitur.* Epiſt. 11 a, Non potui magis obliuiſci temporum meorum, & meminiſſe actionum. pro Pl. 280 b, Memini enim, memini, nec vnquam obliuiſcar noctis illius. &c pro S. R. 26 a, Obliuiſci artificium. pro Cæl. 47 b, Obliuiſcor iniuriarum, depono memoriam doloris mei. Att. 142 b, Quòd laudas, quia obliuiſci me ſcripſi, antè facta & dicta noſtri amici, ego verò ita facio. pr Mil. 113 b, Ciues de republ. optimè meriti, in quibus homines non modò res præclariſſimas obliuiſcuntur, ſed etiam nefarias ſuſpicantur. de Clar. 184 a, Is enim in ſcriptis obliuiſcebatur, quid paulò antè poſuiſſet. pro Sext. Roſc. 33 a, Vt alia obliuiſcar. pro Quin. R. 53 b, Obliuiſcor eos viros eſſe primarios, improbos temporis cauſa fingo. * pro Lig. 143 a, Qui obliuiſci nihil ſoles, niſi iniurias.

† Syntaxis. *Obliuiſci temporum, tempora. In hac ego cauſa illud obliuiſcor.*

OBLOQVOR, ris. *obſtrepo.* Qu. fr. 312 b, Tu verò vt me & appelles, & interpelles, & obloquare, & colloquare velim. pro Clu. 50 b, Vocat me iamdudum tacita veſtra expectatio, quæ mihi obloqui videtur.

OBMVTESCO, ſcis. *conticeo, reticeo* de Cl. 195 b, Hoc ſtudium. Brute, noſtrū conticuit ſubitò, & obmutuit. & 166 a, Tum etiam eloquentia obmutuit. pro Flac. 156 b, Repente homo loquaciſſimus obmutuit. pro Dom. 240 b, Miror ei non & linguam obmutuiſſe., & manum obtorpuiſſe. de Sen. 81 b, Num quenquam horum coëgit in ſuis ſtudijs obmuteſcere ſenectus. pro Mil. 120 b, De me nulla vnquam obmuteſcet vetuſtas. de Fin. 107 b, & 75 b, Si quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legat.

† Syntaxis. *Conticeſcere, & obmuteſcere.*

OBNITOR, ris. *obſiſto, occurro.* pro Mil. 108 a, At non P. Clodio mortuo vſitatis iam rebus obnitendum eſt Miloni, vt tueatur dignitatem ſuam.

OBNOXIVS, a, um. *ſubiectus.* M. Brut. Att. 288 a, Viuat hercule Cicero, qui poteſt ſupplex & obnoxius.

OBNVBILVS, a, um. Tuſc. 158 b, Lethi obnubila, obſita tenebris loca. *Poëtæ.*

OBNVBO, bis. *obtego.* pro Rab. 92 b, Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito.

OBNVNCIATIO, onis. *auguris ſignificatio de periculo imminenti.* Att. 64 b, Obnunciationibus per Scæuolam interpoſitis. de D. 86 b, M. Craſſo quid acciderit videmus, dirarum obnunciatione neglecta Qu. fr. 323 b, Comitiorum quoquotidie ſinguli dies tolluntur obnunciationibus magna voluntate bonorum omnium.

OBNVNCIO, as. *nuncio, prænuncio.* in Ant. 176 a, Poſtquam. 206 b, Legem Trib. pleb. tulit, ne auſpicijs obtemperaretur, ne obnunciare conſilio aut comitijs liceret. in Ant. 176 a, Conſul conſuli obnunciauiſti. pro Seſt. 20 b, Tribunus obnunciauit conſuli, & 21 b, Cùm auſpicijs religioniquē parens obnunciaret quod ſenſerat. Att. 76 b, *ter*, Aſſequitur inter lucos hominem Milo, obnunciat. Att. 56 b, Metellus poſtulat, vt ſibi poſtero die in foro obnunciaretur. * ibid. Niſi Miloni C. Appius obnunciaſſet.

OBORIOR, ris. *exorior.* pro Lig. 138 a, Vide, quanta lux liberalitatis & ſapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur.

OBREPO, pis. *irrepo.* de Sen. 77 b, & 78 a, Obrepere aiunt ſenectutem citius quàm putaſſent & 85 a, Qui enim citius adoleſcentiæ ſenectus, quàm pueritiæ adoleſcentia obrepit? item. Ita ſenſim & ſine ſenſu ſeneſcimus. vt non intelligatur, quando obrepat ſenectus. de D. 137 a, Nullæ imagines obrepunt in animos dormientium extrinſecus. Att. 95 a, Mihi deceſſionis dies λεληθότως obrepebat. I. P. 79 b, & pro Pl. 262 a, Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum. Ep. 264 b, Ciatippus ſæpe inſcientibus nobis & cœnantibus obrepit. Att. 92 a, Obrepſit dies, vt vides, &c.

† Syntaxis. *Obrepit in animos imago, & animis. Ad honores obrepere.*

OBRIGEO, ges. *vel*, OBRIGESCO, ſcis. de Nat. 7 a, Pars terrarum obriguit niue & pruina. de Somn. 129 b, Quorum duos *cingulos terræ* obriguiſſe pruina vides. & Verr. 6.

OBROGATVR. I. A. 157, Quid, quòd obrogatur legib. Cæſaris.

OBROGO, as. *eſt legem aliam rogare, vt aliam ab alio latam legem infirmes.* Attic. 50 b, Quod per leges plebiſcite ſcita, hoc eſt, quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare ſine fraude ſua non liceat.

OBRVO, is. *operio, ſepelio.* )( *eruo.* de Nat. 52 a, Crocodili cùm in terra partum ediderunt, obruunt oua. & 51 a, Ranæ marinæ obruere ſeſe arena ſolent. de Aruſp. 253 b, Quod dij omen obruant. pro Deiot. 150 b, Hæc nulla vnquam delebit obliuio. de Cl. 169 b, Hunc vetuſtas obliuione obruiſſet. de Fin 60 b, Et aduerſa quaſi perpetua obliuione obruamus. de Orat. 135 a, Vt teſtem omnium riſus obrueret. pro Arch. 190 b, Idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruiſſet. de Aruſp. reſp. 257 b, Iſte parentum nomen, ſacra, memoriam, gentem, Fonteiano nomine obruit. * de Sen. 81 a, Nec verò quenquam ſenum audiui oblitum, quo loco theſaurum obruiſſet.

OBRVOR, ris. Tuſc. 208 a, Aut ita paruum malum, vt obruatur ſapientia, vixq; appareat. Quin. fr. 290 a, Te oro ne te obrui tanquam fluctu, ſic magnitudine negotij ſinas, de Orat 92 b, Obruimur ambitione & foro in Anton. 193 b, Terra bellua, quæ quoniam in foueam incidit, obruatur. * de Fin. 99 b, Omnis iſta rerum in corpore harum (*al. incorporearum*) æſtimatio ſplendore virtutis & magnitudine obſcuretur, & obruatur, atq; intereat neceſſe eſt. de Fin. 112 b, Voluptates obſcurari ſæpe & obrui.

† Syntaxis. *Obruere ſe terra. Obruere. Deus obruat omen. Alicui theſaurum obruere. Malum ſapientia obruere. Ambitione & foro obrui.*

OBRVSA. *ſincera, pura & purgata.* de Clar. 188 b, Quo magis expurgandus eſt ſermo, & adhibenda quàm obruſa oratio, quæ mutari non poteſt, nec vtendum prauiſſima conſuetudinis regula. *Sic nos hunc locum hactenus ſine dubio corruptum, poſſe corrigi putamus: niſi malimus in hunc modum legere, quod mihi magis placet: Et adhibenda quaſi obruſa, ratio, &c. vt moneat Cicero ad inquinatum ſermonem expurgandum adhibendam eſſe rationem, quaſi obruſam quandam, quæ mutari non poteſt. non vſum, qui voluntate plerunque, non ratione aliqua valet. Nam & obryzum aurum dicitur, quod igne excoctum & expurgatum, diminui, mutariui iam nulla exploratione poteſt. Et Politianus epiſt. lib. 6 ad Philip. Beroaldum, Exigere ſcripta ad obruſam, dixit: quaſi igni & calce (quod cæmentum vocant) explorare, quod de auro fit. quæ ratio explorandi tota, obruſa dici videtur. Hæc nos, nihil affirmantes, ſed in medium, quæ pro tempore potuimus, afferentes. Nam vt obtruſa legamus, nullus inde ſenſus elici commodè poteſt: niſi fortè ſcriptum fuit, abſtruſa. Quod autem quidam duo illa verba, quàm obtruſa, vel obruſa, omittenda neſcio quibus manuſcriptis exemplaribus freti, putant, mihi non videtur. vnde enim hæc verba irrepſiſſent? neque enim ſtatim, quod non intelligimus in veterum ſcriptis, expungendum eſt.*

OBRVTVS, a, um. *obductus, ſepultus.* pro Mil. 118 a, Voſq; Albanorum obrutæ aræ. pro Cec. 302 b, Obrutis rebus omnibus & perditis. de Nat. 52 a, Nilus Aegyptum tota æſtate obrutam oppletamq; tenet. de Fin. 108 b, Is etiam ſi quid obrutum erit, poterit eruere. I. V. 80 a, Obrutus & oppreſſus.

† Syntaxis. *Obrutus & oppletus. Obrutus & oppreſſus flumine.*

OBSCOENE, niùs. *turpiter.* Offic. 26 a, Adulterari turpe eſt, ſed dicitur non obſcœnè. de Nat. deor. 70 b, Mercurius cuius obſcœnius excitata natura creditur, quod aſpectu Proſerpinæ commotus ſit. * Ep. 140 b, Potuit obſcœnius eloqui?

OBSCOE-

OBSCOENITAS, tis. *turpitudo, deformitas.* Epiſtol. 140 a, Si quod ſit in obſcœnitate flagitium. Off. 26 a, Nec oratio vacat obſcœnitate. de Orat. 131 a, Verborum turpitudinem & rerum obſcœnitatem vitare. Offic. 21 a, Rerum turpitudinem adhibere, & verborum obſcœnitatem.

OBSCOENVS, a, um: ſsimus. *turpis, in obſcœnus.* Off. 25 b, Quod facere non turpe eſt, modò occultè, id dicere obſcœnum eſt. Tuſc. 249 b, Illud Antipatri eſt quidem paulò obſcœnius, ſed non abſurda ſententia eſt. Off. 21 a, Genus iocandi illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum. de Nat. 23 a, Delicatæ & obſcœnę voluptates. Epiſt. 140 a, At hodie penis eſt in obſcœnis. Qu. fr. 311 a, 61 a, Maledicta, verſus etiam obſcœniſſimi in Clodium & Clodiam dicerentur. Epiſt. 140 a, Quid, quod vulgò dicitur. Cùm nos te volumus conuenire, num obſcœnum eſt? Memini in ſenatu diſertum conſularem ita eloqui: hanc culpam maiorem, an illam dicam? potuit obſcœnius? * 140 b, Num id obſcœnum putas? ibid. In verbis honeſtis obſcœna ponimus. ibid. At ineſt obſcœnum. ibid. Et quidem iam non etiam obſcœna verba pro obſcœnis ſunt.

OBSCVRATIO, onis. *obſcuritas.* de Fin. 112 b, In quibus propter earum exiguitatem obſcuratio conſequitur. & ibid. Quibus in rebus obſcuratio tanta non ſit. * de Fin. 113 b, De iſtis ipſis obſcurationibus, quæ propter exiguitatem vix, aut ne vix quidem, appareant *quærere.* Hortenſ. Interitus Romuli in obſcuratione Solis factus eſt.

OBSCVRATVRVS, a, um. pro Mar. 135 b, Tuas laudes obſcuratura nulla vnquam eſt obliuio.

OBSCVRATVS, a, um. de Or. 117 b, Omnis eorum memoria ſenſim obſcurata eſt, & euanuit. Acad. Latent iſta omnia magnis obſcurata & circumfuſa tenebris.

OBSCVRE. *λελιθότως, clàm.*) (. *apertè, palàm.* in Catil. 119 a, Hoc malum obſcurè ſerpit. & 99 a, Non agam obſcurè. de Fin. 67 a, Heraclitus de natura nimis obſcurè memorauit. pro Qu. 9 a, Huic'ne perire quidem tacitè obſcurèque conceditur. pro Cl. 28 b, & Parad. 124 b, Obſcurè ferre aliquid. * 2 Acad. Aut nihil ſuperum, aut obſcurè admodum cernimus.

OBSCVRITAS, tis. *obſcuratio, tenebræ, caligo, ænigma.* de Orat. 147 a, Vt oratio, quæ lumen rebus adhibere debet, ea obſcuritatem & tenebras afferat. de Finib. 67 a, Satis'ne igitur videor vim verborum tenere? an ſum etiam nunc Grecè loqui, vel Latinè docendus? & tamen vide, ne ſi ego nō intelligam, quid Epicurus loquatur, cùm Græcè, vt videor, luculenter ſciam, ſit aliqua culpa eius, qui ita loquatur, vt non intelligatur: quod duobus modis ſine reprehenſione fit: ſi aut de induſtria facias, vt Heraclitus, cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur, quia de natura nimis obſcurè memorauit: aut cùm rerum obſcuritas, non verborum facit, vt non intelligatur oratio, qualis eſt in Timæo Platonis. Acad. 3 a, Eſt enim omnis cognitio multis obſtructa difficultatibus, maximaq; eſt & in ipſis rebus obſcuritas, & in iudicijs noſtris infirmitas. de Diu. 87 b, Cauſa latet obſcuritate inuoluta naturæ. ibid. 131 b, Adhibuit etiam latebram obſcuritatis, vt ijdem verſus alias in aliam rem accommodari poſſe viderentur. & 135 b, Iam verò quò pertinent obſcuritates & ænigmata ſomniorū? intelligi enim à nobis dij velle debebant ea, quæ noſtra cauſa nos monebant. de Orat. 90 b, Philoſophia in tres partes diſtributa eſt, in naturæ obſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatem, in vitam atq; mores. Topic. 221 a, Sed à libris te obſcuritas reiecit. pro Cluent. 32 b, In ea obſcuritate & dubitatione omnium, Canucio placuit iudices pronunciare. contra Rull. 73 a, Duæ ſunt huius obſcuritatis cauſæ: vna pudoris, &c. altera ſceleris, &c. Epiſt. 83 b, Sed habeo alia ſigna quæ obſeruem, quæ etſi non ſunt certiora illis, minus tamen habent vel obſcuritatis, vel erroris. pro Mar. 135 b, Erat autem obſcuritas quædam, &c. * Acad. 37 a, De obſcuritate naturæ diſſeramus.

† Syntaxis. *Obſcurè taciteq; ferre. Obſcuritatem ac tenebras afferre. Obſcuritatis latebra. Obſcuritas & dubitatio.*

OBSCVRO, as. *lucem eripio, noctem vel tenebras rebus offundo, tenebras, obſcuritatem afferro, tenebras obduco, obcæco, inobſcuro, efficio, obſtruo, perſtringo.* de N. 45 a, Eruptione Aethneorum ignium tenebrę finitimas regiones obſcurauerunt. in Catil. 98 b, Nox tenebris obſcurat omnia. Attic. 35 a, Quæ ſcribam, ἀλληγορίαις obſcurabo. pro Cluentio 18 a, Nihil nec ſubterfugere reticendo, nec obſcurare dicendo. * I. V. 17 b, Quod magnitudo lucri obſcuraret periculi magnitudinem.

OBSCVROR, ris. de Fin. 138 b, Minora maioribus obſcurantur. de Finib. 99 b, Lumen lucernæ obſcuratur & offunditur luce ſolis. de Orat. 163 b, Obſcurari atque penè obrui. de Finib. 112 b, Obſcurari quædam, nec apparere, quia valde parua ſunt. * ibid. voluptates obſcurari ſæpe & obrui. de Fin. 113 a, Quid obſcuretur aut intereat. ibid. Vna voluptas è multis obſcuratur in illa vita voluptaria. ibid. Nummus in Crœſi diuitijs obſcuratur. de Fin. 99 b, Omnis iſta rerum in corpore harum (*al. incorporearum*) æſtimatio ſplendore virtutis & magnitudine obſcuretur & obruatur atq; intereat neceſſe eſt.

† Syntaxis. *Obſcurata & euaneſcens memoria. Obſcuratur & offunditur lucernæ lumen luce ſolis. Obſcurari, obrui, interire.*

OBSCVRVS, a, um: rior, ſsimus. *habens obſcuritatem, tenebricoſus, caliginoſus, tortuoſus, inuolutus, à natura inuolutus, latens, opertus, flexiloquus, ſpiſſus, cæcus.*) (. *apertus, illuſtris.* de Inuen. 82 a, Res apertæ obſcuriores fiunt oratione de Diuin. 104 b, Quia erant multa obſcura, multa ambigua, explanationes adhibitæ ſunt interpretum. de Diuin. 132 a, Chryſippus totum volumen impleuit oraculis, partim flexiloquis & obſcvris, vt interpres egeat interprete, & ſors ipſa referenda ſit ad ſortes: partim ambiguis, & quæ ad dialecticum referenda ſint. de Natur. 79 a, Non vt deorum naturam tollerem, ſed vt intelligeretis, quàm eſſet obſcura, & quàm difficiles explicatus haberet. de Orator. 99 b, Ius applicationis obſcurum ſanè & ignotum, patefactum eſt in iudicio, atque illuſtratum à patrono. contra Rull. 73 a, Cur hoc tam eſt obſcurum atque cæcum? Part. 233 a, Obſcurus.) (. *rerum multitudine nobilitatus.* pro Muræn. 127 b, Tua nobilitas hominibus literatis eſt notior, populo verò obſcurior. contra Rullum 68 b, *de oratione Rulli obſcura.* Orat. 199 b, *de Thucidide, & eius oratione obſcuriſſima.* de Diu. 135 b, Euphorion poëta nimis obſcurus. & ibid. Heraclitus valdè obſcurus.

† Syntaxis. *Flexiloquus & obſcurus. Obſcurus. & difficiles habens explicatus. Obſcurum & ignotum. Obſcurum & cæcum.*

OBSECRATIO, onis. *preces, deprecatio, obteſtatio.* de Inu. 47 a, & de Orat. 162 a, Si prece & obſecratione humili ac ſupplici vtemur. de Ar. 258 b, Conſtituendæ nobis ſunt procurationes & obſecratio, &c. * pro Font. 284 a, Cauete ne periculoſum ſuperbumq; ſit, eius vos obſecrationem repudiare.

OBSECRO, as, *amabo te.* pro Dom. 219 b, Idē pro ſalute mea populum Rom. obſecrauit. Poſtq. 201 b, Deniq; ipſe pro mea vos ſalute non rogauit ſolùm, verumetiam obſecrauit. de Or. 116 b, Non ſolùm hortabor, vel elaboret, &c. ſed etiam obſecrabo. pro Qu. 18 a, Neuium obſecrauit per fratris ſui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, vt, &c. in Verr. 117 a, Cùm multis lacrymis eum oraret atq; obſecraret Heraclius, impetrare non potuit. Ep. 55 a, Cùm mihi C. Marcellus non ſolùm conſilium daret, ſed precibus quoq; me obſecraret, &c. Epiſt. 116 b, Ego vos P. C. oro atq; obſecro, vt, &c. pro Qu. 18 a, Itaq; te hoc obſecro, vt, &c. de Fin. 68 b, Obſecro, inquit, Torquate, hæc dicit Epicurus. Att. 43 a, Obſecro, mi Pomponi, non vides. &c. Att. 190 b, Obſecro Pyliæ ſalutem. Epiſt. 233 a, Quid, obſecro te, ita venuſta habeantur iſta, non vt vincula virorum ſint, ſed vt oblectamenta puerorum. Att. 124 a, Sed obſecro te quid hoc miſerius, quàm, &c. At. 44 a, Ad me, obſecro te, vt omnia certa perſcribas. Att 88 b, Deinde me obſecras amantiſſimè, ne obliuiſcar vigilare, & vt animaduertam quæ fiant ad Att. 170 b, Vt facias, te obteſtor atq; obſecro. Att. 208 a, Attica mea, obſecro te, quid agit? quæ me valde angit.

OBSECVNDO, as pro Pom. 13 a, Is cui ciues aſſenſerint, ſocij obtemperauerint, hoſtes & obedierint, venti tempeſtateſq; obſecundarint.

OBSEPIO, pis. *ſepio, intercludo* 135 b, Hęc omnia tibi accuſandi viam muniebant, adipiſcendi obſepiebant.

OBSEQVENS, tis. *obediens.* Epiſt. 148 b, Filius obſequens patri. Sal. in Cic. 270 b, Filia tibi iucundior atq; obſequentior, quàm parenti par eſt.

OBSEQVIVM, quij. *indulgentia, patientia.* de Amic. 113 a, *Terentij.* Obſequium amicos, veritas odium parit. Att 98 b, Itaq; effeci omni obſequio, vt neutri illorum quiſquam eſſet me charior. I. P. 80 a, Ego Antonium collegam patientia atq; obſequio meo mitigaui. pro Cæl. 40 a, Comprehendere multos amicitia, tueri obſequio. Attic. 95 b, Mulieres valde intelligo delectari obſequio & comitate adoleſcentis. Epiſt. 152 b, Abuti obſequio alicuius ad omnes res. de Leg. 168 a, Cùm animus cognitis virtutibus à corporis obſequio indulgentiaq; diſceſſerit. Attic. 157 a, Omne meum obſequium in illum fuit cum multa ſeueritate. Att. 156 a, Ea verò non ſunt ab obſequio noſtro. de Leg. 164 b, Obſequia in homines tolluntur. * de Amic. 113 a, Obſequium multò moleſtius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri ſinit. ibid. In fraudem obſequio impellitur. ibid. In obſequio autem (quoniam Terentiano verbo libenter vtimur) comitas adſit.

OBSEQVOR, ris. *moremgero, indulgeo, ſatisfacio, morigeror, gratificor, placeo.* Orat. 220 b, Dum tibi roganti obſequi vellem, ſcriben-

ſcribendi impudentiam ſuſcepi, de Orat. 93 b, Ego verò, inquit, tibi obſequi ſtudeo. Tuſc. 240 a, Cùm huic obſecutus ſis, illi eſt repugnandum. Epiſt. 15 b, In nauigando tempeſtati obſequi artis eſt. de Fin. 68 a, Obſequar igitur voluntati tuæ. pro Quin. 17 a, Vt veſtræ naturæ bonitatiq; obſequamini. Or. 211 b, Conſuetudinis auribus indulgenti libenter obſequor. de Orat. 58 a, Sed tamen etiam in his aſperitatibus rerum obſequar ſtudijs noſtris. pro Clu. 49 b, Obſequor tibi de te, vel de aliqua re.

OBSEROR, ris. *occludor, obſignor.* de Leg. 183 a, Quod cum proximi fecerant, obductaq; terra erat, frugibus obſerebatur.

OBSERVANDVS, a, um: di, do. de D. 138 b, Quomodo hæc infinita obſeruando notare poſſumus? Orat. 124 a, Sunt enim quidam oratorij numeri in oratione obſeruandi ratione quadam. p S. R. 33 b, Nihil mali eſt, canes ibi quàm plurimos eſſe, vbi permulti obſeruandi, multaq; ſeruanda ſunt.

OBSERVANS, tis: ſsimus *ſtudioſus, cupidus, diligens.* Epiſt. 203 a, Aulus Fuſius obſeruantiſſimus ſtudioſiſſimusq; noſtri. Epiſt. 235 b, Quem ſpero tui fore obſeruantem. Att. 262 a, Cognoui te mei ita cupidum, vt paucos æquè amantes atq; obſeruantes me habere exiſtimem. de Cl. 191 a, Is nimium inquirens in ſeſe, atq; ipſe ſeſe obſeruans, metuenſque ne vitioſum colligeret, etiam verum ſanguinem deprauabat.

OBSERVANTIA, tiæ. *reuerentia, veneratio.* de Inu. 70 b, Obſeruantia eſt, per quam ætate, aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus. Ep. 199 b, Sex. Aufidius obſeruantia qua me colit, accedit ad proximos. pro Mur. 141 a, & pro Pl. 268 a, Nulla eſt pœna, quæ poſſit obſeruantiam tenuiorum ab hoc vetere inſtituto officiorum excludere. pro Cor. 68 a, Officia illius obſeruantiamq; dilexit. pro Quin. 10 b, Amicos obſeruantia, rem parſimonia retinere. Att. 207 a, Ne magnum onus obſeruantiæ tibi imponerem. Epiſt. 64 b, Mea tibi obſeruantia nunquam defuit.

OBSERVATIO, onis. *animaduerſio.* de Cl. 167 b, Verùm id natura magis aut caſu, quàm ratione aliqua aut obſeruatione fiebat. de Orat. 214 b, Verſus inuentus eſt terminatione aurium & obſeruatione prudentum. de Diu. 138 b, Obſeruatio diuturna notandis rebus fecit artem. & ibid. Quæ aſtris præſentiuntur, hæc notata ſunt obſeruatione diuturna. & ibid. Neq, obſeruatione inueniri potuit ſcientia. de D. 8 a, Chaldæi diuturna obſeruatione ſiderum ſcientiam putantur effeciſſe, vt prædici futura poſſent. Offi. 51 b, Valetudo conſeruatur notitia ſui corporis, & obſeruatione rerum, quæ res aut prodeſſe ſolent, aut obeſſe. Off. 8 b, Apud antiquos ſumma erat obſeruatio in bello mouendo.

OBSERVATVS, a, um. de Orat. 94 a, Quæ obſeruata ſunt in vſu ac tractatione dicendi. Att. 50 b, Cùm ſemper ita habitum obſeruatumq; ſit. de Diu. 82 b, Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo, & ſignificatione euentus animaduerſa ac notata.

¶ *Dilectus, amatus.* pro Pl. 267 a, Quin eas tribus iudicârit officijs ab hoc obſeruatas, non largitione.

OBSERVITO, as. *ſtudioſè obſeruo.* de D. 101 a, Neq; ſolùm deorum voces Pythagorei obſeruitauerunt, *(al. obſeruauerunt)* ſed etiam hominum, quæ vocant omina.

OBSERVO, as. *animaduerto, noto, ſpeculor, aucupor, quaſi inſidior, ſeruo, pertracto, in ſpeculis ſum.* Epiſt. 83 b, Sed habeo alia ſigna, quæ obſeruem: quæ etſi non ſunt certiora illis, minus tamen habent vel obſcuritatis vel erroris. de Di. 80 a, Chaldæi motus ſtellarum obſeruauerunt: quib. notatis, quid cuique ſignificaretur, memoriæ prodiderunt. Attic. 130 a, Scribis tibi in animo eſſe obſeruare Cæſarem, & ſi ſecundum mare ad me ire cœpiſſet, confeſtim in Samniũ ad me venturum. Att. 221 b, Magis mihi iſti ſeruiunt, ſi obſeruare ſeruire eſt. pro Dom. 227 a, Obſeruare leges. pro Cl. 41 b, Maiores noſtri nunquam perinde vt rem iudicatam, obſeruauerunt animaduerſionem cenſoriam. Off 41 a, Latronum leges eſſe dicuntur, quibus pareant, quas obſeruent. ad Her. 29 a, Quid in viris? idémne obſeruabant? minimè. Epiſt. 215 a, Ago gratias, quòd meas commendationes tam diligenter obſeruas. Att. 114 b, Illud ψελλιστότερον, ſic enim putatur, obſeruo, μηδὲ δίκην: præſertim in te, quem, &c. de Diu. 101 b, Obſeruare & ſeruare idem. Orat. 217 b, Non enim id agit vt inſidietur & obſeruet, ſed iam fauet, proceſſumq; vult. pro S. R. 22 a, Multi occupationem eius obſeruant, tempusq; aucupantur. Ep. 157 a, Itaq; ei præcepi, vt tempus obſeruaret epiſtolæ tibi reddendæ. de Amic. 107 a, Nec obſeruat ſtrictè amicitia, ne plus reddat, quàm acceperit. pro Quin. 16 a, Quid tu id quemadmodum obſeruas? Par. 123 b, Obſeruare omnes motus alicuius. de Nat. 50 b, Vt in araneolis aliæ quaſi retexunt, aliæ autem ex inopinato obſeruant, & ſi quid incidit, arripiunt. de Or. 97 a, Quæ ſua ſponte homines eloquentes fecerunt, ea quoſdam obſeruaſſe atque collegiſſe. de Or. 93 a, Et perſæpe me, quæ ſoleres in dicendo obſeruare, docuiſti.

¶ *Amo, colo, veneror.* pro Pl. 268 a, Neque hoc liberis noſtris interdicẽdum eſt, ne obſeruent tribules ſuos, ne diligant. Epiſt. 139 a, Perofficioſè & peramanter obſeruare aliquẽ. Att. 34 a, Cæcilium colimus & obſeruamus. I. V. 345 b, Vehementerq; illum ordinem obſeruo. Epiſtol. 48 a, & 87 b, Colere & obſeruare aliquem. de Amic. 101 b, Omnes ferè familiariſſimi eius, quaſi deuincti meis magnis veterib. officijs, me diligenter obſeruant & colunt. Ep. 65 a, Qui me ſicut alterum parentem & obſeruat & diligit.

OBSERVOR, ris. *in actiuo vide variam poteſtatem.* in Verr. 136 b, Metellus eum cẽſum obſeruari iuſſit, qui Sext. Peduceo prætore habitus eſſet. Orat. 215 b. Quod ne accidat, obſeruari non poteſt: *id eſt, caueri.* de D. 118 a, Etſi cauſæ non reperiuntur iſtarũ rerum, res tamen ipſæ obſeruari animaduertique poſſunt. Qu. de Pet. 213 b, Fac vt abs te cuſtodiri atque obſeruari ſciant *competitores.* de Am. 101 b, Coli & obſeruari ab aliquo.

† Syntaxis. *Obſeruando notare. Amans & obſeruans. Colere aliquem ſumma obſeruantia. Obſeruatio notandis rebus, Obſeruatum, animaduerſum, notatum. Perofficioſè & peramanter obſeruare. Obſeruare & diligere. Colere & obſeruare. Id ne accidat, obſeruato: id eſt, effice, vel caue.*

OBSES, dis. *pignus, fiducia.* pro Pom. 10 b, Pompeius eis ſpẽ deditionis non ademit, obſides imperauit. I. V. 175 a, Tantum, quòd oratoribus Metellus obſides non dedit. Epiſt. 245 b, A nobis multos obſides habet pop. Rom. item, Ab his Pindeniſſo capto obſides accepti. pro Clu. 35 a, Stalenus hanc condemnationem dederat obſidem Balbo. & 57 b, Nuptiæ, quarum illa obſides filios ab eo accepit. I A. 159 b, Reipubl. tuus paruus filius in Capitolium à te miſſus obſes fuit. Anteq. 197 a, Cùm præcipuum nobis obſidem ſui animi veſtram reliquerit libertatem. I. C. 118 b, Paruus filius, qui mihi videtur amplecti rempub. tãquam obſidem conſulatus mei.

† Syntaxis. *Obſides imperare, dare, habere, accipere, mittere.*

OBSESSIO, onis. *obſidio.* pro Dom. 213 b, * Hunc tu ciuem, &c. obſeſſione templorum, occupatione fori, oppreſſione curiæ, domo & patria cedere curâſti. pro Cornel. 56 a, Nullius laboris, nullius obſeſſionis, nullius prælij expertem fuiſſe. Epiſt. 166 a, *Aſinij.* Antonium turpiter Mutinæ obſeſſionem reliquiſſe.

OBSESSOR, oris. *oppreſſor.* pro Dom. 215 b, Depopulator fori, obſeſſor curiæ.

OBSESSVRVS, a, um. Att. 240 a, Antonius militibus obſeſſurus eſt ſenatum.

OBSESSVS, a, um. *circumſeſſus, cinctus, oppreſſus.* I. C. 122 b, Patria obſeſſa facibus & telis impiæ coniurationis pro S. R. 23 a, Domus obſeſſa. pro Fl. 159 b, Græcia Aſiæ oram maritimam cinxit vrbibus, non vt munitam colonijs illam gentem, ſed vt obſeſſam teneret. pro Fon. 280 a, Ab his gentibus obſeſſum Capitolium eſt. de Aruſp. reſponſ. 255 b, Is obſeſſus eſt domi. pro Pom. 7 b, Vrbem Cizicenorum obſeſſam eſſe ab ipſo rege maxima multitudine, & oppugnatam vehementiſſimè, quam L. Lucullus ſummis obſidionis periculis liberauit. poſtq. 204 b, Cùm vi, ferro, metu obſeſſi teneremini. I. A. 205 b. Or. 217 b, Cùm is qui audit ab oratore, iam obſeſſus eſt, ac tenetur.

OBSIDENDVM. in Catil. 102 b, Iacére humi ad obſidendum ſtuprum.

OBSIDEO, es, *circumſideo, obſeſſum teneo, occupo, foſſa & vallo ſeptum teneo, oppugno.* in Ant. 212 a, Qui Mutinam coloniam populi Rom. & conſulem deſignatum obſederit. & ibid. Antonius armis obſedit, aut excluſit ſenatum. pro Dom. 231 a, Qui impelluntur, vt obſideant ſenatum. cont. Rull. 81 a, Totam Italiam ſuis præſidijs obſidere & occupare cogitat. pro Flac. 158 a, Cum *curia* ſpeculatur, atque obſidet roſtra vindex temeritatis, atq; moderatrix officij curia. I. A. 153 a, Dictatura, quæ vim iam regiæ poteſtatis obſederat: *id eſt, obtinuerat.* & 177 a, Cum omnes aditus armati obſiderent. I. V. 265 b, Qui ſinus quoſdam obſediſſe maritimos dicuntur. & ibid. Aut promontoria tenuiſſe. I. V. 67 b, Obſidere tempus alterius: *id eſt, obſeruare.* Att. 85 b, Scaptius equitum turmis incluſum in curia ſenatum Salaminæ obſederat. de Aruſp. 244 b, Obſidere, oppugnare, labefactare aliquam vrbem.

OBSIDEOR, ris. Att. 154 a, Nos, quoniam ſuperum mare obſidetur, infero nauigabimus.

OBSIDIO, onis. *obſeſſio.* Att. 129 a, Domitium periculo obſidionis liberare cupio. pro Font. 283 b, Colonia, quæ per hunc obſidione liberata eſt. pro Mur. 128 b, Vrbes partim obſidione cepit. I. A. 236 b, Antonius ſolet accipere manicas,

cas,nec diutius obſidionis metum ſuſtinere. Epiſt.63 a,& pro Pomp.7 b, Qui ex obſidione fœneratores exemerit.

OBSIGNANDVS,a,um:di.I.V.232 b, Literas obſignandas publico ſigno curaui.I.V. 68 a, Quæ cognoui egomet apud iſtum in ædibus, cum obſignandi cauſa veniſſem.

OBSIGNATOR, oris. * pro Cluen. 25 a, Oppianicus obſignatores ad eum,qui neq; Aiulium noſſent,adducit.& 75 a,Neq; earum autorem literarum, neq; ſignatorem, neq; teſtem vllum nominabis? Att.191 a, Quod ſcribis Terentiam de obſignatoribus mei teſtamenti loqui. & 230 b, Qui te obſignatorem adhibuerunt. & 264 a, Vt id, quod probauit Cæſar, nobis teſtibus & obſignatoribus, qui & decretis & reſponſis Cæſaris interfueramus, videatur obtinere potuiſſe.

OBSIGNATVS,a,um. pro Flac.154 a, Hæc quæ eſt à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica qua vtuntur omnes in publicis & priuatis literis. Att.122 a,& 64 b,Obſignata iam epiſtola ſuperiore,quam. &c. Tuſc. 254 b, Agere cum aliquo tabellis obſignatis.de Diu.138 a, Quædam matrona viſa eſt in quiete obſignatam habere naturam:retulit: negauit eam, quoniā obſignata fuiſſet, concipere potuiſſe: At alter prægnantem eſſe dixit.nam inane obſignari nihil ſolere. Att.97 a, Admiratus ſum,vt vidi epiſtolam obſignatam, breuitatem eius.& 190 b,Curij teſtamentum Ciceronum ſignis obſignatum. I. V. 100 a,Tabulæ teſtamenti obſignatæ non minus multis ſignis, quàm è lege oporteat.de Orat.131 b,Furacem ſeruum ſolum eſſe, cui domi nihil nec obſignatum ſit,nec occluſum.Att.262 b, Decretum, quod obſignatum eſt ab ampliſſimis viris. * pro Cluent.25 a, Iſte Teſtamento Aſinij nomine obſignato diſcedit.

OBSIGNO,as,*ſigno, conſigno.)(reſigno.*Att.78 b,Obſignatam iam epiſtolam meam, quam te puto perlegiſſe.de Orat. 99 a,Cùm obſignas tabulas clientis tui, quibus id ſit ſcriptum,quo ille capiatur. Att. 264 a, Decretum, quod ego obſignaui cum multis ampliſſimis viris. pro Qu. 12 a, Eius rei conditioniſque tabellas obſignauerunt viri boni complures. I. V. 256 b, Obſignare tabellas ſignis amicorum.& 106 b, Quòd tum codicem obſignauiſſem. Epiſt. 266 b,Obſignare lagenas inanes.* pro M Scau.Qui cum Quin.Cepione contra Scaurum obſignauerat ſtateras.

OBSIGNOR,ris. de Inu. 81 a, Tabulæ obſignantur. pro Fl. 150 b,Lex tabulas iudicum ſignis obſignari iubet.

OBSISTITVR.de Fin. 110 a, Qua *magnitudine animi* facilè poſſet repugnari obſiſtiq; fortunæ.

OBSISTO,ſtis *reſiſto,repugno,occurro.* I. V. 222 a, Qui primò cum obſiſtere & defendere conarentur,repulſi ſunt. pro Flac.165 a,Græcis,Lydis obſiſtent Rhodij,&c.I.C.114 b, Conſilijs Catilinæ occurri atq; obſtiti.& 186 a,Niſi Panſa obſtitiſſet.Tuſc.181 a,Obſiſtere dolori. Att. 2 a, Ambitionem meam putabis obſtitiſſe. de Fin.96, Obſiſtere viſis, aſſenſuſq; ſuſtinere. Acad.27 a, Obſiſtere opinionibus,repugnare viſis. Qu. fr. 300 a, Obſiſtere ſermoni alicuius. Off.5 b,Qui autem non defendit,nec obſiſtit iniuriæ,tam eſt in vitio,quàm ſi,&c.Off.37 a,Multorum odijs nullæ opes poſſunt obſiſtere. Offic. 40 a, Vitia, quibus alij facilè poſſunt obſiſtere. de Sen. 92 a, Audacter obſiſtere alicui.

OBSITVS,a, um.*obſoletus,horridus,ſqualidus.*Tuſc.158 b,
*Leti obnubila,obſita tenebris loca.* Poetæ.

OBSOLEO,les.I.A.180,In homine enim turpiſſimo obſolebant dignitatis inſignia:*alias obſoleſcebant.*

OBSOLESCO,ſcis.*tenebris vetuſtatis opprimor.*Acad.41 a,Hæc incluſa habebam,& ne obſoleſcerent,renouabam,cùm licebat,legendo.de Inu. 51 a, Res quæ propter vetuſtatem obſoleuerunt.& 42 b, Hoc verò à pleriſq; eorum deſertū obſoleuiſſe.pro Seſt.16 a,Virtus ſplendet per ſeſe ſemper, nec alienis vnquam ſordibus obſoleſcit. pro Cæl. 49 a, Chartæ quoque, quæ illam priſtinam ſeueritatem continebant, obſoleuerunt. contra Rull. 64 b, Vectigal quod amiſſis alijs remaneat, intermiſſis non conquieſcat,in pace niteat,in bello non obſoleſcat.pro Pom. 13 b, Obſoleuit iam iſta oratio, re multo magis quàm verbis refutata. pro Qu.10 b, Antiquam officij ratione dilexit, cuius ſplēdor omnis in his moribus obſoleuit. de Orat. 55 a, Quæ ſanè nunc obſoleuerunt.

OBSOLETIVS.I.V.107 a,Obſoletiùs veſtitus.

OBSOLETVS,a,um:tior.*inſolens,antiquus,inuſitatus,ſordidus.* I.V.87 a, Hæc nimis antiqua & obſoleta ſunt. & 259 a,& de Orat. 156 b, Abiecta & obſoleta verba fugienda ſunt. Att.19 a,Barbara quædam & obſoleta. pro Qu.10 b, Hæc vulgaria & obſoleta ſunt.de Orat.145 a, Vereor ne paulo obſoletior ſit oratio.Off.95 b,Cyrenaicis obſoletis floret Epicurus.pro Fon.282 b,Studijs militaribus apud iuuentutem obſoletis.cont.Rull.68 b, Veſtitus obſoletior, corpus incultum & horridum.ad Her.35 a, Numitor obſoletus.de Repub. lib 3, teſte Auguſtino de ciuit. Dei, lib.2. cap.21, Obliuione obſoletos mores videmus.

¶ *Abiectus.*I.P.98 b, Atque inde obſoletus Theſſalonicam veniſti.

† Syntaxis. *Obſoleſcere vetuſtate,propter vetuſtatem. Obſoleſcere, Antiquum & obſoletum. Abiectum & obſoletum. Obſoletus veſtitus.*

OBSONIVM, nij: *vel* OBSONIVM. *Pulmentum, id eſt, quicquid ad panem vinumq; adijcitur in cibum, vt caſeus, carnes,oua, piſces,& id genus alia.* Epiſt. 138 b, * Hoc ſi verbis aſſecutus es, &c. Sin autem obſonio.

OBSONO,as.*obſonium comparo.*Tuſc.247 a, Socratem ferūt, cùm vſque ad veſperum contentius ambularet, quæſitumq; eſſet ex eo,quare id faceret?reſpōdiſſe ſe, quo melius cœnaret, obſonare ambulando famem.

OBSTINATIO,nis.*peruicacia,pertinacia, nimia perſeuerantia.* de Pro.77 b, Quæ ego omnia non ingrato animo, ſed obſtinatione quadam ſententiæ repudiaui.

OBSTINATVS,a,um:tior.*pertinax,pugnax.* Att.6 a, Illius voluntas obſtinatior.

OBSTIPVS,a,um. de Nat.47 a,
*Obſtipum caput, & tereti ceruice reflexum.*

OBSTITVS,a, um.* *Obſtitum Cloatius & Aelius Stilo eſſe aiunt violatum attactumq; de cœlo. Cincius quoque qui Deo Deæq; obſtiterit,id eſt, qui viderit quod videri nefas eſſet.* de Leg. 173 b, Fulgura atque obſtita pianto.

OBSTO,as. *obſiſto, officio, impedio.* Acad. 6 a, Maxima eſt in ſenſibus veritas, ſi omnia remouentur, quę obſtant & impediunt. Orat. 201 b, & pro Qu. 7 a, Aut aliquid afferet, quod oppoſitum probabilius ſit, quàm illud quod obſtabit.de Diu.109 a, Niſi quæ cauſa grauior obſtiterit.itē: Obſtiti videlicet ne,&c.L. OBSISTO. pro S.R. 19 b, Cui pecuniæ vita S. Roſcij obſtare atque officere videtur.pro Mil.120 b, Miloni facinoris ſuſpicio,non facti crimen obſtat.* pro C.Cornel.Niſi hæc ipſa lex obſtitiſſet, decreuiſſem.pro S.Roſc.37 a,Cur mihi te offers?ac meis commodis officio ſimulato officis & obſtas?

† Syntaxis.*Obſtare & impedire. Officere & obſtare. Quid obſtat, quo minus, &c.*

OBSTREPO,is.*obloquor.*de Orat.147 a, Ipſe ſibi in dicendo obſtrepere videntur.Epiſt.62 a, Quæ res fecit,vt tibi literis obſtrepere non auderem.

OBSTREPOR,ris.*obijcior.*pro Mar.132 a,Sed tamen eiuſmodi res neſcio quomodo etiam dum leguntur, obſtrepi clamore militum videntur, & tubarum ſono.

OBSTRICTVS,a,um.*obligatus, deuinctus.* pro Cæl.54 b, Hūc addictum, deditum,obſtrictum vobis habetis.pro Pl.159 a, Cui non ſim obſtrictus memoria beneficij ſempiterna. I.P.85 b, Aliquem fœdere obſtrictum tenere. pro Syll. 168 a,Si defendes eum, quem obſtrictum eſſe patriæ ſuſpicere.pro Cæl.47 a, Si hic obſtrictus voluptatibus teneretur. pro Dom.237 a, Qui tibi erat magis obſtrictus beneficio recenti. pro Pl. 274 b, Maximis beneficij vinculis obſtrictus.)(*liber & ſolutus.* de Inu. 79 a, An legibus obſtrictos in tantis moleſtijs eſſe,æquum eſt? I.V. 216 a, Qui tanto ſcelere ſe obſtrictum eſſe non ſentit.ibid.227 a, Tanta religione obſtricta tota prouincia eſt, tanta ſuperſtitio mētes Siculorum occupauit. Att. 201 a, Ego me magna voti religione obſtrictum puto. * I.P.86 a, Hac tamen obſtructi pactione tenebamini.

OBSTRINGO,gis,*deuincio, obligo.* Att. 86 a, Cùm ſex libris tanquam prædibus me ipſum obſtrinxerim. pro Cl.57 b, Quæ illum donis muliebribus collocatione filiæ,ſpe hæreditatis obſtrinxit. Ep. 172 b, Omneis iam amicos meos ære alieno obſtrinxi. Epiſt. 212 a, Te ita exiſtimare volo, quibuſcunq; rebus Atticum obſtrinxeris, iiſdem tibi obligatum fore.de Orat.133, Memmius religione ciuitatem obſtrinxit I.A.176 a,Obſtrinxit populum Rom. religione. pro Clu. 60 b, Quem vobis in perpetuum obſtringite.

¶ *Contamino.* I. A. 237 a, Qui nefario patriæ parricidio ſe obſtrinxerit. I. V. 77 b, Qui tot ſceleribus ſe obſtrinxerit.

OBSTRINGOR,in Ver.232 b, Me omnium officiorum obſtringi religione arbitror.

OBSTRVCTIO,onis.*interclusio.* pro Seſtio 7 b, Sed hæc obſtructio nec diuturna eſt,nec obducta, ita vt curioſis oculis perſpici non poſſit.

OBSTRVCTVRVS,a, um. pro Dom. 236 a, b, Primò ſe luminibus eius eſſe obſtructurum minabatur.

OBSTRVCTVS,a,um.*clauſus, ſeptus.* de Fat.142, Zopyrus ſtupidum eſſe Socratem dixit, & Bardum, quòd iugula concaua non haberet, obſtructas eas partes & obturatas eſſe de Clar.orat.166 a, Ad quos omnis nobis aditus,qui penè ſolis patuit, obſtructus eſt. Acad. 2 b, Eſt enim omnis cognitio multis obſtructa difficultatibus.

OBSTRVO,is.*obſepio,obtrudo,oppilo.* de Clar.170 b,Sic Catonis lu-

nis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exagge-
rata altius oratio. in Arat.
*Sin autem ſufficiens ſignis mons obſtruet altus.*
pro Syll. 182 a, Munite communem arcem bonorum, ob-
ſtruite perfugia improborum. de Sen. 9 b, Qui iter Pœ-
nis vel corporibus ſuis obſtruere voluerunt.
OBSTVPEFACTVS, a, um. *ſtupefactus.* I.C. 107 b, Catilina ob-
ſtupefactus ac perterritus mea diligentia in exilium abie-
rit. pro Deiot. 150 a, Homines admiratione obſtupefacti.
de D. 93 a, Cum ea pars animi ſit immoderato obſtupe-
facta potu atque paſtu.
OBSTVPESCO, ſcis. *ſtupeo, ſtupeſco.* de Diu. 19 a, Eius aſpectu
cùm obſtupuiſſet bubulcus, clamorem maiorem cum ad-
miratione edidit. Att. 82 a, Ob hæc beneficia, quibus illi
obſtupeſcunt nullos honores mihi decerni ſino. I.C. 113
b, Sic enim obſtupuerant, ſic terram intuebantur, vt, &c.
de Diu. 120 a, & Ep. 112 b,
*Quidnam torpentes ſubitò obſtupuiſtis Achiui?*
pro Mar. 135 b, Obſtupeſcent poſteri.
OBSVM, es. *officio, noceo.* de Or. 95 a, Pudor qui non modò
non obeſſet eius orationi, ſed etiam probitatis commen-
datione prodeſſet. ad Her. 31 b, Quid illis adiumento fu-
turum eſſet, aut offuturum nobis.* de Orat. 158 a, Ne cō-
tagio mea bonis vmbráue obſit. *poetæ.*
OBSVRDESCO, ſcis. *ſenſum audiendi amitto.* de Somn. 129 a,
Hoc ſonitu completæ aures obſurdeſcunt. de Am. 112 b,
Obſurdeſcimus tamen, nec ea quæ monemur, audimus.
OBTECTVS, a, um. p Cel. 46 b, Quæ vitia multis poſtea vir-
tutibus obtecta adoleſcétię excuſatione defendi poſſunt.
OBTEGO, gis. *contego, obduco.* pro Sext. 70 a, Frater meus in
comitio iacuit, ſeque ſeruorum libertorumq; corporibus
obtexit. Att. 16 a, * Qui cùm loquar, nihil fingam, nihil
diſſimulem, nihil obtegam.
OBTEGOR, ris. in Vat. 31 a, Vt adoleſcentiæ turpitudo ob-
ſcuritate ac ſordibus tuis obtegatur. de L. 181 a, Quemad-
modum os reiectum terræ *(al. reſectum terra)* obtegatur.
OBTEMPERATIO, onis. *obedientia.* de L. 164 b, Iuſticia eſt ob-
temperatio ſcriptis legibus, inſtitutiſq; populorum.
OBTEMPERO, as. *obedio, pareo.* pro Qu. 1 b, Si id eſt defende-
re, cupiditati alterius obtemperare, quò is facilius inno-
centes poſſit opprimere. pro Cec. 295 a, Si ſerui ad verba
nobis obediant, non ad id quod ex verbis intelligi poteſt,
obtemperent. Ep. 21 b, Te audi, tibi obtempera. Tuſc. 177
a, Obtemperat ipſe ſibi. Att. 43 b, Sed tamen quod me vos
ſperare vultis, vobis obtemperabo.
OBTENDOR, ris. *obducor.* Qu. fr. 292 b, Vniuſcuiuſq; natura
tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur.
OBTENTO, at. *tento.* Att. 145 a, Spes quædam me obtenta-
bat fore, &c.
OBTENTVS, a, um. I.A. 181 a, Teſtamentum irritum fecit,
Quod etiam infimis ciuibus ſemper obtētum eſt. p Corn.
47 b, Quæ volebamus & contendimus, obtenta nō ſunt.
OBTERO, ris. *contundo.* Anteq. 195 a, Qui nouam rationem
ſuſcitant, veteres maiorum obterunt laudes. de Diu. 86 a,
Aperteq; artem obterere extiſpicum. Ep. 65 b, Proſternere
& obterere obtrectationes maleuolorum. pro Cæl. 288 b,
Ita calumniam obtriuit ac contudit.
OBTEROR, ris. in Verr. 235 b, Laudem imperatoriam cri-
minibus auaritiæ obteri.* de Fin. 119 b, Omniaque, quæ
dura, difficilia, aduerſa videantur, ea virtutibus iis, quibus
à natura eſſemus ornati, obteri poſſe.
† Syntaxis. *Calumnias obterere & contundere. Proſternere & ob-
terere ſuum nomen.*
OBTESTANS, tis. Att. 280 b, Oro atque obſecro te, mi Ci-
cero, neceſſitudinem noſtram, tuamq; in me beneuolen-
tiam obteſtans, obliuiſcaris, &c. Epiſt. 40 a, Obteſtans o-
mnes deos, &c.
OBTESTATIO, onis. *imploratio, obſecratio, deprecatio.* Ep. 120
b, Mei officij eſt, me meminiſſe, qua obteſtatione decedēs
mihi ne paterer fieri, mandâris. pro Dom. 238 a, Sanctio-
nes ſacrandæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione & cō-
ſecratione legis, aut pœna, cum, &c. pro Dom. 238 b, Quid
ergo tua obteſtatio tibicinis voluit? pro Cl. 24 b, Mulier
obteſtatione viri domo exire non debuit.
OBTESTOR, aris. *teſtor, appello, imploro* in Verr 274 b, Deos o-
mnes imploro atq; obteſtor. pro Mur. 144 b, Veſtram fi-
dem obteſtor, miſericordiam imploro. pro Flac. 149 b,
Quem enim alium appellem? quem obteſter? quem im-
plorem? pro Plan. 281 a, Mecum vos ſimul miſerrimus ob-
teſtatur parens, & pro vno filio duo patres deprecamur:
nolite iudices per vos, per fortunas veſtras, per liberos, i-
nimicis meis dare lætitiam. pro Mil. 119 b, Oro obteſtorq;
vos, vt miſericordiam huic tribuatis. Antequam. 193 a,
Iure igitur vos obteſtor, quos mihi & debere, & poſſe in-
telligo opitulari. pro Flac. 165 b, Cùm ego te, Flacce cœ-
lum noctemq; conteſtans, flens flentem obteſtabar, cùm
tuæ fidei ſpectatiſſimæ ſalutem ciuium commendabam.
pro Qu. 17 a, Te obſecro obteſtorq; per ſenectutem & ſo-
litudinem meam, nihil aliud niſi vt, &c. Att. 170 b, & pro
Sext. 28 b, Idq; vt facias te obteſtor, atque obſecro pro Syl.
184 b, Id ſibi ne eripiatis, vos obteſtatur pro Sext. 12 b. De
quo te patria obteſtor, me fugiſſe, &c. pro Cæl. 54 a, Qua-
re obteſtor oroq; vos iudices, vt, &c. Anteq. 197 a, Nunc
ego vos obteſtor, vt velitis, &c. & 204 a, Si vobis parum
cumulatè gratias egero, quæſo, obteſtorq; vos, ne, &c. Att.
51 a, Oro obteſtorq; te, vt, &c. Qu. fratrem ames. pro Mil.
218 a, Vos enim Albani tumuli atq; luci, vos, inquam, im-
ploro & obteſtor, veſtræ tum aræ, veſtræ religiones vigu-
erunt.* Att. 147 b, Quam ob rem à te peto, vel potius o-
mnibus te precibus oro & obteſtor, vt.
† Syntaxis. *Imploro & obteſtor. Oro & obteſtor. Obſecro & obte-
ſtor: & contrà. Obteſtor & oro. Quæſo, obteſtorq́ue.*
OBTINEO, es. *teneo, adipiſcor, vinco.* pro Qu. 5 b, Nemo adhuc
præter te fuit, vbi noſtrum ius contra illos obtineremus.
in Ant. 169 b, Suam quiſq; domum dum obtinebat. in Sal.
275 a, Salluſtio Africam interiorem obtinente. Epiſt. 12 b,
Obtinere Hiſpaniam citeriorem cum imperio. de Orat. 88
b, Academiam Carneades & Clitomachus obtinebant.
I.V. 265 b, Verres totam inſulam obtinebat, Cyclops Aet-
nam ſolam tenuiſſe dicitur.* I.V. 261 a, Hæc *ciuitas* tanta
apud te cognationis, fidelitatis, vetuſtatis autoritate, ne
hoc quidem iuris obtinuit, vt. te Petit. 210 b, Quoniam
nulla impenſa per te alij rem honeſtam, alij ſalutē ac for-
tunas omnes obtinuerunt. Parad. 123 a, Sic in ciuitate
qui ſe iſtarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipſius ci-
uitatis locum penè infimū obtinent. Ep. 4 a, Cauſam e-
nim frequenti Senatu in magna varietate, magnaq; inui-
dia eorum, &c. obtinebamus.
¶ *Conſeruo.* Qu. fr. 297 a, Neceſſitudinem, quæ eſt nobis cū
publicanis, obtinere & conſeruare poſſumus. de Nat. 35
b, Sol qui aſtrorum obtinet principatum. Ep. 58 a, Obti-
nere priſtinam dignitatem ſuam. Att. 156 b, Hi ſunt qui
nſi me ciuitate expuliſſent, obtinere ſe non poſſe putârūt
licentiam cupiditatum ſuarum. pro Qu. 13 b, Hoc cogi-
tent, ita ſe graues eſſe, vt ſi veritatem volent retinere, gra-
uitatem poſſint obtinere.* de Orat. 153 a, Nam illud alte-
rum genus *quæſtionis*, quod eſt temporibus, locis, reis de-
finitum, obtinerent philoſophi, atq; idipſum lacinia.
¶ *Suſtineo.* pro Qu. 1 b, Q. Hortenſius, qui hoc iudicio par-
tes accuſatoris obtinet.
¶ *Aſſequor, conſequor, vinco.* Att. 117 a, Pompeius malas cau-
ſas ſemper obtinuit, in optima concidit. pro Qu. R. 46 b,
Totam litem aut obtinere, aut amittere. Orat. 203 a, & I.V.
112 b, Hoc ad obtinendas cauſas valet plurimùm.
¶ *Habeo.* pro Syll. 170 a, Quorum alter apud me parentis
grauitatem, alter filij ſuauitatem obtinebat. pro Do. 230
b, Calamitas mihi maledicti locum aut criminis obtine-
bit? de Orat. 164 a, Ad actionis vſus maximam ſine du-
bio partem vox obtinet Qu. f. 318 a, Nunc hoc atriolum
vel hyeme teſtudinis, vel æſtate valde boni æſtiui locum
obtinebit. Off. 41 b, Filij eius mortui numerum obtinent
iure cæſorum. I.A. 174 a, Quem locum apud Cæſarē ob-
tinuiſti? quo numero fuiſti? pro Lig. 139 a, Hæc tanta leui-
tas, quantum tu per te, per te, inquam, obtines.
¶ *Cuſtodio, conſeruo.* Ep. 57 a, Obtinemus ipſius Cæſaris ſum-
mam erga nos humanitatem. Ep. 52 b, Nihil tibi deeſſe ar-
bitror ad tuas fortunas obtinendas.
¶ *Exoro.* Ep. 9 b, Omnia quæ voles, tu obtinebis.
¶ *Confirmo* pro Qu. 13 b, Non ad obtinēdum mendacium,
ſed ad verum probandum autoritas adiuuat.
OBTINEOR, ris. Off. 99 a, Regnum, quod à Tantalo prodi-
tum iure obtinebatur. Ep. 5 a, A' nobis agentur omnia, vt
neq; ſi quid obtineri poterit, non contendamus, neque ſi
non obtinuerimus, &c.
† Syntaxis. *Obtinere dignitatem ſuam, prouinciam, Aſiam, hu-
manitatem alicuius, mendacium, regnum iure, leuitatem per ſe,
Prouinciam cum imperio. Obtinere & conſeruare amicitiam. Ma-
las cauſas obtinere.)(.a. .ittere. Obtinere partes accuſatoris. Ma-
gnam partem vox obtinet ad. id eſt, vim habet.*
OBTINGO, gis. *obuenio.* in Vat. 31 a, Cùm tibi aquaria pro-
uincia ſorte obtigiſſet. Off. 5 a, Quod cuique obtigit, id
quiſq; teneat. Att. 20 a, Quam mihi obtigiſſe dicis σπάρ-
ταν, nunquam deſeram. Ep. 29 b, Cùm optatiſſimum nū-
cium accepiſſem te mihi quæſtorem obtigiſſe. I.C. 118 b,
Deinde ſi quid obtigerit, æquo animo paratoq; moriar.
de D. 101 b, Cùm ei obtigiſſet vt bellum gereret cum rege
Perſe & 116 a, Talia cuique exta eſſe, qualis cuiq; obtige-
rit hoſtia.
† Syntaxis. *Mihi obtigit clara prouincia, Caſ. imperator, ſi obtige-
rit, vt, &c.*
OBTORPESCO, ſcis: *vel* OBTORPEO. *torpeo, obſtupeſco.* pro
Dom. 204 b, Miror ei non & linguam obmutuiſſe, & ma-
num

num obtorpuiſſe.Tuſc.205 a, Sed iam ſubiectus miſerijs obtorpui.

Obtortvs,a,um. in Verrem 204 b, Quem obtorta gula in carcerem abripi iuſſit. pro Clu.29 b, Aliquem obtorta colla ad ſubſellia reducere.

Obtrectandi. in Ant. 335 a, Hanc tibi conſuetudinem pleriſq; in rebus bonis obtrectandi, ſi quis detraxerit, qui tibi velit obtrectare,non relinquetur.

Obtrectans.Acad.5 a, Arceſilas Zenoni obtrectans.

Obtrectatio, onis. *calumnia, reprehenſio, vituperatio*. pro Font.279 b, Aliqui & ciuilibus ſtudijs atque obtrectatione domeſtica inimici.Tuſc.21 b,Obtrectatio autem eſt ea quam intelligi zelotypiam volo,ægritudo ex eo,quòd alter quoque potiatur eo, quod ille ipſe concupierit. Epiſt. 154 a,Hæc res habet obtrectationem. Epiſt.7 b, Maleuolentiæ obtrectationes. de In.45 b, Inuidia & obtrectatione impediri.Qu.fr.298 b,Poſterorum erit verius iudicium obtrectatione & maleuolentia liberatum.* de Inuen. 66 b,Aut falsò veniſſe in eam exiſtimationem dicetur,aut ex aliquorum inuidia,aut obtrectatione, aut falſa opinione. de Clar.178 b, Quòd & æqualitas veſtra, & pares honorum gradus, & artium ſtudiorumq; quaſi finitima vicinitas tantum abeſt ab obtrectatione inuidiæ, quæ ſolet lacerare pleroſque, vti ea non modò non exulcerare veſtrã gratiam,ſed etiam conciliare videatur.Epiſt.7 b,Quorum maleuolentiſſimis obtrectationibus nos ſcito de vetere illa noſtra diuturnaq; ſententia propè iam eſſe depulſos.

Obtrectator,oris.*inuidus,maledictus,iniquus, calumniator*. pro Fl. Sed ſi fortè aliquando aut beneficij huius obtrectator,aut virtutis hoſtis, aut laudis inuidus extitiſſet. de Clar. 165 a, Non aduerſarium aut obtrectatorem laudum, ſed ſocium potius & conſortem glorioſi laboris amittere.pro Pl.271 a, Nonnulli noſtri iniqui, multi communes obtrectatores atq; omnium inuidi multa finxerũt. Epiſt.4 a, A tuis inuidis & obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis. pro Font. 279 b, Cùm ſtudiorum ſuorum obtrectatorem ſuſtuliſſent.pro Flac.160 b,In tam ſuſpicioſa & maledica ciuitate locum ſermoni obtrectatorum non reliquit.de Aruſp. 255 b, Reliqua obtrectatores eorum atq; aduerſarij defenderunt.Qu.fr.305 b,Quid ſperem potentiſſimo inimico, dominatione obtrectatorem,infidelibus amicis,pluribus inuidis.

Obtrectator.Att.52 a, Si obtrectabitur, vtar autoritate ſenatus.pro Pomp.14 b, Quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum eſſe adhuc.

Obtrecto,as.*maledico,vitupero,calumnior*.Tuſc.221 b,Obtrectare verò, aut illa vitioſa æmulatione, quæ riualitati ſimilis eſt,æmulari,quid habet vtilitatis?cum ſit æmulantis, angi alieno bono quòd ipſe non habeat: obtrectantis autem,angi bono alieno, quòd id etiam alius habeat. item, Non tam id laboro,vt ſi qui mihi obtrectent,à te refutentur,quàm intelligi cupio,me à te amari.Tuſc.218 b,Ipſum illud æmulari & obtrectare non eſſe inutile, cùm aut ſe non idem videat conſecutum quod alium, aut alium, idem quod ſe.

¶ *Aduerſor*.pro Pomp.8 a, Qui huic obtrectant legi atque cauſæ.

Obtritvs,a,um *contuſus*.de Orat.141 a,Quos quum humare vellent ſui, neque poſſent obtritos internoſcere,Simonides dicitur,&c.demonſtrator vniuſcuiuſq; ſepeliendi fuiſſe.

Obtrvdo,dis.*detrudo,deturbo* in Verr.218 b,Qui non modò obtruſit aliqua ex parte monimenta Scipionis, ſed funditus ſuſtulit & deleuit.

Obtrvsvs,ſa.L.Obrvsvs.de Clar. 188 b, Adhibenda eſt quàm obtruſa ratio, quæ mutari non poteſt.

Obtrvnco,as.*occido*. de N.73 a, Puerum interea obtruncat, membra articulatim diuidit.

Obtvndo,dis.*retundo.perſtringo,onero*. Tuſc.165 a,Multa enim è corpore exiſtunt, quæ acuant mentem, multaque quæ obtundant.Att.118 a, Ego ſi ſomnum poſſem capere, tam longis te epiſtolis non obtunderem. in Verr. 225 b,Non obtundam diutius aures veſtras. & 183 a, Obtuderunt eius aures, te ſocium prætoris fuiſſe. Tuſc. 198 a, Nihil eſt enim, quod tam obtũdat eleuetq; ægritudinem. Ep.79 b, Cupio nõ obtundere te ſi non delectare noſtro ſtudio.Or.135 a, Cùm patronus vocem in dicendo obtudiſſet.

Obtvndor,ris.de Or.151 b,Ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam.

Obtvratvs,ta.*obſtructus,intercluſus, oppilatus*. de Fat.142 a, * Obſtructas eas partes & obturatas eſſe dicebat.

Obtvrbo,as *perturbo*.Att.190 a,Me ſcriptio & literę non leniunt,ſed obturbant.& 191 a, Philippus obturbauit mihi ſolitudinem.

Obtvsvs,a,um:ſior,*hebes,retuſus*.Anteq.194 b, Acqui auditores adhibebuntur, aures non obtuſæ criminatione, ſed vacuæ præbebuntur.ad Her.19 a, Si aures auditorum obtuſę videbuntur.de Sen 94 b,Animum qui plus cernat, & longius, videre ſe ad meliora proficiſci: illum autem cuius obtuſior ſit acies, non videre. de Nat. lib. 1, Totum aut etiam aut non, negauit eſſe neceſſarium: quo quid dici poteſt obtuſius? * Acad. Ad ea ipſa hebetes & obtuſi.

Obtvtvs,tus.*aſpectus,coniectus*.de Diu.133 b,Quodam obtutu oculorum duo lucernæ lumina pro vno videri.de N. 61 b, Cùm idem obtutus eſſet amborum oculorum.de Or.144 a,Qui vultum eius obtutumq; oculorum in cogitando probè noſſet. de Vniuer.199 b,Animus oculorum effugit obtutum. de N.47 a,

*Obtutum in cauda maioris figere dicas.*

† Syntaxis. *Oculi obtutus.Figere obtutum aliquò. Effugere obtutum: id eſt, aſpici non poſſe.*

Obvallatvs,ta.*munitus,circumuallatus*. contra Rull.69 b, Quem locum nobilitas firmatum & omni ratione obuallatum tenet.

Obvenio,nis.*obtingo*.I.V.112 a, Verri forte prouincia obuenit.& 112 b, Quòd hæreditas ei obueniſſet. ad Her.31 b,Hæreditas aliqua obuenit.Off.48 b,Sin aliqua neceſſitas huius muneris alicui reip obuenerit,danda erit opera, vt.&c. Off. 48 b, Id igitur obuenit vitium,quod tu futurũ eſſe preuideras I.A.188 a,In ſortitione prouinciarum, quę cuique apta erat, ea cuiq; obuenit.

Obversatio, onis. *obambulatio*. pro Mur. 135 b, Etenim obuerſationes,teſtificationes, &c. animaduertebant,&c.

Obversor,aris.*verſor,occurro*.pro Seſt.4 a,Sed mihi obuerſatur ante oculos reipubl.dignitas. pro Dom.242 b, Reſp. obuerſatur ante oculos exterminatoris ſui. Tuſcul.186 a, Obuerſentur ſpecies honeſtæ animo. Acad. 35 a, Nónne ipſa veritas, & grauis & recta ratio mihi obuerſetur?

Obverto,tis.*conuerto*.in Arat.

*Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ.*

Tuſc.199 a,Quem aſpectabant,cuius ob os Graij ora obuertebant. Idem Ep.143 a,

Obviam,*cum verbis aliquibus, & nomine, itio, occurſus amicus*. I.A. 175 b, Cæſari ex Hiſpania redeunti obuiam longiſſimè proceſſiſti. I. V. 122 a, Epicrates longè mihi obuiam cum ſuis omnibus proceſſit.Mur.140 a, Multi obuiã prodierunt de prouincia decedenti. & ibid. Deinde ipſe accuſator cum bene magna caterua obuiam venit. Epiſt.27 a,Cùm in Cumanum mihi obuiam veniſti pro Mur.140 a, Si Mercede conducti obuiam canditatis iſſent in Ant.171 a,& Epiſt. 35 b, Ex oppido prodire obuiã alicui.pro Seſt. 18 b, Huic ad vrbem venienti tota obuiam ciuitas proceſſerat. Att.187 & 42 a, Tironem Dolabellæ obuiam miſi.Ep. 35 b, Illi obuiã miſimus Athenas. pro Planc. 279 b, Cùm ipſa penè inſula mihi ſeſe obuiam ferre vellet.in Piſ. 90 b, Cùm mihi ipſa Roma propè conuulſa ſedibus ſuis ad complectendum conſeruatorem ſuum procedere viſa eſt. Att 180 a, De obuiã itione ita faciã,vt ſuades.Ep.239 a, Properare obuiam alicui.Att.21 a, Prodire obuiam alicui.

¶ *Contra*.Att.65 b, Huic obuiam Cato & Seruilius præit aperte: *id eſt, contra hunc, &c.* Antequam. 194 a, Malorum conatibus obuiam ire. Attic. * Obuiam mihi fit tabellarius qui me offendit.

¶ *Inimico animo*. pro Mil.106 b, Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo.

† Syntaxis. *Obuiam procedere,longè prodire,venire, ire, mitti, ſe ferre.Obuiã itio. Obuiam fieri alicui, vt aduerſarium. Obuiam ire conatibus malorum.Tibi obuiam eo:id eſt,contrà ſto,repugno.*

Obvivs,a,um.*occurrens*.pro Mil.110 b,Quippe ſi ille ei obuius futurus non erat.pro Cec.296 b,Si autem ingredienti cum armata multitudine obuius fuerit,&c.Att.94 b,Tu autem fac vt tuæ literæ mihi volent obuiæ.

Obvolvendvs,a,um.*tegendus,obducendus*. Orat.203 b,Pictor ille vidit, obuoluendum caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari.

* Obvolvor,eris.de Inuen.81 a,Os obuolutum eſt folliculo & præligatum.

Obvolvtvs,a,um.I.V.250 a, Alij capitibus obuolutis è carcere ad palum atq; ad necem rapiebantur. de D. 94 b, Obuoluta ſanguine fax.ad Her.4 b,Obuolutus & obligatus corio.

Occæcvtvs,a, um. de Fin.55 b, Occæcati cupiditate non prouident.

Occæco,as.*obcæco,cæco*.de Or.157 a,& de Diu.85 b,Noctis & nimbûm occæcat nigror. vide Obcæco.

Occallesco,ſcis.*percalleſco, obtureſco*. Att.33 b, Sed iam prorſus occallui.

Occasio,onis *locus,tempus,opportunitas,facultas,anſa,campus, cauſa diuerticulum, tempeſtas, tempus oblatum*. I. V. 83 a,

Simul ac primùm ei occaſio viſa eſt,prouinciam deſeruit. Ep.198 a,Ego tamen vt primùm occaſio data eſt, feci,&c. de Clar.191 a, Qui occaſione aliqua etiam inuitis ſuis ciuibus adeptus eſt imperium I.V.121 a,Iſte amplam occaſionem nactus. de In.51 a, Occaſio eſt pars temporis, habens in ſe alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. &, In occaſione ad ſpatiũ temporis faciendi quædam opportunitas intelligitur adiuncta. Off. 29 a,Tempus actionis opportunum, Græcè εὐκαιρία, Latinè appellatur occaſio.cont.Rull.66 b, Qui aliqua occaſione conſules facti ſunt &, Veſter honos ad alienæ petitionis occaſionem interceptus. Att.275 b,Antonius ab alio relictum regni inſtrumentum occaſionem regnandi habuit. pro Pomp. 4 b, Occaſionem ſibi ad Aſiam occupandam oblatam eſſe putant Ep. 145 b, Hæ gentes mala noſtra ſuam putant occaſionem. Epiſt.147 b, Habere occaſionem ad agendum aliquid.de Leg.156 b, Teneo quã optabam occaſionem, neq; remittam. de Ar. 256 b, Captare occaſionem.I.A.166 a, Alijs conſilium,alijs animus, alijs occaſio defuit I.A.212 b, Qui familiarem iugulârat, quid hic occaſione data faciet inimico? Att. 114 b, Illum ne data quidem occaſione repulimus. pro Cec. 287 b, Amittere occaſionem. Att.242 b, Amiſſa occaſio. pro Mil. 106 b,Obire locum & tempus facinoris.pro Syl.167 a,Facilè patior oblatum mihi tempus,in quo,&c. pro Lig 141 a Qui vos tantæ laudis occaſione priuauerit. pro Mil.109 a, b, Quæ tum non modò occaſio, ſed etiam cauſa illius opprimendi fuit? pro Mil.109 a, Quem ſi interficere voluiſſet, quantæ quoties occaſiones, quàm præclaræ fuerunt.Att 78 a,Si fuerit occaſio manu:ſin minus,locis nos defendemus.Attic.279 b, Antiſtius ſe acerrimum propugnatorem communis libertatis præſtitiſſet, ſi occaſioni potuiſſet occurrere.pro Flac. 152 b, Caſus eſt enim in capiendo,locus,euentus, occaſio. in Ant.181 b, Certatim poſthac mihi crede ad hoc opus curretur, nec occaſionis tarditas expectabitur.I.A. 190 a, Hanc igitur occaſionem oblatam tenete per deos immortales.* ad Her.37 a,Tum occaſio aggrediendi commoda, tempus adeundi opportuniſſimum, ſpatiũ conficiendi longiſſimum ſumptũ eſt.

† Syntaxis. *Data occaſio, oblata. Occaſionem adipiſci, nanciſci, habere, tenere. Occaſione facere. Id mea eſt occaſio. Occaſionem captare, remittere, amittere. Occurrit occaſio.*

OCCASVRVS,a, um. pro Mil 121 a, Vt beneficia quæ in me contuliſtis,in huius exitio occaſura eſſe iubeatis.

OCCASVS,ſus *obitus,interitus.)( ortus, exortus.* de Nat.35 b, Sol ab ortu ad occaſum commeans. I. P. 86 b, Qui dies poſt obitum occaſumq; noſtrum reip. primus illuxit.I.C. 125 a,Totius vrbis atque imperij occaſus appropinquat. pro Syl.173 a, Cùm ad occaſum interitumq; reip. Catilina in caſtris dux eſſet conſtitutus. I. P. 83 a, Senatus reip. occaſum atque interitum luget. Top.223 b, Senectus eſt occaſus vitæ,* Acad.40 b, Poſt Lælij noſtri occaſum ne a Latinis quidem *peti poterant ea*. Hortenſ. Iucundum nobis perfunctis muneribus humanis occaſum,neq; moleſtam extinctionem & quaſi quietem vitæ fore. ad Heren.23 a, Solis exortus, curſus,occaſus, nemo admiratur, propterea quòd quotidie fiunt. Top. 223 b, Qui adoleſcentiam florem ætatis, ſenectutem occaſum vitæ velit definire.

OCCATIO,onis.*agricolarum verbum fuit,cùm iacto ſemine crate ſolum æquabant,ſeminaq; occultabant.*de Sen 87a,Terra ſemen occatum cohibet:ex quo occatio, quæ id efficit,nominata eſt.

OCCATVS,ta.tum.*crate occultatus,& depreſſus.*L.OCCATIO.

OCCENTO,as *ab* OCCINO,nis.*cõtra aliquẽ cano, carmenue condo.* de Rep. lib. 4. teſte Aug. de Ciuit. Dei, lib. 2. cap. 9,Si quis occentauiſſet,ſiue carmen condidiſſet,quod infamiam faceret.

OCCIDENDVS,a, um. pro S.R. 35 a, Nullus modus eſt hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit.* pro Mil. 103 b, Cùm videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipſis porrigi legibus.

OCCIDENS,tis.*occaſus, obiens.* Tuſc. lib. 1, Occidens ſol.de Nat.49 a, Qui terras ab oriente ad occidentem colunt.de Somn. 129 b, In orientis aut obeuntis ſolis partibus.pro Domo ſua 85 b,Propè iam occidente ſole. pro Cæl. 54 b, Nolite hunc natura ipſa occidentem velle maturius extingui vulnere veſtro, quàm ſuo fato. Tuſc. 172 a, Cum ſuis ſe laudibus vita occidens conſolari poteſt. Epiſt. 45 b,Aliquid opis occidenti reipubl. tuliſſemus. Tuſc.172 a, Vita occidens.

OCCIDIO,onis.*occiſio.**Ep.244 b, Magnum eorum equitatum ab equitum meorum turmis & à cohorte prætoria occidione occiſum. *Alij occiſione legunt.*

OCCIDO,dis.*cado,morior,condor.*de N.30 b, Refrigerato autem & extincto calore occidimus ipſi, & extinguimur. Qu.fr. 305 b, Sin planè occidimus (me miſerum) ego omnibus meis exitio fuero,quibus antè dedecori non erã. de Diu.91 b, Eudemus præliàns ad Syracuſas occidit. Acad.30 a,Hic ornatus nunquã dilapſus occidet. * Oecon. 1, Ne genus humanum temporis lõginquitate occideret.

OCCIDO,is.*interficio,interimo,cædo,neco, macto, iugulo, trucido,perimo,vitã eripio, de medio tollo, luce communi priuo, vitam aufero necem affero,mortem affero, cædem facio, vita priuo, morte mulcto,afficio,mortem conſciſco, vitam adimo, exhaurio, alicuius cædem efficio,interitum affero,vita expello, occiſione occido, conficio,opprimo,vitam violo.*de Fin.78 b,L. Virginius Virgineam filiam manu ſua occidit. pro Dom.232 a, Remp. condere meo diſceſſu, quàm omnium interitu occidere malui.I. A.265 a, Cum Panſa hoſtium copias occiſione occiderit. * pro M. Tull. Vt eum iure potuerit occidere, à quo metuiſſe ſe dicat.

OCCIDOR,ris.pro S R.21 a,Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Roſcius.* pro M. Tull. A' quo metuiſſe ſe dicat ne ipſe poſterius occideretur.

OCCISIO,onis,*cædes*. pro Cec. 293 a, Tu vim negabis eſſe factam,ſi cædes & occiſio facta non erit? I. C. 112 b,& ad Her.35 a,Cum cædem infinitam ciuium feciſſent.in Ant. 265 a,Cum Panſa hoſtium copias occiſione occiderit.Epiſt.244 b, Cognoui magnum equitatum eorum à cohorte prætoris occiſione occiſum. *aliter occidione.*

OCCISVS,a,um,*cæſus,occiſione occiſus.* I.C. 120 b, Vigilare ad inſidiandum bonis occiſorum. Epiſt.244 b, Occiſione occiſus. pro Milone 103 b,Cædem, qua P. Clodius occiſus eſt contra remp. eſſe factam.* pro Mil.102 b, Qui à ſe hominem occiſum fateatur.ibid. Cùm de homine occiſo quæratur.& 104 a,In qua *via* P. Clodius occiſus fuit.& b, Domi ſuæ nobiliſſimus vir,Senatus propugnator,&c.tribunus plebis M. Druſus occiſus eſt. Ep. 244 b, Magnum eorum equitatum ab equitum meorum turmis, & à cohorte prætoria occidione occiſum.

OCCLVDOR,ris.*claudor.* Ac.36 b, Occludi tabernas iubes.

OCCLVSVS,a,um.de Or.131 b,Furax ſeruus,cui nihil domi eſt nec obſignatum,nec occluſum.I.A.122 a, Quæſtus occluſis tabernis minui ſolet.

OCCO,as.* de Sen 87 a, Terra ſemen occatum cohibet.

OCCVLO,lis.*occulto*.de Orat.124 b, Puncta argumentorum plerunq; occulere.

OCVLOR,ris. Att.76 a, Appij vulnera non refrico, ſed apparent,nec oculi poſſunt.Tuſc.182 b, Mulieres in vrbibus molliſſimo cultu parietum vmbris occuluntur.

OCCVLTANDVS,a,um.Poſtq.207 b,Frontis tibi integumento ad occultanda tanta vitia diutius vti non licebit.

OCCVLTANS, tis. Attic. 146 b, Inuentus eſt vix in hortis ſuis occultans.* I.A.175 a, Delituit in quadam cauponula,*(al.caupona.)*atq; ibi ſe occultãs perpotauit ad veſperũ.

OCCVLTATIO,nis. Att.149 b, Sed ibi occultatio nulla eſt. de Nat.51 b,* Morſu leones,aliæ *beſtiæ* fuga ſe,aliæ occultatione tutantur.de Fin.80 a,Quæ libido non ſe proripiet ac proijciet aut occultatione propoſita. pro P. Quint. *Turpis occultatio ſui.

OCCVLTATOR,oris. ꝑ Mil. 111 a, Suſtinuiſſet hoc crimen Ille latronum occultator & receptor locus.

OCCVLTATIVS. pro Deiot.Et occultatiùs ornari & efficere cautiùs.

OCCVLTE *abditè,ex occulto,ex inſidijs,circuitione.)( rectè, apertè.*cont.Rull 61 a, Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur.& 74 a, Occultè latere, recõditum eſſe. de Nat.16 a,Nec conſultò dicis occultè,vt Heraclitus.in Verr. 145 a,Conditum eſſe & abditè latere.I.C. 211 a, Occultè peruenire aliquò.

† Syntaxis. *Occultè cuniculis oppugnare. Occultè latere. Conditum eſſe, & abditè latere.*

OCCVLTO,as.*tego,obtego, contego, ſupprimo, inuoluo, tenebris obſcuro,ab oculis remoueo,diſſimulo,obſcure fero.* Off.25 b, Quas natura occultauit, eadem omnes ab oculis remouent.T. V.92 b, Cauſam huius tanti erroris occultas. de Or. 99 a, Quoniã ſententiæ atq; opinionis meæ voluiſtis eſſe participes, nihil occultabo. pro Pomp. 5 a, Mithridates ita regnat,vt ſe neq; Cappadociæ latebris occultare velit. Of. 21 b,Sed ſi quis eſt paulũ erectior,quamuis voluptate capiatur, occultet, & diſſimulet appetitum voluptatis propter verecundiam.pro Seſt.14 a,Marius ſenile corpus paludibus occultauit demerſum. * de Cl. 186 a, Lentulus cæterarum virtutum dicendi mediocritatem actione occultauit. Acad Mos fuit Academicis occulandi ſententiã ſuã,nec eã cuiquã aperiẽdi.de Am.108 b, Apertè enim vel odiſſe aliũ,magis ingenuũ eſt q̃ frõte occultare ſententiã.

OCCVLTOR,ris. de N.36 a,Stellę q̃ tum occultãtur, tũ rurſus aperiuntur.ꝑ Seſt 14 a,Occultari deliteſcere)( emergere,aperiri.L.APERIO.ꝑ S.R. 32 a, Tenuitas huius eo magis elucet,quo magis occultatur. Ac.39 a, Intẽperantis eſt ſcribere,q̃ occultari velis.Acad.81 a,Intus veritas occultatur.

OCCVL-

OCCVLTVS,a,um:tior.*latens,abditus, abſconditus, reconditus,à natura inuolutus,abſtruſus,tectus,obſcurus,tacitus,penetralis,clandeſtinus, furtiuus.)(.promptus, apertus.* pro S. R. 35 b, Paulò occultior atq; tectior veſtra iſta cupiditas eſſet.Ep. 178 a,Si quid erit occultius,&,vt ſcribis, reconditum.Aca. 41 b, Res occultæ & ab ipſa natura inuolutæ. de Fin.55 a, Occulta quædam & quaſi inuoluta aperiri. de Fin. 136 a, Res occultas & latentes indagare.in Ver.84 a,Occultum, inteſtinum & domeſticum malum.de Nat.deor.11 b,Res occultæ & penitùs abditæ.pro Cęl.49 b,Serui,quibus occulta credantur.*Incert.Occultiores inſidiæ.

† Syntaxis. *Occultus ac tectus. Occultum & reconditum. Occultum & inuolutum. Occultum & latens. Occultum, inteſtinum, domeſticum. Occultū & penitùs abditum. Occulta credere alicui.*

OCCVMBO,bis.*obeo,oppeto.*Tuſc.170 b, Vt eſſet,qui pro patria mortem. *(al. morti, alij morte legunt)* non dubitaret occumbere.

OCCVPATIO,onis.*impedimentum,negocium.*Att.37 b,Ex eo colligere potes,quanta occupatione diſtinear.& 17 b,Ad ſummas atque incredibiles occupationes meas accedit, quod.de Nat.12 a,Deus nullis occupationibus eſt implicatus.Ep.161 a, Ipſe eram maximis occupationibus impeditus.Ep.95 b,Neq;nos lepôre tuo, neq; te, ſi quis eſt in me,meo frui liceret, propter moleſtiſſimas occupationes meas, quibus ſi me laxâro,( nam vt planè exoluam, non poſtulo)docebo,&c.Ep.201 a,Nam antea diſtinebar maximis occupationibus. Or.200 a, In maximis occupationibus nunquam intermittis ſtudia doctrinæ. Att. 49 a, Expedire ſe ab omni occupatione. de Orat. 207 a, Multo minus ad iuris ciuilis perdiſcendi occupationem deſcendendum eſt. Acad 2 a, Bellum in quo magna rei militaris occupatio eſſe ſolet. Att.262 a, Cum ſorore ages attētiùs, ſi occupatione iſta relaxaris. Att. 8 b, Ita diſtinebar,vt vix huic tantulæ epiſtolæ tempus habuerim, atque id ereptū ſummis occupationibus. * de Orat.85 a, Si infinitus forenſium rerum labor & ambitionis occupatio decurſu honorum, etiam ætatis flexu conſtitiſſet. & 86 b, Neque verò ego hoc tantum oneris imponam noſtris præſertim oratoribus, in hac tanta occupatione vrbis ac vitæ.

¶ *Oppreſſio hoſtilis.* pro Dom. 213 b, Hunc tu obſeſſione templorum,occupatione fori, oppreſſione curiæ: domo patria cedere curaſti.

¶ *Rhetorica exornatio.*ad Her. 32 b, Occupatio eſt, cùm dicimus nos præterire,aut nō ſcire, aut nolle dicere id quod tum maximè dicimus, &c.

¶ *Eſt & aliud ornamenti genus, πρόληψις Græcè dictum, cùm quod obijci nobis poteſt, antè occupamus ipſi, idq́ue diluimus.*de Or.162 a, Antè occupatio.

† Syntaxis. *Occupatione diſtineri,implicari, impediri. Relaxare ſe occupatione,& expedire ſe ab.*

OCCVPATVS,a,um:tior.*diſtentus, diſtrictus, impeditus,implicatus.* de Nat.79 a, Videtis ergo diuinam prouidentiam non eſſe tam occupatam, quàm putatis:ſed fac eſſe diſtētam,cœlum verſantem,terram tuentem,maria moderantem. pro Cæl. 47 a, Amores nunquam hunc occupatum impeditumq; tenuerunt. Ep.201 a, Quamuis occupatus ſis,ocij tamen plus habes.Epiſt.114 a, Comitiorum dilationes occupatiorem me habebant. pro Planc. 273 a, Et quid dicam de occupatis meis temporibus?cui fuerit negocium quidem nunquam ocioſum. de Or.105 b,Suſpēſo animo & occupato, Craſſum tibi reſpondiſſe video.de Inuen.49 a, Habere animum occupatum in aliqua re.pro Font.283 b, Quæ *virgo Veſtalis* pro vobis tot annos in dijs immortalibus placandis occupata eſt. pro S.R.33 b,Dum in alijs rebus erat occupatus, qui ſummam rerum adminiſtrabat. pro Muræ. 130 b, Homo vehementer occupatus.Att.159 a,Sum occupatus.de Qu.fratre:*id eſt. Qu.fratre mihi exhibente negocium.*de L.156 b,Nec occupata opera, nec impedito animo res tanta ſuſcipi poteſt.Att.276 a,In Dolabella opprimendo occupati eſſe debemus. Off.12 a,Qui in patria funditùs delenda occupata ſunt & fuerūt. pro Mur. 144 a, b, Vnus erit conſul, & is non in adminiſtrando bello, ſed in ſufficiendo collega occupatus.

† Syntaxis. *Occupatus & impeditus.Id me occupatum habet. Occupata tempora,animus.Suſpenſus & occupatus. Animum habere occupatum in. Occupatus in legendo, de fratre. Occupata opera prouinciam ſuſcipere.*

OCCVPO,as.*obſideo,teneo,vſurpo, poſſideo, præſidijs interclusum teneo,præſidijs deuincio.*cont.Rull.81 a, Rullus totam Italiā ſuis præſidijs obſidere & occupare cogitat. Att.131 a,Cęſar magnam Italiæ partem occupauit. I. A.197 b, Qui regibus exactis regnum occupare voluerunt. Off.70 a, Occupare tyrannidem.ad Br.285 a, Vt interfecti alterius locum occupare conaretur. pro Mur.126 b,Maledicto nihil in hiſce rebus loci eſt, quòd omnia laus occupauit. de Or. 100 b, Si hoc alius quiſpiam me impedito occupârit.pro Font.278 a, Magnitudine rei occupare animos eorum qui audiunt.pro Qu.fr.297 b, Ante occupetur animus ab iracundia,quàm prouidere ratio potuit ne occuparetur.I.V. 227 a, Tanta ſuperſtitio mentes Siculorum occupauit,vt, &c.Orat.205 a,Ne odij locum riſus occupet.pro Flac.157 a,& 158 b,Pecuniam grandi fœnore adoleſcentulo occupauiſti:*id eſt,vt ego opinor.commodauiſti.** de Fin.104 b, Eius eſſe eum locum, quem quiſq; occupârit.

¶ *Teneo.*Tuſc.233 b,Occupaui,inquit,te fortuna,atq; cepi, omnesq́ue aditus tuos intercluſi, vt ad me aſpirare non poſſes.

¶ *Præuenio,occurro.*Orat.209 b, Vt antè occupet quod putat opponi.

¶ *Vſurpo.*de Or.97 b, Verba cuiuſq; rei propria & ornatiſſima atq; optima occupaſſe Ennium.

OCCVPOR,ris.de Clar.192 a,Locus in ſubſellijs occupetur, compleatur tribunal.

OCCVRRENDVM,in Verr.224 b, Sentio iudices occurrendum eſſe ſatietati aurium.

OCCVRRENS,tis.Att.124 a,Occurrens ad Lentulum.

OCCVRRITVR.Off.14 a,Occurritur autem nobis, & quidem à doctis & eruditis,quærentibus,ſatiſne, &c. Att 286 b,Futura quoq; niſi antè ſit occurſum, explores,ne ſe inſinuent.Acad.12 a, Occurretur enim,ſicut occurſum eſt.

OCCVRRO,ris.*repugno,obſto,reſiſto.*de Fat.147 b,Chryſippus illi rationi ſic occurrit,ſi,&c.Orat.214 b, Varietas occurrit ſatietati.I.C.114 b, Conſilijs Catilinæ occurri atq; obſtiti. de Nat.73 b, Huic loco ſit ſoletis occurrere. Epiſt 153 a, Bruti erit officium occurrere ei,&c. Epiſt. 173 a, Maleuolentiæ hominum in me,ſi poteris,occurres.

¶ *In mentem venio.* de Or.120 b, Loci certi, qui ad cauſam explicandam ſtatim occurrant. de Orat.97 a, Omnes loci artis inquirentibus nobis, omniq́; acie ingenij contemplantibus oſtendunt ſe & occurrunt. & 122 a, Nihil te effugiet, atque omne quod erit in re, occurret atq; incidet. Acad.7 b,Si quid officij ſui ſit,non occurrit animo.de Or. 118 a,Statim occurrit animo quæ ſit cauſa ambigui.Orat. 207 a, Hæc tuenda ſunt oratori. ſæpe enim occurrunt.de Fin.101 b,Id mihi occurrit,vt indifferens dicerem. Att.209 b,Mihi quædam occurrunt,ſed ea coràm.de Cl.167 a,Mihi occurrunt,Attice,& quaſi lucent Athenæ tuæ. Att.248 b, Permulta mihi de veſtro itinere cogitanti in vtranque partem occurrunt.de Fin.116 b, Qui quodcunq; in mentem veniat,aut quodcunque occurrat,ſe ſequi dicent.I.A. 263 b, Quorum de honore vtinam mihi plura in mentem venirent. duo certè non præteribo, quæ maximè occurrunt.pro Lig.138 a, Nec quid tibi de alio audienti de me ipſo occurrat,reformido.

¶ *Obuiam fio.* Att.379 b,Scripſi ad eum, vt mihi Heracleam occurreret.pro Mil.111 a, Cur nō antè occurrit, ne in villa reſideret?pro Cl.30 b,Sed ego occurram expectationi veſtræ iudices etiam, &c.de Or.160 b, Ipſi pedes occurrant orationi,ipſi, inquam, ſe offerent, & reſpondebunt non vocati. pro Deiot. 151 a, Miſericordia tua occurrere ſolet ſupplicibus, nulla oratione euocata.

¶ *Obuerſor.* de D.93 b,Tum ei viſa quietis occurrunt tranquilla atque veracia.

OCCVRSATIO,onis.*obuiam itio,ſtudiū illud occurrendi,ſalutandi, prenſandiq́; eos à quibus honorum ſuffragia expectamus.* pro Milon 220 a,Veſtras occurſationes, ſtudia, ſermones ſecum ablaturum eſſe dicit. * pro Plan.265 a,Facilis eſt illa occurſatio & blanditia popularis: aſpicitur, non attrectatur: procul apparet, non excutitur, non in manus ſumitur.

OCCVRSVRVS,a, um. I. A.134 b, Non quo me ad tempus occurſurum putarem,ſed,&c.

OCEANVS,ni. de vniuer. 201 b, Oceanus & Salacia Cœli ſatu Terræq; conceptu generati & editi.de N.lib.3,Oceanus Perſeidis,pater.Fam.lib.7, In Oceano natare. *prouerbium.*Tuſc.lib.1,Oceani freta.de Nat.lib.2,Oceani humoribus alitur ſol igneus. de Som. 129 b, Terra parua quædam inſula eſt, circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis. I. V. 194 b, Locus intra Oceanum nullus eſt, quò non noſtrorū hominum libido peruaſerit. pro Pomp. 10 b, Nulla intra Oceani oſtium prædonum nauis eſt.de N.lib.3, Oceani feruor conſtantiſſimus.* pro Marc.135 b, Obſtupeſcent poſteri certè,imperia,prouincias,Rhenum, Oceanum, Nilum,&c.audientes & legentes tuos.

† Syntaxis. *Oceani humores: id eſt, vapores, anhelitus. Oceani feruor:id eſt, æſtus.*

OCELLVS,li.*oculus.* Att. 225 a, Cur ocellos Italiæ villulas meas non video?

*OCIVM, vide OTIVM.

OCTAVIANVS,a,um. de Diu.80 b, Octauianum bellum. & de Nat.88 b.

**Octavianvs**, ni. *Cæſar, qui ab alijs nonnullis Octauius dictus eſt.* Ep.165 b, Et tibi & Octauiano ſcripſi, &c. & 198 b, Cæſar Octauianus. Att. 329 a, Cicero Octauiano S.

**Octavvs**, a, um.* de Inu. 61 a, b, Octauus locus. Att. 249 b, Octaua pars.

**Octies**, de Som. 127, Septenos octies ſolis anfractus.

**Octingenti**. pro Pl. 270 b, Quem magiſtratum iam octingenti ferè ſunt conſecuti. Acad. 4, Mille & octingenta ſtadia.

**Octingentesimvs**, a, um. de Sen. 78 a.

*****Octo. de Leg. Octo pœnarum genera in legibus continentur.* de Som. 129 a, Octo curius.

**Octogesimvs**, a, um. de Sen. 78 a, & 83 a.

**Octogies**. I P. 98 a, Seſtertiûm centies & octogies.

**Octoginta**. de Sen. 91 b, Qui octoginta regnauit annos. de Cl. 185 b, Ille octoginta annos natus. I.V. 174 a, Octoginta tres, centum octoginta octo. *alij tamen Octuaginta legunt.*

**Octonvs**, na. I.V. 192 b, Tu mihi Octonos H-S dato, &c.

**Octophorvm**, ri. *lectica, quæ ab octo ſeruis geſtatur.* Att. 312 b, Memini enim, cùm hominem portarem ad Baias, Neapoli octophoro Anitiano, machærophoris centum ſequentibus, miros riſus nos edere.

*****Octvaginta. I.V. 174 a, & b, vide Octoginta.

**Octvplvs**, a, um. de Vn. 119 a, Octupla pars. I.V. 153 a, In octuplum iudicium dare. & 153 b, Cedo mihi vnum ex triennio præturæ tuæ, qui octupli damnatus ſit. * I.V. 153 a, Pœnam octupli perſequatur.

**Ocvlvs**, li *lumina.* de Nat. 54 b, Oculi tanquam ſpeculatores altiſſimum locum obtinent, ex quo plurima circumſpicientes *(al. conſpicientes)* fungantur ſuo munere. & ibid. Natura oculos membranis tenuiſſimis veſtiuit ac ſepſit. de Fin. 75 b, Oculorum, inquit Plato, eſt in nobis ſenſus acerrimus. de N. 61 b, Duo lumina ab animo ad oculos perforata. de Or. 163 b, Oculi ſunt, quorum tum intentione, tum remiſſione, tum coniectu, tum hilaritate motus animorum ſignificamus. de D. 90 b, vt eum quoq; oculum, quo bene videret, amitteret. de Ar. 252 b, Quòd oculos non perdidiſti. pro Dom. 235 a, Quem ſatis mirari, quibus oculis aſpicere audeas, non queo. de Nat. 63 b, Difficile eſt mentem ab oculis ſeuocare. Att. 278 a, In te omnium coniecti oculi ſunt. pro Cl. 28 a, Conijcere oculos in aliquem. contra Rull. 71 a, Cùm ad omnia veſtra pauci homines cupiditatis oculos adieciſſent. I V. 116 a, Adijcere oculum alicui rei, & ad aliquam rem. I.A. 153 a, Nec verò vſquam diſcedebam, nec à repub. deijciebam oculos, I.V. 297 a, Oculos de aliquo nuſquam deijcere. & 234 Cùm ſpumas ageret in ore, arderent oculi. I.V. 249 a, Palàm ante oculos omnium eſſe. de Or. 106 b, Dicendo excitare aliquem à mortuis, ſtatuere ante oculos cont. Rull. 76 b, Ponite ante oculos vobis eum, &c. contra Rull. 77 b, Ante oculos iſtorum volitat regis filius. pro S. R. 35 b, Apertum ſuum ſcelus ante omnium oculos ponere. de Or. 261 b, Subijcere ſub aſpectum. pro Syl. 180 b, Et vitam illius ante oculos veſtros proponite. de Nat. 23 b, Propone ante oculos Deum, &c. pro Seſt. 3 b, Propone oculis tuis. Acad. 39 b, De rebus ante oculos poſitis diſputant. de Or. 101 a, Omnia ſunt poſita ante oculos. in Verr. 254 b, Ei verſabatur ante oculos ſimilitudo periculi, &c. pro S.R. 22 a, Multa ſimul ante oculos verſabantur, & 35 a, Non verſatur ante oculos vobis in cęde Glauciæ? pro Dom. 215 a, Res erat in opinione dubia, ſed in præſentia atq; ante oculos propoſita. de Orat. 112 a, Conſtituere aliquem in foro, atque in oculis ciuium. pro Pl. 273 a, Feci vt poſtea me præſentem viderent, habitaui in oculis. & ibid. b, Plancius fuit in oculis. I.V. 125 a, Quæ in foro palàm Syracuſis in ore atq; oculis prouinciæ geſta ſunt. de N. 78 b, Hi duos oculos oræ maritimæ effoderunt. de Orat. 206 a, Oculis mẽtis videre aliquid. I.V. 249 a, Paſcere oculos, & exaturare animum cruciatu alicuius atq; ſupplicio. pro Pl. 273 Populus Roman. aures hebetiores oculos acres & acutos habet. de Vn. 201 b, Nullo poſito ſub oculis ſimulacro. Attic. 91 b, Tu, cuius os mihi ante oculos ſolet verſari. de Am. 103 b, Sed loquor de ijs, qui ante oculos ſunt, quos videmus. de L. 161 a, Oculi nimis arguti, quemadmodũ animo affecti ſimus, loquuntur. pro Mil. 118 a, Aliquando ad eum puniendum oculos aperuiſti. * pro M. Scau. Quocunq; non modò mens, verumetiam oculi inciderint. Cat. Vt aures ab oculis vincerentur. in Vatin. 29 b, Repentè te, tanquam ſerpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus, intuliſti. in Piſ. 89 a, Qui vos non oculis fugiat, auribus reſpuat. Tuſcul. 237 b, Hæc quæ ſunt minima, tamen bona dicantur neceſſe eſt, candiduli dentes, venuſti oculi. de N. 17 a, Huic pulchrior Deo aderat, ſicut hodie eſt peruerſiſſimis oculis. de Nat. 54 b, Lubricos oculos fecit *natura* & mobiles: vt ea declinarent, ſi quid noceret: & aſpectum quò vellent, facilè conuerterent ibid. Palpebræ ſunt tegumenta oculorum. de N. 55 a, Quibus *palpebris* & apertis oculis ſi quid incideret repelleretur, & ſomno conniuentibus, cùm oculis ad cernẽdum non egeremus, vt qui tanquam inuoluti quieſcerẽt. Latent prætereà vtiliter, excelſis vndiq; partibus ſepiuntur. de N. 55 b, Oculi in his artibus, quarum iudicium eſt oculorum, in pictis, fictis, cælatiſq́, formis, in corporum etiam motione atq; geſtu, multa cernunt ſubtilius: colorum etiam & figurarum tum venuſtatem atq; ordinem, & (vt ita dicam) decentiam oculi iudicant. Atq; etiam alia maiora. Nam & virtutes & vitia cognoſcunt: iratum, propitium, lætantem, dolentem, fortem, ignauum, audacem timidumq́; cognoſcunt. Epiſt. 91 a, Ex oculis & vultu, &c. hanc in opinionem diſceſſi, vt. Att. 229 a, Non ſolùm ex oratione, ſed etiam ex vultu, & oculis, & fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perſpicere potuiſſes. Attic. 242 b, Hoc loco fortibus ſanè oculis Caſſius, Martem ſpirare diceres, ſe in Siciliam non iturum. Qu. fr. 291 a, Iſtam virtutem, moderationem animi, temperantiam, non latêre in tenebris, neq; eſſe abditam, ſed in luce Aſiæ in oculis clariſſimæ prouinciæ, atque in auribus omnium gentium ac nationum eſſe poſitam.

¶ *In oculis eſſe, vel ferri: id eſt, charum eſſe, amari.* Att. 90 b, Publicanis in oculis ſumus. Tuſc. 188 b, Eſſe in oculis multitudinis. de Ar. 253 b, Ferebant in oculis hominem quidã boni viri. Qu. fr. 319 b, Balbum in oculis fero. I. A. 207 b, Oderat antè, &c. nunc fert in oculis. Ep. 267 a, Te, vt dixi, fero oculis.

† Syntaxis. *Oculus venuſtus, tanquam ſpeculator, acerrimo ſenſu. Oculos perdere. Oculis aſpicere. Oculos conijcere in aliquem, adijcere, deijcere. Palàm & ante oculos. Statuere ante oculos, ponere, proponere. In præſentia & ante oculos poſitum, & in oculis habitare, eſſe. In ore atque oculis Italiæ. Videre oculis mentis. Oculos paſcere. Acer, acutus oculus, eminens, peruerſus. Eſſe ante oculos, videri. Argutus oculus. In oculis ferri.*

**Ocyùs**. *citiùs.)(.tardiùs.* Att. 152 a, Deſeremur ocyùs à republica, quàm à re familiari. pro Quint. 7 b, An vt ocyùs ad tuum peruenias? Tuſc. 215 b, Ingenioſi in morbum incidunt, tardiùs, & recreantur ocyùs. de Somn. 11 a, Idque ocyùs faciet, ſi, &c. & in Arato.

**Odevm**, dei. *locus in ædibus muſicis cantibus deſtinatus.* Att. lib. 4, Monimentum illud, quod tu tollere laudibus ſolebas, vt odeum laxaremus, & vſque ad atrium libertatis explicaremus.

**Odi**, odiſti, odit. *odio habeo, odium in aliquem habeo, ſum odio magno in aliquem, inuideo, alienum animum habeo, odium alicuius rei habeo.* Att. 222 b, Tamen non dubito, quin me malè oderit. Att. 285 b, Seruire & contumelias pati, peius odi malis omnibus alijs. Ep. 96 a, Oderam multo peius hunc quàm illum ipſum Clodium. I. A. 207 b, Oderat antea, &c. nunc fert in oculis. & 159 a, Oderint, dum metuãt. de Fin. 131 a, Et oderit ſe & ſimul diliget. pro Cl. 54 a, Aliquem acerbè & penitùs odiſſe. I. V. 255 a, Nec deſerã partes, quas Pompeius odit. ex epiſtola M. Antonij. de Am. 108 b, Apertè vel odiſſe magis ingenuũ eſt, quàm fronte occultare ſententiam. p Mil. 108 b, Hoc ciuile odium, quo omnes improbos odimus. Att. 92 a, Nec enim Appium odimus, & Brutum amamus. & ibid. b, Odit enim prouinciam: & herculè nihil odioſus, nihil moleſtius. Att. 93 b, Grauius non contemnere & reges odiſſe ſuperbos. Off. 37 a, Quem metuunt, oderunt: quem quiſque odit, perijſſe expetit. * Frag. ep. Debes odiſſe improbitatem eius.

† Syntaxis. *Malè, peius odiſſe. Acerbè & penitùs odiſſe.*

**Odiosè**. *faſtidioſè, moleſtè.* de Cl. 191 a, Ineptè, odioſè, & putidè dicere. & ad Heren. 30 b.

**Odiosvs**, a, um. *moleſtus, odio dignus.* Off. 36 a, Palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores. de Sen 77 b, Senectus ſic odioſa eſt pleriſque, vt, &c. pro Mur. 131 a, Orator odioſus in dicẽdo & loquax. pro Q.R. 47 a, b, Alterum eſt grauius & odioſius: Att. 111 b, Non dubito quin tibi odioſæ ſint epiſtolæ quotidianæ. Or. 199 a, Inſolens & odioſum verbum. Att. 92 b, Odit enim prouinciam, mehercule nihil odioſius, nihil moleſtius. de Senect. 82 a, Senes ſunt odioſi omnibus. de Sen. 87 a, Cupidis talium rerum, odioſum & moleſtum eſt fortaſſe carere. & 90 b, In fragili corpore odioſa omnis offenſio eſt. de Amic. 109 a, Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium. Att. 92 b, Huc enim odioſa afferebantur de Curione. * I.V. 60 b, Omnis arrogantia odioſa eſt.

**Odivm**, dij *inuidia, offenſa, offenſio.* Tuſc. 213 b, Odium eſt ira inueterata. & ibid. Diſcordia ira acerbior, intimo odio & corde concepta. de Orat. 127 a, Animos iudicum ad Q. Cæpionis odium renouabam atque reuocabam. & ibid. In Cæpionis inuidia renouanda. ibid b, Struere odium in aliquem. & 128 a, Tum excitatur acerbum odium,

de Inu.

de Inu. 60 b, Concitare magnum odium in aliquem. pro Mar. 235 b, Qui & ſine amore & ſine cupiditate, rurſusque ſine odio & ſine inuidia iudicabunt. I. A. 177 b, Tantum te cepiſſe odium regni videbatur. Att 161 a, Cùm Cæſar perditæ multitudini in odium acerbiſſimũ venerit. ꝓ Pomp. 16 a, Difficile eſt dictu quanto in odio ſimus apud exteras nationes. pro Cæl. 43 b, Magnũ odium video cũ crudeliſſimo diſſidio extitiſſe. ꝓ Corn. 62 a, Gens aliqua diſſidens à populo Rom. odio quodã atq; diſſidio. pro Cor. 67 b, Si qui ſunt, quibus infinitũ ſit odium, in quos ſemel ſuſceptum ſit. pro Mur. 135 b, Vt odia occulta ciuium, quę nunc tacitis diſcordijs continentur, in optimi cuiuſq; fortunas erumperent. Ep. 187 b, Lepidus magno odio ciuitati eſt. pro Mur. 145 a, Is nemini odio fuit Offic. 38 a, primũ improbantur hi quęſtus qui in odia hominum incurrunt. Poſtq. 198 a, Odium in aliquẽ conceptum iamdiu continet. de Ar. 244 a, In Clodiũ verò nõ eſt hodie meũ maius odium quàm antea fuit. in Vat. 30 a, Odium diuturnum, quod in bonos iam inueteratum habebatis, ſaturare cupiebatis. Att. 35 b, & 166 a, Hæc dominatio in odio eſt omnibus I. V. 74 a, Hic magno odio eſt apud omnes. & 72 a, Incurrere in odium offenſionemq; populi. de Inuen. 26 a, Habere magnum odium in aliquem. Att. 89 a, In quo (vt audio) magnum odium Pompeij ſuſcepiſtis. & 222 b, Ego dubitem, quin ſummo in odio ſim? & 229 a, Accidit vt ne in ipſum quidem Clodium meum odium inſigne fuerit. de Amic. 95 a, Cùm is capitali odio à Qu. Pompeio diſſideret. de Inu. 60 b, Indignatio eſt oratio, per quã conficitur, vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offenſio concitetur.* Poſtq. 198 a, Vt quod odium ſcelerati homines & audaces in Remp. & in omnes bonos conceptum iamdiu continerent: id in me vnum potius quàm in vniuerſam Rempubl. deflecterent. pro M. Scau. Nullo ſuſcepto odio. de Inuent. 51 b, Ex arrogantia odium *euenit*. & 61 a, Quibus omnibus acriter excitata indignatio ſummum in eum, qui violârit horum aliquid, odium commouere poterit. pro Cluent. 50 a, Pro illo odio, quod habuit in equeſtrem ordinẽ, nihil feciſſet libentius, quàm. contr. Rull. 69 a, Non natura, neq; diſſidio, neq; odio penitùs inſito bellum neſcio quod habet ſuſceptum conſulatus cum tribunatu. Poſtquam. 203 a, Odium vel precibus mitigari poteſt, vel temporibus Reipubl communiq; vtilitati deponi: vel difficultate vlciſcendi teneri: vel vetuſtate ſedari. pro Planc. 274 a, Vtrum putes odium in me mediocre inimicorum fuiſſe? Quod fuit vllorum tantum requiro? Vtrum putes odium vnquam barbarorum tam immane ac tam crudele in hoſtem? in Vatin. 29 a, Odio tui (in quo etſi omnes propter tuum in me ſcelus ſuperare debeo, tamen ab omnibus penè vincor) ſic ſum incitatus. in Piſon. 86 b, Mihi mediusfidius in tanto omnium mortalium odio, iuſto præſertim & debito, quæuis fuga potius, quàm vlla prouincia eſſet optatior. & 88 b, Quæ eſt igitur pœna? quod ſupplicium? Id mea ſententia, quod accidere nemini poteſt niſi nocenti, &c. bonorum omnium odium. pro Mil. 116 b, Non timeo ne odio inimicitiarum mearum inflammatus libentius hæc in illum euomere videar, quàm verius. ibid. Vt in communi odio penè æqualiter verſaretur odium meum. pro Marc. 156 a, Qui non fortuna inflammaret odium ſuum, ſed bonitate leniret. de Fin. 81 a, Ne in odium veniam. ibid. Cur iſta res digna odio eſt? Att. 273 b, Quod ſcribis me maximo odio egiſſe vt inſectarer Antonios.

† Syntaxis. *Odio intimo concepta diſcordia. Renouare animum alicuius ad odium. Odium ſtruere, excitare, concitare, capere. In odium venire. Eſſe in odio apud. Odio & diſſidio diſſidere. Odium habere in aliquem. Odio alicui eſſe. Hoc in odium Cæſaris incurrit. Odium concipere, continere, mitigare, ſaturare. Incurrere in odium & offenſionem. Suſcipere odium in aliquem. Odium inſigne, capitale.*

ODOR, oris. *afflata ſuauitas odoratione percepta.* I. V. 162 b, Odor Apronij teterrimus, quem, vt aiunt, ne beſtiæ quidem ferre poſſunt, vni iſti ſuauis & iucundus videbatur. Poſtq. 207 b, Non te vnguentorũ odor in eam cognitionem adducebat. de N. 54 a, Nares, eo quòd omnis odor ad ſuperiora fertur, rectè ſurſum ſunt. de N. 51 b, Multæ etiam inſectantes, odoris intolerabili fœditate depellunt. pro Cęl. 46 a, Qui nõ odore illo, nõ tactu, non ſapore capitur. pro Cl. 32 b, Canutius qui quodam odore ſuſpicionis Stalenũ corruptum eſſe ſenſerat. de Senect. 86 b, Suauitates odorum, qui afflantur è floribus.

¶ *Odorum materia, vnguentum.* Tuſculan. 199 b, Incendere odores. I. V. 265 b, Proferebant alij purpuram, thus alij atque odores. * I. V. 218 a, Omnes Segeſtanas matronas & virgines conueniſſe, cùm Diana exportaretur ex oppido, & thure odoribusque incenſis vſque ad agri fines proſecutas eſſe.

ODORANDVS, a, um. pro Cl. 35 a, Quid Albana pecunia? veſtigijs'ne nobis odoranda eſt? an ad ipſum cubile vobis ducibus venire poſſumus?

ODORANS, tis. I. P. 97 a, Scelera tua non veſtigijs odorantes ingreſſus tuos, ſed totis volitationibus corporis & cubilibus perſecuti ſumus.

ODORATIO, onis. *odoratus.* Tuſcul 213 a,* Qualis eſt hæc auium *delectatio*, tales ſunt oculorum, & tactionum, & adorationum, & ſaporum.

ODORATVS, tus. *ſenſus, quem olfactum Plinius vocat.* Acad. 6 b, Neceſſe eſt de odoratu & guſtatu loqui. de N. 58 a, Niſi forte Pomorum iucundus non guſtatus ſolùm, ſed odoratus etiam & aſpectus dubitationem affert, quin.

ODOROR, aris: & ODORO, as. *olfacio, animaduerto, quæro, tento, experior, agnoſcere curo, odore quodam ſuſpicionis aliquid ſentio.* I. V. 206 b, Vt canes venatici optimè odorabantur omnia, & perueſtigabant. & 135 b, Acutiſſimè indagare & odorari omnia ſolebat. de Orat. 125 b, Odoror quàm ſagaciſſimè poſſum, quid ſentiant iudices, &c. cõtra Rull. 79 a, Hi quos hunc Decemuiratũ odorari ſuſpicamini. Att 60 a, Tu velim Fabium, ſi quẽ habes aditũ, odorere, & iſtũ conuiuam tuũ deguſtes. Poſtq 207 a, Hi voluptates omnes veſtigãt, atq; te odorant. *(al. odorantur.)* Att. 61 b, Soles enim tu hæc feſtiuè odorari. Att. 94 a, Illud prætereà μυστικώτερον ad te ſcribam, tu ſagacius odorabere. & 223 b, Sed quid hæc ad nos, odorare tamen Antonij διάθεσιν. Att. 256 b, Odorari diligentius quídnam futurum ſit.

† Syntaxis. *Odor teter. ſuauis, iucundus, vnguentorũ. Tus & odores incendere. Odore ſuſpicionis ſentire. Afflatus è flore odor. Odorare veſtigijs, imò ad cubilia venire, & volitationes totius corporis. Odorari & veſtigare. Acutiſſimè indagare, & odorare. Sagaciſſimè odorari. Odorari aliquem, & deguſtare. Odorari feſtiuè.*

ODRILITIVM. *aliter.* ORICHALCVM. de Finib 69 b, Adſint etiam pueri qui miniſtrent: reſplendeat his veſtis, argentum, odrilitium, locus ipſe, ædificium. * *Alij legunt, æs Corinthium aut Deliacum: Alij, æs, odor, inlicium: alij triclinium.*

ODYSSEA, ſeæ. *Homeri opus de nauigatione Vlyſſis.* de Clar. 171 a, Nam & Odyſſea Latina eſt.

OECONOMIA, miæ. Attic 84 a, Nec οἰκονομίαν meam inſtituam, ſed ordinem ſeruabo tuum. L. DISPOSITIO.

OECONOMICVS, a, um. Offic. 51 b, Xenophontis liber, qui Oeconomicus inſcribitur. de Senect. 89 b, Xenophontis liber de tuenda re familiari.

OEDIPVS, odis. *Sophoclis tragædia.* de Fin. 124 b, Memoria Oedipodis.

OENOMAVS. *Accij tragædia* Epiſt. 136.

OENOPHORVM, ri. *vas vinarium.* de Fin. 69 b, Quibus vinum diffuſum è pleno ſit œnophoro, vt ait Lucilius: *aliter, hirſiphon, pro œnophoro legitur.*

OETAEVS *mons.* de Nat. 67. *Accij.*

OFFA, offæ. *cibus globoſus, orbiculatus.* de Diu. 86 a, Neceſſe eſt offa obiecta cadere fruſtum ex pulli ore cùm paſcitur. & 123 b, Si auis fame enecta in offam pultis inuadit, hoc tu auſpicium putas.

OFFENDITVR. Ep. 158 b, Si quid eſſet offenſum in his exercitibus. de Orat. 108 a, A quibus nihil præter voluptatem quæritur, in ijs offenditur, ſimulatq; imminuitur aliquid de voluptate. de Or. 161 a, Si in his paulùm modò offenſum eſt. * Ep. 7 a, Si cecidiſſet vt volumus & optamus, &c. ſin aliquid eſſet offenſum.

OFFENDO, dis. *offenſionem affero, iniuriam facio.* Epiſtol 37 a, Hoc verò ex quo ſuſpicio nata eſt, me exquiſiuiſſe aliquid, in quo te offenderem, tranſlatitium eſt. I. A. 212 a, Quod offendit animos maioris partis hominum magis. Epiſtol. 7 b, Eos non tam conſtantia noſtra delectat, quàm ſplendor offendit.

¶ *Lædo.* pro Planc. 260 a, Offendere exiſtimationem alicuius. Ep. 14 a, Quod quenquam maleuolentiſſimum iure poſſit offendere.

¶ *Impingo, incurro, irruo.* de Inu. 62 b, Minus in arrogantiam offenderent. Ep. 126 b, Quis eſt tam Lynceus qui in tantis tenebris nihil offendat? nuſquam incurrat? pro Cl. 30 b, Poſtremò eum qui bis apud iudices offendiſſet, quàm eum qui bis cauſam ijs probaſſet. de Or. 136 b, Multa circumſpicienda ſunt, ne quid offendas, ne quò irruas.

¶ *Percutio.* pro Clu. 54 b, Is ex equo cécidit, & latus offendit vehementer.

¶ *Inuado.* Epiſt. 18 b, Aut ne ad eam meditere imparatum te offendam.

¶ *Pecco, delinquo.* Epiſtol. 29 b, Qui ſi dignum ſe maioribus ſuis præbuerit, tua laus ex aliqua parte fuerit: ſin quid offenderit, ſibi totum, tibi nihil offenderit. Quin. frat. 311 b, Nam Pompeius apud illam perditiſſimam atq; infimam fecem populi propter Milonem ſuboffendit. pro Cl. 39 a, In eodem genere, in quo ipſi offendiſſent, alios reprehendiſſent,

diſſent, ſe ad præmia legis venire oportere. de Or.95 b, Nihil tam ad diuturnitatē memoriæ ſtabile, quàm id in quo aliquid offenderis.* Ep.71 a, *Luceij.* Ex quibus aut in altera *re* mihi velim, ſi potes, obtemperes: aut in altera nō offendas. pro Seſt.24 a, Itaq; tēporibus illis qui populares erāt, offendebant illi quidē apud graues & honeſtos homines. Att.157 b, Se apud ipſam plebem offendiſſe de ærario.

¶ *Inuenio.* Ep.7 a, & 14 a, Non offendes eundem bonorum ſenſum Lentule, quem reliquiſti. * Ver.175 a, Quia deſertas arationes, inanes agros, prouinciam miſeram perditamq; offendi.

¶ *Recordor.* I.V.134 b, Offendite eum menſem comitialem, comitijs iam abhinc xxx diebus habitis.

OFFENDOR, ris. Ep.10 b, Multis rebus meus offendebatur animus. de In.51 b, An offendi in his conſuêrint. * de Or. 146 b, In qua *voce* nihil offendi, nihil diſplicere, nihil animaduerti poſſit.

OFFENSA, ſæ. Att.135, Magna in offenſa ſum apud Pompeium. Ep.125 a, Deniq; illud cogita, quòd offenſa fuerit, in iſta cunctatione te prius fuiſſe. *Cælij.*

OFFENSIO, onis. *incommodum, detrimentum, damnum, moleſtia, calamitas.* pro Cluent. 19 b, Huic nihil poteſt offenſionis accedere ſine acerbiſſimo incommodo. Offic.73 b, Turpitudo in deformitate corporis habet aliquid offenſionis. in Ant.219 b, Te rogo, vt accipias ſine offenſione quod dixero. Tuſcul.215 b, Corporum offenſiones ſine culpa accidere poſſunt, animorum non item. de Diu 126 a, Quę ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis & ſternutamētà erūt obſeruanda. Ep.86 b, Præſtabo nihil ex eo te offenſionis habiturum. de Inu.60 b, Concitare grauem offenſionem in aliquam rem. Epiſt.60 a, Graues ſolēt offenſiones eſſe ex grauibus morbis, ſi qua culpa commiſſa ſit. ꝓ Pomp.8 b, Hic in ipſo illo malo grauiſſimaq; belli offenſione L. Lucullus iuſſu coactus abijt. Att.4 a, Tantum intelligebam ei eſſe offenſionis quantum literæ tuæ declarabant. * pro Pomp.9 a, b, Cuius adoleſcentia ad ſcientiā rei militaris non alienis præceptis, ſed ſuis imperijs, non offenſionibus belli, ſed victorijs, &c. eſt traducta. de Sen. 90 b, In fragili corpore odioſa omnis offenſio eſt.

*Odium, ſimultas, inimicitiæ.* Poſtq.208 b, Qui publici mei beneficij memoria priuatam offenſionem obliterarunt. Att. 212 a, Mihi credas velim mihi maiori offenſioni eſſe quā delectationi poſſeſſiunculas meas. de Inuent. 60 b, Indignatio eſt oratio, per quam conficitur, vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offenſio concitetur. Tuſcul.213 b, Eaq; quæ ſunt eis morbis contraria, quæ habent ad res certas vitioſam offenſionem atq; faſtidium. de Inu. 49 a, Excipere offenſionem ex aliquo facto. Epiſt. 49 a, Effugere offenſionem alicuius. * pro C. Cornel. 1. Plebem ex Maniliana offenſione victam & domitam eſſe. Att.14 a, Quod afferret Qu fratri meo aut offenſionem tam grauem, aut commutationem tantam voluntatis. ibid. Mollis animus & ad accipiendam & ad deponendam offenſionem. Att.162 a, Iudicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra, quæ magis à ζηλοτυπίᾳ mea, quàm ab iniuria tua nata eſt. de Sen.90 b, In fragili corpore odioſa omnis offenſio eſt.

¶ *Peccatum.* Ep.7 a, Offenſionem eſſe periculoſam video.

¶ *Diſſidium.* Off.15 a, Videtur, vt labores & moleſtias tum offenſionum, tum repulſarum, quaſi quandam ignominiam timere, & infamiam. de Am.112 a, Repentè in medio curſu amicitias, exorta aliqua offenſione, dirumpimus.

¶ *Vituperatio.* Or.208 a, Principia acuta ſententijs, vel ad offenſionem aduerſarij, vel ad commendationem ſui.

¶ *Suſpicio, inuidia.* de Orat.118 a, In quo eſt illa magna offenſio vel negligentiæ ſuſceptis rebus, vel perfidiæ receptis. de N.18 a, Epicurus ne in offenſionē Athenienſium caderet, verbis reliquit deos, re ſuſtulit. I.V.72 b, Incurrerē in odium offenſionemq; populi. de Or.128 a, Tum excitatur, ſi non tam acerbū odium, attamen aut inuidiæ, aut odij non diſſimilis offenſio. pro Mur.134 a, Sapiens prætor offenſionē vitat æqualitate decernendi, beneuolentiā adiungit lenitate audiendi. de Prou.75 a, An reditus in patriam habet aliquam offenſionem? I. V. 56 a, In hac, &c. totius ordinis offenſione cùm hoc vnum his tot incommodis reditum eſſe arbitrarer.

OFFENSIVNCVLA, læ. pro Pl.269 b, Vidi M. Piſonē offenſiuncula accepta in iſta ædilitate ſummos honores à populo Rom. adeptum. Ep. 202 b, Si qua offenſiuncula facta eſt animi tui peruerſitate aliquorum.

OFFENSVS, a, um. *infenſus.* pro Cl.51 b, Etiamſi is inuidioſus, aut multis offenſus ſit. Att.15 a, Animus alienatus & offenſus. Ep.154 a, Si hominē mihi offenſum non ſubleuaſſem. Tuſ.148 b, Exilium propter alienam & offenſam populi voluntatem, malum eſt. Att.3 b, Si cuius animus in te eſt offenſior. I.A.158 b, Omnes illi ſunt offenſi.



¶ *Læſus.* Attic.3 b, Animum eius eſſe offenſiorem arbitrabar. Attic.241 b, Hircius ſcribit ſe vehementer eſſe offenſum à veteranis. Epiſt.64 a, Att 92 b, Cumulatè publicanis ſatisfactum, offenſus contumelia nemo. Poſtq.208 a, Qui cùm mea ſententia voluntas eorum eſſet offenſa, publici mei beneficij memoria priuatam offenſionem obliterauerunt. ad Brut.90 b, Aut ſi quid offenſum ſit, per te remp. eſſe recuperandam.

¶ *Lædens.* de Inuen. 59 b, Offenſum *genus argumentationis* eſt, quod eorum, qui audiunt, voluntatem lædit.

† Syntaxis. *Hoc animos hominum offendit. Caue ne quid in hac re offendatur. Offendere in vitium. Caue ne quid offendas, ne quò irruas. Offendit cadens brachium. Imparatum offendere aliquem, offendes cùm veneris, omnia: id eſt, inuenies. In offenſa eſſe apud aliquem: id eſt, non conuenire inter.*

OFFERENDI. contra Rull.68 b, Feci fidem offerendi mei.

OFFERENS, tis. pro S.R.37 b, Vir fortis ſe acriter morti offerens. pro Planc. 264 a, Vltrò mehercùlè ſe mihi etiam offerentes, vltrò pollicentes rogaui.

OFFERO, fers. *polliceor, profiteor, dejero.* Att.21 b, At ni popoſciſſes, ego me tibi non offerebam. pro Cæl.41 b, Vltrò ſe offerre alicui, & proijcere ſe. pro Syl. 181 a, Caput meum obtuli pro patrię periculis. pro Seſt.3 a, Offerre ſe in diſcrimen pro ſtatu ciuitatis. I.P.83 b, Sed his vnum me ꝓ omnium ſalute obtuli. Qu.fr.302 b, Noſtræ cauſæ non vidētur homines defuturi, mirandum in modum profitentur, offerunt ſe pollicentur. Ep.93 a, Nihil eſt cur aduenientibus te offerre geſtias. pro Mil.119 a, Ne obtuliſſe nos gratulationi videamur. pro S.R.33 a, Os ſuum non modò oſtendere, ſed etiam offerre. pro Seſt. 17 b, Offerre vitam ſuam in diſcrimen, & offerre ſe temeritatibus. Tuſc.155 a, Offerre ſe ad mortem pro patria. pro Seſt.13 b, Qua manu vitam ſibi exhauſit, eâdem hoſtibus mortem obtulit. pro Sext. Roſc.36 a, Qui obtulerunt hanc prædam Chryſogono. Att.137 a, Cur mihi te offers? pro Syll.177 b, Sed tamē muneri ſeruili obtulit ſe ad ferramenta proſpicienda. *alij perſpicienda.* Attic.36 b, Quod ſors obtulerit, id acturus videtur. Att 279 b, Is nobis vltrò pollicitus eſt, & dedit xx H-S ex ſua pecunia, & quod multo carius eſt, ſeipſum obtulit & coniunxit. * pro Marc. 132 a, Fortuna in iſtius ſe ſocietatem gloriæ non offert. pro Clu. 54 a, Huic quamobrem id vellet, inimicus offerre, quod ipſe ſibi optare deberet? Att.57 a, Si ſe ituro Lanuuium vltrò in via obtulerit. Att.103 b, Ipſis expenſum nemo offeret.

¶ *Obuiam fio.* de Orat.160 b, Neq; vos pæan aut herous ille conturbet: ipſi occurrent orationi, ipſi, inquam, ſe offerent & reſpondebunt non vocati. Attic.67 a, Offerre ſe in via alicui.

¶ *Expono.* Off.17 a, Offerre ſe periculis ſine cauſa. I.C.117 a, Qui ſe pro ſalute veſtra obtulerint inuidiæ periculiſque omnibus. pro Milon.120 a, Ego, qui pro te toties morti me obtuli.

¶ *Reſiſto, obſiſto.* Att.282 b, Romam vt veni, ſtatim me obtuli Antonij ſceleri.

¶ *Refero, reddo.* de Diu.97 b, Obijciuntur ſæpe fortunæ, quæ reipſa nullæ ſunt, ſpeciem autem offerunt.

¶ *Præbeo.* de Diuin.138 a, Quæ igitur natura obtulit illam ſpem Simonidi?

OFFEROR, ris. de Leg. 162 a, Dummodo tabella optimo cuiq; oſtendatur, vltroq; offeratur.

† Syntaxis. *Vltrò, ſe offerre alicui, ſeq; proijcere. Offerre ſe diſcrimini, in diſcrimen. Ille profitetur, ſe offert. Offerre ſe alicui in via. Offerre ſe iniurijs. Hoc ſpeciem offert felicitatis.*

OFFICIENS, tis. de Natur. 35 b, Vmbra terræ ſoli officiens noctem efficit. in Arat.

*Sin autem officiens ſignis mons obſtruet altus.*

OFFICINA, næ. *locus ſellæ atq; operis & quæſtus quotidiani.* in Verr. 212 a, Verres inſtituit officinam Syracuſis. Offic. 30 b, Opifices omnes in ſordida arte verſantur: nec verò quicquam ingenuum poteſt habere officina. in Ant. 211 b, Armorum officinas in vrbe videtis. Parad. 116 b, Tale tamen eſt, vt ex eadem officina exiſſe videatur. I.A.167 a, Cuius domus quæſtuoſiſſima eſt falſorum chirographorum officina. de Leg 163 a, Philoſophi, qui quaſi officinas inſtruxerunt ſapientiæ. Orat.200 b, Domus Iſocratis officina habita eloquētiæ eſt. de Clar.167 b, Domus Iſocratis Græciæ quaſi ludus quidam patuit atque officina dicendi. * de Orat. 113 b, Poſtea verò quaſi ex clariſſima Rhetoris officina duo præſtantes ingenio, Theopompus & Ephorus, ab Iſocrate magiſtro impulſi ſe ad hiſtoriam contulerunt. pro Sex. Roſc. 41 a, Si domus hæc habenda eſt potius, quàm officina nequitiæ, & diuerſorium flagitiorum omnium. in Piſon.98 a, Illam armorum officinam quid recordaris?

† Syntaxis. *Ludus & officina dicendi, ſapientiæ, falſorum chirographorum.*

Officio,cis. *noceo,obſum, obſto,obſtruo,obſcuro.* de Inu.56 b, Quę videbuntur officere huic partitioni, propulſabimus. Tuſc.246 b, Offecerat videlicet apricãti.pro S.R.37 a,Cur meis cõmodis officio ſimulato officis? pro Rab.Poſt.129 b,Nec mentis quaſi luminibus officit altitudo fortunæ & glorię. ꝓ S.R.19 b,Cui pecunię vita S.R.obſtare atq; officere videtur. & 37 a, Officere atq; obſtare cõmodis alicuius. Off.65 a,Demoliri ędes,quarum altitudo officeret auſpicijs de Cla.170 b,Horũ ſentẽtijs cõciſis officit Theopomp⁹ elatione atq; altitudine orationis ſuę. * Prognoſt,

*Vt cum Luna means Hyperionis officit orbi.*

Officitvr.de Or.99 b,Cuicunq; particulæ cœli officeretur,quamuis eſſet procul,immutata lumina putabat.

† Syntaxis.*Vmbra terræ ſoli officit. Officit mẽtis luminibus fortunæ altitudo. Alicui obſtare,& officere aliquid.*

Officiosè. ſiùs.*amanter.* Ep.139 a, Qui me quidem perofficiosè & peramanter obſeruant. Attic.211 b, Officiosè parére alicui.& 88 b,Sed illa officioſiùs,quòd,&c.de Am. 109 b,Aliquid officiosè,aut amicè,aut cum labore aliquo factum poſſe dicere.

Officiosvs,a,um:ſior,ſſimus. *plenus officij,in quo ineſt liberalis gratificandi voluntas.)( inofficioſus.* I.V.88 b,Lampſaceni ſummè in omnes ciues Rom.officioſi. pro S.R.18 b,At tanto officioſior quàm cęteri, ne,&c. ꝓ Pl.268 b,Quos tu ſi ſodales vocas, officioſam amicitiã nomine inquinas criminoſo.ꝓ Mil.103 b,Propter officioſos labores meos nõnulla apud bonos gratia. pro Qu.Roſ.47 b,Vir purus,pudens,humanus,officioſus, liberalis.Ep.178 a,Homo officioſiſſim⁹. Att.219 b,Nec diligentiorẽ,nec officioſiorẽ facilè delegiſſem Veſtorio. Qu.fr.101 b, Denocius eſt in me officioſiſſimus.I.P.91 a,Officioſiſſima ratio candidatorũ. * Ep.225 b, Cuius calamitas etiã officioſiorẽ facit in illũ.

† Syntaxis. *Perofficiosè & peramanter. Officioſa amicitia.*

Officivm,cij.*partes, munus, munus officij, opus.* Off.2 a,In officio colendo ſita vitę eſt honeſtas omnis,& in negligẽdo turpitudo.ꝓ Mur.139 b,Stoici mihi vidẽtur fines officiorũ paulo longiùs quàm natura vellet,protuliſſe. Orat. 203 b, Oportere perfectionẽ declarat officij, quo & ſemper vtendũ eſt,& omnibus. Att.261 a,b,Non dubito,quin καθῆκον officium ſit, ſed inſcriptio plenior de officijs. Att. 263 a,Mihi nõ eſt dubiũ,quin qđ Græci καθῆκον, nos officium pręclarè cõuenit:aut da melius.dicimus Coſ.officiũ, ſenatus officiũ.de Inu.43 b,Officiũ eſt id, qđ facere debet orator: finis, cuius cauſa facere debet. de Finib.102 a, Eſt autẽ medium officium, quod ita factũ eſt, vt eius facti ꝓbabilis ratio reddi poſſit. & 109 b,*de officio perfecto & medio.* pro Quin.4 b,Nullũ eſt officium tam ſanctũ atq; ſolenne, quod non auaritia cõminuere & violare ſoleat. Off.20 a, Nullũ officium referẽda gratia magis neceſſarium eſt.Off. 25 a,b,Peregrini officium eſt, nihil pręter negocium ſuum agere.de Or.96 b, Oratoris officiũ eſt,dicere ad perſuadẽdum accõmodatè. & ibid.Oratoris propriũ officium atq; munus.de Or.140 b, Singularum virtutum certa quædam ſunt officia ac munera. de Diu.91 b,Sine oculis nõ poteſt extare officium & munus oculorum.& 130 b,& Ep.153 a, Bruti erit officium occurrere ei. de Inu.70 b, Pietas officium erga parentes conſeruare monet. Off.7 a,Contra officium eſt,maius damnum anteponi minori. & ibid.Non ſit contra officium non facere,&c. pro Dom.216 b,In hoc officio , quod fuit præcipuè meum, ſententia mea reprehenditur. ꝓ Qu.11 a, Qui primus erat officij gradus,à ꝓcuratore ſeruatus eſt.Ep.73 a,Prętermittere officium erga aliquẽm. Off.6 b, Prætermittendæ defenſionis deſerendiq; officij plures ſolent eſſe cauſæ. de Fin.55 b,Deſerere officium.Epiſt.61 a,Deſeri ab officijs amicorum. Off.7 b, Ab officio diſcedere. & ibid. Sunt autem quædam officia aduerſus eos ſeruanda.Ep.73 a,& de Fin.109 b,Omnia officia amicitiæ diligenter ſancteq; ſeruaui. pro Cluent.45 a,& Off.73 a,Retinere officium. de Inu.82 b,Tribuere officium & cultũ alicui. Ep.55 b, Vt intelligas homini amiciſſimo te tribuiſſe officium. Off.12 b,In officijs tribuendis videndum eſt,&c.de Inu.82 b,I.V.273 b,Perſoluere officium receptũ alicui. Poſtq.203 b, In officio perſoluẽdo diſſimilis ratio pecunię debitæ eſt. Ep.56 a,b,Quæ officia mea fuerunt,omnia ei pręſtiti.& 194 a,Filius tuus,cui nos & charitate & amore officium tuũ præſtaturos nõ debes dubitare. Ep.64 a, Cumulatè reddere officiũ iam diu alicui debitum. Attic.141 b, Præſtare officia vrbana alicui. Att.46 a, Exequi ſua officia & ſtudia. in Verr.62 a,Satiſfacere officio ſuo. Ep.37 a, Fungi officio ſuo,& declarare officium ſuũ & 72 b,Fungi officio amici. Off.42 a,Fungi officio iuſtitiæ. Epiſt.40 b, Suſcipere officia & partes pro dignitate alicuius. I.V.148 a, Declinare ab religione officij in aliqua re. Att.177 b,Nihil ab illo factum eſt,quo minus mea in te officia conſtarent.Epiſt.45 a,Nullum officij onus cuiquam reliquum feciſti, Ep.62 b, Omnia officia à me in te ꝓfecta ſunt. & ibid. Deſiderare officia ab aliquo. & 63 b,Deſiderare officia alicuius in aliquem. Ep 6 a,Expectare officia ab aliquo. & 84 b,Polliceri & deferre officium ſuum alicui. pro S.Roſc.30 a, Quos natura ipſa retinere in officio non potuit. ad Heren.35 a,Cùm canes fungantur officijs luporum. Att.80 b, Nicanor in officio eſt, & à me liberaliter tractatur.Epiſt.255,Eſſe in officio.& 62 b,Eſſe ſingulari officio in aliquem. pro Flacc.157 a,In aliquem multa & magna officia conferre. Att.2 b,& ad Her. 26 b,In officio manere. Ep.39 a, Tueri officium. Ep.96 b, Deeſſe officio ſuo. Ep.32 b, Mea in te omnia ſumma neceſſitudinis officia conſtabunt. pro Planc.263 b,Vel quia huius ipſius in illum ordinem ſumma officia quæſturæ tribunatusq; conſtabant. Epiſt.18 a,Non tam mihi moleſtum fuit accuſari abs te officium meum,quàm iucundum requiri. Epiſt.63 b, Officijs mutuò reſpondere. pro Mur. 141 b,Is voluit ad hoc officium neceſſitudinis eſſe gratioſus. pro Font.279 a, Alicui muneri atque officio præeſſe. Epiſt.193 a,In Syriam ád meum officium reuerti. de Pro. 73 a.Vt commune officium cenſuræ communi animo defenderent. Quin.frat.193 a, Quæ res ad officium imperij tui pertinebunt,de his rebus nihil attingant.Anteq.195 a, Qui neq; tantorum officiorum impenſam egiſtis in patriam. de Amic.97 a, Vſurpare aliquod officium, abduci ab officio,intermittere officium. Epiſt.175 a, Magna eius in me non dico officia,ſed merita. Epiſtol.2 a, Ego omni officio ac potius pietate erga te cæteris ſatisfacio omnibus.ibid. Cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe officiorum. Epiſt.78 b, Sed quoddam nobis officium iuſtum & pium debitum reip. noſtræque dignitati videbatur.Attic. 194 a,Leuatio quædam eſt, ſi minus doloris , at officij & debiti. pro Qu.19 a,In vita alicuius rationem ſummi officij deſiderare. pro S.R.18 b, Ita fit , vt adſint, propterea quòd officium ſequuntur. pro Sext.Roſc.19 a,Vtrumuis ſaluo officio facere poteris.Attic.5 b,Magnopere confido illum fore in officio.Att.90 b,Ac maximę partes iſtius officij ſunt pueri Ciceronis. & 209 b, Torquato noſtra officia grata eſſe facile patior , eaq; augere non deſinam. Att. 277 a,Hoc ad meum officium priuatarum rerum pertinet. Quint.frat.307 a, Spero Cyrum in officio fore. de Sen.83 q,Maſſaniſſa ſenex omnia regis officia & munera exequitur. & 82 b, Inſtruere aliquem ad omne officij munus.de Sen 92 a, Rectè in ſenectute viuitur, quoad munus officij exequi & tueri poſſis. de Amic.109 b, Officia meminiſſe debet is,in quem collata ſunt,non commemorare qui cõtulit.pro Mil.121 a,Tibi nullum à me amoris,nullum ſtudij,nullum pietatis officium defuit. * I.V.180 a, Aliquando deſinat putare ſe emere officium , quod ipſe ſemper habuit venale. pro M.Scau. Integris amicitijs officium prætermiſſum , imprudentiæ vel negligentiæ excuſatione defenditur. Incert. Simulatio officij.ad Heren.1 b,Quemadmodum ad orationem poſſint officia oratoris accommodari. & b,Quoniam de rerũ inuentione diſputandum eſt,in qua ſingulare conſumitur oratoris officium. Anteq. 193 a, Neq; verius eſt à ſingulis quàm ab omnibus repetere officij præmium & fructũ.ibid.Maior impenſa in patriã officij facta eſt.ibid. Cum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus. pro Marc.134 a, Opinione officij ſtulta fortaſſe,certè non improba, *lapſi.* de Fin.114 a,Omne officium munusq; ſapientiæ in hominis cultu eſſe occupatum. Offic.1 b, Latiſſimè patere videntur ea,quæ de officijs tradita ab illis & præcepta ſunt. Nulla enim vitæ pars vacare officio poteſt. Off.2 a,Nullis officij præceptis tradendis.ibid.Sed ſunt nonnullæ diſciplinæ, quæ officiũ omne peruertũt.ibid. Hæ diſciplinæ de officio nihil queãt dicere. Neque vlla officij præcepta tradi poſſunt,niſi.ibid. Qui tamen haberent ius ſuum diſputandi de officio,ſi rerum aliquem delectũ reliquiſſent, vt ad officij inuentionẽ aditus eſſet. Off.2 b, Omnis diſputatio de officio futura eſt.ibid. Omnis de officio duplex eſt quæſtio: vnũ genus eſt,&c.ibid. Omniáne officia perfecta ſint: nunquid officium aliud alio maius ſit. Quorũ autẽ officiorũ præcepta traduntur. ibid. Atq; etiam alia diuiſio eſt officij.Nam & mediũ quoddã officiũ dicitur,& perfectũ.Perfectũ officiũ rectũ opinor vocemus,quod Gręci κατόρθωμα:hoc autem medium cõmune,quod ij καθῆκον vocant.Atq; ea ſic definiunt, vt rectum quod ſit, id perfectum officium eſſe definiant: medium autem officium id eſſe dicant, quod cur factum ſit, ratio probabilis reddi poſſit. Offic.31 b, Studijs officijsq; ſcientiæ præponẽda eſſe iudicia iuſtitiæ, quæ pertinent ad hominũ vtilitatem. Off.33 a,Quemadmodum officia ducerentur ab honęſtate. & 71 b,A quatuor fontibus honeſtatis primo libro officia duximus. Epiſtol.51 a, Seruius tuus omnibus officijs, quæ illi tempori tribui potuerunt,declarauit, &c.Cuius officia iucundiora ſcilicet ſæpe mihi fuerunt , nunquã tamen gratiora.

Epiſt,

Epiſtol.63 b,Nulla re tam lætari ſoleo,quàm meorum officiorum conſcientia:quibus ſi quando non mutuò reſpōdetur,apud me plus officij reſidere facillimè patior. Epiſt. 125 b,Amici officiū neglexiſti. & 175 a, Mihi nihil amabilius officio tuo & diligentia. Epiſtol. 202 b, Ad hæc officia,vel merita potius, iucundiſſima conſuetudo accedit. & 225 b, Summa eius erga me officia extiterunt ijs noſtris temporibus. Epiſtol. 257 b, De tuis innumerabilibus in me officijs erit hoc gratiſſimum.Epiſtol.258 b,Innumerabilia tua ſunt in me officia, domeſtica, forenſia, vrbana, prouincialia,in re priuata,in Repub.in ſtudijs,in literis noſtris. Omnia viceris,ſi,vt ſpero, te validum videro. Attic. 113 b,Non deero officio,nec dignitati meæ.ibid.Mulieres tua erga ſe officia plena tui ſuauiſſimi ſtudij attulerunt. Att. 137 b, Hæc officia mercanda vita puto. & 258 b,Tria genera exquirendi officij eſſe.

† Syntaxis. *Officium ſolenne, & ſanctum. Officium ac munus. Officium prætermittere deſerere. Ab officijs amicorum deſeri. Ab officio diſcedere. Officium retinere,ſeruare,tribuere,perſoluere. Quod officium meum eſt, id præſto. Ego præſtabo tuum officium erga filium Officium debitum reddere. Exequi officium. Fungi officio ſuo. Officia & partes ſuſcipere pro dignitate, &c. Ab officio declinare. Is,in quem officia extant, nihil debet, vt, &c. In aliquem ab aliquo profecta beneficia In officio retinere. Officio ſingulari eſſe in aliquē. Conferre officia in. Officium promereri, tueri. In officio manere. Officio ſuo deeſſe. Conſtantia neceſſitudinis officia in aliquem. Officijs mutuò reſpondere. Magna eius in me non officia, ſed merita. Officia ſtudij plena. Officium ac debitū. Amoris,ſtudij,pietatis officium.*

OFFIRMO, as. de Fin 92 a, Cæteras philoſophorum diſciplinas non modò nihil adiuuare arbitror, neq; offirmare, quo meliores ſimus, ſed ipſam deprauare naturam. *aliter, affirmare.*

OFFVNDO,dis. *obijcio,offero.* de Nat 3 a,Philoſophia,quæ lucem eriperet, & quaſi noctem quandam rebus offunderet.Tuſ.208 a,Si quid tenebrarum offudit exilium. in Sal. 272 b, Tu tuis *maioribus* vita,quam turpiter egiſti, magnas offudiſti tenebras.

OFFVNDOR,ris. *circumfſo.* Ac.20 b,Ergo vt illis aqua,ſic nobis aër craſſus offunditur. de Fin. 99 b, Obſcuratur & offunditur luce ſolis lumen lucernæ.

OFFVSVS,a, um. pro Dom 241 a,Quod in naufragio reip. tenebris offuſis demerſo populo, &c. Tuſc. 229 a,Hic error & hæc indoctorū animis offuſa caligo eſt. de Vn 203 b,Cum ignis oculorum cū eo igne qui eſt ob os offuſus,ſe confudit & contulit. pro S R.35 a,Tanquam ſi offuſa reipub.ſempiterna nox eſſet.

† Syntaxis. *Offundere alicui tenebras Nobis aër offunditur. Offunditur & obſcuratur luce ſolis lumē lucernæ. Ob os offuſus ignis: id eſt,inſitum naturæ lumen. Noctem reipub offundere.*

OIKEION, &. L. ACCOMMODATVS.

OLBIA,æ *oppidum Sardiniæ* Qu.fr.110 b,Literas Olbia datas.

OLBIENSIS,ſe. Qu fr.309 a,A' te poſt illam Olbienſem epiſtolam nullas literas accepi.

OLEA,leæ.pro Cec.289 a, Eius fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt.de Diu.111 b, Agricola cùm florem oleæ videt, baccam quoque ſe videre putat.de L. 156 a, Athenæ ſempiternam in arce oleam tenere potuerunt. Epiſt.136 b, Antea delectabar oleis & lucanicis tuis. * de Diu.103 a, Thales omnem oleam,antequam florere cœpiſſet, in agro Mileſio coëmiſſe dicitur.Animaduerterat fortaſſe quadam ſcientia, olearum vbertatem fore.de Diu.126 a, Eodem tempore illo loco, vbi nunc Fortunæ ſita ædes eſt,mel ex olea fluxiſſe dicunt.

OLEARIVS,a,um. Top. 222 a,Cella olearia.& de Sen.89 a.

OLEASTER, ſtri. in Verr.159 b, Hominem ſuſpendi iuſſit in oleaſtro quadam:quæ eſt arbor,iudices,in foro.

OLENS,tis. de Orat.132 a, At in malè olentem,video me à te circumueniri. * Acad.6 b,Illud eſt album,&c.hoc bene olens.

OLEO,es. *redoleo,indico,tranſlatione.* de Orat.152 a,Vnguentum magis laudatur, quod terram, quàm quod crocum olet. Att 21 a, Vt mulieres ideo bene olere,quia nihil olebant,videbantur.de N.15 b,Epicurus nihil olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne è puerilibus quidem diſciplinis.de Or.146 b,In qua *voce* nihil ſonare aut olere peregrinum poſſit. pro Qu.R.48 a,Nónne ipſum caput & ſupercilia illa penitus abraſa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur. Orat. 211 a, Quid illud non olet, vnde ſit? quod dicitur, &c. Tuſc.220 b, Malè olere omne cœnum.) (*. gene olens.*

† Syntaxis. *Nihil ex Academia olere. In oratione hac multa ſonant & olent peregrinum. Olere malitiam Cœnum malè olet.*

OLEVM lei.I V. 210 a, Ariſtæus inuentor olei. de Sen.84 a, Namq; hęc quoq; niſi tanquā lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute. Att.217 a.Ante lucem cùm ſcriberem contra Epicureos, de eodē oleo & opera exaraui neſcio quid ad te. & 32 b, Ne & opera & oleum philologiæ noſtræ perierit. Ep. 95 b, In quibus *athletis* fatetur ſe & operam & oleum perdidiſſe. * Oecon.3.Oleum,ficus,poma, non habet.Hortenſ.Ignis gliſcit oleo.

† Syntaxis. *De eodem oleo & opera lucubrari,exarare aliquid.Perijt oleum & opera Oleum & operam perdere.*

OLFACIO,is. *odoror.* Tuſc.249 b, Vt ea quæ guſtemus,olfaciamus,tractemus, audiamus. de Diu.110 a, Olfacere aliquid.in Rull.63 a,Nullus nummus tam abſtruſus eſt, quē non architecti huiuſce legis olfecerint.

OLIM. *quondam,quodam tempore.* Attic. 90 b, Ante lucem inambulabam domi, vt olim candidatus. & 172 a, Vtinam coràm tecum olim potius,quàm per epiſtolas. Attic 65 a, Locus ille animi noſtri, ſtomachus vbi habitabat olim, concaluit.Ep.255 a, Quando ad amorem meum aliquantum olim diſcedens addidiſti.& 78 b, Nec nos arbitror victoriæ præmijs ductos patriam olim reliquiſſe,&c de Or. 125 a,Sic enim olim loquebantur. Att.154 b,Qui mihi dixit olim,&c.

† Syntaxis. *Olim ſtomachus concaluit.*

OLITOR,oris.Epiſt.263 b,Paredrum excita, vt hortum ipſe conducat, ſic olitorem commouebis. & 264 a, Cum olitore,vt videtur.

OLIVA,uæ. *olea.* de Nat.88 b,Ariſtæus, qui oliuæ inuentor dicitur.* de Nat.30 b,Si ex oliua modulatè canentes tibiæ naſcerentur: non dubitares, quin eſſet in oliua tibicinis quædam ſcientia.

OLIVETVM,ti. *locus oliuis conſitus.* de N.77 b,Vineta,olivueta. cont. Rull. 79 a, Iugera CC in quibus oliuetum fieri poteſt.de N. Quid de vitibus oliuetiſq; dicam? de Sen.89 a, Quid de vinearum oliuetorúmve ſpecie dicam?

OLIVITAS,atis. de Repub.li.1, Non modò integra eximi, ſed etiam maior quàm in arbore vnquam pependerit, de oliuitate oleas eſui optimè condi ſcribit Cato.

OLLA,læ.Ep.138 a,Implere ollam denariorum.

OLLI,æ,a. *pro illi,illæ,illa.de Legib ſæpe legitur.* de Clar. 169 b, Is dictus ollis popularibus olim,qui,&c. *ex Ennio.*

OLVSCVLA,culorum. *minuta olera.* Att.87 a,Oluſculis nos ſoles paſcere.

OLYMPENI, *populi.* contra Rull.61 & 76.

OLYMPIA, piæ, *vrbs Peloponneſi, apud quam Olympia fiebant.* Tuſc.172 b,& de Orat.157 b, Cùm Olympiam veniſſet, in maxima illa quinquennali celebritate ludorū. de Senect. 83 b, Olympiæ per ſtadium ingreſſus eſſe dicitur Milo, cùm humeris bouem ſuſtineret viuum.

OLYMPIA,orum. *Olympiaci, maxima illa quinquennalis ludorū celebritas.* de Clar.187 a, Pugiles exercitati pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre poſſunt. de Orat.243 b,Ab Olympijs coronā petere. Att 248 b,Ad Olympia de Diu. 138 a, Curſor ad Olympia proficiſci cogitans, viſus eſt in ſomnis curru quadrigarum vehi.

OLYMPIACVS,ca, cum. ad Her.24 b, Quaſi ſi quis ad Olympiacum venerit curſum:*aliter, ad Olympia, cùm venerit.*

OLYMPIAS, adis. *Alexandri mater.* de Natur.lib.2,de Diuinat.lib.2.

OLYMPIONICES, cæ. Tuſc.172 b,Rhodius Diagoras Olympionices nobilis.pro Flacc.152 b,Acinus pugil Olympionices, quod eſt apud Græcos propè maius & glorioſius,quam Romæ triumphaſſe. de Inu. 80 a, Olympionicarum præmium capito.

OLYMPIVS *Iupiter.* Tuſc.183.I.V.228.in Orat.

OLYNTHVS *vrbs.* I. V.87 a.

OMEN,nis. *dictū aut factum caſu exceptum,quo rei cuiuſpiam euētus portendi poſſe videatur.* de Diu.101 a,Neq; ſolùm deorum voces Pythegorei obſeruauerunt,ſed etiam hominū, quæ vocant omina:quæ maiores noſtri quia valere cenſebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum fauſtum, felix,fortunatumq; eſſet præfabantur.pro Seſt.19 a, Exierunt malis ominibus atque execrationibus duo Vulturij. pro Cluent 20 b, Nubit genero ſocrus nullis auſpicijs, funeſtis ominibus omniū.I.C. 140 a,Hiſce ominibus Catilina cū ſumma reipub.ſalute & cū tua peſte & pernicie proficiſcere,&c. contra Rull 84 b,Neq; te Rulle omina illa M. Bruti,atq; auſpicia à ſimili furore deterrent. Ep.44 b,Neq; triſtius dicere quicquā debeo ea de re, quam tu ipſe optimis ominibus proſequeris I.P.86 a,Epiſt.44 b, Ominibus bonis vel triſtibus aliquem exeuntem proſequi. de Diuin. 101 b, Tum ille, Accipio omen, inquid, mea filia.& ibid. Cæcilia exiuit in quoddā ſacellum ominis capiendi cauſa.de Diu 102 b,

*Sic aquila clarum firmauit Iuppiter omen.*

I.A.232 b, Atq; hoc quidē deteſtabile omen auertat Iupiter.& 193 a, Quibus Antonius(ô dij immortales auertite & deteſtamini, quæſo, hoc omen) vrbem ſe diuiſurum eſſe promiſit. Att. 279 b, Sin aliter fuerit) quod dij omen auertant) Reipub.vicem dolebo. & 280 a, Quod Iupiter omen

omen auertat.& pro Mur. 145 a,de Ar.253 b,Si ciuitas hęc cadet(quod dij omen obruant.) I.A.222 b,Atq; ita locutus eſt,vt eius oratio omen fati videretur. & 243 a. Proficiſcantur legati optimis ominibus. *pro Mur. 133 b, Si tanta illis comitijs religio eſt,vt adhuc ſemper valuerit omen prærogatiuum. de Diu.101 b, Quod omen res cõſecuta eſt.& 125 b,His ſuperſtitionibus non dubitâſti etiam omina adiungere. ibid. Quod pater omen accepit. ibid. Prærogatiuum omen comitiorum.de Diu.126 a,Si omini paruiſſet.Quæ ſi ſuſcipiamus,&c.

† Syntaxis. *Omen capere, accipere. Aliquem proſequi ominibus. Quod Deus omen auertat,deteſtetur,obruat. Omen mortis eſt tua oratio.*

Ominor,aris.*auguror.* de Clar.196 a,Melius quæſo ominare,inquit Brutus. Offic.48 b,Sin qua neceſſitas huius muneris alicui reipublicæ obuenerit. malo enim alteri quàm noſtræ reipub. ominari.

Omiſſus,a, um. pro Syll.176 a, Noli id putare omnino à me eſſe omiſſum,ſi quid eſt tibi remiſſum atq; conceſſum.

Omitto,tis. *mitto,prætermitto,relinquo,dimitto,miſſum facio, prætereo,non exequor.* Qu.frat.310 a,Primam nauigationem, dummodo idonea tempeſtas ſit, ne omiſeris. de Somn. 127 a,Ades,inquit, animo, timorem omitte. pro Cæl.49 a,Quod facinus in alienum hominem illatum ſeuerè acciperet,id omiſiſſet curare in hoſpite? 263 b,Omitte Atticum Ciceroni tuo. de Cl.189 b, Itaq; omittamus lugere. pro Qu.12 b,Vt alia omittam,hoc ſatis eſt,Alphenus, &c. I.P.90 b,Omittamus de reditu Gabinij,&c. pro R P.128 a, At de me omittamus ,&c. Att. 119 a, Omitto illa vetera, quòd iſtum in rempubl. ille aluit, &c. ille legibus, &c. ille &c.Offic.60 a, Omiſit hic pietatem & humanitatem, vt id quod,&c.* pro Marc.134 b,Omitte quæſo iſtam doctorũ in contemnenda morte prudentiam. Acad. 33 b, Omitto *ſequi Stoicos* per ipſum Ariſtotelem.

Omittor,ris. de Fin.56 b, Vt voluptates omittãtur maiorum voluptatum adipiſcendarum cauſa.

Omnino. *vtique,vſquequaque, planè, prorſus,funditùs.* de Or. 113 b, Theopompus & Ephorus cauſas omnino nunquã attigerunt.Epiſt.63 a, Omnino res tota in menſem Ianuarium reiecta erat. Epiſt.7 a,Vt ne quis omnino regem reduceret. de Orat. 114 a, Poëtas omnino non conor attingere.Offic.13 a,Omnino fortis animus duabus rebus cernitur. de Amic. 11 a, Omnino amicitiæ confirmatis iam ingenijs iudicandæ ſunt. de Orat. 108 b, Vir omnino omnis eruditionis expers. de Nat.20 a,Iſta ſiue beatitas, ſiue beatitudo,vtrũq; omnino durũ. At.93 b,Et ad ipſum hęc perſcripſi diligentiſſimè omnino. Ep.260 a, Cur cùm cuperem mederi, cupiditates certorũ hominũ impedimẽto mihi fuerunt omnino.Epiſt.260 b,Nunquã improbi ciues habuerunt paratiorẽ ducem omnino. ꝓ Mar.135 b, Quid enim eſt omnino ipſum diu?Tuſcul.148 a, Cùm defenſionum laboribus , aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus.pro Cor.64 a, Quæ labore huius aut omnino aut certè faciliùs conſequuntur.Tuſc.149 a, Vt non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. Attic. 50 b, Vix aut omnino non poſſe fieri. de In.44 b,& 45 b,Et tamen quantum & cuiuſmodi & omnino quale ſit, quæritur. de Inu. 82 b,Vis & iniuria,& omnino omne quod obfuturum eſt. & 58 a, Hoc genus & cætera neceſſaria,& omnino omnis argumentatio.

† Syntaxis. *Omnino nunquam. Aut omnino,aut magna ex parte liberatus. Vix aut omnino non poteſt fieri. Vis,& iniuria,& omnino omnis,*&c.

Omnipotens,tis.*rerũ omnium præpotens.* Tuſc.225 b,Teq; omnipotens Neptune inuoco. Poëtæ.

Omnis,ne.*totus,cunctus,vniuerſus,quicunq; , quiuis,quis omnium non?* de Diu. 129 b, Quod omne eſt,id non cernitur ex alio extrinſecus.de Fin.88 a, Omne cœlũ totamq; cum vniuerſo mari terram mente complecti. Epiſtol.86 a,Si tibi perſuaſeris,non hoc eſſe tui muneris, ſi quid rogatus fueris vt facias, ſed totum tuum eſſe, omne onus perficies.I. P.81 b, Totum palatium erat ciuitate omni cuncta Italia refertum.de Orat.117 a, Tota mente atq; omni animo intueri aliquẽ. Tuſc.187 a,In profundenda voce omne corpus intenditur. de Natur 45 a,Sanguis per venas in omne corpus diffunditur.pro Clu.21 a,Mater ſanguinẽ profundere omnem cupit. pro S.R.30 b,Non omnem frugem in omni agro reperire poſſis. Quint. frat.295 a,Omnes quicunque Romæ ludos faciunt. de Orat.109 a,Omnia quæcunque in hominum diſceptationem cadere poſſunt , bene ſunt oratori dicenda. de Orat.85 b, Qui non aliqua in re vna ſeparatim elaborarunt,ſed omnia quæcunque, &c. comprehenderunt de Orat.112 a,Non omnia quæcunq; loquimur ad artem ſunt reuocanda. pro Syll. 170 a, Eo tempore omni Romæ fui.de Cl.195 a, Omni huic ſermoni propoſitum eſt, &c. de Orat. 97 b, Subcundus eſt vſus omnium. Off.20 a, Et ab omni, quod turpe eſt,fugiamus. pro Rab.94 b,Omnes omnium ordinũ homines. I. P.100 a,Omnes mortales omniũ generum, &c. & 90 b, Omnes omnium generum ætatum,ordinum,viri ac mulieres omnis fortunæ ac loci.I.A.257 b,Omnes te dij,homines ſummi,medij,infimi,ciues, peregrini, viri, mulieres,liberi,ſerui oderunt.pro Arch. 188 b,Nam cæteræ res neq; temporum ſunt,neq; ætatum omnium, neq; locorum de Diuin. 127 b, Omnes omnium interitus, quicunque gignantur terra,eoſdem eſſe.item : Neque verius eſt à ſingulis quàm ab omnibus repetere officij præmium. contr. Rull.78 a, Decemuiros portitores omnibus omnium pecunijs conſtitui.Quint fra.320 a,Omnia minima,maxima,ad te mittiſ ſciebam.Att.102 a,Sic omnia facere omnis debet,ne armis decernatur. de Orat.115 a, Omnium cæterarum rerũ oratio,mihi crede,ludus eſt,&c.de Fin.66 b.Omnes qui vbiq; ſunt,qui Latinè ſciunt. Tuſc.228 a, Nihil eſt enim omnium quæ in philoſophia tractantur, quod grauius dicatur.& 241 a, Quid eſt enim omnium qui,&c. Epiſt.196 a,& 253 b,Παῦλα περὶ πάντων.Orat 202 a,,Plato longè omnium quicunq; ſcripſerunt princeps. de Orat.154 b, Gorgias princeps ex omnibus auſus eſt, &c. Attic. 245 b, Ex omnibus tuis ſtudijs in me hoc ſcito mihi grauiſſimum eſſe,&c.de Clar.190 b,Ex omnibus oratorijs laudibus longè iſta eſt maxima,inflammare, &c. de Orat 93 a,Cùm te vnum ex omnibus maximè natum aptumq; cognoſſem. & 94 a,Hic eſt vnus homo ex omnibus,quo præſente,&c. de Orat.108 a, Aculeo, quem Craſſus dilexit ex omnibus plurimùm. pro S. R. 19 a, Non electus vnus,qui maximo ingenio, ſed relictus ex omnibus , qui minimo periculo poſſent dicere. de Cl 186 a, M.Piſo maximè ex omnibus Græcis doctrinis eruditus de Or.156 a,Sin quærimus quid vnum excellat ex omnibus,docto oratori palma dãda eſt. & 154 b, Soli ex omnibus aurea ſtatua ſtatuta eſt : *id eſt, Gorgiæ*. I. C 114 b, Ille erat vnus timendus ex omnibus.de Orat.152 a, Guſtatus eſt ſenſus ex omnibus maximè voluptarius.pro Mur.132 a,Cuius ex omnibus pugnis,illa mihi videtur acerrima. de Orat.148 b,Stoici ſoli ex omnibus philoſophis dixerunt,&c.& 110 a,Ex omnibus verbis Latinis huius verbi vim vel maximam ſemper putaui. Attic. 253 a,Nec me vlla res magis angit ex omnibus Epiſt.71 b, Etſi vnus ex omnibus minimè ſum accommodatus , &c. & 120 b,Si vnus ex omnibus exoptandus eſſet.Tuſ.228 a, De re,quã tu ex omnibus maximè probas. pro Mar.134 b, Quis omniũ?&c.nemo omniũ,&c.I.A.175 a, Ex omnium omnibus flagitijs nullum turpius vidi,quàm quod, &c de Amic. 112 a, De amicitia omnes ad vnum idem ſentiunt. Attic. 102 b, Hic omnia facere omneis,ne armis decernatur.& ibid.*Omnis,ſepties vſurpatum.* de Fin. 86 a, Omnibus menſibus viceſimo die lunæ facere aliquid.

† Syntaxis. *Tota mente,atq; omni animo. Non omnia quæcunq; dicis. Omnis quicunque. Ab omni quod turpe eſt. Omnia minima, maxima. Omnia faciant omnes,ne id eſt,omnes hoc agant,ne. Omnia cætera negligo. Quis eſt omnium,qui, &c. Omnes quicunque ſcribunt. Ille princeps ex omnibus audet. id eſt, omnium primus. Quid vnum ex omnibus excellit? Nemo omnium.*

Omniuagus,a,um. de N.93 b, Diana omniuaga dicitur, non à venando,ſed quòd in ſeptem numeratur tanquam vagantibus.

ΟΜΟΛΟΓΙΑ. L. Conuenientia.

Onager,gri.*aſinus ferus,& agreſtis.* Att.89 a, Erat præterea Cynocephalus in eſſedo,nec deerant onagri.

*Onerandus,a,um. de Or.154 a, Onerandum complẽdumq; pectus maximarum rerum & plurimarum ſuauitate,copia, varietate.

Onerarius,a,um. de Diu 95 a,Et noctu flagrantes onerarias videbatis.Att.166 a,Occultè in aliquam onerariam corrependum.I.V.act.3,Oneraria nauis.

*Oneratus,a,um. ad Her.39 b, Iſte, qui diuitias ſuas iactat,ſicut Gallus è Phrygia , aut ariolus quiſpiam depreſſus & oneratus auro clamat & deierat.

Onero, as. de Nat.61 b, Animaduertite,cùm in foro dicerès, quàm plurimis poſſes argumentis onerare iudicem. Sall.in Cic.271 b, Etiámne aures noſtras onerabis tuo odio? Ep.41 b, Te autem quibus mendacijs homines leuiſſimi onerarunt.

Onus,ris. *pondus,partes,munus.* de Sen. 77 b, Onus Aetna grauius mihi videor ſuſtinere Ep.67 a,Sciebã quãtis oneribus premerere ſuſceptarum rerũ. & 206 a, Municipium maximis oneribus preſſum. & 33 b, Oneris tibi imponere non audeo quicquam.I.V.136 a, Imponere nimium oneris plebi. in Sal.272 a, Magnum mihi dicendi onus imponitur. Attic.207 a,& Quint.frat.306 a,Ne magnum onus obſeruantiæ Bruto noſtro imponerem.ibid.Ne quod onus ſimultatis nobis imponeret ex ſuperiorum temporum conuicijs.pro Sex.Roſc.20 a, Hoc onus ſi vos aliquã

ex parte

ex parte alleuabitis, feram vt potero, ſtudio & induſtria: ſin à vobis deſerat, tamen animo nõ deficiam, & id quod ſuſcepi, quoad potero, perferam. Quod ſi perferre nõ potero: opprimi me onere officij malo, quam id quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abijcere, aut propter infirmitatem animi deponere. & ibid. Fide ſapiẽtiaq; veſtra fretus plus oneris ſuſtuli, quàm ferre me poſſe intelligo. I. V. 148 b, Ego plus oneris habeo, quàm alij, &c. & amplius oneris ſuſcepi quàm cæteri, &c. & 149 b, Plus etiam, quàm pars virilis poſtulet, oneris ac muneris ſuſcipere. & 55 b, Adductus ſum officio, vt onus hoc laboris ſuſcipiendum putarem. de Or. 94 b, Magnum eſt quoddam onus atque munus ſuſcipere ac profiteri, ſe, &c. pro Syl. 179 b, Depoſito onere domeſtici officij, nihil poſtea de reip. commodis cogitauit. I. V. 55 b, Vt onus hoc laboris atque officij non ex meo, ſed ex meorum neceſſariorum tempore mihi ſuſcipiendum putarem. pro S.R. 37 a, Suſcipere onus officij quod non poſſit ſuſtinere. I. V. 218 b, Cur ego tuas partes ſuſcipio? cur tuum onus ſuſtineo? Epiſt. 45 a, Hoc nihil ad te, noſtrum eſt onus. de Orat. 86 b, Neque ego noſtris oratoribus tantum oneris imponam. & 140 a, Sed Vereor, ne Pompeio quid oneris imponam. Att. 234 b, Tibi hoc oneris non impono, nolo te illum iratum habere. pro Pomp. 14 b, Inſula Delos, quò omnes vndiq; cum mercibus atq; oneribus commeant. * Incer. Cuſtodia Caſtrorum non honoris, ſed oneris exiſtimatur. Tuſc. 187 a, Onera contentis corporibus faciliùs feruntur: remiſſis opprimunt.

† Syntaxis. *Onus ſuſtinere. Onere premi. Imponere onus, recipere, alleuare. Onus habere, ſuſcipere, profiteri, deponere.*

**ONVSTVS**, a, um. Att. 13 a, Aſellus onuſtus auro. I. V. 244 b, Nauis onuſta præda Sicilienſi. de Diu. 93 a, Nunc onuſti cibo & vino perturbata & confuſa cernimus. Offic. 52 a, Naues onuſtæ frumento.

**OPACO**, as. *obſcuro.* de Nat. 35 b, Sol ita mouetur, vt terras modò his, modò illis partibus opacet. & 45 a, Cùm terras nox opacaſſet. de Orat. 87 a, Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffuſa ramis.

* **OPACOR**, aris. 5 de Leg. Neq; dum ſatis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur.

**OPACVS**, a, um. *ater, obſcurus, frigidus, vmbroſus.)(.apricus.* de Orat. 144 b, Locus opacus & frigidus in Sylua. Part. 233 a, Locus opacus. in Arat. Opaca nubes. de Leg. 159 a, In viridi & opaca ripa inambulare.

**OPAS**. *Nilo natus ab Aegyptijs appellatur vulcanus.* de Nat. lib. 3.

**OPERA**, ræ. *adminiſtratio, munus, actio, opus, manus.* Off. 20 b, Mercenariorum operæ, non artes emuntur. I. V. 213 a, Ipſe dabat purpuram, amici operas. Offic. 25 b, Qui fructus quæq; vtilitates ex rebus ijs, quæ ſunt inanimatæ, percipiantur, eas nos nonnullo modo ſine hominum manu atque opera capere poſſemus. & ibid. Sine hominum opera. I V. 111 a, Duabus in rebus legatorum vna opera conſumitur, in laudando & repetendo. I. V. 143 b, Canuleius in portu Syracuſis operas dabat. & 144 a, & Att. 176 b, Terentius magnas operas in portu & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit. Epiſt. 227 a, Qui operas in ſcriptura pro magiſtro dat. ibid. 207 b, C. Puppius, qui eſt in operis eius ſocietatis. I. V. 107 a, Quantum Paucæ operæ & mercedes fabrorum tulerunt. Orat. 95 a, Apollonius, quos iudicabat non poſſe oratores euadere, operam apud ſeſe perdere non patiebatur. de Clar. 193 b, Ego autem iuris ciuilis ſtudio multum operæ dabam Q. Scæuolæ P.F. Att. 246 b, Vt ergo in huiuſmodi re tribuas nobis paulùm operæ. de Orat. 95 b, In artificio & opera quàm tenui & leui adhibere multam diligentiam. de Clar. 180 a, Gellius multam operam & vtilem amicis præbuit. pro Cl. 51 a, Omnis mihi cura atq; opera poſita eſt in omnium periculis defendendis. Offic. 28 b, Maiorem curam & operam ſuſcipere quàm cauſa poſtulet. Ep. 262 a, Tu muſis noſtris para, vt operas reddas. de Diu. 137 b, Nunc propter intermiſſionem forenſis operæ lucubrationes detraxi. Off 44 a, Qui opera, id eſt virtute & induſtria, benefici ſunt. Epiſt. 107 a, Dixitq; iudicem ſibi operam dare conſtituiſſe. Att. 220 b, Iudex operam dare mihi conſtituit, eo die, &c. Att. 32 b, Ne & opera & oleum philologiæ noſtræ pereat. Parad. 122 a, & Ep. 95 a, Is fatetur ſe & operam & oleum perdidiſſe. *prouerbium.* Att. 203 a, Cùm Seſtij auctioni operam dederis, nos reuiſis. & 213 b, Faberio operam ponamus. de Clar. 193 b, Miloni Rhodio Romæ operam dedimus. I. V. 214 a, Candelabrum è gemmis clariſſimis opera mirabili perfectum. & 216 b, Simulacrum ſingulari opera artificioq; perfectum. de Orat. 119 b, Quoniam vos tantum operæ mihi ad audiendum datis. & 122 b, Plus te operæ Græcis dediſſe rebus video, quàm putâram. Att. 262 b, Da operam vt valeas. Att. 69 b, Dionyſius mihi operam dat egregiam. Att. 23 a, & de Orat 151 a, & de Clar. 178 a, & pro Cec. 288 a, Dare operam alicui. Epiſt. 111 b, Dare operam memoriæ alicuius. Tuſcul. 149 b, In quam exercitationem ita nos ſtudioſè operam dedimus, vt, &c. Ep. 140 b, Dare operam liberis. I. V. 175 a, Summa data eſt opera à me, vt quàm plurimo decumas venderem. de Or. 108 b, Dare operam valetudini. Dare operam funeri. L. FVNVS. Qu. fr. 325 a, Bene ponere operam. Att. 191 b, Ponere multum operæ in aliqua re. & de Clar. 174 a, & Qu. fr. 296 a, & Off. 4 b, de Fin. 49 a, Ponere multam operam in aliqua re. de Diu. 190 b, Tribuenda eſt opera reip. vel potius in ea cogitatio, curaq; ponenda de Orat. 105 b, Conſumere operam in aliqua re. Item, In ea arte tu plus operæ laboriſq; conſumpſeras. pro S.R. 26 b, Qui in agris colendis tantum operæ temporiſq; conſumpſerunt. Tuſc. 170 b, Conſumere multam operam fruſtra. de In. 63 a, & I. V. 72 b, Conſumere operam in maximis Philoſophiæ partibus. pro Font. 276 b, Conſumere multum laboris & operæ in aliqua cauſa. Item, prædijs colendis operæ plurimum ſtudijſq; conſumere. Att. 277 a, Tibi omnes nauare operam & ſtudium volunt. Off 4 b, Magnum ſtudium multamq; operam in res obſcuras atq; difficiles conferre. pro Cor. 58 a, Officij potius quàm dicendi ſtudio hanc operam & munus ſuſcepi. I. V. 225 b, Tibi hæc opera ſumenda eſt. ad Her. 10 b, Vtrum data ſit opera vt ſciretur. de Orat. 92 b, Nam primùm quaſi dedita opera dicebat, &c. Att. 131 b, Dedita opera facere aliquid. Ep. 111 b, Data opera paraui, qui ſic, &c. Off. 9 a, Id age, vt vir bonus eſſe videaris: id eſt, da operam, vt, &c pro Seſt. 3 b, Contende, vt, &c. id eſt, da operam, vt, &c. item, Seruire voci, dare operam voci, indulgere nouis amicitijs, & ſpernere veteres. Part. 124 b, Qui operis dandis, publicis ſumendis rem honeſtè quærunt. de Leg. 169 a, Et ſermoni reliquo demus operam ſedentes. & 175 a, Dare operam rebus diuinis. Att. 217 a, De eodem oleo & opera exaraui ■eſcio quid ad te. Att. 56 a, Qui erant mecum, facilè operas aditu prohibuerunt. & 230 b, Omni ope atq; opera enitar, vt de Buthrocijs, &c. & 263 a, Omnibus rebus magna cura, multa opera & labore confectis. Qu. fr. 324 b, De verſibus, quos tibi à me ſcribi vis, deeſt mihi quidem opera, quæ non modò tempus, ſed etiam animum vacuum ab omni cura deſiderat. Offic. 9 a, Vti ſeruis vt mercenarijs ad operam exigendam. & 47 b, Sed quis eſt tandem, qui inopis & optimi viri cauſæ, non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis? * de Clar. 166 b, Qui eloquentiæ veræ dat operam, dat prudentiæ. Oecon. 1, Cùm & operam & diligentiam ea deſiderarent. ibid. A' natura comparata eſt opera mulieris ad domeſticam diligentiam. Hortenſ. In his ſtudijs nobis omnis opera & cura ponenda eſt. pro Clu. 38 a, Maxima eius opera, cùm quæſtor eſſet, in exercitu ſeditionem eſſe conflatam. pro Planc. 268 b, In operas plurimos patris autoritate & gratia miſerit.

¶ *Mercenarius, homo ad operas conductus, operarius.* pro Seſt. 11 a, Erat mihi contentio cum operis conductis. I. A. 155 a, Publicis operis diſturbare domum aliquam. I. V. 245 a, Nauem tibi operis publicis eſſe ædificatam. Qu. fr. 308 b, Operas ſuas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur. Att. 9 b, Operæ Clodianæ pontes occupauerunt. * pro Seſt 6 b, Venditabat ſe operis, atq; ab ijs ſe ereptum ne de ambitu cauſam diceret, prædicabat: ab ijſdemq; ſe inuito etiam Senatu prouinciam ſperare dicebat. I. A. 157 a, Quis reperietur, &c. iudex, qui reum damnare audeat: vt ipſe ad operas mercenarias ſtatim pertrahatur? *al. protrahatur.*

¶ *Labor.* Epiſt. 215 a, Non parcam operæ.

† Syntaxis. *Operæ mercenariorum. Legatorum opera. In opera tenui adhibere diligentiam. Operam perdere. Curam & operam ſuſcipere. Operam reddere. Operam alicui dare. Operam dare egregiam alicui. Da operam, vt, ne. Memoriæ ſapientiæ, literis, liberis, funeri dare operam. Operæ multum in aliqua re, & multam operam ponere. Operam ſumere. Data, dedita opera. Operam conſumere in. Operã conferre in res obſcuras. Magna cura, multa opera, & labore.*

**OPERAEPRECIVM**. *neceſſe eſt, non alienum, vtile dignum.* con. Rull. 80 b, Quo in genere eſt operæprecium diligentiam maiorum recordari. I. V. 135 a, Iam verò Cenſores, quemadmodum creati ſunt, operæprecium eſt cognoſcere. & 105 a, Operæprecium eſt, ipſam legem cognoſcere. pro S.R. 128 a, & de Fin. 121 a, Opereprecium erat, ſi animaduertiſtis iudices, negligentiam eius in accuſando conſiderare. pro S.R. 36 a, Si nihil in iſta pugna Roſcij, quod operæprecium eſſet, fecerant, quam ob cauſam à Chryſogono tantis præmijs donabantur?

**OPERARIVS**, rij. *baiulus* I. V. 217 b, Barbari quidam operarij mercede accepta ſignum illud ſuſtulerunt. Tuſc. 248 b, & ad Her. 21 a, & Ep. 11 a, Quos ſingulos ſicut operarios barbaroſq; cõtemnas. pro S.R. 85 b, de Cl. 188 b, Operarij

autem

autem & baiuli deeſſe non poſſunt. de Orat. 91 b, Non oratores, ſed operarij, lingua celeri & exercitata. & 108 a, Operarium quendam nobis Antoni oratorem facis. * I, V. 229 b. Etiámne huius operarij ſtudia ac delicias, iudices, perferetis? Qui ita natus eſt, ita educatus, ita factus & animo & corpore, vt multò appoſitior ad deferenda, quàm ad auferenda ſigna eſſe videatur. Parad. 120 a, Vtrum potius de bonis eſt quærendum, quid baiuli atque operarij, an quid homines doctiſſimi ſenſerint? Atticar. 101 a, De altero illo minus ſum admiratus operario homine.

† Syntaxis. *Operarij, & homines operarij.*

**OPERATIO**, onis *opera.* Att. 93 b, Huius nebulonis operatione ſi Brutus moueri poteſt, licet eum ſolus ames. *aliter, oratione, & rectiùs.*

**OPERCVLVM**, li. *quo aliquid tegitur, & operitur.* de Nat. 52 b, Aſpera arteria tegitur quaſi quodam operculo.

**OPERIMENTVM**, menti. *integumentum, operculum.* * de Legib 181 a, Redditur terræ corpus, & ita locatum ac ſitum quaſi operimento matris obducitur.

**OPERIO**, ris. *tego, inuoluo.* Tuſcu. 186 a, Operite, abſcedite.

**OPERIOR**, ris. I. V. 22 a, Fons, qui fluctu totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum à mari diſiunctus eſſet.

**OPEROSE**`. *laborioſè, nimiaque cum cura & opera* Orat. 210 b, Vt fiat quaſi ſtructura quædam, nec tamen fiat operosè: nam eſſet infinitus labor.

**OPEROSVS**, a, um. *laborioſus, actuoſus.* de Fin. 63 b, Viuendi artem tantam, tamq; operoſam relinqueret? Qu. fr. 315 a, Scribebam illa πολιτικὰ, ſpiſſum ſanè opus & operoſum. de Sen. 82 a, Senectus non modò languida atq; iners nõ eſt, verùm etiam eſt operoſa & ſemper agens aliquid. de Nat. 37 b, Moliri aliquid cum labore operoſo & moleſto. & 44 b, Nec quæ ſunt minus operoſa. de Cl 196 b, Operoſa cõcurſatio. Qu. frat. 326 a, Res operoſa eſt. Offi. 36 a, Quæ in uſu & tractatione belluarum fiũt vtiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operoſis. de Leg 179 a, In delũbris communibus textile, nec operoſius quàm muleris opus menſtruum. de Leg. 183 a, Ne quis ſepulcrum faceret operoſius, quàm quod decẽ homines effecereint triduo.

† Syntaxis. *Opus ſpiſſum & operoſum. Senectus operoſa, & aliquid ſemper agens. Operoſum & moleſtum.*

**OPERTVS**, a, um, *coopertus, tectus, inuolutus.* I. A. 180 b, Is lectica operta facere iter ſolebat. de Sene. 83 b, Nullo imbre adduci poteſt, vt capite operto ſit, Par. 121 b, Clodius opertum Bonæ deæ acceſſit. & ibid. Et tu quidem in operto fuiſti. I. V. 226 a, Contumeliæ, quibus operti oppreſſiq́; ſumus. * pro Clu. 30 a, Illa iudicia Senatoria non falſa inuidia, ſed vera atq; inſigni turpitudine nota, atque operta dedecore & infamia.

¶ *Oraculum.* de Diu. 104 a, Quo ex genere Apollinis operta prolata ſunt. & 132 a, Nec Apollinis opertis credendum exiſtimo.

† Syntaxis. *Eſſe in operto. Apollinis operta prolata ſunt. Operta Apollinis.*

**OPES**, pum. *potentia, diuitiæ, facultates, copiæ.* Att. 124 b, Moderatori reip. beata ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. pro Qu. 1 a, P. Quintius cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ ſunt. Attic. 152 a, Cæſar iam opes meas, non, vt antè, opem expectat. Attic. 187 a, Cæſar qui maximas opes habebat, paucorum virtute ſublatus fuit. Offic. 14 b, & 41 a, Bargulus latro magnas opes habuit, & multo maiores Viriatus. & 59 a, Hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ. I. A. 159 a, Opes violentas, & minimè ferendam potentiam concupiſcere. de Pro. 77 b, Cùm me firmiſſimis opibus contra ſcelus inimicorũ munire poſſem. I. A. 165 a, Põpeius omnes opes ſuas & reip. ad Cæſarẽ detulit. cont. Rul. 74 b, Hęc lex tota ad Pompeij opes euertendas tanquam machina cõparatur. pro Pomp. 12 b, Accepta in Ponto calamitate, ex eo prælio hoſtium opes animique creuerunt. cont. Rull. 72 b, Poteſtatem hãc tantis confirmat opibus & copijs, vt inuitis eripi nullo modo poſſit, ornat apparitoribus, ſcribis, &c. cont. Rull. 81 a, Totam Italiam ſuis opibus obſident. de Am. 100 a, Diuitiæ opportunæ ſunt vt vtare, opes vt colare, honores vt laudére. Antequam. 193 a, Et ſingulorũ opes ſæpe ſunt tenues & infirmæ ad gratiam referendam. & ibid. Vniuerſorum auxilium eo plurimum prodeſt, quo firmioribus opibus eſt nixum. Epiſt. 15 b, Neque pugnandnum contra tantas opes. Tuſc. 195, & 191 a. Omnibus viribus atque opibus repugnare alicui. de Fin. 95 b, Opes vel fortunæ, vel ingenij liberalitati magis conueniunt. & 143 b, Diuitiæ, honores, opes, de Cl. 391 a, Si honores quàm opes conſequi maluiſſet. Oct. 330 a, Proſtratam remp. tuis opibus extuliſti. Epiſt. 83 a, Coniunctione frangi Senatus opes, diſiunctione ciuile bellum excitari videbam. de Senect 78 q, Tibi propter opes & copias tolerabilis ſenectus videtur. pro Clu. 50 a, Vir magnis opibus præditus. pro Dom. 253 a, Nemo fuit, qui non me pro ſuis opibus in illa tempeſtate defenderit. de Diu. 109 a, Iuuẽtus ita prolapſa eſt, vt omnium opibus refrenanda ſit. pro Qu. 8 b, Alterius opes, id quod miſerrimum, non expectare. Offic. 2 b, Id conducit ad facultates rerum atq; copias, ad opes, ad potẽtiam. & 17 b, Qui neque opes aut potentiam conſectabitur, totamq́; remp. ſic tuebitur, vt omnibus conſulat. Offic. 43 b, & de Am. 06 b, Si quando ei ſubueniatur, qui potentis alicuius opibus circumueniri videatur. pro R. P. 122 a. Qui ſuæ fortunæ fundatas & optimè conſtitutas opes poteſtati regiæ commiſerit. * de Fin. 59 b, Quòd ſi qui ſatis opibus hominum ſibi contra conſcientiam ſepti eſſe & muniti videntur. pro C. Cornel. 1, Semper hoc per ſe ſummis opibus retinendum putauerunt. Oecon. 1, Partis opibus æquè fuit opus memoria & diligentia. pro Clu. 50 a, Quis de homine audeat paulò maioribus opibus prædito verè & fortiter iudicare? Epiſt. 90 b, Eadem cauſa opes meas fregit.

† Syntaxis. *Tenues opes, firmæ, infirmæ. Opes euertere. Opes & copiæ. Pro ſuis opibus defendere aliquem. Facultates rerum, & copiæ opes, & potentia. Fundatæ & bene conſtitutæ opes.*

**ΩΦΕΛΗ'ΜΑΤΑ.** * de Fin 97 a, Illud etiam quod prodeſſet (ὠφέλημα enim ſic appellamus) &c. & 104, Et emolumenta & detrimenta, quæ ὠφελήματα & βλάμματα appellant, communia eſſe voluerunt: quorum altera proſunt, nocent altera.

**OPHIVCHVS**, chi. *anguitenens Latinè.* * de Nat. 47, Propter caput autem Anguitenens:

*Quem claro perhibent Ophiuchum nomine Graij.*
*Hic preſſu duplici palmarum continet anguem:*
*Atque ei ipſe manet religatus corpore toto.*

**OPIFEX**. cis. *artifex.* de Natu. 56 b, Omnia nos conſecutos eſſe adhibitis opificum manibus. item. Opifices & tabernarios, atque illam omnem fecem ciuitatum, quid eſt negocij concitare Tuſc. 155, Opifices poſt mortem nobilitari volunt. Orat. 197 a, Sed ne opifices quidem ſe artibus ſuis remouerunt. Acad. 36 a, Nec artifices quidẽ tueri ſua artificia poſſent, niſi vocabulis vterentur nobis incognitis, vſitatis ſibi. I. C. 122 a, Omne opificum inſtrumentum, omnis opera ac quæſtus frequẽtia ſuſtinetur, alitur ocio. * Acad Non vocabulorum opificem, ſed rerum inquiſitorem decet eſſe ſapientem. * de Fin. 88 b, Ergo opifex plus ſibi proponet ad formarum, quàm ciuis excellens ad factorum pulchritudinem. Tuſcul. 235 a, Zeno Citieus aduena quidam & ignobilis verborum opifex, inſinuaſſe ſe in antiquam philoſophiam videtur. de Nat. 7 b, Audite, &c. non opificem ædificatoremq; mundi Platonis de Timęo Deum. Off. 30 b, Opifices omnes in ſordida arte verſantur.

† Syntaxis. *Opifex ædificatorq́; mundi Deus. Opificum manus. Opifices & tabernarij. Verborum opifex.*

**OPIFICINA**. *officina..* de Offic. lib. 1, Nec enim quicquam ingenuum habere poteſt opificina. *aliter, officina.*

**OPIMIVS**. Orat. 212 a, I. V. act. 3.

**OPIMVS**, a, um. *pinguis, amplus, magnificus.)(. gracilis, tenuis, ſtrigoſus, ſubtilis.* Tuſ. 247 b, Opimus bos. & 180 a, Tum iecore opimo farra & ſatiata affatim. de Diu. 105 a, In extis bouis opimi cor non fuit. de Cl. 179 a, Qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates conſectentur. Off. 199 a, Opimum quoddã, & tanquam adipale dictionis genus pro S. R. 19 b, Opima & præclara præda. I. V. 95 b, Contentus tam opimis ſpolijs non fuiſti. I. V. 103 a, Opimus præda. pro Dom. 217 b, Syria opima & fertilis. pro Fl. Decianus ad Lælium detulit hanc opimam accuſationem. pro Pomp. 6 b, Aſia opima eſt & fertilis.

† Syntaxis *Oratio opimi, & adipalis. Præda opima, ſpolia. Opimus præda. Terra opima & fertilis. Accuſatio opima.*

**OPINABILIS**, le. *quod in opinione poſitũ eſt.* de Diu. 85 b, Artes, quæ cõiectura cõtinentur, & ſunt opinabiles. & ibi. Omniſq́; opinabilis diuinatio: coniectura enim nititur. de Vn. 195 b, & Ac. 44 b, & Tuſc. 206 b, Qđ totũ opinabile eſt.

**OPINANDVM**. Tuſc. 202 b, Nihil eueniſſe quod non opinandum fuiſſet.

**OPINATIO**, onis, *opinio.* de Vniu. 195, Senſus mouentia quę ſunt, eadem in opinatione conſiſtunt. (*al. conſidunt*) Acad. 20 a, Opinatione & perceptione ſublata. Tuſc. 214 b, Hæc autem opinatio eſt, iudicare ſe ſcire quod neſciat.

**OPINATO**`. *præpoſita, nec præter opinionem, præter ſpem, improuiſò.* I. A. 175 a, Nec opinatò cum oſtendiſſes, &c.

**OPINATOR**, oris. *qui probabilia tantùm ſequitur, nihil affirmãs.* Acad. 17 a, Ego verò ipſe magnus quidam ſum opinator: non enim ſum ſapiens.

**OPINATVRVS**, a um. Ac. 15 b. Carneades delabebatur interdũ vt diceret, opinaturũ, id eſt peccaturũ eſſe ſapiẽtem.

OPINATVS,a,um,Offic.40 a, Separatim autem in ſingulis admirantur,ſi perſpiciunt nec opinata quædam bona Tuſc.211 b, Partes perturbationum ex duobus opinatis bonis naſci,& ex duobus opinatis malis.

† Syntaxis. *Ars opinabilis, diuinatio. In opinatione conſiſtere. Opinatio eſt,iudicare ſe ſcire quod neſciat. Opinanator,non ſapiens. Ex opinato bono naſcitur amor & deſiderium.*

OPINIO,onis. *ſententia, ſenſus,exiſtimatio,coniectura.* Tuſcu. 212 b, Opinionem autem (quam in omnes definitiones ſuperiores incluſimus) volunt eſſe imbecillem aſſenſionem.I.V.225 a,Vetus eſt hæc opinio, quæ cõſtat ex antiquiſſimis Græcorum literis atque monumentis. de Natu. 58 b,Vetus hæc opinio oppleuit Græciam, exectum eſſe Cœlum à filio Saturno. de Dom.80 a,Vetus opinio eſt iam vſque ab heroicis ducta temporibus,&c.de Orat.108 b,Magna nobis pueris opinio fuit,L.Craſſum, &c. Attic. 140 b,In his locis opinio eſt,cõiectura magis quàm nuncio aut literis, Cæſarem Formijs citò fore. de Natu. 26 b, Opinionum commenta delet dies & 89 a, Nos publicam propè opinionem ſecuti ſumus pro Dom.215 a,Res erat non in opinione dubia,ſed in præſentia, atque ante oculos propoſito periculo.pro Cl.18 b,Euellã ex animis hominum tantam opinionem? tam penitùs inſitam? tam vetuſtam? & ibid.Tum ſi quam opinionem mentibus veſtris comprehendiſtis,ſi eam ratio conuellet, ne repugnetis,eamq; animis libentibus remittatis.de Nat 13 b, Deos eſſe, perſuaderi mihi non opinione ſolùm,ſed etiam ad veritatem planè velim. de Natu.61 b, Opinio de dijs immortalibus & omnium eſt,& quotidie creſcit.de Cl. 174 b,Philoſophorum de ſe ipſorum opinio firma in hoc vno & ſtabilis inuenta eſt.Orat.205 b, Inferere nouas opiniones,& euellere inſitas.pro Cec.287 b, Et in eam opinionem Cæſenniam adducebat, vt putaret, &c. Epiſt 2 b,In eam opinionem rem adduxerunt,vt Pompeius cupere videatur.de Diu 123 a,Romulus qui auſpicatò vrbem condidit,habuit opinionem,eſſe in prouidendis rebus augurandi ſcientiam. Acad.46 b, Ex qua *inſcientia* exiſteret etiam opinio quæ eſſet imbecilla,& cum falſo incognitóque communis.Offic.40 b,41 a, Omnibus opinio iuſtitiæ neceſſaria eſt: quam qui non habent,iniuſti habentur. de Amic.102 a,Ille viciſſim opinione fortaſſe nõnulla,quam de meis moribus habebat me dilexit.I.V.160 a,Eſto, falſam de illis habuit opinionem,malam de nobis. Att. 180 a,Valde de aduentu Cæſaris opinio eſt.& 100 b, Erat *epiſtola* de Repub.de opinione,quam is vir habet integritatis meæ.I.V.74 a, Hic de nobis malam opinionẽ animo imbibit.pro Cl 32 a,Perinde vt opinio eſt de cuiuſque moribus.& 47 b,Antea eram in illa opinione poſitus. de Inu. 52 a,Probabile eſt,quod in opinione poſitum eſt. Epiſtol. 8 a,Magna eſt hominum opinio de te. Attic.65 a, Vt opinionem habeas rerum. Oct 339 a, Opinio de te multum me feſellit Epiſt.6 a,Non fallam opinionem tuam cont. Rull.87 b, Paruam exigui temporis vſuram,bonæ de me opinionis poſtulo pro Cl.47 b,Si quam huc grauiorem de illo opinionẽ attuliſtis, hanc quæſo deponite Antequam 196 a, Vt ea maneat opinio & exiſtimatio, quæ virtute parta, non quæ infelicitate illata eſt. Epiſt.120 a, In eam opinionem Caſſius venerat: *id eſt,ita de eo opinari cœperunt.* Epiſt.12 b,Accipere falſam opinionem de aliquo. de Or. 92 b,Cum hæc audirentur ab ijs,quibus non ſcientia eſſet tradenda,ſed exigui temporis falſa,aut certè obſcura opinio. & 94 a,Res ab opinionis arbitrio ſeiunctæ, ſcientiáque comprehenſæ.de Or.95 a, Aut æterna in eo,aut certè diuturna valet opinio tarditatis. Off 42 b, Hi opinionem afferunt populo,eorum fore ſi ſimiles,quos ſibi ipſi delegerunt ad imitandum.de Orat 123 a,Opinionem iſtorum ſtudiorum & ſuſpicionem artificij apud iudices oratori aduerſariam eſſe de Ar.256 a,Qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat.de Clar.186 a,Cn.autẽ Lentulus multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quàm quanta in eo facultas erat.Part.241 a,Penetrare ad ſenſum opinionemq; iudicis.de Clar. 181 b, Qui vulgi opinione diſerti ſunt habiti,ijdem intelligentium quoque iudicio probantur.de Nat.74 a, Contra communem opinionem ratione pugnare.de Orat.92 b, Ex communi quadam hominũ opinione dicere & 122 a,Nihil enim affirmare poſſum, niſi ſententiam & opinionem meam. de Natu.4 b, Opiniones philoſophorum,& ſententiæ philoſophorum. in Verr.145 b,Sanè ei præter opinionem improuisò incidi.Epiſt.67 a,Tamẽ vicit opinionem meam. pro Mar.139 b,Quantum ego opinione auguror.& ibid.a, Non re ductus, ſed opinione. Epiſt. 260 a,Et ipſe opinione celerius venturus dicitur.Epiſt 139 b Quam ob rem opinione celerius confido eum pœnas daturum.de Cl.165 a.Opinione omnium maiorem animo cepi dolorem. de Orat.98 a, Formam totius negocij opinione maiorem melioremq; videbo.Epiſt.165 b,Id opinione tua mihi gratius eſt.de Or. 118 a,Sed etiam illa maior opinione mea. *id eſt, ſententia mea.* pro Seſt.7 a,Aliquis falſa opinione,errore hominum commendatus.de Fin.81 b,& Tuſc 224 a,& pro Font. 282 a,Vt opinio mea fert.pro Dom.219 b, Plura dixi,quàm vt opinio tulerit,aut voluntas mea,Ep.131 b,Vt opinio mea eſt.Attic.76 b,Itaq; opiniones omnium ſuperaui. de Orat. 99 a,Quoniam ſententiæ & opinionis meæ voluiſtis eſſe participes nihil occultabo.Att.127 a, In eadem opinione fui,qua reliqui omnes.de Orat. 144 a, Si quis ductus opinione vulgi, putet,&c.Att.200 b, De Cæſaris aduẽtu eam opinionem Dolabella habet,quàm tu coniecturam faciebas ex literis Meſſalæ.pro Pomp.8 b, Erat etiam alia grauis atq; vehemens opinio,quæ per animos gentium barbarorum peruaſerat.* Frag.ep.Erat opinio bona de Planco.ibid.Vincam opinionem tuam.Hort.Humanarum opinionum alta quædam deſpectio.de Conſolat Te in eorum cœtu locatam,ad opinionem omnium mortalium conſecrabo. *Sapientiam alloquitur.* de Inuen.66 b,Aut falsò veniſſe in eam exiſtimationem dicetur, aut ex aliquorum inuida,aut obtrectione,aut falſa opinione.de Orato. 128 a,Vt hæc opinio minuatur,& illa excellens opinione fortuna cum laboribus & miſerijs permiſta eſſe videatur. pro Marc.134 a,Opinione officij ſtulta fortaſſe,certè non improba *lapſi.* Acad.4 b, Tantum opinio præiudicata poterat.& 27 a,Repugnare viſis,obſiſtere opinionibus.Acade. 46 b,Opinionem,&c.à virtute ſapientiaq; remouebat. & 47 a,Opinionibus & inſtitutis omnia teneri, nihil veritati relinqui.Tuſc.212 a,Omnes perturbationes iudicio cenſent fieri & opinione.de Na t.26 b, Non tam ſtabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis,nec vnà cum ſæculis ætatibusq; hominum inueterare potuiſſet.Etenim videmus cæteras opiniones fictas atq; vanas diuturnitate extabuiſſe.de Diuin. 123 a, Retinetur autem & ad opinionẽ vulgi, & ad magnas vtilitates Reipub.mos,religio,diſciplina,ius augurum,collegij autoritas.de Vniu.195 b, Alterum affert opinionem per ſenſus. Off.68 b,Non abeo (*al. Nunc adeo*) ad vulgi opinionem. Ep.114 b,*Cœlij.* At qua ſpe, quàm certa opinione deſcenderat? & 114 a Mea comitia,&c. opinionem quidẽ,quod ad Hirrum attinet, incredibilem ædilium plebis comitijs nacta ſunt.Off.54 b,Qui primum hæc natura cohærentia opinione diſtraxerunt.

† Syntaxis. *Opinio eſt apud nos. Opinio implet vrbem. Opinionum commenta. Inſerere, & euellere opiniones. In opinionem adducere. Opinionem habere. Valde opinio eſt de bello, & belli. Opinionem imbibere. In opinione eſſe. Afferre deponere opinionem. Opinio & exiſtimatio. Venire in opinionem negligentiæ. Accipere de aliquo opinionem. Facere opinionem id eſt, adipiſci autoritatem. Ducere ex opinione. In opinionem gratiæ irrepere. Præter opinionem, improuiſò. Opinione celerius veniens, Opinionem ſuperare.*

OPINIOSISSIMVS *magnus opinator.* Acade. 36 a, Antipater & Archidamus vel duo principes Dialecticorum opinioſiſſimi homines.

OPINOR,aris. *opinio mea eſt,opinio mea fert, opinionem habeo, puto,in aliqua opinione ſum.* pro Dom. 234 b, Multa in vita falsò homines opinantur.de Diuin. 111 b, Gubernatores nihil ſine certa ratione opinantur. I.P.90 a. De vobis Senatus opinatur non ſecus ac de deterrimis hoſtibus. Epiſt.103 a, Quod opinatus ſum me in prouinciam exiturum. pro Mur. 139 a, Sapientem ſæpe aliquid opinari, quod neſciat.de Clar. 176 a,T. Albitius penè Græcus (loquor,vt opinor) ſed licet ex orationibus iudicare de Fin. 71 a, A' primò,vt opinor,animantium ortu, &c. Attic. 28 b,Primus,vt opinor,introitus Epiſt.106 b, Capius (opinor) olim,non omnibus dormio: ſic ego,&c.

OPIPARE'. *lautè,apparatè, ſplendidè* Att 222 a, Cæſar & edit & bibit *ἀδεῶς* & iucundè: opiparè ſanè & apparatè. & 72 a.Cùm opiparè epulati eſſemus hilarem in modum. Attic.100 b,Alexion me opiparè muneratus eſt.

OPIS L. OPS,& VPIS.

OPIS,opi,opem,ope. *auxilium.* Attic. 152 a, Cæſar iam opes meas,non vt antea opem expectat.Antequam. 196 b, In meis calamitatibus aliquam ferte opem diuinam. de Fin.89 b,Ferre opem & ſalutem indigentibus. Epiſt.62 a, Si mihi tua clementia opem tuleris. Tuſ.229 a,Ad te confugimus,à te opem petimus I.V.110 b, Opem auxiliumq; alicui ferre.pro Rab.91 a,Ferre opem patriæ pro Fon, 180 b,Confugere ad opem alicuius.de Nat.74 b,& 75 a, Ope, conſilioq; tuo furtum factum eſt.Att.230 b,Omni ope & opera enitar,vt.&c.Ep 45 b, Aliquid opis occidenti reip. tuliſſemus.& 187 b,Ferre aliquid opis reip in Ver. 270 a, Conſtitue nihil eſſe opis in hac voce I. P.83 a, Ego ab hoc eiecto cadauere quicquam mihi aut opis,aut ornamenti expectabam? pro Quint.5 a, In altera ſpes eſſet ad talem tamen virum iudicem veniendi, vnde eo plus opis

auferret,

auferret, quàm quo minus attuliſſet gratiæ. Attic. 233 b, Petere opem ab aliquo. & 260 a, Hæc nec inſtitui, nec effici poſſunt, ſine tua ope. Offic. 10 b, Vt quiſque maximè opis indigeat, ita ei potiſſimùm opitulari. de Sen. 77 b, Quibus nihil opis eſt in ipſis ad bene viuendum, ijs grauis eſt omnis ætas. pro Mil. 107 a, Homines omnem ſemper vim quacunq; ope poſſunt, à vita ſua propulſant. * pro C. Cor. Vt ab Ioue Opt. Max. opem & auxilium petamus. 1 de Glor. Oppidorum appellationem vſurpatione appellatam eſſe exiſtimo, quod opem darent. de Orat. 100 a, Præſidium clientibus atq; opem amicis, & propè cunctis lucem ingenij & conſilij ſui porrigere atq; tendere.

† Syntaxis. *Ferre opem. Opis ſalutis. Opem & auxilium ferre. Quacunque ope potero, faciam.*

OPITVLOR, aris *opem fero, ſubuenio.* Epiſt. 201 b, Nihil ſanè poſſum tibi opitulari. & 45 b, Opitulari reip. & 57 a, Opitulari ſontibus. pro S. R. 23 a, Mulier hoſpiti oppreſſo iam deſperatoq; ab omnibus opitulata eſt. Offic. 10 b, Vt quiſque maximè opis indigeat, ita potiſſimùm opitulari. de Inu 63 a, Qui *præceptores* permultum ad dicendum opitulati ſunt, Offic. 31 b, Subuenire & opitulari patriæ. * pro Arch. 185 b, A' quo id accepimus, quæ cæteris opitulari, & alios ſeruare poſſemus.

OPORTET, bat. *conuenit, attinet, decet, neceſſe eſt.* de Orat. 76 b, Ex rerum cognitione effloreſcat & redundet oportet oratio. de Diu. 127 a, Docet enim ratio mathematicorum, quam iſtis notam eſſe oportebat, quanta humilitate, &c. Orat. 205 b, Oportere, perfectionem declarat officij, quo ſemper vtendum eſt, & omnibus. pro Cor. 56 a, Si aliquid non contrà ac liceret factum, diceretur, ſed contrà atque oporteret. pro Cor. 5, Oportere eſt conſentaneum eſſe officio, licere legibus & iuri, decere temporibus & perſonis. pro Plan. 360 a, Si à populo præteritus eſt, quem non oportuit. pro Pomp. 17 b, Pericula facilè vt hominem præſtare oportet, innocentia tecti pellemus. Offic. 1 a, Quanquam te abundare oportet præceptis philoſophiæ, &c. pro Mil. 104 b, Quid in iudicando ſpectare oporteret. Att. 212 a, Hoc fieri & oportet, & opus eſt. Att. 58 a, Si loquor de rep. quod oportet, inſanus: ſi quod opus eſt, ſeruus exiſtimor I. C. 99 a, Quos ferro trucidari oportebat. de Ora. 144 a, Cùm ſibi de ijs, quę dici ab oratore oporteret, ſumeret. I. V. 187 a Pecunia, quā oportuit ciuitatibus ꝓ frumento dari. Acad. 3 b, Totam enim rem Lucullo integram ſeruari oportuit. Orato. 218, Sed id crebrius fieri non oportet. de Or. 124 b, Proponi oportet, quid afferas, & id quare ita ſit, oſtendere. I. Ver. 98 a, Verùm hoc, quod iam pridem factum oportuit. de Inu. 66 b, Oportet putare, &c. & conuenit arbitrari, &c. pro Cec. 291 a, Non oportet, &c. nihil eſt, quod, &c. quid ego, &c. Attic. 90 a, Ne quid fiat ſecus, quàm volumus quamq; oportet. I. A. 18 b, Beneuolentia ciuium ſeptum eſſe oportet, non armis, * pro Cornel. 56 a, Si id factum ab eo diceret, quod non oporteat, etiamſi licet: quicquid verò non licet, certè non oportet.

OPPERIOR, ris. *expecto.* Atticar. 156 a, Ego in Arcano opperior, dum iſta cognoſco. Epiſt. 92 b, Nihil puto tibi eſſe vtilius, quàm ibidem opperiri. Atticar. 69 b, Scribas ad me velim, ſi quid erit quod opperiare. Atticar. 77 b, Sed quid plura? coràm opperior reliqua. Atticar. 43 b, Ibidem opperiar.

OPPETENDVS, da, dum. I. A. 245 b, Mors neceſſitatem habeat naturæ, aut ſi antè oppetēda eſt, oppetatur cum gloria. * Ep. 53 b, Equidē etiamſi oppetenda mors eſſet, domi atq; in patria mallem, quàm in externis atq; alienis locis.

OPPETITVS, a, um. Epi. 53 a, & Tuſc. 172 a, & 173 b, Claræ mortes pro patria oppetitæ.

OPPETO, tis. *obeo, occumbo.* I. A. 265 a, Cùm milites pro ſalute populi Rom. mortem oppetierint. pro Seſt. 12 b, Mortem pugnans oppetiſſes. Offic. 23 a, At Aiax quo animo traditur millies oppetere mortem, quàm illa perpeti ab alio maluiſſet. * Tuſcu. 183 a, Priuſquam oppetam malam peſtem, mandatam hoſtiii manu. *Poëtæ.*

OPPIDANVS, a, um. pro Planc. 264 b. Iure quodam in ſcenicos vetere, maximeq́; oppidano de Orato. 131 a, Senex quidam oppidanus. de Clar. 187 a, Oppidanum quoddam & inconditum genus dicendi.

OPPIDO'. *ſanè*, de Or. 133 a, Tutor minus vetus, oppido ridiculus. de Fin. 97 a. Eorum definitiones paululùm oppidò inter ſe differunt. Epi. 235 b, Præterquā oppido pauci.

OPPIDVLVM, li *oppidum.* Att. 159 b, Melitæ, aut alio in loco, ſiue in oppidulo me futurum puto. & 313 b, Neque ſolùm illud extorſi oppidulum, quod erat poſitum in Euphrate & Zeugmate, ſed, &c.

OPPIDVM, di. *vrbs.* I. V. 216 b, Segeſta eſt oppidum peruetus in Sicilia. de Diu 95 b, Tum ante oppidum Nolam florentiſſima Samnitum caſtra cepit. Epiſtol. 244 b, Magnas copias ad oppidum Antiochiam acceſſiſſe. Att. lib. 8, In oppidis præſidia nulla ſunt. * 1. de Glor. Oppidorum appellationem vſurpatione appellatam eſſe exiſtimo, quòd opem darent. Incer. Erythræo oppido ſuperpoſitum mōtem Mimanta de Orat. 102 b, Tum adiungeremus de oppidorum oppugnationibus. de Diu. 91 b, Eudemum, &c. Pheras veniſſe, quæ erat vrbs in Theſſalia tum admodum nobilis, &c. In eo igitur oppido ita grauiter ægrum Eudemum fuiſſe. Ep. 50 a, *Seruij.* Quæ oppida quodam tempore florentiſſima fuerunt, nunc proſtrata & diruta ante oculos iacent. ibid. Cùm vno loco tot oppidorum cadauera proiecta iaceant? Ep. 66 a, *Vatinij.* Viginti oppida ſunt Dalmatiæ antiqua, quæ ipſa ſibi aſciuerunt amplius ſexaginta. Hæc niſi omnia expugno. ibid. Sex oppida vi expugnando cepi. Vnum hoc, quod erat maximum, quater à me iam captum. & b, Indignè oppidum captū, & iam bellum confectum relinquere ſum coactus. Att. 77 b, Bibulus nondum audiebatur eſſe in Syria, Caſſius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu. & 134 a, Quas fieri cenſes ἀπαντήσεις ex oppidis?

† Syntaxis. *Vrbs erat in quo oppido. Oppidum Antiochia & Antiochiæ.*

OPPIGNERO, as *pignori do.* pro Seſt. 24 b, Libelli etiam pro vino ſæpe oppignerabantur,

OPPILATVS, a, rum. *obſtructus, clauſus.* I. A. 164 b, Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ coniecisset, hiſq́; oppilatis impetum tuum compreſſiſſet.

OPPLEO, es. *impleo.* de Na. 38 b, Vetus hæc opinio oppleuit Græciam, exectū eſſe Cœlum à filio Saturno. Tuſ. 183 a, Nanq; Aeſculapij liberorum ſaucij opplent porticus.

* OPPLETVS, a, um. Poſtquam 206 a, Mentes anguſtæ, humiles, prauæ, oppletæ tenebris ac ſordibus. de Nat. 52 a, Aegyptum Nilus irrigat: & cùm tota æſtate obrutam oppletamq; tenuerit, tum recedit.

OPPLORO, as. *ploro.* ad Her. 40 b, Quin vos auribus meis opplorare deſinitis.

OPPONO, is. *obijcio, contra ſtatuo.* de Nat. 52 b, Aues pennis pullos fouent, ne frigore lædantur: & ſi calor eſt à ſole, ſe opponunt. Off. 64 a, Ne qui contra ſe liceatur, emptor opponet. I. A. 162 a, Sed quid oppones tandem? ſi negē, &c. quo me teſte cōuinces? pro Seſt. 7 a, Habeo, quem opponam illi. de Fin. 85 a, Opponere ſe hoſtibus. de Fin. 73 a, Protulit nō tam vt probaret, quàm vt Stoicis, quibus cum bellum gerebat, opponeret. Top. 229 b, Defenſor aliquid opponet de tribus. Q. fr. 312 b, Oppoſuiſti ſemel αὐτίκα τῶν cauſam Ciceronis noſtri valetudinē. pro Cor. 60 a, Opponere ſe periculis, &c. de Ar. 258 a, Ciuem qui ſe pro patriæ ſalute opponat inuidię, fruſtra poſthac requiretis. pro Qu. 8 a, Minas iactare, formidines opponere. pro Cec. 289 a, Ad omnes introitus armatos homines oppoſuit. Attic. 116 a, Pompeiū perſequi Cæſar dicitur, vt interficiat, (ô me miſerū) & non omnes noſtra corpora opponimus I. C. 109 b, Et primùm gladiatori illi imperatores noſtros opponite. de Cl. 167 a, Ijs oppoſuit ſeſe Socrates, qui, &c. Att. 1 a, Et illud ſuum regnum iudiciale oppoſuit, cōtra Rul. 64 a, Illā vrbem huic vrbi volūt opponere. I. P. 97 a, Cuius ego imperio non alpium vallum contra aſcenſum trāſgreſſionemq́; Gallorū, non Rheni foſſam gurgitibus illis redundantem, Germanorum immaniſsimis gentibus obijcio & oppono. Or. 213 a, & 218 b, Par pari referre, contrariū contrario opponere, verbū verbo comparare. Ac. 15 b, Autoritas tanta planè me mouebat, niſi tu oppoſuiſſes nō minorē tuā. I. V. 217 b, Opponebant illi interdum nomen Africani. pro Corn. 55 a, Principio orationis hoc oppono, me, &c. * I. V. 176 a, Cùm decumani aratoribus ad pactiones faciendas non ſuam vim, ſed tuū ſcelus ac nomen opponerent. in L. Piſon. Caput opponis, cum eo coniſcans. Ep. 149 a, Sin autem in itinere meo ſe oppoſuerit *Lepidus.*

OPPONOR, ris. de Opt. 244 b, Huic laborí noſtro duo genera reprehenſorum opponūtur: vnū, &c. alterū, &c. de Fin. 98 b, Omni virtuti vitiū contrario nomine opponitur. pro Mur. 145 a, Obijci inſidijs cōiuratorū, & ad omne periculū atq; ad omnē inuidiā opponi. Att. 282 b, His quod opponi poſſet præſidiū nō habemus. de Or. 139 a, His quatuor cauſis totidem medicinæ opponūtur. Or. 212 b, Siue paribus paria redduntur, ſiue contrarijs opponuntur contraria. Topic. 229 a, Cùm opponitur ſcripto ſcriptoris voluntas. Orat. 209 b, Vt antè occupet quod putat opponi.

OPPORTVNE', nius. *εὐκαίρως, non incōmodè, loco, in loco, tēpore, in tēpore.)(. ἀκαίρως, iniquo loco, alieno tēpore.* At. 144 a, Trebatius opportunè ad me ante aduētū Cæſaris venerat. ꝓ Cl. 52 b, Opportunè ades. Ep. 11 b, Teipsū, inquit, cupio, nihil opportuniꝰ potuit accedere. de N. 5 a, Peropportunè, inqt, venis. de Fi 103 a, Si id opportunè facere poſſit. Att. 234 a, Tu verò cū Caſſio, vt cętera, q̃ cōmodè, opportunè aūt, qđ id ipſum, qđ me mones quadriduo antè ad eū ſcripſerā

OPPVRTVNITAS, tis. *εὐκαιρία, occaſio, tempus actionis opportunum.*

*tunum, vtilitas.* de Fin.99 b, Quemadmodum opportunitas (ſic enim appellemus εὐκαιρίαν) non ſit maior productione temporis: habent enim ſuum modum, quæcũque opportuna dicuntur. de Inu. 50 b, Locus conſideratur,in quo res geſta ſit ex opportunitate, quam videatur habuiſſe ad negocium adminiſtrandum. & 51 a, Occaſio eſt pars temporis habens in ſe alicuius rei idoneã faciendi,aut non faciendi opportunitatem.Offi.29 a, Locũ autem actionis opportunitatẽ temporis eſſe dicunt. & ibid. Opportunitas idoneorũ ad agendũ temporũ. & Ep.44 b, pro Mur. 131 b,Et certè in armis locorũ valet opportunitas. deDiu 99 b,Ac mihi quidẽ videntur ex locis ipſis,&c. diuinationũ opportunitates eſſe ductæ. Off 8 a,Sed credo illos ſecutos opportunitatẽ loci,maximè ne, &c. I. A. 188 a,Diuina verò opportunitas *fuit*,vt in ſortitione prouinciarũ,quæ cuiq; apta eſſet,ea cuiq; obueniret, Att.126 a,Si Tenendam hanc oram putas, quæ dignitatem & opportunitatẽ habet.de Am.99 b,Amicitia plurimas opportunitates habet. pro Pomp.13 b,Cùm ad cæteras ſummas vtilitates hæc quoq; opportunitas adiungatur,vt, &c.Att. 257 b,O' Brute vbi es quantam εὐκαιρίαν amittis Of.28 b, Deinceps de ordine rerũ, & temporũ opportunitate dicẽdum eſt Off 59 b, Itaq; hac opportunitate annuli vſus, reginæ ſtuprum intulit.* de Ina.66 b, In loco opportunitas,&c. conſideranda eſt.de Ora.143 b,Ego verò te, Craſſe,cum vitæ flore,tum mortis opportunitate,diuino conſilio & ortũ & extinctũ eſſe arbitror. pro Seſt.4 b, Quam vrbem propter plurimas belli opportunitates ab illa impia & ſcelerata manu attentari ſuſpicabamur. deLeg 161 a, Omitto opportunitates habilitateſq; reliqui corporis. Att.96 b,Lætatus ſum felicitate nauigationis tuæ,opportunitate Pyliæ.

¶ *Vſus.* de N 52 b,Enumerari nõ poſſunt fluminũ opportunitates.deLeg 161 b,Omitto opportunitates habilitateſq; reliqui corporis. Att.120 a,Natura prouida vtilitatũ opportunitatumq; omniũ de N 19 b,& 37 a,b, Cõſidera, quæ ſit vtilitas,qnæq; opportunitas in homine membrorum.* Atticar.120 a, Fuga & maritima opportunitas viſa quæri deſperatione.

OPPORTVNVS,a,um: nior. *commodus.*)(*.importunus.* Offic. 29 a,Tempus actionis opportunũ,Græcè εὐκαιρία, Latinè appellatur occaſio pro S.R.29 b, Locus opportunus captus ad eã rem.Ep 99 b,Aetas opportuniſſima & 153 a. Nihil poſt hominũ memoriã opportunius accidere vidi. & 115 b, Hæc res mihi accidit opportuna. cont Rul.84 a, Capua non modò non obfuit,ſed opportuniſſimã ſe nobis præbuit.pro Cec.287 b,Magis opportuna opera nonnunquã quàm aliquando fideli.de Or.130 b,Requieſcam in Cæſaris ſermone quaſi in aliquo peropportuno diuerſorio.de Am,100 a,Cæteræ res quæ expetuntur, opportunæ ſunt ſingulæ rebus ferè ſingulis, diuitiæ vt vtare, opes vt colare, &c. * de Inu.48 b,Si locus opportunus ad eandem rem,qua de re narrabitur,fuiſſe oſtendetur.

†Syntaxis. *Opportunus locus,tempus,vrbs.*

OPPOSITIO,onis de Inu.51 b,Diſparatũ, qđ ab aliqua re ꝑ oppoſitionẽ negationis ſeparatur vt ſapere, nõ ſapere.

OPPOSITVS, tus. pro Mar. 136 a, Non modò excubias & cuſtodias,ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus & corporum pollicemur.

OPPOSITVS, a, um. *diuerſus, aduerſus,contrarius,eregionè factus.*Tuſ.178 a.Ne dolorem ſummũ malũ diceres,oppoſitoq; dedecore ſententia depellerêre.Off.35 b, Moles oppoſitæ fluctibus.pro Dom.225 b,Hanc ego vim meo corpore oppoſito à bonorũ ceruicibus depuli.Or.201 b,Aut aliquid affert quod oppoſitũ probabilius ſit, quàm illud quod obſtabit. de Diu.112 a, Luna ſubiecta ſoli,atq; oppoſita noſtris oculis. pro Fon.276 b, Propugnaculũ iſtis ipſis nationibus oppoſitum & obiectum. de Leg 187 a, * Quare nec Ephori Lacedemone ſine cauſa à Theopompo oppoſiti regibus: nec apud nos Conſulibus, tribuni.

OPPRESSIO, onis. *obſeſſio, oppugnatio, occupatio.* pro Dom. 213 a.* Hunc tu ciuem ferro & armis,& exercitus terrore, & conſulum ſcelere, & occupatione curiæ, domo, patria, &c.cedere curâſti.de Offic 68 b,Probat legum & libertatis interitum,earumque oppreſſionem tetram & deteſtabilem,glorioſam putat.

OPPRESSOR,oris.At.286 a.* Vt vindices atq; oppreſſores dominationis ſalui ſint.

OPPRESSVS,a,um *obſeſſus,oppugnatus.* Poſtq 208 a, Senatus oppreſſus & afflictus.& pro Dom.218 a,Oppreſſa captaq; rep.I.V.226 a,Cõtumeliç quibus operti oppreſſiq; erant & 80 a,Obrutus & oppreſſus eſt de Diu.119 a, Quo modo potuit terra oppreſſus viuere? pro Mur.131 a,Quẽ L.Muræna repreſſum magna ex parte non oppreſſum reliquit.Off 37 b,Qui vi oppreſſos imperio coërcent. & ibi. Armis oppreſſa ciuitas.



OPPRIMO,mis. *ſeruitute oppreſſum teneo, ſubigo, abſcondo.* pro S.R.24 a, & pro Mil. 109 b, Extinguere & opprimere potentiam alicuius.Att 237 a,Cùm hominem temperantem tantus improuisò morbus oppreſſerit. pro Qu.1 b, Innocentes iniquo iudicio opprimere.Ep.253 a,Cùm hæc tertia iam epiſtola antè te oppreſſerit, quàm tu ſchedulã aut literam.pro Font.281 a,Cõficere atq; opprimere hoſtes. Epi.155 b,Qui oppreſſerit Antonium,is bellum cõfecerit. & ibid 47 b,Opprimere remp.armis.* Tuſcu.187 a, Onera contentis corporibus faciliùs feruntur, remiſſis opprimunt.

OPPRIMOR,ris. *obruor.* pro S. R.20 a, Opprimi me onere officij malo,quàm,&c.& Epiſt.51 b,Opprimi dolore.

† Syntaxis. *Oppidi, caſtelli, curiæ oppreſſio. Contumelijs opertus & oppreſſus. Obrutus & oppreſſus. Terra oppreſſum corpus. Armis, vi opprimere. Extinctus & oppreſſus. Morbo oppreſſus, iudicio, epiſtolis multis. Conficere & opprimere hoſtes.*

OPPROBRIVM,brij. *dedecus, ignominia.* in Sal.274 b,Cùm omnibus,matribus familiarum opprobrio eſſet.

OPPVGNATIO,onis.in Vat.29 b, pro Cæl.41 a, Cùm hoc genus oppugnationis inferetur,propulſare debebitis.* de Orat.102 b,Tum adiungeremus, &c. de oppidorum oppugnationibus. Q fra 310 b. Mihi cùm ſua ſponte iucundum,tùm iucundius,quòd me abſente (eſt etiam εἰλικρινὲς iudicium) ſine oppugnatione,ſine gratia noſtra.

OPPVGNATOR,oris. *qui cõtrà pugnat, qui fert arma contrà.*)(*.defenſor, propugnator.* Antequam.194 a,& pro Planc. 275 b, Qui oppugnator ſalutis meæ fuiſſet.I A.141 a. Antonius oppugnator patriæ.

OPPVGNATVS,a,um pro Pomp.7 b,Vrbem Cizycenorum obſeſſam eſſe ab ipſo rege, & oppugnatam vehentiſſimè.

OPPVGNO,as. *impugno, contrà arma fero, oppugnationem infero, prodo.* Antequam.194 a,Oppugnare nocentes.de Inu 42 a, Oppugnare patriam.pro Quint.7 a,Oppugnare caput alterius.Orat.219 a,Oppugnare aliquem clãdeſtinis conſilijs.Ep.1 a,Oppugnare aliquem pecunia.I.V.218 a, Pater rogat eos atq; orat,ne oppugnent filium ſuum.de Or.123 b,Carneades nullam vnquam rem defendit, quam non probârit. nullam oppugnauit,quam non euerterit. & 61 a,Quare ego non oppugnaui fratrem tuum, ſed fratri tuo repugnaui. de Ar.244 b, Obſidere, oppugnare,& labefactare aliquam vrbem.

OPPVGNOR,ris. pro S. R. 38 b, Quod à vobis oppugnari video,ne in quæſtionem dentur,ſuſpicioſum eſt. Quin.fr. 309 b,Vatinium,à quo palàm oppugnabamur,arbitratu noſtro concidimus.contra Rull.61 a, Quæ res apertè petebatur,ea nunc cuniculis oppugnatur.

† Syntaxis. *Oppugnare Pompeium, caput alicuius, aliquem conſilijs, pecunia. Obſidere, oppugnare, labefactare. Oppugnantem concidere. Oppugnare cuniculis.*

OPPVNTIVS,tij.I.V.130 b,Philodamus Oppuntius.

OPS, Opis. I. A.156 a, Pecunia vtinam ad ædem Opis maneret.& 178 a,de Vn.281 b, Ops Saturni ſoror, Oceani & Salaciæ filia.Att.88 a,Statua,quæ ad Opis per te poſita in excelſo eſt.& 239 b,Ad Opis, *ſcilicet ædem.*

* OPSONIVM vide OBSONIVM.

OPTABILIS,le, *optatus, optandus, expetendus, potior.* de Orato. 104 a,Quæ vulgò expetenda & optabilia videntur. Epiſt. 68 a Quç ſi nobis optabiles in experiundo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ. pro Seſt.23 b,Hoc eſt maximè optabile omnibus.Offic.10 a,Quæ vt concurrant omnia,optabilius putas, ſic exire,&c.an,&c.ad Brut.91 b, Exitus optabilis.

OPTABILITER. *cum deſideriò, optatò.* Tuſcul.269, Quàm optabiliter iter illud ineundum eſt. * *Alij legunt, quàm iter illud iucundum eſſe debet?*

OPTANDVS,a,um. I. P.86 b, Optandam duco mihi fuiſſe illam expetendamq; fortunam.Orat.202 a, Bonitas vocis optanda eſt, (non eſt enim in nobis) ſed tractatio atque vſus in nobis.Qu.fr.314 a,Id erat huiuſmodi, vt magis optandum, quàm ſperandum putarem. de Orator.156 a, Quorum ſi alterum ſit optandum,malim indiſertam prudentiam, quàm ſtultitiam loquacem. I.Piſ. 86 b, Optandam duco mihi fuiſſe expetendamque fortunam.

OPTANS,tis. *deſiderans.* de Orat.85 a,Neque nobis cupientibus & optantibus fructus ocij datus eſt.de Orator.93 a, Inſperanti mihi ſed valde optanti cecidit, vt in iſtum ſermonem delaberer.

† Syntaxis. *Expetendum & optabile. Hæc vt fiant, optabile eſt. Optandum & expetendum.*

OPTATIO,onis. *optio, optatum.* Offic.71 a,Theſeus,cui cùm tres optationes Neptunus dediſſet,optauit interitum Hippolyti filij ſui.

¶ *Eſt quoque ornatus orationis.* de Ora.172 a, Optatio.)(*.Execratio, &c.*

OPTATO`. *optabiliter.* Att.214 a, Et mihi optatò veneris. de Orat.

Or.110 b,Ocium,quod nunc peroptatò nobis datum eſt.

Optatvm,ti.*ſomnum, deſiderium, notum.* cont.Rull.61 a, Hæc non cogitata ſapientum, ſed optata furioſorum videntur.Offi.7 a,Ex tribus enim optatis hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optauit? quo impetrato in maximos luctus incidit.& 17 a, Quo optato impetrato, Theſeus in maximis fuit luctibus. Ep.28 a In omnibus tuis rebus,meis optatis fortuna reſpondit. Epi. 25 a, Quid eſt cauſæ,cur mihi non ſit in optatis complecti hominem? I.P.89 b,Illud etiam áccidit præter optatum meum,ſed valde ex voluntate, vt in furorem & inſaniam incideris.

† Syntaxis. *Furioſorum optata. Optato impetrato. Fortuna reſpondens optatis. Eſt mihi in optatis proficiſci. Præter optatum accidit.*

Optatvs,a,um: tior,ſſimus. *optabilis, exoptatus, longus in optatis, gratus.* I.V.59 a,Quid eſt quod omnibus gratius atq; optatius poſſit eſſe? Epiſt.264 b, Grati & optati rumores de aliquo.Epiſt.29 b, Cùm optatiſſimum nuncium accepiſſem,te, &c. & 30 a, Mihi quæſtor optatior obtingere nemo potuit.pro Dom.229 a,Quod illis optatiſſimum erat.Att.151 a,Nihil mihi optatius,quàm euolare. Qu.fra. 310 b, Vale, mi optime, & optatiſſime frater, & aduola. pro S.R.25 a, Patres optatiſſimum ſibi putant eſſe, filios ſuos rei familiari maximè ſeruire.

† Syntaxis. *Gratius & optatius. Optatiſſimũ mihi erit, ſi veneris.*

Optimas, tis, ti *ſenator ex ſummis ciuitatis viris, primarius, princeps, nobilis.* Attic.163 b, Vide ne dum pudet te parum optimatem eſſe,parum diligenter quod optimum ſit, eligas.& Epiſt.14 a, & Tuſc.172 a, pro Fl.157 b,Vſq; eò orba fuit ab optimatibus illa concio,vt princeps principum eſſet Meandrius.pro Seſt.23 a, Qui ita ſe gerebant,vt ſua cõſilia optimo cuiq; probarentur,optimates habebantur. de Clar.193 b,Optimates Athenienſium.de Inu.68 a,Contra voluntatem omnium optimatum. Epiſtol.99 a,Matronæ opulentæ optimates. Attic.20 a, Hanc viam optimatum non teneo Offi.50 a,Ex quo tantæ diſcordię ſecutæ ſunt, vt tyranni exiſterent, optimates exterminarentur. * Attic. 134 a,Is me ab optimatibus ait cõſcindi. Quibus optimatibus Dij boni? Qui nunc quomodo occurrunt? quomodo autem ſe venditant Cæſari? ibid. Qui ſint iſti optimates, qui me exturbent,cùm ipſi domi maneant.

† Syntaxis. *Orba ab optimatibus concio. Optimates matronæ.*

Optimé. *præclaré.* Qu frat.311 a,Si perficiunt, optimè: ſi minus,&c.Ep.57 b,Sed hæc tu melius, vel optimè omnium.I.V.134 a,& Acad.29 a, Optimè,inquit,&c. de Diuin. 81 b,Optimè verò,inquam,&c.

Optimvs,a,um. *lectiſſimus, beneficentiſſimus.* de Natu.38 b, Iupiter optimus.*id eſt, beneficentiſſimus.* de Opt. 243 b, Qđ omnes laudes habet,id eſt optimum.de Inu. 53 a, Nam & tu mulier optimum virum vis habere,& tu Xenophon vxorem habere lectiſſimam maximè vis. de Opt. 243 a,Optimum vnum eſt: & quod optimo diſſimillimum eſt, id eſt deterrimum.de Clar.177 a,In omnibus rebus difficilis optimi perfectio atq; abſolutio. Orat.197 b, Nam neque illud ipſum quod eſt optimum, deſperandum eſt: & in præſtantibus rebus magna ſunt ea, quę ſunt optimis proxima.Orat.200 a,In omni re difficillimum eſt formam exponere optimi, quod aliud alijs videatur optimũ.de Ar. 250 a,Vir is, qui eſt optimus à populo Romano iudicatus,P.Scipio.de Fin.65 a,Hoc verò,inquit,optimum, vt is, &c.ἀρωνικῶς,de Orat.97 a,Stylus optimus & præſtantiſſimus dicendi magiſter. de Leg.li.3, Eamq; optimã Remp. eſſe duco,quam hic conſul conſtituerat, quæ ſit in poteſtate optimorum.

Optio,onis *poteſtas, electio.* de Fin.55 a, Libero tempore cum ſoluta nobis eſt eligendi optio. Aca.6 a,Si optio naturæ noſtræ detur.I,V.An erit hæc optio & poteſtas tua? vt dicas,&c. de Fat.140 b, Vtro frui malis,optio tua ſit.de Clar.181 b, Quando autem dubium fuiſſet apud patres noſtros eligendi cui patroni daretur optio, quin Antoniũ optaret,aut Craſſum? pro Qu.5 b,Cui hæc optio tam miſera,tamq; iniqua daretur,vt,&c.pro Cecin.297 a, Si mihi non copioſo homini ad dicendum optio detur, vtrũ, &c. Attic. 67 b, Hybernam legionem eligendi optio delata. * pro L.Varen.Optio vobis datur vtrum velitis.

† Syntaxis. *Eligendi optio & poteſtas. Optio tua ſit. Eligendi optio data, delata.*

Opto,tas.*cupio, deſidero, exopto, expeto, vota facio, eligo* pro Lig. 138 b,Quid cupiebas? quid optabas? I.C 107 b. Neq; ego à dijs immortalibus optabo,Quirites,vt,&c.pro Cl 47 b, Nihil eſt enim mali,nihil ſceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optârit, cogitârit, effecerit.Offic.71 a,Sol Phaëtonti filio facturum ſe eſſe dixit,quicqnid optaſſet: optauit,vt in currum patris tolleretur.Offic.7 a, Ex tribus optatis hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optauit.I,P.89 a,Hæc ego de vobis ſemper expetiui,



hæc optaui,hæc precatus ſum. & b, Furorem & inſaniam optare vobis,in quam incidiſtis.de Amic.207 b, Quin etiam neceſſe eſt cupere, etiam optare, vt quàm ſæpiſſimè amicus peccet.pro Pomp.8 b,Itaq; tantum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam eſt auſus optare. pro Fl.153 a,Quantum ſibi ablatum domo impudentiſſimus dicit,tantum nunquam eſt auſus, vt haberet, optare. I.A.258 b,Cùm ad eum,quem cupimus optamusq; veſtitum,redierimus.de Cl.196 b,Tibi fauemus, te tua virtute frui cupimus,tibi optamus eam remp.quæ,&c. de Fat.149 b,Optare hoc quidem eſt,non diſputare.

Optor,aris.*eligor, deligor.* Ep.42 a,Sed ne optari quidem ſacerdotem licebat,qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus.

† Syntaxis. *Volo & opto. Cupio & opto. Expeto, opto. Cupio, etiam opto.*

Opvlentia,tiæ.*opes.* Sal.in Cic.271 a, Opulentiam iſtam ex ſanguine & miſerijs ciuium parâſti.

Opvlentissimvs,a,um *ditiſſimus, opibus circumfluens & abundans.* de Diu.132 b,Crœſus Aſiæ rex opulentiſſimus, Tuſcul.247 b,Sardanapalus opulentiſſimus Syriæ rex.de Nat.76 b,Opulentiſſima & beatiſſima ciuitas.

*Opvntivs.a,um.I,Verr.130 b, Philodamus Opuntius.

Opvs,ris. *munus, opera, artificium.* de Orat 115 a, Magnum eſt quoddam opus,atq; haud ſciam,an de humanis operibus lõgè maximum,dicere, &c.de Cl.171 a,Et nimirum princeps ex Latinis illa oratorum propria,& quaſi legitima opera tractauit, vt egrederetur à propoſito,vt delectaret animos,&c. I.V.212 b, Nunquam mihi opus deeſt. Orat.203 b Magnum opus & arduum,ſed ingredientibus conſiderandum fuit, quid ageremus. Tuſcul.208 b, Magnum opus & difficile.Att.147 a, Vtinam aliquod in hac miſeria reip. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat. Epiſt. 107 b, Itaq; opera efficio tanta, quanta fortaſſe tu ſenties.de Orator.112 a, Homo vnius cuiuſdam operis,vt inquit Cæcilius.Att.25 a,Curabo, vt huius peregrinationis tibi opus extet.& 159 a,Epiſt.263 b, An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat.I.V.229 b, Opus tam elegans, tam perfectum, tam elaboratum, quiſquam non modò priuatus, ſed populus potius haberet, quàm homo,&c.de Nat. 37 a, Quod in operibus noſtrarum artium manus efficit,id multo artificioſius naturam efficere.Off. 30 a,Pictores,& veri etiam poëtę,ſuum quiſq; opus à vulgo conſiderari vult Acad.39 a,Magnum opus in manibus habeo Epiſt.7 b,Minimè miror te tuis præclaris operibus lætari.de Orat.108 a,In vno aliquo opere noctes & dies vrgeri. I.Verr.68 b,Publicorum operum depopulatio.pro Dom.223 b,Operum publicorum exactio. Topic.22 a, Eius operis vitio: *id eſt, fornicis, vel parietis.* I. V.210 b, Hæc omnia antiquo opere & ſummo artificio facta.I,V.229 a, Quorum iſte non opere delectatur,ſed pondere. & 206 b, Hydria pręclaro opere,grandi pondere.in Verr.223 a, Galeæ cælatæ opere Corinrhio. de Leg. 183 a, Exornare ſepulcrum opere tectorio.Tuſcul.240 a,Stragulum magnificis operibus pictum. de Senectu.81 b,Nunquam vlla in agro maiora opera fiunt ſenibus abſentibus.Att.208 b, Academicam σύνταξιν totam ad Varronem, traduximus. Attic.226 a,Dij immortales,quæ tum opera effici potuerunt. Offic.53 a, Nulla eius ingenij monimenta mandata literis,nullum opus ocij,nullum ſolitudinis munus extat. I.A.250 a,Antonius Mutinam operibus munitionibusque ſepſit.I.A.264 a,Erit igitur extructa moles opere magnifico,inciſæq; literæ, &c. de Sen. 82 b, Præclarum opus eſt inſtituere adoleſcentes. Parad.116 b, Hoc tamen opus in apertũ vt proferas,*(al.referas)* nihil poſtulo. & 118 a, Qui Corinthijs operibus abundant.de Leg. 157 a, Cùm ſit opus vnum hoc oratorium maximè. pro Mar. 132 b, Nihil eſt opere aut manu factum, quod non aliquando conſumat vetuſtas.Top.226 a,Cauſæ quæ ſine vlla appetitione animi,ſine voluntate ſuum quaſi opus efficiunt. Offic.35 b,Quæ non ſine hominum opere habere poſſemus & ibi. Sine hominum manu atq; opera. Quint.frat.328 b, de Arcano Cæſaris, opus eſt vel mehercule etiam elegantioris alicuius.*ſcilicet artificis.* de Diui.129 b, Vt ſi mures corroſerint aliquid,quorum eſt opus, hoc vnum monſtrum putemus. * Oeco.1,Cætera conficeret opera,quæ domi deberent adminiſtrari,I.V.230 b,Hic ornatus,hæc opera atq; artificia,ſigna,tabulæ pictæ Græcos homines nimio opere delectant. Acad.30 b,Sic ille & Deum opere magno liberat,& me timore.de Nat.21 a,Qui ex operibus magnificis atque præclaris cùm ipſum mundum, cùm eius membra,cœlum,terras,maria,cumque horum inſignia Solem, Lunam, ſtellasque vidiſſent. de Natur. deor.54 a,Vis incredibilis artificioſi operis diuinique.de Leg.173 a,Ferijs iurgia amouento: easque in famulis, operibus patratis, habento.

† Syntaxis. *Efficere & nauare opus. Homo vnius cuiuſdam operis. Fac opus appareat. Opus magnum, arduum, difficile, diuinum, magnificum, præclarum. Vrgeri in opere vno. Antiquo opere & artificio. Vas opere præclaro. Operibus & munitionibus ſepire oppidum. Opere aut manu factum. Nimio opere, magno opere.*

OPVS EST. *conuenit tempus fert, res fert, ſi vſus eſt, ſi ita commodum veſtrum fert, neceſſe eſt.* de Orat. 112 b, Illud etiamſi opus eſt, tamen eſt minus neceſſarium. Epiſt. 17 a, Legem curiatam conſuli ferre opus eſſe, ſibi neceſſe non eſſe. ad Heren. 28 a, Tacito cùm opus eſt, clamas: cum loqui conuenit, obmuteſcis. Attic. 118 b, Sed opus fuit Hircio conuento. Atticar. 212 a, Hoc fieri & oportet & opus eſt. Atticar. 106 b, Quid opus eſt de Dionyſio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem? Epiſtol. 66 b, Et ſi opus eſſe videbitur, ipſe conueniam. I. C. 16 a, Ne dici quidem opus eſt, quanta diminutione ciuium, &c. de Orat. 104 a, Acuto homine nobis opus eſt. I. A. 236 a, Expedito nobis homine opus eſt. Par. 124 b, Mihi quæſito opus eſt. in Sal. 273 b, Vbi rerum teſtimonia adſunt, non opus eſt verbis. Offic. 75 b, Is quod ſibi opus eſſe videbat, non quod reip. cenſuit. Epiſtol. 50. b, Illa quandiu ei opus fuit, vixit pro Flacc. 153 b, Græci ex tempore, quod opus eſt, obſignant. Epiſt. 66 a, Nos ſi quid erit iſtic opus, defendes. Epi. 173 a, Tu quæ iſtic opus erunt, adminiſtrari proſpicies. Ep. 88 b, Non enim acciderat mihi opus eſſe. Ep. 29 b, Is omnia pollicitus eſt, quæ tibi eſſent opus. Ep. 139 a, Nihil tibi opus eſt, illud à Trabea. Epiſt. 20 b, Dux nobis & autor opus eſt. de Rep. lib. 5. teſte Nonio, Sed tamē, vt bono patrifamiliâs, colendi, ædificandi, ratiocinãdi quidam vſus opus eſt. Ep. 109 b, Sulpitij tibi operam intelligo non multum opus fuiſſe. Atti. 247 b, Video, mihi opus eſt viaticum. & ibid. Mihi opus eſt vniuerſo quidem, *ſcilicet viatico.* de Orat. 141 b, In omnibus rebus, quæ ſub aſpectum veniunt, ſedes opus eſt. de Inuen. 69 a, Huius nobis exempla permulta opus ſunt. Epiſt. 147 b, Aliquantum nobis temporis & magni laboris, & multæ impenſæ opus fuerunt, *( al. fuit)* vt quæ, &c Attic. 97 b Dices nummos mihi opus eſſe ad apparatum triumphi. Epiſt. 58 b, Quibuſcunque rebus opus eſſe intelligam, tibi præſtò ero. de Clar. 174 a, Ad remp. dũtaxat quod opus eſſet, ſatis habuit eloquentiæ. contra Rull. 64 a, Mihi ad huiuſce verbi vim vehementer opus eſt prudentia veſtra. Epiſt. 31 b, & ad Her. 37 a, Præſidio firmiori opus eſt ad iſtam prouinciam. Ep. 158 a, Vlla in re, quæ ad valetudinem opus ſit. I V. 102 a, Aiebat multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis. Tuſc. 246 a, Alexandro roganti, vt diceret, ſi quid ſibi opus eſſet? de Amic. 106 a, Atque haud ſcio, an opus ſit quidem nihil vnquam omnino deeſſe amicis. Epiſt. 116 a, Amabo te, ſi quid quod opus fuerit Appio facies, ponito me in gratia. * Oecon. 1, Partis opibus æquè fuit opus memoria & diligentia.

OPVSCVLVM, li. Attic. 30 b, Minutorum opuſculorum fabricator. Parad. 116 b, Accipient igitur hoc paruum opuſculum, lucubratum his iam contractioribus. * de Leg 156 b, Qui in iſto opuſculo non vt à poëta, ſed vt à teſte veritatem exigant.

† Syntaxis. *Opus eſt, minus tamen neceſſarium. Tacito nunc opus eſt. Oportet, & opus eſt. Si quid erit opus, te defendam. Hæc non ſunt opus. Cæſar opus eſt nobis, viaticum, viatico.*

ORA, ræ. *regio pars terrarum, extremitas.* pro Cor. 56 b, Qui tot habet triumphos, quot oræ ſunt parteſq; terrarũ. de Nat. 59 a, Qui vbiq; ſunt, quacunque in ora ac parte terrarum. Tuſcul. 162 b, Globus terræ duabus oris diſtantibus habitabilis & cultus. de Nat. 46 a, Amœnitates orarum & litotum. Tuſcul. 172 b, Duę oræ diſtantes. de Nat. 12 b, Ignibus altiſſima ora reddita eſt. de Fin. 86 a, Regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas. de Nat. 12 b, Immenſa regionum magnitudo, in quam ſe intendens animus, nullam oram vltimi videat. de Diuin. 102 b omnes auidi ſpectant ad carceris oras. pro Pomp. 8 b, Fani diripiendi cauſa in eas oras noſtrum exercitum eſſe adductum. * de Legib. agr. Addicetur communis ora Lyciorum atque Cilicum. Tuſcul. 175 b, Oræ ipſæ locorum illorum, quò peruenerimus, quò faciliorem nobis cognitionem rerum cœleſtium, eò maiorem cognoſcendi cupiditatem dabunt. & 169 b, Migrationem eſſe mortem in eas oras, quas qui è vita exceſſerunt, incolunt. Tuſcul. 236 a, Quòd multas naues in omnem oram maritimam dimiſiſſet. de Nat. 64 a, Reſtat vltimus & à domicilijs veſtris altiſſimus omnia cingens & coërcens cœli complexus, qui idem æther vocatur, extrema ora & determinatio mundi. de Diuin. 117 b, Quid proficit Iupiter, cùm in medium mare fulmen iecit? &c. quid cùm in earum gentium oras, in quibus hæc ne obſeruantur quidem? Epiſt. 185 b, A' prima ora Græciæ vſq; ad Aegyptum optimorum ciuium muniti erimus imperijs & copijs. Atticar. 109 a, Quem tota hęc Campania & maritima ora habeat ἐπίσκοπον.

† Syntaxis. *Oræ parteſq; terrarum. Oræ gentium. Amœnitas orarum & litorum. Oram vltimi videre.*

ORACVLVM, li. *deorum reſponſum, vaticinatio.* Top. 227 b, Oracula ex eo ipſo appellata ſunt, quòd ineſt in his deorũ oratio. de Diu. 190 a, Iiſdemq; de rebus ſemper aut Delphis oraculum, aut ab Ammone, aut à Dodone petebant. de Diu. 96 a, Cum oraculum ab Ioue Dodonæo petiuiſſent. de victoria ſciſcitantes. de Diu. 80 b, Græcia nullã coloniã miſit ſine Pythio, aut Dodonæo, aut Ammonis oraculo. de Di. 96 a, b Sacerdos, quę prępoſita erat oraculo. ꝓ Fon. 280 a, Nationes quæ quondã Delphos vſq; ad Apollinē Pythiũ, atq; oraculũ orbis terrę ſpoliãdũ ꝓfectæ ſunt. de Diu. 87 b, Oracula quæ inſtinctu diuino afflatuq; funduntur. & ibid. Oracula, quæ æquatis ſortibus ducuntur. de Diu. 104 a, Credo etiam anhelitus quoſdam fuiſſe terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent. Att 274 a. Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta: nihil poteſt eſſe verius. Offi 49 b, Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam, &c. pro Fon. 279 a, Si quicquam ex illo loco dicetur, ex oraculo dici putet. de Diuinat. 132 b, Cur iſto modo iam oracula Delphis non eduntur. de Natu. 14 b, Hæc ego nunc phyſicorum oracula fundo. de Diu. 95 a, Expoſui ſomnij ac furoris oracula. Tuſcu. 174 a, & de Fin. 68 b, Quod oraculum erat datum, ſi rex interfectus eſſet, victrices Athenas fore. & ibid. Oraculo edito. pro S. R. 29 a, Cùm præſertim deorum immortalium iuſſis atque oraculis id feciſſe dicantur. * de Senect. 93 a, Socrates ſapientiſſimus oraculo Apollinis eſt iudicatus.

† Syntaxis. *Oraculum duci, dici, dari, edi, fundi. Ex oraculo dici. Iuſſum & oraculum.*

* ORANDVS, a, um. Vide ante ORO.

ORATIO, nis. *locutio, ſermo, concio.* Orat. 202 b, Quanquam omnis locutio, oratio eſt, tamen vnius oratoris locutio in hoc proprio ſignata nomine eſt. Orat. 213 b, Iſocrates orationis faciendæ ac ornandæ autor locupletiſſimus. de Orato. 90 b, Ignarus faciundæ ac poliendæ orationis pro Dom. 216 b, Cùm his hæc à me haberi oratio poteſt, qui, &c. Epiſt. 112 a, Tu quam orationem Pompeius habuerit tecum, fac mihi perſcribas. Tuſ. 246, Habere multam orationem de aliqua re. Epiſt. 62 a, Mitiſſimam in ſenatu orationem habuit. Offi. 26 b, Magna vis orationis eſt, eadémque duplex: altera contentionis, altera ſermonis: contentio, &c. ſermo, &c. & 42 b, Duplex eſt ratio orationis: quarum in altera eſt ſermo, in altera contentio, &c. & ib. Contentio orationis maiorem vim habet ad gloriam: ea eſt enim, quam eloquentiam dicimus. & 43 a, Quæ in multitudine cum contentione habetur oratio, ea ſæpe vniuerſam excitat gloriam. Epiſt. 153 a, Oratio grauiſſimis verbis ſententijſq; plena. de Or. 87 b, Sapientibus ſententijs grauibuſq; verbis ornata oratio & perpolita. de Fin 94 a, Veruntamen cùm de rebus grandioribus dicas, ipſæ res verba rapiunt: ita fit cùm grauior, tum etiam ſplendidior oratio. pro Corn. 59 a, Cn. Pompeius cuius oratio omnibus ornamentis abundauit. pro Cæl. 47 a, Genus orationis, eius facultatem, copiam ſententiarũ atq; verborum perſpexi. & ibid. Sed inerat oratio & bonis artibus inſtituta, & cura & vigilijs elaborata. pro Seſt. 19 b, Ita de me ille ſcripſit, ijs verbis, rebus, ſententijs, vt, &c. de Inu. 67 a, Diſtinguere & illuſtrare orationem raro inducendis locis communibus. de Orat. 147 a, Oratio de horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua. & 125 a, Flumen orationis & varietas. & Acad. 30 a, Flumen grauiſſimorum & optimorum verborum, de Fin. 64 b, Aureum orationis flumen fundens Ariſtoteles. de Orator. 161 b, Figura orationis plena, & tamen teres )(. *tenuis, non tamen ſine neruis & viribus, mediocris.* de Nat 30 a, *de oratione rhetorica & dialectica.* de Orat. 128 b, Multa varia, & copioſa oratio. de Orat. 127 a, Genus orationis vehemens atq; atrox.)( *Genus alterum lenitatis & manſuetudinis.* & de Cla 175 a, Genus orationis vagum, fuſum, multiplex. de Orat. 123 a, & de Cl. 167 b, Oratio fortis, intenta, acris vehemens, grandis, incitata.)( *placida, ſummiſſa, lenis.* de Orat 151 a, Oratio grauis, ſuauis, erudita, liberalis, admirabilis, polita, ſenſus & dolores habens.)( *exilis, inculta, vulgaris, obſoleta.* & ibid. Conſperſa quaſi verborum ſententiarumq; floribus. de Orat. 160 a, quæ quidem polita ſit atque facta quodammodo. & 158 b Iuncta, cohęrens, lenis, æquabiliter fluens. de Orator 161 b, Diſtinguenda & frequentanda eſt omnis oratio luminibus ſententiarum atq; verborum. de Orato. 147 b, Qui diſtinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè & rebus & verbis dicũt, & in ipſa oratione quaſi quendam numerum verſumq; conficiunt, id eſt quod dico ornatè. de Clar. 170 b. Hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio, & de Fin. 126 b, Oratio ſplendida, illuſtris, de Cl. 183 a, Incitata, volubilis, redundans & circun-

fluens

fluens oratio.de Orat.114 a, Genus orationis fuſum atq; tractum,& cum lenitate quadam æquabiliter profluens, ſine iudiciali aſperitate, & ſine ſententiarum forenſium aculeis proſequendum eſt. Orat. 199 a, Opimũ quoddam, & tanquam adipale orationis genus. Orat. 201 a, Dulce orationis genus,& ſolutum,& effluens, ſententijs argutum, verbis ſonans eſt in illo epidictico genere.de Clar. 195 b,196 a,Erat oratio cùm incitata & vibrans, tum accurata etiam & polita. de Clar. 189 a, Splendida quædam & minimè veteratoria ratio dicendi. ad Her.27 b, Oratio puris & electis verbis compoſita. Attic.238 a, Eſt autem oratio ſcripta elegantiſſimè ſententijs & verbis, vt nihil poſſit vltrá. pro Pl.261 a,Tua fuit perelegans & perſubtilis oratio.de Clar.192 a,Genus orationis ſincerum, ſolidum, & exiccatum.contra Rul.68 b,Is explicat orationem ſanè longam,& verbis valde bonis. Orat. 202 b, Oratio tracta quædam & fluens.& ibid. Contorta & acris oratio.Epiſt. 85 a,Oratio libera,incitata.de Orat.109 b, Quid enim tua poteſt oratione aut ſubtilius aut ornatius eſſe? pro Seſt. 26 b,Sed mihi omnis oratio eſt cum virtute, non cum deſidia. de Clar.174 b, Appij volubilis, ſed paulo feruidior erat oratio.& 171 b,Exilis oratio, & redolens antiquitatem,Orat.218 b,Oratio carens numeris, diſſipata, inculta, & fluens eſt.& 220 a,Oratio diſſipata,diffluens,ſoluta.Orat.216 b,Ne immoderata aut fluens aut diſſoluta aut anguſta ſit oratio.de Clar.190 b,Eos quorum altior oratio, actioque eſſet ardentior, furere & bacchari arbitrabatur. de Nat.50 a,Anguſtia concluſę orationis non facilè ſe ipſa tutatur.de Orat. 114 a, & de Clar. 175 a, b,Oratio philoſophorum qualis.Orat.203 a, Oratio Platonis & Democriti qualis. de Clar.175 b, Oratio philoſophorum pacatior,oratorum pugnacior. de Leg. 158 b, Oratio tua non multum à philoſophorum lenitate abeſt.Tuſc.237 b, Lenitas orationis. Orat.192 b, *de oratione philoſophorum multa pulcra.* de Clar.175 b, Oratio Stoicorum àſtricta & contracta.*id eſt, Academicorum veterum & Platonis.*de Ora.91 a, Oratio Stoicorum ſpinoſa & exilis. de Orat. 149 a, Stoici orationis genus habent fortaſſe ſubtile, & certè acutum: ſed vt in oratore exile, inuſitatum, abhorrens ab auribus vulgi,obſcurum,inane, ieiunum. de Orat.114 a, & Orat. 202 b.Oratio hiſtoricorum qualis Orat. 219 b,Siculorum dicendi genus abiectum.de Senect.82 b, Compta oratio & mitis.de Senect.83 a, Ex Neſtoris lingua, vt ait Homerus, melle dulcior fluebat oratio.de Senect.84 b,Cauſarum illuſtrium quaſcunq; defendi, nunc quàm maximè conficio orationes.Attic.lib.1,In illam orationem Metellinam addidi quædam.* de Clar. 174 a, Isq; & orationes reliquit,quæ iam euanuerũt.pro Corn.Balb.55 b, Etenim ei ſuccedo orationi, quæ non præteruecta ſit aures veſtras,ſed in animis omnium penitus inſederit: vt plus voluptatis ex recordatione illius orationis, quàm non modò ex mea,ſed ex cuiuſquam oratione capere poſſitis. de Orat.125 a, Non ſemper fortis oratio quæritur, ſed ſæpe placida,ſubmiſſa,lenis,quæ maximè cõmendat reos.ibid. Exprimere mores oratione.ibid.Quaſi mores oratoris effingit oratio. de Orat.125 b, Quò deduci oratione facilimè poſſe videantur.ibi.Tantam uim habet illa,quæ à bono poëta dicta eſt flexanima atq; regina rerum, oratio, vt non modo inclinantem erigere,aut ſtantem inclinare, ſed etiam aduerſantem & repugnantem,capere poſſit.de Fin. 54 b,Vti oratione perpetua malo, quàm interrogare aut interrogari.de Fin.64 b,Perpetua oratione contrà diſputatur.ibid.Admodum delectatus ſum eius oratione perpetua.ibi.Cùm fertur quaſi torrens oratio,quamuis multa cuiuſq; modi rapiat, nihil tamẽ teneas, nihil apprehendas,nuſquam orationem rapidam coërceas. Omnis autem in quærendo,quæ via quadam & ratione habetur oratio,præſcribere debet,vt.Epiſt.48 b, Orationis paupertas & diuitiæ, *Ser. Sulpitij.* Tuſ.223 a,Neq; tam terribilis vlla fando oratio eſt.pro C Corn.1. Ne quem in iudicium oratio mea reuocare videatur.in L.Piſon.Qui colore ipſo patriam aſpernaris,oratione genus,moribus nomẽ. Frag. ep.In quo tua me prouocauit oratio, mea conſecuta eſt ſegnis.Hort.Malo vel vnum paruum de officio libellum, quàm longam orationem pro ſeditioſo homine Cornelio.ibid.Quod vereris ne non conueniat noſtris ætatibus iſta oratio,quæ ſpectat ad hortandum.ibid. Vt aliquando terminetur oratio. ad Heren.27 a,Ita grauis oratio ſæpe imperitis videtur ea,quæ turget & inflata eſt. de Ora.86 a, Ipſa oratio conformanda non ſolum electione, ſed etiam conſtructione verborum. & 86 b, Ex rerum cognitione efflorеſcat & redundet oportet oratio,quæ niſi ſubeſt res ab oratore percepta & cognita, inanem quandam habet elocutionem & penè puerilem.de Orat.87 a, Quæ platanus mihi videtur non tam ipſa aquula,quæ deſcribitur, quam Platonis oratione creuiſſe.de Ora.87 b, Quàm populi motus, iudicum religiones,ſenatus grauitatem vnius oratione conuerti? de Orat 88 a, Genus hominum in montibus ac ſyluis diſſipatum non prudentium conſilijs compulſum potius,quàm diſertorũ oratione delinitum, ſe oppidis mœnibusq; ſepſiſſe? ibid. accurata orationis copia.de Ora. 88 b,Quod verò in extrema oratione quaſi de tuo iure ſumpſiſti.de Orator.90 a,Illuſtrare oratione ſi quis iſtas ipſas artes velit.de Orat.120 a,Orbem modò orationis deſidero, ornamenta comparent. de Orat.123 a, Imminuit *opinio ſtudiorum, & ſuſpicio artificij* & oratoris authoritatem & orationis fidem. Sed vt eò reuocetur vnde huc declinauit oratio. ibid. Hæc noſtra oratio multitudinis eſt auribus accommodanda ad oblectandos animos, ad impellendos,ad ea probanda,&c. de Orat.152 a, Quo hoc minus in oratione miremur,in qua vel ex poëtis, vel ex oratoribus poſſumus iudicare concinnam,diſtinctam, ornatam,feſtiuam,ſine intermiſſione,ſine reprehenſione, ſine varietate,quamuis claris ſit coloribus picta vel poëſis,vel oratio.de Orat.160 a,Liberior eſt oratio, & planè, vt dicitur,ſic & eſt verè ſoluta,non vt fugiat tamen aut erret,ſed vt ſine vinculis ſibijpſa moderetur. Nanq; ego illud aſſentior Theophraſto,qui putat orationem,quę quidem ſit polita atq; facta quodammodo, non aſtrictè, ſed remiſſius numeroſam eſſe oportere. ibi. Cuius dithyrambi membra & pedes ſunt in omni locupleti oratione, diffuſa.de Clar.170 b, Ornari orationem Græci putãt,ſi verborum immutationibus vtantur, quos appellant τρόπους: & ſententiarum orationisq; formis, quæ vocant σχήματα. de Clar.171 b,Cuius eſt oratio Græca apud Rhodios.ibi. Quam etiam orationem ſcriptam reliquit.ibid. Cuius & aliæ ſunt orationes,& contra Tib. Gracchum expoſita eſt in C Fannij annalibus.ibid.Quarum extant orationes, ex quibus exiſtimari de ingenijs oratorum poteſt. ibi.Sed neſcio quomodo huius exiliores orationes ſunt & redolentes magis antiquitatem,quàm Lælij,&c.Itaq; exaruerunt, vix iam vt appareant. ibid. Oratio Lælij de collegijs non melior, quàm de multis quam voles Scipionis: non quòd illa Lælij quicquã ſit dulcius, aut quod de religione dici poſſit auguſtius. de Clar. 172 b, Vt nulla ferè pars orationis ſilentio præteriretur.ibid. Quam orationem in origines ſuas retulit. *Cato* ibid. Vt ex orationibus eius intelligi poteſſ. ibid. Cur ea *virtus* nulla in orationibus eius apparet? ibid.Pleræq; ſcribuntur orationes, habitæ iam, non vt habeantur. ibid. Vt ea incitata,& grauis,& vehemens eſſet oratio. de Clar. 173 a,Flac eſcebat oratio.de Clar.175 a,Vagum illud orationis & fuſum & multiplex adhibetur genus.ibid.Peripateticorum inſtitutis commodius fingeretur oratio.de Clar.176 b,Cuius de ingenio ex orationibus eius exiſtimari poteſt. Sunt enim & aliæ, & pro Seruio Fuluio de inceſtu nobilis oratio. Nobis quidem pueris hæc omnium optima putabatur, quæ vix iam comparet in hac turba nouorum voluminum.ibid. Veteres orationes poſt noſtras non à me quidem (meis enim illas antepono) ſed à plerisq; legi ſunt deſitæ. ibi. Hæc de inceſtu laudata oratio pueriliſ eſt locis multis, de amore, de tormentis,de rumore. de Clar. 183 a,Incitata & volubilis, nec ea redundans tamen, nec circumfluens oratio. ibid,Sulpitij orationes quæ ferũtur, eas poſt mortem eius ſcripſiſſe P.Canutius putatur.ibid.Scribebat tamen orationes,quas alij dicerẽt,&c. Quanquam is etiam ipſe ſcripſit eas,quibus pro ſe eſt vſus,ſed non ſine Aelio. His enim ſcribendis etiam ipſe interfui. de Clar.183 b, Cùm difficile ſit,in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere, vt ſibi ipſe non conueniat: quanto difficiliùs cauere,ne quid dicas,quod non conueniat eius orationi. de Clar.189 a,Orationes quidem eius mihi vehemẽter probantur: complures autem legi.ibid.Populo non erat ſatis vendibilis,præceps quædam,& cùm iccirco obſcura,quia peracuta: tum rapida & celeritate cæcata oratio. ibid.Me quidem admodum delectabat etiam Triarij in illa ætate plena literatæ ſenectutis oratio.de Cla.190 a, Quam eius actionem multum tamẽ & ſplendida & grandis,& eadem in primis faceta & perurbana commendabat oratio.Orat. 198 b,Ad permouendos & conuertendos animos inſtructi & parati: quorum ipſorum alij aſpera, triſti, horrida oratione,neq; perfecta neq; concluſa: alij læui & inſtructa & terminata: & contrà tenues,acuti,omnia docentes, & dilucidiora,non ampliora,facientes, ſubtili quadam & preſſa oratione limati. (*al. & limata.*) ibid. Omnem orationem ornamentis modicis verborum ſententiarumque diſtinguit.Orat.201 b, Qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam.ibid.Elaborant alij in lenitate & æquabilitate, & puro quaſi quodam & candido genere dicendi. Ecce aliqui duritatem & ſeueritatem quandam verbis, & orationis quaſi mœſtitiã ſequũtur Orat.205 b,Eſt quoddam etiam inſigne & florens orationis pictum & expoli-

tum genus, in quo omnes verborum, omnes ſententiarum illigantur lepôres. Ora. 215 a, Quod ſi & anguſta quędam atq; conciſa, & alia eſt collatata & diffuſa oratio. & b, Ita neq; humilem, nec abiectam orationem, nec nimis altam & exaggeratam probat, plenam tamen eã vult eſſe grauitatis. Orat. 218 a, b, Eſt quidem vnus *pæan* aptiſſimus orationi vel orienti, vel mediæ: putant illi etiam cadenti. ibid. Non numero ſolum numeroſa oratio, ſed & compoſitione fit & genere concinnitatis. Partit. 230 a, Quot in in partes diſtribuenda eſt omnis doctrina dicendi? &c. In orationem, &c. ibi. Orationis quot ſunt partes? Quatuor. & b, Quibus in orationibus delectatio finis eſt. Part. 231 a, Ad fidem & ad motum adhibenda eſt omnis oratio. ib. In reliqua oratione paululum digrediens de curſu dicendi. ibid. Quæ ipſius orationis verborumq; præcepta ſunt. & b, Obſcurum *fit* aut longitudine aut contractione orationis. ibid. Illuſtris oratio eſt. ibid. Eſt enim hæc pars orationis, quæ rem conſtituat penè ante oculos, ibi. Quæ dicta ſunt de oratione dilucida, cadunt in hanc illuſtrem omnia. ibid. Fit ſuauis oratio, cum, &c. Maximeq; mouet ea, quæ motum aliquẽ animi miſcet oratio, quæq; ſignificat oratoris ipſius amabiles mores ibid. Multa ſunt ſuauitatis præcepta, quæ orationem aut magis obſcuram, aut minus probabilem faciunt. ibid. Vt dicas de cõuerſa oratione atq; mutata. Partit. 232 a. Vt aut ex verbo dilatetur, aut in verbũ cõtrahatur oratio. Ex verbo, &c. Ex oratione. ibid. Facit *actio* & dilucidam orationem, & illuſtrẽ & probabilem, & ſuauem, non verbis, ſed varietate vocum, motu corporis, vultu: quæ plurimum valebunt, ſi cum orationis genere conſentient, eiusq; vim ac varietatem ſubſequentur. ibid. Quid habes de orationis præceptis dicere? Quatuor eſſe eius partes, &c. Secunda narratio, & tertia confirmatio fidem facit orationi. Sed amplificatio, &c. reliquo in curſu orationis adhibenda eſt. I. V. 57 a, Hoc non modò in oratione mea nõ pono, ſed ne in opinione quidem cuiuſquam relinquo. & 59 a, Malo in aliorum ſpe relinquere quàm in oratione mea ponere. pro Syll. 169 b, Cuius in hoc crimine propulſando cum eſſet copioſiſſima atq; ornatiſſima oratio. pro Cæl. 48 a, Sed quoniam emerſiſſe iam è vadis, & ſcopulos prętereuecta videtur oratio mea: perfacilis mihi reliquis curſus oſtẽditur. & 49 b, Cui iam vos ingenium certè tribuitis, etiamſi cætera inimica oratione detrahitis. pro Marc. 136 a, Sed vt vnde eſt orſa, in eodem terminetur oratio mea. Tuſc. 151 b, Nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. & 211 a, Vtrum ponderem vela orationis ſtatim, an eã ante paululum Dialecticorum remis propellerem. de Nat. 20 a, Omnis cultus & curatio corporis erit eadẽ adhibenda Deo, quæ adhibetur homini, &c. ad extremum etiam ſermo & oratio. & 68 a, Quod me in hunc locum deduxit oratio. de Diuin. 97 b, Quid veſtra oratio in cauſis? quid ipſa actio? poteſt eſſe vehemens & grauis & copioſa, niſi eſt animus ipſe commotior? de Fat. 140 b, Subtilitatem ab Academia mutuatur orator, & ei viciſſim reddit vbertatem orationis, & ornamenta dicendi. de Leg 161 a, Omitto, &c. orationis vim, quę conciliatrix eſt humanæ maximè ſocietatis. & 168 b, Non ſolùm illa ſubtili diſputatione ſibi vtẽdum putabit: ſed etiã fuſa latiùs perpetua oratione: qua regat populos: qua ſtabiliat leges: qua caſtiget improbos: qua tueatur bonos: qua laudet claros viros: qua pręcepta ſalutis & laudis aptè ad ꝑſuadendũ edat ſuis ciuibus: qua hortari ad decus, reuocare à flagitio, conſolari poſſit afflictos: factaq; & conſulta fortiũ & ſapientum cum improborum ignominia ſempiternis monimentis prodere. de Leg. 184 a. Omnem orationẽ de legibus peroratã eſſe vno ęſtiuo die. ibid. Cuius & vita, & oratio cõſecuta mihi videtur difficilimam illam ſocietatem grauitatis cum humanitate. de Vni. 196 a, In omni oratione (*al. omni orationi*) cum his rebus, de quibus explicatur, videtur eſſe cognitio Itaq; cum de re ſtabili & immutabili diſputatur, oratio talis ſit, qualis ſit illa, quæ neq; redargui, neq; conuinci poteſt. Cùm autem ingreſſa eſt imitata & effecta ſimulacra, benè agi putat, ſi ſimilitudinem veri conſequatur. ibid. Vt tota dilucidè & planè oratio exornata ſi, ſibi conſtet, & ex omni parte ſecum ipſa conſentiat. Offic. 1 a, Vt par ſis in vtriusq; orationis facultate. ibid. Orationem Latinam efficies profectò legendis noſtris pleniorem. & b, Vt non ſolum orationes meas, &c. ſtudioſè legas. Vis enim dicendi maior eſt in illis: ſed hoc quoq; colendum eſt æquabile & temperatũ orationis genus. Offi. 27 a, Cum orationis indicem vocem habeamus. ibid. Vberior oratio L. Craſſi, nec minus faceta. & b, Vt etiamſi aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. de Sen. 80 b, Appij extat oratio: atq; hanc ille egit ſeptem & decem annis poſt alterum conſulatũ. Epiſt. 90 a, Neq; lenire videbar oratione, neq; leuare poſſe dolorẽ tuũ. ibi. Quid vellẽ tua cauſa, re potius declarabo quàm oratione. Ep. 91, Ex oratione Cæſaris, quæ ſanè mollis & liberalis fuit, &c. hâc in opinionẽ diſceſſi. Epi. 266 b, Isq; diu & multis lucubrationibus commentata oratione vide vt probare poſſit, te non peccaſſe. de Or. 160 b, Neq; ſemper vtendum eſt perpetuitate & quaſi conuerſione verborum, ſed ſæpe carpenda membris minutioribus oratio eſt. de Clar. 170 b, Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altiùs oratio. & 179 b, Non eſt eorum vrbanitate quadã quaſi colorata oratio. Or. 213 b, Quid eſt cur claudicare aut inſiſtere orationem malint, quàm cùm ſententia pariter excurrere? de Opt. 344 b, Non in acie verſatur & ferro, ſed quaſi rudibus eius eludit oratio.

† Syntaxis. *Sermo & oratio. Orationem habere multam. Oratio nata, perpolita, flexanima, omnium regina, mitis, grandis, elaborata. Orationis flumen. Oratio incitata, grauis, vehemens, teres, fortis, intenta, placida, lenis, ſummiſſa, liberalis, ſenſus & dolores habens, facta, concinna, feſtiua, iuncta, cohærens, æquabiliter fluẽs, altius exaggerata, volubilis, circumfluens, fuſa, tracta, opima & adipalis, vibrans, ſincera, ſolida, exiccata, feruida, diſſipata & fluens, diffluens, rapida, & celeritate cæcata. Neq; perfecta, neq; concluſa. Concluſæ orationis anguſtia inflata oratio, arida, fluctuans, aſtricta, ſpinoſa, ieiuna, compta. In orationem addere.*

ORATIVNCVLA, læ. *oratio*. Attic. 209 a, Scripſit enim ad me Balbus & Oppius, mirificè ſe probare, ob eamq; cauſam ad Cæſarem meam ſe oratiunculam miſiſſe. 239 a, Brutum omni re, qua poſſum cupio iuuare, & cuius de oratiuncula idem te, quod me ſentire video. de Cl. 181 a, Indicant cùm oratiunculæ, tum hiſtoria quædam Græca, ſcripta dulciſſimè.* de Clar. 183 a, Cottam miror Aelianas leues oratiunculas voluiſſe exiſtimari ſuas. de Nat. 68 a, De quibus in illa aureola oratiuncula dicit Lælius. Epi. 132 a, Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum: quod non putâram. Itaque eam tibi miſi: velim ſic legas, vt cauſam tenuem & inopem, nec ſcriptione magnoperè dignam.

ORATOR, oris. *eloquens, legatus*. de Orat. 90 b, Is orator erit mea quidem ſententia, hoc tam graui dignus nomine, qui quæcunq; res inciderit, quæ ſit dictione explicanda, prudenter, compoſitè ornatè, & memoriter dicat, cum quadam etiam actionis dignitate. de Ora. 90 a, Orator plenus atq; perfectus is eſt, qui de omnibus rebus poſſit variè co pioſeq; dicere. de Ora. 103 a, Oratorem eum puto eſſe, qui & verbis ad audiendum iucundis, & ſententijs ad probãdum accommodatis vti poſſit, in cauſis forenſibus atque communibus: eumq; eſſe præterea inſtructum voce & actione & lepôre quodam volo. de Orat. 107 a, Sit orator nobis is, qui, vt Craſſus deſcripſit, accommodatè ad perſuadendum poſſit dicere. & 96 b, Oratorem vbicunque conſtiterit, conſiſtere in ſuo. de Orat. 95, Nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inueniri poteſt. & 94 b, Pingendus eſt nobis detractis omnibus vitijs orator, atque omni laude cumulatus. & 256 a, Si quærimus, quid vnum excellat, docto oratori palma danda eſt. & ibid. In oratore perfecto ineſt omnis philoſophorum ſciẽtia. Off. 1 a, Oratoris proprium, aptè, diſtinctè, ornateque dicere. Orat. 202 b, Oratorem hoc vno excellere, id eſt, oratione: cætera in eo latere, indicat nomen ipſum. Non enim inuentor, aut compoſitor, aut actor, hæc complexus eſt omnia: ſed & Græcè ab eloquendo ῥήτωρ, & Latinè eloquens dictus eſt, &c & ibid. Dicendi, id eſt, eloquendi maxima vis ſoli oratori conceditur. & Orat. 207 a, Diſputandi ratio & loquendi, Dialecticorum ſit: Oratorum autem, dicendi & ornandi. Part. 242 b. Eadem vt oratorem decet latè exprimere. de Orat. 148 a, Vt illum efficeret oratorem verborum, actoremq; rerum. & Orat. 220 a, Orator compoſitus. )(. *inconditus*. de Clar. 188 a, Orator præſtat minutis imperatoribus. de Clar. 187 b, Antronius & Stalenus mali oratores. pro Mur. 131 a,

*Spernitur orator bonus horridu' miles amatur.*

de Orat. 85 b, Quum boni perdiu nulli, vix autem ſingulis ætatibus ſinguli tolerabiles oratores inuenirentur. de Orat. 68 b, Vis oratoris profeſſioque ipſa benedicendi, hoc ſuſcipere ac polliceri videtur, vt omni de re, quæcunque ſit propoſita, ab eo ordine copioſeque dicatur. de Orat. 89 a, Oratoris eſt compoſitè, ornatè, copioſè eloqui. de Orat. 91 a, Nemo eſt in oratorum numero habendus, qui non ſit omnibus ijs artibus quæ ſunt libero homine dignæ, perpolitus. de Orat. 145 a, *De oratorum tam Græcorum quàm Latinorum differentia. Oratorum genera vide de Opt.* 243 a, b.* de Orat. 89 a, A quibus omnibus vna penè repelli voce oratorem à gubernaculis ciuitatum, excludi ab omni doctrina rerumque maiorum ſcientia, ac tantum in iudicia & conciunculas, tanquam in aliquod piſtrinum detrudi & compingi videbam. ibid. Quòd mihi in oratoribus irridendis ipſe *Plato* eſſe orator ſummus videbatur. ibid. Nam

ſi quis

ſi quis hunc ſtatuet eſſe oratorem, qui tantummodò in iure aut in iudicijs poſſit,aut apud populum,aut in ſenatu copioſè loqui : tamen huic ipſi multa tribuat & cōcedat neceſſe eſt. Neq; enim ſine multa pertractatione omniū Rerump.neq; ſine legum,moris, iuris ſcientia, neq; natura hominum incognita ac moribus,in his ipſis rebus ſatis callidè verſari & peritè poteſt. Qui autem hæc cognouerit,ſine quibus ne illa quidam minima in cauſis quiſquam rectè tueri poteſt : quid huic abeſſe poterit de maximarū rerum ſcientia ? Sin oratoris nihil vis eſſe,niſi compoſitè, ornatè, copioſè eloqui : quæro id ipſum qui poſſit aſſequi ſine ea ſcientia,quam ei non conceditis.ibid. Ornatus ipſe verborum oratoris putandus eſt.de Clar.174 b,Hunc canorum oratorem,& volubilem,& ſatis acrem,atque eundem & vehementem, & valde dulcem, & perfacetum fuiſſe dicebat.Addebat induſtrium etiam & diligentem, & in exercitationibus commentationibusq; multum operæ ſolitum eſſe ponere. de Clar.181 b, Oratori populi aures tanquam tibiæ ſunt.ibid. Vulgus interdum nō probādum oratorem probat,ſed probat ſine comparatione, cum à mediocri,aut etiam à malo delectatur,eo eſt contentus.de Clar.182 a,Tenet aures vel mediocris orator,ſit modò aliquid in eo.ibid. Quod eſt vnum ex tribus, quæ dixi ab oratore effici debere.& b, Vter præſtaret orator. ibid.Cum oratores duo aut plures populi iudicio probātur.ibid. Sic ex animorum motu cernitur,quid tractandis his perficiat orator. Itaq; intelligens dicendi exiſtimator non aſſidens & attentè audiens,ſed vno aſpectu & prætereriens de oratore ſæpè iudicat. ibid. Intelligit oratorem in ea cauſa non adeſſe,qui poſſit animis iudicum admouere orationem,tanquam fidibus manum.ibi. Oratorem verſari in illo iudicio.ibid.Quoniam oratorum bonorū ( hos enim quærimus) duo genera ſunt, vnum attenuatè preſſeq; alterum ſublatè ampleq; dicentium, &c. In bonis omnia quæ ſumma ſunt, iurè laudantur. Sed cauenda eſt preſſo illi oratori inopia & ieiunitas: amplo autem inflatum & corruptum orationis genus. de Clar.183 a, Fuit Sulpitius vel maximè omnium, quos quidem ego audiuerim,grandis &,vt ita dicam,tragicus orator, ibid. Iſtis, cum ſummi eſſent oratores,duæ res maximę,altera alteri defuit.Atq; in his oratoribus illud animaduertendum eſt, poſſe eſſe ſummos,qui inter ſe ſint diſſimiles.ibid. Aelius Stoicus eſſe voluit, orator autem nec ſtuduit vnquam, nec fuit. ibid. Cottam miror ſummum ipſum oratorem minimeq; ineptum Aelianas leues oratiunculas voluiſſe exiſtimari ſuas.de Clar.187 b, Argutus orator verbiſque dulcis. ibid. Quam vellem de his etiam oratoribus, qui hodie ſunt,tibi dicere luberet : etſi de alijs minus,de duobus tamen,quos à te ſcio laudari ſolere. de Clar.188 a, Illum omnium ferè oratorum Latinè loqui elegantiſſimè Orat. 197 a, Cum tanta ſit inter oratores bonos diſſimilitudo. ibid. Si id, quod vis,effecero, cumque oratorem, quem quæris,expreſſero. & b,In oratoribus Græcis quidem admirabile eſt,quantum inter omnes vnus excellat. Attamen cum eſſet Demoſthenes, multi oratores magni & clari fuerint, & anteà fuerant, nec poſteà defecerunt. ibid. Atque ego in ſummo oratore fingendo talem informabo qualis fortaſſe nemo fuit.Epiſt.195 a,Quod extremum fuit in ea epiſtola,quàm te proximè accepi,ad id primum reſpondeo.Animaduerti enim,hoc vos magnos oratores facere nonnunquam.

¶ *Legatus*. de Cl.169 a,C.Fabricius eſt ad Pyrrhum de captiuis reddendis miſſus orator.de Ar.251 b,Oratores cōtra ius faſq; interfectos. *id eſt,legator.* de Leg.173 b,Fœderum pacis,belli,induciarum oratores,fœciales,iudices ne ſunto.

* ¶ *Liber Ciceronis,qui Orator inſcribitur.* de Diu. 109 a, Noſtri quoq; oratorij libri in eundem librorum numerum referēdi videntur.Ita tres *libri* erunt de Oratore, quartus Brutus,quintus Orator. Epiſt 92 a, Oratorem meum tantopere à te probari,vehementer gaudeo,*&c.*

† Syntaxis. *Orator plenus & perfectus, compoſitus, inconditus, canorus,volubilis.*

ORATORIE`. *ornatè, copioſè, ſplendidè.* Or. 219 a, Pulchrè & oratoriè dicere,& ad Her.41 b.

ORATORIVS,a,um. Ac.45 a, Huic quaſi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur,explicatrix orationis perpetuæ ad perſuadendum accommodatæ.Part.237 a,Et illam diſputandi prudentiam concertatio captatioque verborum,& hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi imitatur. de Orator. 105 a, Sic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri.de Cl.188 b,Illa oratoria ornamenta dicendi. Part.116 a,Stoicè nullis oratorijs ornamētis adhibitis dicere.*de Diu.109 a,Noſtri quoq; oratorij libri in eundem librorum numerum referendi videntur.

ORATVS,tus *rogatus*. pro Flac.163 b,An etiam ſcripſit oratu tuo?

ORBATVS,a,um. *priuatus*. pro Cluent.26 b, Mater orbata filio.Epiſt.54 b, Nec eam *patriam* multis claris viris orbatam priuare etiam aſpectu tuo.Epi.83 a, Omni ſpe ſalutis orbatus. Poſtq.205 a, Cùm reſp.non ſolùm parentibus perpetuis.verùm etiam tutoribus annuis eſſet orbata. de Clar.195 a,Cùm forum voce erudita ſpoliatum atq; orbatum videret.Off.7 a,Theſeus filio Hippolyto orbatus.

ORBICVLATVS,a,um.*globoſus*. Epiſt.124 a, Malis orbiculatis eſſe paſti videntur.

ORBIS,bis. *circus, circulus, ambitus, rotundus ambitus.* de Nat. 35 a,Duæ formæ præſtātes ſunt,ex ſolidis globus, ex planis circulus,aut orbis,qui Græcè cyclos dicitur.de Somn. 128 a, Stellæ circulos ſuos orbeſq; conficiunt celeritate mirabili.& ibid. b, Nouem tibi orbibus vel potius globis connexa ſunt omnia.de Nat. 35 a, Circuitus orbium ſolis conuerſionem conficiunt annuam Acade.17 a, Quæ curſu interiore breui conuertitur orbe.I.Piſ.84 a, Cùm illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem.Attic.28 a, Minore ſonitu quàm putâram orbis hic reip. eſt conuerſus. pro Planc.279 a,Stare debemus tanquam in orbe aliquo reip. qui verſetur,&c Orat.210 b, Forma ipſa concinnitaſque verborum conficiat orbem ſuum. Orat.220 a,In Thucydide orbem orationis deſidero.de Fin.29 b, Sententiæ illorum in hunc orbem quem circumſcripſimus, incidere non poſſunt.pro S.R.35 b, Africa tertia pars orbis terrarum.cont.Rull.72 b, Orbis terrarum gentiumq; omnium cognitio.I.V.225 a,Orbem omnium peragraſſe terrarum. pro Dom.253 b,Vir princeps orbis terræ.cont. Rull.71 a, Ager Cāpanus orbis terræ pulcherrimus. I.C.99 a,In hoc orbis terræ ſanctiſſimo grauiſſimoq; conſilio. Epiſt.64 a, Sed ſcito ea quæ nos pro ſalute patriæ geſſimus,orbis terræ iudicio comprobari.de Fat.143 a,Si in ſphæra maximi orbes ſunt,medij inter ſe diuiduntur. * Prognoſt.

*Vt cùm Luna means Hyperionis officit orbi.*

* de Or.161 b. Cùm circuitum & quaſi orbem verborum conficere non poſſent.cont.Rul.71 b, Is orbem terrarum nouis cōſtringit legibus. & 75 a,Cum iſti Decemuiri cum imperio,&c.per orbem terrarum vagabuntur. Tuſ.162 b, Tum in eodem orbe in XII partes diſtributo quinq; ſtellas ferri.de Nat.36 b,Quæ *ſtella* anno ferè vertente ſigniferum luſtrat orbem. ibi. Latitudinem luſtrans ſigniferi orbis.de Vniu.199 a,Hanc omnem coniunctionem, &c. deinde in orbem torſit.de Somn. 128 a, Quem *circulum* vos orbem lacteum nuncupatis.Epi.27 a,Orbis terrarum perturbatio.Attic.35 b,Sic orbem Reipub. eſſe conuerſum,vt vix ſonitum audire, vix impreſſam orbitam videre poſſemus.in Arat.

*His quantum terris confectus pellitur orbis. ( al.connexus.)*

¶ *Orbi,pro orbe.* Cic.de Rep.lib.5 teſte Chariſio,Orbi terrarum comprehenſos.

† Syntaxis. *Orbis & circulus ( plana figura ) ſolidus autē globus. circulus et orbis,pro curſu ſidereo. Orbiū circuitus,id eſt,ſphærarū. Signifer orbis,id eſt,ſignū. Orbis lacteus,id eſt,circulus. Orbē Reip. conuerti.Circuitus & orbis verborū. Orbē oratio habeat. Orbis terrarum. Orbis terrarum.gentiumq;. Orbis omnium terrarum Orbis terræ iudiciū. In ſphæra maximi orbes in medio inter ſe diuidūtur.*

ORBITA,tæ.*rotæ currentis veſtigium.* Att.35 b, Orbis reip.ſic eſt conuerſus,vt vix impreſſam orbitam videre poſſimus.

ORBITAS, tis. *ſolitudo liberorum* de Orat.104 b,Inſtituere aliquem tutorem filiorum ſuorū orbitati. & 143 a,Craſſus deplorauit caſum & orbitatem ſenatus.de Fin.144 b, Bonum liberi, miſera orbitas. Epiſt. 145 a,Conſul es deſignatus maxima orbitate reip virorum talium.* Q fr. 305 a,Illud mœreo,quòd tibi non minorem dolorem illorum orbitas affert,quàm mihi. Sed te incolumi orbi nō erunt.

ORBO,as *priuo ſpolio, nudo.* Acad.16 a Ea philoſophia, quæ confundit vera cum falſis,ſpoliat nos iudicio, priuat approbatione omnibus orbat ſenſibus & 9 a, Ipſumq; animal orbat animo pro Seſt.11 a,Ne victor multis fortibus ciuibus Rempub.orbaret.

ORBOR,aris.pro Mur.144 a,Vt orbetur auxilio Reſpub.

ORBVS,a,um *priuatus,deſertus.* Q fr.305 a, Sed te incolumi orbi non erunt Poſtq.200 a. Reſp.orba conſulis fidem tāquam legitimi tutoris implorauit Epiſt 43 b, Vt tam orba ciuitas tales tutores complecti debeat. pro Flac.157 b,Vſque eò orba fuit ab optimatibus illa concio,vt, &c. de Clar 196 a, Orbæ eloquentiæ quaſi tutores relicti ſumus. de Natur. d. 4 a,Quam philoſophiæ rationem nunc propemodum orbam eſſe in Græcia intelligo. Epiſt.57 a,Itaque orbus ijs rebus omnibus, quibus. &c. Parad.123 b, Hæreditatis ſpes quem nutum non obſeruat locupletis orbi ſenis? de Legib.185 b, Néve plebem orbam Tribunis re inquunto.

† Syntaxis. *Orba ab optimatibus ciuitas : & optimatibus.*

ORCHE-

ORCHESTRA,ſtræ.*locus in theatro,vel ſcena, vbi ſedebant ſenatores*. de Pro.72 a,Piſo iam cum Græcis in Orcheſtra helluatur,antea poſt ſiparium ſolebat.

ORCVS,ci. *Dis pater, Pluto*. de Nat.68 a, Iupirer & Neptunus,ergo etiam Orcus frater. I.Verr. 226 a,Vt Verres alter Orcus veniſſe Ennam,& proſerpinam rapuiſſe videretur. de Fin. 79 a, *Cæcilij*. Mihi ſex menſes ſatis ſunt vitæ,ſeptimum Orco ſpondeo.Tuſc.158 b.Acherontia templa alta, Orci pallida.

ORDINANDVS,a,um.de Inu. 46 b, Tum deniq; ordinandæ ſunt cæteræ partes orationis.de Ora.112 a,Ea mihi videntur in lite ordinanda,& in conſilio dando eſſe poſita. Qu.fr.307 b,Referebatur de prouincijs quæſtorum, & de ordinandis prætoribus. * *aliter ornandis*.

ORDINATE'.*ordenatim*.ad Heren.41 b,Diſtinctè & ordinatè diſponere.

ORDINATIM.*ordinatè,ordine,compoſitè,diſtinctè,ex ordine*. Epiſt.174 a,Ille enim id paſſim,ego ordinatim. Sulpitij. & 50 a,Honores ordinatim petere.*Bruti*.

ORDINOR,aris.*componor,conſtituor,deſignor,digeror,ratione diſponor,in ordinem adducor,vel redigor*. pro Syl. 177 a, Cùm omnia ordinarentur, inſtituerentur, pararentur.

ORDIOR,iris : orſus ſum.*incipio*. de Diuin. 114 a, Itaq; ordiar ab aruſpicina, quam,&c.de Fin.51 b,Vt autem à facillimis ordiamur, prima, &c. de Orat.160 b,Ordiri orationem à pæane.Orat.208 a,Atti. 54 a, Alterius vitæ quoddam initium ordimur. Epiſt.67 a, Dixeras autem mihi te reliquas res ordiri. de Clar.193 a, Hortenſius admodum adoleſcens, orſus eſt in foro dicere. de Orat. 93 a,Craſſus princeps eius ſermonis ordiendi fuit. I. V.225 a,De quo paulo altiùs ordiar,& repetam memoriam religionis. de Clar 66 b,Eloquentia,de qua diſputare ordimur. Oct.329 b,Vt ordiar ab initio,& perducam ad finem.de Fat.140 b, Proinde ordire. I. A. 169 a, Víſne igitur te inſpiciamus à puero? ſic opinor, ordiamar à principio. de Legib.157 b, Ego autem animi pendére ſoleo, cùm quid orſus ſum, ſi traducor alio. de Legib. 158 b, Sed iam ordire explicare quæſo de iure ciuili quid ſentias. ibid. 160 a, Nam ſi hoc non probas, à Deo cauſa ordienda eſt potiſſimùm. pro Mar.136 a,Sed vnde eſt orſa, in eodē terminetur oratió.

† Syntaxis. *Ordiri aliquid à: &, de aliqua re. Vnde eſt orſa,in eodem terminetur oratio.*

ORDO,is. *ratio,diſtributio,diſpoſitio,collocatio,ſocietas*. Att. 84 a, Nec *οἰκονομίαν* meam inſtituam, ſed ordinem conſeruabo tuum.pro Quint.Roſc.45 b,Ordinem conſeruare.Acade. 17 b,Vt præpoſterè tecum agam,mox referam me ad ordinem.Off.29 a, Nam & ordinem ſic definiunt, compoſitionem rerum aptis & accommodatis locis.& 28 b, *εὐταξίαν*,in qua intelligitur ordinis conſeruatio. & ibid. Itaq; videtur eadem vis ordinis & collocationis fore.de Orat. 141 a,Ordo eſt, qui memoriæ maximè lumen affert. de Orat 96 b,Inuenta non ſolùm ordine,ſed etiam momenmento quodam & iudicio diſponere. de Clar. 187 a, Sed ordinem ſequens in memoriam notam & æqualem neceſſario incurro.Orat.218 a,Verborum ordinem immuta, fac ſic,comprobauit filij temeritas.de Diu. 106 b, Fatum, id eſt ordo ſerieſque cauſarum. de Clariſ. 185 a,Vt in ijs perturbem ætatum ordinem. & 166 a, Explicare ordines temporum. Par.120 b,Quicquid peccatur perturbatione peccatur rationis atque ordinis. de Legib 185 a,Mihi verò ordo iſte rerum placet. de Clariſ.189 a,Præcepta, quæ habent ordinem.Academ.29 b.Sed ex ea materia particulas primùm cōfuſas,poſtea in ordinem adductas, ad Her: 18 a, Redigere in ordinem ea quæ inueniemus. pro Q. Roſc.46 a,Hæc *aduerſaria* ſunt deiecta,illæ *tabulæ* in ordinem confectæ.pro Cec.289 a, Eius fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt.Attic.161 a,Domeſtica ordine adminiſtrantur. Part.229 b,Ordine interrogare aliquem. I.V.192 a,Rectè,ordine,è rep.facere aliquid pro Qu.4 b,Rectè atque ordine aliquid factum eſſe. I.V.233 a, Vt quiſque ætate antecedebat,ita ſententiam dicebat, ex ordine.contra Rull.75 b, Quam tu mihi ex ordine de legis ſcripto recita populi Romani auctionem.ad Heren.22 a, Collocare aliquid ex ordine. & 25 b, Item putamus oportere ex ordine hos locos habere. ad Her. 21 b, Si in ordine ſtantes notos quàm plures viderimus. pro Dom. 216 b,Plurima bella Cn.Pompeio extra ordinem ſunt cōmiſſa, & ibid. Negat oportere quicquam vni extra ordinem decerni. de Pro.73 a, Cùm prouinciam extra ordinem decernebant. pro Cluent. 35 b, Iudicem pecuniam ab reo clàm atque extra ordinem accepiſſe.item, Non eſt idem ordo dignitatis & renunciationis, propterea quòd renunciatio gradus habet,dignitas autem eſt perſæpè eadem omnium. de Seneƈt 89 b, Arborum ordines in quincuncem directi.in Salluſt.273 a, Illa pernicioſa ambitio, cuius primos ordines Salluſtius duxit. de Leg. 185 a, Pecunia ciuitatis ordines partiunto.ibid.160 b, Locus certè non deerit,quoniam tenes ordinem rerum. de Vniu. 196 b,Id ex inordinato in ordinem adduxit. I. A. 191 a, Aliquem rectè atq; ordine,exq; rep.feciſſe & facere. I.A. 225 a,Literas Bruti rectè & ordine ſcriptas videri. I. A. 201 a, Qui ordo in ſententijs rogandis ſeruari ſolet eundem tenebo in viris fortibus honorandis. * Oecon. 1,Nihil eſſe pulcrius in omni ratione vitæ,diſpoſitione atque ordine. Hortenſ. Cœli ſignorum admirabilem ordinem inſatiabilemq; pulcritudinem magis ſpectant. de Orator.124 b, Tempus eſſet iam de ordine argumentorum & de collocatione aliquid dicere. de Aruſp.248 a, Vt vix quiſquam arte vlla ordinem rerum ac viciſſitudinem perſequi poſſit. de Natu. 42 a, Vis particeps rationis atq; ordinis. ibid.In quibus nulla temeritas,ſed ordo apparet & artis quędam ſimilitudo.Off.3 b,Quam ſimilitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens,multò etiam magis pulcritudinem, conſtantiam, ordinem in conſilijs factiſque conſeruandum putat.Off.4 a,Aut in omnium, quæ fiunt quæq; dicuntur,ordine & modo *verſatur honeſtum*, in quo ineſt moleſtia & temperantia. & b, Ordo autem, & conſtantia,& moderatio,& ea,quæ ſunt his ſimilia, verſantur in eo genere,&c. His enim rebus, quæ tractantur in vita, modum quendam & ordinem adhibentes, honeſtatem, decus conſeruabimus.

¶ *Hominum cœtus, gradus, grex, natio*. pro Flac. 155 a, Lyſanias adeptus eſt ordinem ſenatorium. pro Dom. 227 b, Proximus eſt huic dignitati ordo equeſter. pro Clu.50 a, & 29 a,Fidiculanus cuius erat ordinis? ſenatorij.Epiſt 3 a, Maximeq; viſi ſumus ſenatum commemorarione tuę voluntatis erga illum ordinem commouere. Off.30 b, Hæ *artes* ſunt ijs,quorum ordini conueniunt honeſtæ.I.V.112 a,Si cuiquam ordini,ſiue oratorum, ſiue pecuariorū, ſiue mercatorum,probatus ſit. Epi. 151 b, Omnium generum atq; ordinum conſenſus.Epiſt 87 b,Tum certè ordinis tui facilè princeps. pro Dom.242 a,Omnes ſocietates,omnes ordines arbitrantur.I.P.98 b,Quid per tuum ſeruulum ordines aſſignati? Att.129 b, Aliter video cenſeri Marcello, & cæteris noſtri ordinis qui hîc ſunt. pro Mil. 102 a,Ampliſſimorum ordinum delecti viri.* Epiſt.112 b,*Cœlij*. Certè inquam abſolutus eſt,me præſente pronunciatum eſt, & quidem omnibus ordinibus,ſed & ſingulis in vnoquoque ordine ſententijs.Epiſt.207 a,Me cùm vniuerſo ordini publicanorum militum ſemper libentiſſimè tribuerim, idque magnis eius ordinis me meritis facere debuerim: tum inprimis amicum eſſe huic Bithynicæ ſocietati: quæ ſocietas ordine, ipſo hominum genere pars eſt maxima ciuitatis.

¶ *Militaris manus*. I. A.156 b, Vir fortiſſimus,qui ordines duxit.

¶ *Gradus in ſubſellijs*. I.A. 169 a, Sediſti in quatuordecim ordinibus,cum lege Roſcia prohibereris.

† Syntaxis. *Ordinem conſeruare,definire. Ordine momento, & iudicio diſponere. Hoc ordinem habet. In ordinem adducere, redigere, & conficere. Rectè,ordine,è Rep.facere. Ex ordine dicebant illi. Habere ex ordine locos. Modus & ordo, honeſtas & decus. Tenere ordinem in legendo. Ordine ſcribere. In ordinem ex inordinato adducere. Ducere ordines.*

ORESTES,tæ. *vir tragœdijs decantatus, Agamemnonis & Clytemneſtræ filius, Pyladis amicus*.de Am.100 b.

ORESTIS,idis *pars Macedoniæ*.der Ar.251 b.

ORICHALCVM,ci. *æris genus, auri colore, ſeu natiuum ſit, ſeu cadmia tinctum*. Off.70 b, Si quis aurum vendens, orichalcum ſe putet vendere. & de Fin. 69 b, in Cod. Germ. *aliter*.

ODRILITIVM.

ORIENS,tis.*ortus*. de Natur.59 a, Qui terras ab Oriente ad Occidentem colunt.

¶ *Naſcens*. Orat.218 b,Oratio,vel oriens,vel media,vel cadens.*oriens.id eſt, prima*.pro Dom.226 b,* Ex quo iudicare poteſtis, quanta vis illa fuerit oriens & congregata, cùm hæc Cn Pomp. tenuerit iam diſtracta & extincta.

ORIGO,inis,*principium,initiū, cauſa, ortus, ſtirps, ſemen, fons, caput,autor*.de Vniu.195 a,Nullius rei cauſa remota, reperiri origo poteſt. de Clar.188 a,Verborum delectum originem eſſe eloquentiæ.de Vniu.196 a, Quæ cauſa impulerit eum, qui hæc machinatus ſit, vt originem rerum & molitionem nouam quæreret. Tuſcu.195 a,Doloris igitur huius origo nobis explicanda eſt.* ad Timæ. Ratione & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum eſt Solis & Lunæ.

*ORINDICVS,a,um.con Rull.76 a,Ager Orindicus.

ORION,onis. in Arato,*Fabula Orionis & Dianæ*.

ORIOR oriris,*naſcor,exorior,in vitam introeo,proficiſcor,maneo*. de Finib 81 a,Sed ipſum à ſe oritur, & ſua ſponte naſcitur. pro Muræn. 140 a, Tu qui ab illo ortus es. de Legib. 169 b, Hoc ſolum in quo tu ortus & procreatus es. de

Vniu.

Vniu.202 a, Vos qui deorum ſatu orti eſtis.de Fin. 141 a, Officia,quæ oriuntur à ſuo cuiuſque genere virtutis.de Orat.124 a,Ea quæ ſunt orta de cauſis.pro Dom.227 a,Sed ne quis oriretur aliquando,qui diceret,&c.

† Syntaxis. *A' ſe oriri, & ſua ſponte naſci. In hoc ſolo ortus & procreatus.Nobilium ſatu ortus,Oriri de.*

ORITHIA,thiæ.de Leg.156 b,Orithiam aquilo ſuſtulit.

ORIVNDVS,a,um. *ortus*. Topic.223 a,Qui ab ingenuis oriundi ſunt.

ΟΡΙΖΟΝΤΕΣ. L.HORIZON.

ΟΡΜΗ,ῆς de Nat.lib.2,Sic natura mundi omnes motus habet voluntarios,conatusque & appetitiones, quas ὁρμὰς Græci vocant.Academ lib.2, Nam aliter appetitio (eam enim eſſe volumus ὁρμὴν) qua ad agendum impellimur, & id appetimus quod eſt viſum. L. APPETITIO, & APPETITVS.

ORNAMENTVM,ti. *honor,dignitas,decus,inſigne,lumen.* Epiſt.64 a,Suſcepiq; mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. I. C. 116 a, In animis ego veſtris omnes triumphos meos,ornamenta omnia honoris,monumenta gloriæ, laudis inſignia condi & collocari volo. de Pro.73 a,Intueor coram hæc lumina atque ornamenta reip.& 74 b,Sed decus illud & ornameutum triumphi minuendum noſtra parſimonia non putaui. ibid.Alij ſine vllis verborum ornamentis dabant *legatos*. I. A.185 b, Flos Italiæ,firmamentum imperij noſtri, ornamentum dignitatis.pro Syl 184 a,Omnia generis inſignia atq; ornamēta occiderūt.de Orat.101 b,Equidem mihi hoc ſubſidium comparaui, non ſolùm ad vſum forenſem, ſed etiam ad decus atq; ornamentum ſenectutis.pro Cecin. 290 a, Falcula decus atq; ornamentum iudiciorum. pro Cor. 63 b, C.Cæſar populum iſtum maximis ornamentis affecit. de Cl.188 b,Illa oratoria ornamenta dicendi. de Orat.119 b, Neminem omnium tot ac tanta,quanta eſſent in Craſſo, habuiſſe ornamenta dicendi.I.A.218 a,Cùm ad nos mitteret Cotylam, ornamētum atq; arcem amicorū ſuorum. pro Mil.108 b, Qu.Hortenſius lumen & ornamentū reip. * cont.Rull.78 a, Prædas ac manubias in vrbis ornamenta in virtute & induſtria poſita lucent.cōt.C.Anton. Spoliatus ornamentis omnibus.Frag.ep.Amplitudinem gloriamq; tuam magno mihi ornamento fore exiſtimo. Incer. Non illos honeſtauit, ſed ornāmenta ipſa turpauit. de Clar 177 a,Nihil ad rationem & tanquam ad artem dirigebat.Verùm multò magis hoc idem in ſententiarū ornamentis & conformationibus. pro Marc.134 b, Quin quaſſata Reſpubl. multa perderet & ornamenta dignitatis,& præſidia ſtabilitatis ſuæ.Att.21 a, Erant ornata hoc ipſo quòd ornamenta neglexerunt. de Inuent.43 b, Qui huic arti plurima adiumenta atque ornamenta ſubminiſtrauit.

†Syntaxis. *Lumen & ornamentum Reip.Decus & ornamentum. Inſignia & ornamenta. Habere ornamenta. Ornamentum & arx iam Roma omnium populorum.*

ORNANDVS,a,um.Orat.206 a,Fuit ornandus in Manilia lege Pompeius,temperata oratione ornandi copiam perſecuti ſumus.Epiſt.134 a,Tibiq; non modò tuendos, ſed etiam ornandos illos viros.& 174 b,De adornando adoleſcente.de Orator. 101,Senectuti verò celebrandæ & ornandæ quod honeſtius poteſt eſſe perfugium,quàm iuris tnterpretatio? I.P.86 a Si minus frequentia ſua veſtrum egreſſum ornando atq; celebrando,&c. perſequebatur.

ORNATE'. *non inornatè, eleganter, politè, non incultè, ſplendidè, luculenter.* de Orat.147 b,Qui diſtincta,qui explicatè,qui abundanter,qui illuminatè & rebus & verbis dicunt,& in ipſa oratione quaſi quendam numerum verſumque conficiunt,id eſt quod dico ornatè. de Fin 95 b,Poteſt id quidem fusè & copiosè, & omnibus electiſſimis verbis grauiſſimisq; ſententijs rhethoricè & augeri & ornari.de Fin. 94 a,Philoſophicas res ornatè dicere velle,puerile eſt. Offic.1 b, Ornate ſplendideq; dicere. pro Cæl.39 a, Ornatè politeq; dicere.de Orat.89 a,Oratoris eſt, compoſitè ornatè, copiosè loqui. Tuſul.176 a, Qui profitentur ſe neque diſtinctè,neque diſtributè,neq; eleganter, neque ornatè dicere.

ORNATVS,tus. *lux verborum, flos orationis.* de Orat.89 a, Ornatus verborum oratoris putandus eſt.& 142 b,Diſtinctio & ornatus oratoris. de Cl. 189 a, Ornatus orationis tanquam veſtis.de Orat.144 b,Quocunque ingreditur *oratio*, eodem eſt inſtructu,ornatuq; comitata. Orat.204 a, Tum remouebitur omnis inſignis ornatus quaſi margaritarum,ne calamiſtri quidem adhibebuntur. & ibid. Collocata verba habent ornatum, ſi aliquid concinnitatis efficiunt,quod mutatis verbis non maneat manente ſententia.de Cl.290 a,Verborū ſententiarumq; illa lumina,quæ vocant Græci σχήματα, quibus tanquam inſignibus in ornatu diſtinguebatur omnis oratio. de Fin. 51 a, Quando enim nobis vllus orationis vel copioſæ vel elegantis ornatus defuit? Orat.209 a,Hæc quaſi lumina magnum afferunt ornatum orationi.de Orator.151 b,Sed ita diſtinctum,vt ſint quaſi in ornatu diſpoſita quędam inſignia & lumina.de Orat,161 b,Ante Periclem litera nulla eſt, quæ quidem ornatum habeat.* I. V.228 a,In ornatu vrbis habuit victoriæ rationem, habuit humanitatis. ibid. In hac partitione ornatus nō plus victoria Marcelli populo Roman.appetiuit,quàm humanitas Sxracuſanis reſeruauit.

¶ *Veſtitus*.Off.13 a,Statuas videmus ornatu ferè militari. pro Cælio 47 b, Si ita ſeſe gereret non inceſſu ſolùm, ſed ornatu atque comitatu.pro Dom. 235 b,Hoc ſimulacrum quidam ad ornatum ædilitatis ſuæ deportauit. de Fin.79 a,Voluptatem pulcerrimo veſtitu,& ornatu regali in ſolio ſedentem. * in Clod. Quem decet muliebris ornatus.Oecon.1,Quibus ad virilem dierum ſolennium ornatum vti ſolemus. de Senect. 89 b, Tum Lyſandrum intuentem eius purpuram & nitorem corporis, ornatumq; Perſicum multo auro,multisq; gemmis dixiſſe. de Orato. 105 a,Sed vide,Craſſe,ne dum nouo & alieno ornatu velis ornare iuris ciuilis ſcientiam, ſuo quoq; eam conceſſo & tradito ſpolies atq; denudes.

† Syntaxis. *Diſtinctio & ornatus. Inſtructus & ornatus eloquentiæ.In ornatu diſpoſita lumina orationis. Ornatum habens oratio.Statua ornatu militari,regali.*

ORNATVS, a, um: tior, ſſimus. *politus, luculentus, excultus, comptus, expolitus, nitens, elaboratus.* I. V.59 b.& de Clar.177 b,Frater tuus lectiſſimus & ornatiſſimus adoleſcens. pro Flac.156 b,Splendidiſſimus atq; ornatiſſimus vir. de Sen. 89 a, Agro bene culto nihil nec vſu vberius, nec ſpecie ornatius.pro Qu,18 a, E' fundo ornatiſſimo deijci.de Orat. 88 b,Homo in dicendo ornatus & grauis.Orat.200 a,Prouincia exercitu & pecunia inſtructa & ornata.de Fin.88 a, Sapiens plurimis & grauiſſimis artibus atq; virtutibus inſtructus & ornatus. pro Pomp. 4 a, Locus ad agendnm ampliſſimus,ad dicendū ornatiſſimus ad Brut.289 a, Imperator honoribus ampliſſimis,fortunisq; maximis,coniuge,liberis, multis affinibus ornatus. pro S.R.37 a,Is terret etiam nos ac minatur tribus prædijs, *hoc eſt*, præmijs ſceleris ornatus.de Orat 89 a,Compoſita oratio & ornata,& artificio quodam & expolitione diſtincta Epiſto.59 b,Cùm tu à me rebus ampliſſimis atq; honorificentiſſimis ornatus eſſes.pro Dom.231 b,A' populo Rom. ſemper ſum defenſus,amplificatus & ornatus.I.a.226 a,Gręcia M.Bruti imperio,autoritate,copijs non ſolùm inſtructa,ſed etiam ornata,dexteram tendit Italiæ. Attic.280.a, Quòd cùm honoribus ampliſſimis à Senatu eſſet Lepidus ornatus. pro Flac.164 a,Sepulcrum L. Catilinæ floribus ornatum eſt. de Natu 45 a Domicilium ornatum ſignis & picturis,inſtructumq; rebus omnibus neceſſarijs. pro Cec.296 b, Armatos verè appellamus, qui ſcutis teliſq; parati ornatiq; ſunt.de Leg 163 a, Muneribus deorum nos eſſe inſtructos & ornatos.pro Pomp.7 b, Domicilia regia omnibus rebus ornata atque referta. de Ar.250 b,Deiotarus clariſſimorum imperatorum teſtimonijs ornatus. pro Mur. 144 a, Reſpub. ſuis præſidijs ornata.pro Syl.191 a,Per quos res eius ſecundæ quondam erant ornatæ,nunc ſubleuantur aduerſæ. Qu.frat. 324 b,Ille à me ſingularibus meis ſtudijs ornatus eſt. * Poſtquam.291 b, Qui veſtris maximis beneficijs honoribusq; ſunt ornati. pro C.Cornel.1.Q.Metelli adoleſcētia ad ſummā laudem omnibus rebus ornata.pro Marc.136 b, Omnibus me rebus à te non conſeruato ſolùm,ſed etiam ornato.I.V.102 b,Homo ornatiſſimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio,copijs.

† Syntaxis. *Exercitu inſtructum oppidum, & ornatum. Locus ad dicendum ornatus.Scelere ornatus.*

ORNO,as. *exorno, diſtinguo, illuſtro, illumino, noto, pingo, vario, ornatum affero, ornamenta congero, ornamento ſum, ornamento afficio, honoro, decoro, honeſto, augeo, amplifico, collocupleto, commodis augeo, laudo, adorno, paro, inſtruo.* de Orator.105 a, Nouo & alieno ornatu ornare iuris ciuilis ſcientiam. Atticar.3 a, Caietam ſi quando abundare cœpero, ornabo. contra Rul 72 b, Deinde ornat *poteſtatem Decemuirorum* apparitoribus,ſcribis,librarijs, præconibus,architectis,præterea mulis,tabernaculis, cenſurijs, ſuppellectili, pro Pomp. 5 a,Qui maximas ædificaſſet ornaſſetq; claſſes.I.Ver 210,Ornare & apparare conuiuium.pro Quint. 17 b, Ornare conuiuium magnificè ſplendideque. I. A. 165 a,Hic non ſolùm meis laudibus me ornat, ſed etiam honorat alienis. Sext. Roſc. 41 b, Non modò non læſi te, verumetiam ornaui.Attic.15 b,Quos ego non ſolùm tuli,ſed ornaui.Tuſc.173 a,Tu verò iſtam artem ne reliqueris,quā ſemper ornaſti: illa enim, ſi verè loqui volumus, te ornauerat.Epiſt.98 a, Si vis,ad me alium mitte, quem ornem.I.Verr.83 a,Ornare aliquem beneficijs omnibus.

Attic.85 b, Ornare ciuitatem beneficijs omnibus. I. C.117 a, Quæ geſſi in conſulatu, priuatus tuebor atq; ornabo. Attic 287 b, Ornare prouincias conſulibus. de Orat.29 b, Mirabilius & magnificentius augere aliquid atq; ornare. Qu. fr.309 a, & Epiſt.25 b, Ornare aliquem veris & diuinis laudibus. Epiſt.142 a, Ornare aliquem inſignibus gloriæ. de Orat.96 a, Veſtire atque ornare oratione res inuentas. * Attic.15 b, Ecce aliæ deliciæ equitum vix ferendæ: quas ego non ſolùm tuli, ſed etiam ornaui.

Ornor, ris. I. A. 238 a, Ornari & exornari ab aliquo. pro Planc 263 b, Tota illa regio ſe huius honore ornari, ſe dignitate augeri putabat. de Cl.179 a, Oratio, in qua autoritas ornatur Senatus. de Orat. 145 a, Quibus orationem ornari & illuminari puto. pro Cluent.20 b, Lectum illum genialem, &c. in eadem domo ſibi ornari & ſterni iubet. † Syntaxis. *Ornare Cæſarem. Rebus ampliſſimis ornatus. Defenſus, amplificatus, ornatus. Telis paratus & ornatus. Regium domicilium ornatum. Præſidijs ornare, ſtudijs aliquem. Aedificare & ornare claſſem. Ornare & apparare conuiuium. Laudibus ornare, & honorare. Res alicuius ornare. Ornare & celebrare ſua frequentia aliquem. Oratione veſtire & ornare. Ornare & illuminare.*

Orandvs, a, um: di, do. Poſtquam. 204 a, Quis poſſit veſtra in nos vniuerſa promerita, non dicam complecti orando, ſed percenſere numerando? Off 60 a, Iudex amicus orandæ liti tempus, quo ad per leges liceat, accômodet. I. V.223 b, Quò liberos adire ne orandi quidem cauſa fas erat *id eſt, in quod fanum.* Tuſc.226 b, Rogandi ſunt orandique, vt, &c.

Oro, as. *rogo, obſecro, obteſtor.* Attic. 170 b, Te etiam atq; etiam oro, vt me tuendum ſuſcipias. Attic.248 b, Orare aliquem pro ſalute alicuius. Att.59 b, Dic oro te clariùs I. V. 128 a, Rogare atque orare aliquem, & obteſtari. pro Plan. 281, Teq; C. Flaui oro & obteſtor, &c. pro S. R.20 a, Quapropter vos oro atq; obſecro iudices, vt &c. Epiſt.166 b, Ego vos P. C oro atq; obſecro, vt, &c. Attic.197 a, Orat multis & ſupplicibus verbis, vt liceat. I. V.260 a, Idque poſtremum parentes ſuos liberi orabant, vt, &c. Qu. frat.290 a, Illud ad extremum te oro & hortor, vt, &c.

¶ *Orationem habeo.* de Clar. 168 b, Nemo vnquam melius vllam orauit capitis cauſam.

† Syntaxis. *Orare litem. Orandi cauſa fanum adire. Rogare, & orare. Cauſam capitis orare. Oro & obſecro.*

Orondicvs, ci. *vrbs.* cont. Rul.76 a.

Oropvs, pi. *oppidum.* Attic. 193.

Orphevs, ei. de Nat.22 b, Orpheum poëtam docet Ariſtoteles nunquam fuiſſe.

Orphicvs, a, um. de Natu 71 a, Sacra Orphica Dionyſio putantur confici & 22, b, Orphicum carmen Pythagorici ferunt cuiuſdam fuiſſe Cercopis.

Orsvs, ſa, ſum. *inceptus.* de Clar. 176 b, Eius collega L. Beſtia bonis initijs orſus tribunatus, triſtes exitus habuit côſulatus. * pro Marc.136 a, Sed vt vnde eſt orſa, in eodem terminetur oratio mea.

Orsvs, ſus. *initia exordium.* de Diu.121 b,

*Augu is vt noſtri Calchantis fata queamus*
*Scire, ratiónę habeant, an vanos pectoris orſus.*

Ortvs, tus. *exortus.* )( *occaſus.* de Diuin.112 a, & 118 b, Sed quid plura? ortum videamus aruſpicinæ. & 127 a, Cùm ortus naſcentium luna moderetur. de L.188 a, Tribunatus, cuius primum ortum inter arma procreatum videmus. de L.160 a, Iuris ortum à fonte repetamus. Off. 5 a, Non ſolùm nati nobis ſumus, ſed ortus noſtri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici. de Leg. 170 a, Cato ortu Tuſculanus fuit, ciuitate Romanus. I. C.115 a, Simulacrum ſolis ortum curiamque conſpiciens. de Vniuerſ.95 b, Quæ ortum habere gignique diximus. & ibid. Mundum nullo ortu fuiſſe generatum. de Natur.35 b, Sol ab ortu ad occaſum commeans. de Inuen.54 a, Signorum ortus & obitus definitum quendam ordinem ſeruant. de Diuin.108 a, Siderum ortus obitusq; cognoſcere. de Diuin.127 b, Ortus occaſusq; ſiderum non fieri eodem tempore apud omnes. de Diuin.127 b, Omnes omnium ortus, quicunque gignantur in omni terra, quæ incolatur, eoſdem eſſe. ibid. Neceſſe eſt ortus occaſusque ſyderum non fieri eodem modo apud omnes.

† Syntaxis. *Ortus naſcentium. Ortus procreatus. Iuris ortum à fonte repetere. Cato ortu Tuſculanus. Ortum id habet ac gignitur. Nullo ortu genitum Ortus & obitus. Ortus, & occaſus.*

Os, oris. *pars animantis, in quam cibus inſeritur.* de Natu. deor. 50 a, Quædam animalia cibum oris hiatu & dêtibus ipſis capeſſunt. de Diuin.96 b, Midæ dormienti formicæ in os tritici grana congeſſerunt. I. P. 82 a, Os fœtidum de Diuin.137 b, Draco cum radicem ore teneret, locutus eſt. ibid.86 a, Neceſſe eſt oſſa obiecta cadere fruſtum ex pulli ore, cùm paſcitur. ibid.102 b, Sic expectabat populus atque ora tenebat. de Clar. 189 a, Nihil non conſideratum exibat ex ore. Orat.209 a, Verbum ex ore nullum niſi elegans exeat. in Vat.29 b, Non putas fas eſſe verbum ex ore exire cuiuſquam, quod non, &c. pro Syl. 180 b, Verbum ecquod vnquam ex ore huius excidit, vnde quiſquã poſſet offendi? pro S. R.41 b, Os ſuum alicui tradere. Attic.17 a, Præbere os alicui ad malè audiendum * Academ. Quem incomptis vnguibus bacchantes aſperoq; ore diſcerpant. de Orat. 123 b, Qui omnes tenuiſſimas particulas atque omnia minima manſa, vt aiunt nutrices infantibus, pueris in os inſerant. Orat. 204 b, Accedit actio, &c, vultu multa conficiens, non hoc, quo dicuntur os ducere in Piſ. 82 a, Cùm iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes. & 90 b, Os vt videam hominis. ibid. Amiſſo exercitu nihil incolume domũ, præter os illud priſtinum tuum retuliſti. I. A.231 b, Ponite ante oculos, &c, furentis introitum Dolabellæ, atque os illud infame, &c. quæ tuliſſe illum fortiter & patienter ferunt. Tuſcul. 199 a. & Epiſtol. 143 a, Quem aſpectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant ſua. de Natu.53 a, Ad hæc omnia percipienda os eſt aptiſſimum, quod adiunctis naribus ſpiritu augetur. Dentibus autem in ore conſtructis manditur cibus. & 54 b, Nares, &c. non ſine cauſa vicinitatem oris ſecutæ ſunt. Iam guſtatus, &c habitat in ea parte oris. de Natur.55 a, Guſtatus præclarè ſeptus eſt. Ore enim continetur, & ad vſum aptè, & ad incolumitatis cuſtodiam. de Nat. 56 a, A pulmonibus arteria vſque ad os intimum pertinet. ibid. In ore ſita lingua eſt. de Diuin, 36 b, Secundum quietem viſus ei dicitur draco, &c. radiculam in ore ferre.

¶ *Cum vi vocum Coràm, Palàm, Conſpectus, Præſentia, Facies.* pro Sext. Roſc. 22 a, Eo tempore Roſcius erat Romæ frequens atque in foro & in ore omnium quotidie verſabatur. I. Verr. a, Quæ palàm in ore atque oculis omnium geſta ſunt. I. Verr 101 a, Iſtius iniquitas tum in ore vulgi & in communibus prouerbijs verſabatur. pro Mil.109 b, Ora omnium atque oculos intuemur. I. C. 11 a, Video, P. C. in me omnium veſtrûm ora atque oculos eſſe conuerſos. Att. 91 b, Tu, cuius mihi os ante oculos ſolet verſari. Orat. 197 b, Vnde illud, vt ex ore aliquo quaſi imago exprimatur. I. V. 76 b, Ora iudicum aſpicere, & os ſuum populo oſtendere. pro Deiot.144 b, In tuis oculis, in tuo ore vultuq; acquieſco. pro Mar.132 b, Te verò, cuius mentem ſenſusque & os cernimus, quibus laudibus efferemus?

¶ *Sermo.* Att. 93.b, Tibi autem valde ſolet in ore eſſe I. A. 227 a, Brutus erat in deſiderio ciuitatis, in ore & in ſermone omnium. de Am.95 b, Sermo, qui tum ferè erat multis in ore. de Cla.179 b, Cui orationi Cæpionis ore reſpondit Aelius. pro Deiot.149 a, Non debebas optimo viro fugitiui ore maledicere. Tuſcul.156 a, Plato quem ex ore tuo admiror. Att.237 a, Deinde habent in ore, nos ingratos. Epiſt.62 a, Habere aliquid ſemper in ore. Tuſcul 174 a, Vigere in ore de Fin. 80 b, Illa ſemper tibi in ore ſunt. Epiſt. 71 b, Conſolatio peruulgata, quam ſemper in ore atq; in animo habere debemus. de Orat.111 a, Studium dicendi niſi acceſſit os, nullum poteſt eſſe. I. A. 188 b, Hanc ſemper habebat in ore prouinciam.

¶ *Introitus, aditus, anguſtia.* I. Verr. 230 a. * Tria ferebantur in orbe terrarum ſigna Iouis, &c. alterum in Ponti ore & anguſtijs. & 241 b, In ipſo aditu atq; ore portus, vbi primum ex alto ſinu ad vrbem ab littore inflectitur, tabernacula carbaſeis intententa velis collocabat. pro Arch.189 b, Vrbem amiciſſimam. Cizicenorum eiuſdem conſilio ex omni impetu regio, ac totius belli ore ac faucib. ereptam eſſe atq; ſeruatam.

¶ *Caput.* I. V. 229 a, Gorgonis os pulcerrimum cinctum anguibus reuellit.

¶ *Impudentia.* I. V.118 b, Noſtis os hominis, noſtis audaciam. pro Qu.14 a, Mihi videtur ore duriſſimo eſſe, qui præſente Roſcio geſtum agere conaretur. Tuſcul. 199 a, Cùm os perfricuiſti. de Or.96 a, Quod tandem os eſt illius patroni qui ad eas cauſas ſine vlla ſcientia iuris audet accedere? Epiſt.129 b, Noſti profectò os adoleſcentioris Academiæ. I. P 93 a, Sed os tuum ferreum ſenatus conuicio verberari noluiſti.

† Syntaxis *Ex ore verbum exiens, excidens. Verſari in ore omnium Palàm in ore & oculis. In ore vulgi & communibus prouerbijs verſari. Conuerſa ora & oculi in oratorem. In oculis, in ore, vultuq; alicuius acquieſcere. In ore & in ſermone omnium. In ore quid eſt ſermo. Ex alterius ore amare aliquem. Quid habes in ore? In ore eſſe, vigere. Orator, niſi accedat os, nullus eſt. Aditus & os portus. Os hominis, id eſt audacia.*

Os, oſſis. de Nat. deor.54 a, Quid dicam de oſſibus? quæ ſubiectã corpori mirabiles commiſſuras habent. de Clariſ. 170 b, Atque vtinam imitarentur nec oſſa ſolùm, ſed etiam ſanguinem. I. Verr. 99 a, Cur hunc dolorem cineri eius atque oſſibus inuſſiſti? & 262 a, * Ex tua calami-

calamitate cineri atque oſſibus filij ſui ſolatium vult aliquod reportare.

† Syntaxis. *Cinis & oſſa, de mortuo.*

Os c e n, inis, *teſte Chariſio, auis auſpicium ore cantuque faciens: omnis auis quæ canit.* de Diu. 105 a, Aues, quæ tum huc, tum illuc volent alites: quæ tum à dextra, tum à ſiniſtra parte canant oſcines. Ep. 83 b, Ex cantu ſiniſtro oſcinis, augurari.* de Augur. Oſcinis. de Nat. 58 b, Aues quaſdam, & alites, & oſcines, vt noſtri augures appellant rerum augurandarum cauſa eſſe natas putemus.

Os c i t a n s, tis. *negligens, ignauus, ſegnis.* de N. 15 a, Iſta quæ Epicurus oſcitans hallucinatus eſt. de Orat. 121 b, Iſta oſcitans & dormitans ſapientia. de Clar. 182 b, Oſcitans iudex. pro Milon. 112, Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis ducis. pro Cl. 32 a, Et eum quod iamdiu nihil quæſierat, triſtem atq; oſcitantem impellit. * pro Q. Gall. Heſterna potatione oſcitantes.

Os c i t a n t e r. *negligenter, indiligenter.* de Clar. 190 b, Tam ſolute egit, tam leniter, tam oſcitanter.

Os c i t o r, aris. *dormito, ocior.* ad Herenn. 35 b, Cùm etiam maiores calamitates impendere videantur, ſedetis & oſcitamini.

Os c v l a n s, tis. de Som. 127 b, Ille me amplexus atq; oſculans flere prohibebat.

Os c v l a t i o, onis. *oſculum.* pro Cæl. 48 b, Si ita ſeſe gereret complexu, oſculatione, &c.

* Os c v l a t v s, a, um. Attic. 254 a, Eum complexus oſculatusq; dimiſerit.

Os c v l o r, aris *ſuauior, ſuauium do.* pro Mur. 145 a, Mater filium ſuũ oſculata eſt. Tuſc. 168 a, Vt eum dormientem oſcularetur. I. V. 222 a, In precibus & gratulationibus, non ſolùm id ſimulacrum venerari, ſed etiam oſculari ſolent. pro Mur. 129 a, Quoniam mihi videris iſtam ſcientiam iuris tanquam filiolam oſculari tuam, non patiar, &c. Ep. 12 a, Inimicum meum ſic amplexabantur, ſic in manibus habebant, ſic fouebant, ſic oſculabantur, &c. Att. 254, Complecti & oſculari aliquem.

Os c v l v m, li. *ſuauium.* Attic. 185 b, Atq; vtinam continuò ad complexum meæ Tulliæ, & ad oſculum Atticæ poſſim currere.* 4. de Repub. Si qua erat famoſa, ei cognati oſculum non ferebant.

Os c i ludi. *id eſt, ruſticani & obſcæni. nam & obſcænum ab oſcis deducunt. Oſci verò Italiæ populi fuerunt.* Ep. 95 a.

Os i m, pro auſim, *Comicorum more.* Attic. 186 b, Quod autem oſim hanc rem. ἐρανον à te. Quod, inquit, auſim ſub tyranno Cæſare viuere, mandatum à te habeo.

Os t e n d e n d v m. ad Her. 10 b, De his primùm partibus oſtendendum eſt: deinde, &c.

Os t e n d o, dis. *demonſtro, doceo, propono, planum facio, declaro, ſignificationem habeo.* de Orat. 97 a, Omnes loci artis inquirentibus nobis oſtendunt ſe & occurrunt. pro Sex. R. 33 a, Os tuum non modò oſtendis, ſed etiam offers. I. V. 76 b, Nec tam nefarijs criminibus, & tam multis teſtibus euictus, ora iudicum aſpicere, & os ſuum pop. Romano oſtẽdere auderet. de Ar. 249 a, Hæc *Mater magna* nobis & ſcelerum indicia oſtendit, & periculorum ſigna patefecit. de Som. 127 a, Hic tu oſtendas oportet patriæ lumen animi, ingenij conſilijq; tui. pro Cec. 287 a, Sicut & viuus multis ipſe rebus oſtendit, & in morte ſua teſtamento declarauit. Ep. 129 b, Et ſi munus flagitare, quamuis quis oſtenderit, ne populus quidem ſolet, niſi concitatus: tamen, &c. *id eſt, promiſerit.* I. V. 217 a, Iſte tum metum, tum ſpem oſtendere. Attic. 2 a, Demonſtraui hæc Cæcilio, ſimul illud oſtendi, &c. Attic. 127 b, De Italia nihil mihi vnquam oſtenderas. Qu. frat. 303 a, Tribuni ſunt nobis amici, conſules ſe optimè oſtendunt, prætores habemus amiciſſimos. * de Am. 114 a, In qua amicitia niſi (vt dicitur) apertum pectus videas, tuumq; oſtendas. de Som. 127 a, Oſtendebat Carthaginem de excelſo & pleno ſtellarum, illuſtri & claro quodam loco.

Os t e n d o r, ris de Vniu. 202 a, Palàm oſtendi. *id eſt, palàm apparere.* pro Arch. 188 b, Si non hic tantus fructus oſtenderetur. Att. 177 a, Cum præſertim ne ſpes quidẽ vlla oſtẽdatur. contr. Rul. 67 a, Cui errato nulla venia proponitur, nõ dubitanti fidele conſilium, non laboranti certum ſubſidium nobilitatis oſtenditur.

† Syntaxis. *Oſtendere ſe, & occurrere, de locis argumentorum. Oſtendere & offerre. Lumen animi oſtendere. Ille ſe optimè oſtendit ſemper. Iam oſtenditur, id eſt, patet.*

Os t e n t a t i o, onis. *venditatio, ſimulatio, vanitas, gloria.* ad Her. 40 a. pro R. P. 128 b, Quod genus tandem eſt illud oſtentationis & gloriæ. de Orat. 139 a, Vitanda eſt ingenij oſtentationisq; ſuſpicio. de Or. 111 b, Et eo magis, quòd nulla mihi oſtentatione videris eſſe vſurus. de Fin. 81 a, In fronte oſtentatio ſit, intus veritas occultetur. cont. Rul. 65 a, Conſul veritate, nõ oſtentatione popularis. Off. 41 b, Qui ſimulatione & inani oſtentatione, ficto non modò ſermone, ſed etiam vltu ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe rentur, vehementer errant. Off. 10 a, Quæ ab oſtentatione proficiſci potius, quàm à voluntate videantur. pro Flacc. 157 a, Vbi illa magnifica & glorioſa oſtentatio ciuitatis? Att. 75 a, Intelligis oſtentationes nunc in diſcrimen eſſe adductas, &c. de Am. 112 a, Virtus venditatio quadã atq; oſtentatio eſſe dicitur. Parad. 124 a, Quæ eſt iſta in commemoranda pecunia tua tam inſolens oſtẽtatio?* ad Her. 40 a, Quę ſingulis diebus efficiat (*al. eſſiciat*) gloria atq; oſtentatione. de Fin. 121 b, Quæ eſt cauſa iſtarum anguſtiarum? Glorioſa oſtentatio in conſtituendo ſummo bono. Tuſcul. 177 a, Qui diſciplinam ſuam, non oſtentationem ſcientiæ, ſed legem vitæ putet.

† Syntaxis. *Oſtentatio & gloria. Veritate, non oſtentatione pius. Simulatio, inanis oſtentatio, ficto ſermone ac vultu. Venditatio & oſtentatio. Inſolens oſtentatio.*

Os t e n t a t o r, oris. *glorioſus.* ad Her. 39 b, Vt ſi velis oſtentatorem pecunioſum deſcribere.

Os t e n t a t v s, a, um. pro Qu. R. 47 a, Pecunia quæ ex liberalitate huius promiſſa ſit & oſtentata. pro Cluent. 22 a, Cùm ei filij recuperandi ſpes eſſet oſtentata.

Os t e n t o, as. *vendito.* Attic. 38 a, Clodius omnibus præ ſe fert & oſtentat Ep. 4 b, Quid enim me oſtentem? qui, &c. & 145 a, Oſtentare prudentiam. ad Heren. 30 b, Hic qui ſe magnificè iactat & oſtentat. ad Her. 15 a, Venditare ingenium, & oſtentare memoriam.

¶ *Minitor.* pro Cluent. 22 a, Illum qui ſibi delationem nominis & periculum capitis oſtentàrat. Epiſtol. 58 a, Cuius *belli* exitus ex altera parte cædem oſtentat, ex altera ſeruitutem.

¶ *Expono, præbeo.* Attic. 11 a, Vt apertè *iudices* iugula ſua pro meo capite P. Clodio oſtentàrint. *id eſt, exponere ſe periculo vitæ.*

¶ *Præ me fero.* cont. Rull. 68 a, Si qui, &c. aliud moliuntur, aliud ſpe ac ſpecie ſimulationis oſtentant.

¶ *Laudo.* cont. Rull. 81 b, Agrum quem vobis oſtentant ipſi concupiuerunt.

¶ *Trado.* pro Marc. 135 b, Huic æternitati inſeruias, huic te oſtentes oportet.

Os t e n t o r, aris. *promittor.* contr. Rull. 68 a, Largitio, quæ verbis oſtentari poteſt, reuera fieri nullo pacto poteſt.

Os t e n t v m, ti. *portentum.* in Verr. 225 b, Cùm magnorum periculorũ metus ex oſtentis portenderetur. de Ar. 145 b, Gaudeo mihi dicendum eſſe de toto hoc oſtento, quod haud ſcio an grauiſſimũ multis his annis huic ordini nunciatum ſit. de Diuin. 105 b, Crœſi filius infans locutus eſt: quo oſtento regnum patris concidit. Epiſt. 123 b, *Cælij.* Scis Appium hic oſtenta facere? * de Diuin 99 b, Oſtentorum exercitatiſſimi interpretes extiterunt. ibid. Qua oſtendũt, portendunt, monſtrant, prædicunt: oſtenta, portenta, mõſtra, prodigia dicuntur.

Os t i a t i m. I. V. 210 b, Nolite expectare, dum ego hoc crimen agam oſtiatim. & 212 a.

Os t i v m, ſtij. *ianua.* Tuſc. 230 b, Solàne beata vita relinquitur extra oſtium limenq; carceris. de N. 93 a, Aſpera arteria oſtium habet adiunctũ linguæ radicibus. de Pet. 211 b, Quæ ſi ſignificant voluntatem eſſe additam parui refert patere oſtium. I. V. 227 b, Inſula in vtriuſq; portus oſtium aditumq; proiecta. pro S R. 29 a, Aperto oſtio dormientes eos repertos eſſe. I. A. 165 b, Qui hanc rem in Cilicia ad oſtium fluminis Cydni confeciſſet. * de Orat. 134 b, Eiq; ab oſtio quærenti Ennium ancilla dixiſſet. pro Pomp. 10 b, Qui modò ante oſtium Tiberinum claſſem hoſtium videbatis, ij nunc nullam intra Oceani oſtium prædonum nauem eſſe audiatis.

† Syntaxis. *Oſtium aſperæ arteriæ. Portus oſtium & aditus. Oſtium Tyberinum. Fluminis oſtium.*

Os t r e a, ſtreæ. de Diu. 115 a, Oſtreis & conchylijs omnibus contingit, vt cum luna creſcant pariter, pariterq; decreſcant. Ep. 107 b, Qui me oſtreis & murænis facilè abſtinebam. * Hortenſ. Solertiam eam, quæ poſſet vel in tegulis proſeminare oſtreas.

Os v r v s, a, um. de Amic. 107 a, Ita amare oportere, vt aliquando ſis oſurus.

Ot i o l v m, li. *otium.* Ep. 113 a, Cùm otioſus ſum, planè vbi delectem otiolum meum, non habeo. Cælij.

Ot i o r, aris. *nihil ago, ceſſo, vaco, otio perfruor.* Off. 63 b, Cùm ſe Syracuſas otiandi cauſa, non negotiandi (vt ipſe dicere ſolebat) contuliſſet.

Ot i o s e. *per otium, vacuo animo.* I. V. 207 a, Contemplari vnumquoq; otioſé. de Fin. 113 b, Tum licebit otioſè iſta quærere. Off 71 b, Otioſè viuere domi.

Ot i o s v s, a, um. *ceſſans, nihil agens, feriatus, vacuus, laxatus curis, otio nimio affluens, qui animo vacuo eſt, ſolutus opere, qui curæ vacat & negotio: qui ſecum eſt, ſecumq;, vt dicitur, viuit: vacans animo,*

*animo, iners, languidus.*) (*operoſus, ſemper agens aliquid, armatus.* de Cl. 165 a, Cùm inambularem in xyſto, eſſemq; otioſus domi. Attic. 199 b, Niſi eris valde otioſus. de Natur. 79 a, Cur non rebus humanis aliquos otioſos deos præfecit? ꝓ Planc. 273 a, Quid dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit negotium nunquam otioſum. Qu fr. 327 a, Idq; perficiam his ſupplicationum otioſis diebus. Epiſt. 142 b, Si otioſum eum reddiderit. Off 52 b, Dicere ſolitum Scipionem accepimus, nunquã ſe minus otioſum eſſe, quàm cùm eſſet otioſus. de Sen. 94 a, Otioſam ætatem & quietam ſine nullo labore & contentione traducere. de Leg. 167 b, Ceſſatio libera atque otioſa. de Sen 87 a, Si verò habet aliquid tanquam pabulum ſtudij atque doctrinæ, nihil eſt otioſa vita iucundius. I. A. 255 a, Otioſus & nihil agens. de Orat. 103 b, Quo in ſtudio hominum ingenioſiſſimorum, otioſiſſimorumque totas ætates videmus eſſe contritas. Offic. 14 b, Sed & facilior, & tutior, & minus alijs grauis aut moleſta vita eſt otioſorum. Offic. 37 a, Spectatoresque ſe præbuerunt otioſos Leuctricæ calamitatis. * pro Marc. 133 b, Quidam non modò armatis, ſed etiam otioſis minabantur.

† Syntaxis. *Nullum tibi negotium eſt otioſum. Otioſus dies ætas. Ceſſatio libera & otioſa. Otioſus, & nihil agens. Ingenioſiſſimorum ſtudio otioſiſſimorum totæ ætates contritæ. Otioſus ſpectator.*

O T I V M, tij. *tempus, ſpacium, vacuum tempus, laxamentum, ceſſatio libera atque otioſa, remiſſio, quies, vacatio ætatis, tranquillitas vitæ, facultas vacui & liberi temporis.* de Orator. 85 a, Et quantum mihi vel fraus inimicorum, vel cauſæ amicorum, vel reſp. tribuet otij ad ſcribendum potiſſimùm conferam. de Orat. 93 a, Non deſpero fore aliquẽ aliquando qui & ſtudio acriore, quàm nos ſumus atque fuimus, & otio ac facultate dicendi maiore ac maturiore exiſtat talis orator, qualem, &c. de Orat. 110 b, Otij fructus eſt non contentio animi, ſed relaxatio. item, Philiſtus otiũ ſuum conſumpſit in hiſtoria ſcribenda. de Or. 114 a, Horũ libros delectationis cauſa cũ eſt otium, lego. & 121 b, Cùm ſe de turba & à ſubſellijs in otium, vt cogitat ſolitudinẽq; contulerit. pro Seſt. 23 b, Quod maximè eſt optabile & bonis & beatis cũ dignitate otium. contra Rull. 87 a, Iſtos quibus otioſi otium fecíſſemus, otioſiſſimos reddam. & ibid. Vos omni ratione otium tenere debetis. Epiſt. 35 a, & 22 b, Pluribus verbis ad te ſcribam. cum plus otij nactus ero. Epiſt. 16 b, Plura ſcribam, ſi plus otij habuero. Epiſt. 201 a, Quamuis enim occupatus ſis, otij tamen plus habes: aut ſi ne tu quidem vacas, noli mihi moleſtiam exhibere de Orat. 98 a, Quoniam tantum habemus otij, quãtum iamdiu nobis non contigit. Part. 229 b, & oro Fl. 147 b, Si tibi eſt otium, & ſi vis. & Offic. 33 b, Et magis etiam tum, cùm plus erat otij. item: Scribendi otium non erat. I. V. 137 a, Ergo tunc cùm bello fugitiuorum tota Italia arderet, Cn Norbanus ſummo in otio fuit. Orat. 154 b, Homines abundantes ocio. & ibid. Græci diffluentes otio. pro Pl. 273 a, M Cato in principio Originum ſuarum ſcripſit, clarorum virorum atque magnorum non minus otij quàm negotij rationem extare oportere. Epiſt. 130 b, Referre ſe in otium. ad Heren. 1 a, Etſi negotijs familiaribus impediti, vix ſatis otium ſtudio ſuppeditare poſſumus, & id ipſum quod datur otij, libentius in philoſophia conſumere conſueuimus de Inu. 42 b, Honeſta ſtudia per otium concelebrata ab optimis viris de Orat. 104 a, Philoſophorum autem libros reſeruet ſibi ad huiuſcemodi Tuſculani requiem atque otium. Epiſt 28 b, Si antea auditum erit otium eſſe in Syria. Att. 188 a, Tantúmne ab re tua eſt otij tibi, vt etiam oratorem legas? de Orat 89 b, Philoſophi in angulis otium conſumunt. de Orat. 86 b, Græci non ſolùm ingenio & doctrina, ſed etiam otio ſtudioque abundantes. de Orat. 121 b, Iſtam oſcitantem & dormitantem ſapientiam Scæuolarum & cæterorũ beatorum otio cõcedamus. de Am. 115 b, In ſtudijs cognoſcendi ſemper aliquid atque diſcendi, remoti ab oculis populi omne otium tempusque contriuimus. * de Orat. 85 a, In otio cum dignitate eſſe poſſent. ibid. Neq; verò nobis cupiẽtibus atq; exoptantibus fructus otij datus eſt ad eas artes, quibus à pueris dediti fuimus, celebrandas, inter nosq; recolendas. de Orat. 110 b, Aut importunum tempus videtur in tanto otio, quod & rarò datur, & nunc peroptatò nobis datum eſt? de Clar. 165 a, Quo tẽpore ætas noſtra tanquã in portum confugere deberet, non inertiæ neq; deſidiæ, ſed otij moderati atq; honeſti cont. Rull. 86 b, Quod ego vobis in hunc annũ Conſul popularis affero, pacẽ, tranquillitatẽ, otium pro Marc. 135 a, Eaq; *Repub.* tu inprimis compoſita ſumma tranquillitate & otio perfruare. Acad 2 b, Quis reprehendet noſtrũ otium, qui in eo nõ modò noſmetipſos hebeſcere & languere nolumus, ſed etiam vt plurimis proſimus enitimur? Tuſ. 248 b, Quid eſt dulcius otio literato? Ep. 16 a, Cùm omnibus nobis in adminiſtranda Republ, propoſitum eſſe debeat cum dignitate otium. & 25 a, Congelaſſe noſtrum amicũ lętabar otio. Att. 146 b, Autor otij. & 147 b, De otio, de pace, de concordia ciuium agi.

¶ *Deſidia.* de Or. 148 a, Homines otio nimio affluentes. Ac. 2 b, Hebeſcere & languere in otio. de N 3 b, Cùm otio lãgueremus. contr. Rull 87 a, Qui propter deſidiam in otio viuunt. Acad. 2 a, Vt nõ multum imperatori ſub ipſis pellibus otij relinquatur. pro Seſt. 8 b, Otium & ſolitudo languorem afferunt hominibus. contra Rull. 84 b, * Illam Campanam arrogantiam atq; intolerandam ferociam ratione & conſilio maiores noſtri ad inertiſſimum & deſidioſiſſimum otium perduxerunt.

† Syntaxis. *Otium ſuũ conſumere in. Si fuerit otium. In otium & ſolitudinẽ ſe conferre. Otium & facultas. Otium cõſumere in. Otioſus otium facio, & otioſiſſimum reddam. Otium habere. In otio eſſe. Literatum otium. Per otium facere aliquid. Requies & otium. Otium & tempus conterere. Otium & ſolitudo. Otium & deſidia. Otio affluere, languere, hebeſcere. In otio viuere deſidem.*

O T R I C V L A N V S a, um. * cont. Rul 81 b, Otriculana tribus. pro Mil. 113 b, Otriculana villa.

O V A N S, tis. *propè triumphans.* Att. 283 b, Vt ouanti introire Cæſari liceret, decreui. de Orat. 126 a, Imperatorem ornatum à ſenatu ouantem in Capitolium aſcendiſſe. ad Her. 26 b, Quo pacto hoſtes ouantes irruerunt in ciuitatem. I. A. 260 b, Heri me ouantem & propè triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulit, domum inde reduxit.

O V I S, uis. *pecus.* de N 56 a, Ouium villis confectis atq; contextis homines veſtiuntur. I. A 188 b, O' præclarum cuſtodem ouium (vt aiunt) lupum. * de N. 58 a, Quid oues aliud afferunt, niſi vt earũ villis confectis atq; cõtextis homines veſtiantur? Quę quidẽ neq; ali, neq; ſuſtẽtari, neq; vllũ fructũ edere ex ſe ſine cultu hominũ & curatore potuiſſent.

O V V M, oui. *ὠόν.* de N 50 a, Anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus. & 52 a, Piſces, vt aiunt, oua cùm genuerunt, relinquunt. Acad. 14 b, Vt ſibi ſint & oua ouorum, & apes apum ſimillimæ. Acad. 15 a, Vidéſne, vt in prouerbio ſit, ouorum inter ſe ſimilitudo? & ibid. Hi cùm ouum inſpexerant, quę id gallina pepeiſſet, dicere ſolebant Nobis ſatis eſt oua illa internoſcere. Nihil enim magis aſſentiri poteſt hoc illud eſſe: quã ſi inter illa omnino nihil intereſſet. Ac. 21 b, Quoniã gallinariũ inueniſti Deliacũ illũ, qui oua cognoſceret. Ep. 138 a, Integrã famẽ ad ouum affero. *prouerbium* * de Nat. 52 a, Facile illa *oua* aqua & ſuſtinentur & fœtum fundunt. Teſtudines autem & crocodilos dicunt cùm in terra par ediderint, obruere oua. ibid. Gallinæ auesq; reliquæ, &c. quàm facilimè oua ſeruentur: ex quibus pullos cùm excluſerint. de Diuin. 136 a Somniaſſe ſe, ouum pendere ex faſcia lecti ibid. Nihílne de vitello? Id enim ex ouo videbatur aurum declaraſſe, reliquum argentum. ibid Nemóne vnquam alius ouum ſomniauit? ibid. Vt ex ouo naſceretur auri ſimilitudo.

## P

P *Muta Latinorum litera: quaſi B duplex.*

P A B V L V M, li *paſtio.* de Diu. 114 b, Extis declarari hoc duntaxat pabuli genus, & earum rerum, quas terra procreet, vel vbertatem, vel tenuitatem. de Sen. 87 a, Si verò habeat ſenectus aliquid tanquam pabulum ſtudij atque doctrinæ, nihil eſt otioſa vita iucundius. Acad. 32 a, Eſt enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio contemplatioq; naturæ. de Ar. 244 a, Quid enim hunc ꝑſequor, pecudem ac beluam, pabulo inimicorum meorum & glande corruptum?

† Syntaxis. *Studij & doctrinæ pabulum. Conſideratio pabulum animi. Pabulum & glans.*

P A C A T V S, ta, tum. *quietus.* de Orat. 87 b, Pacatæ & tranquillæ ciuitates. prò Lig. 137 b, Prouincia pacatiſſima. Antequam. 167 b, Pompeius terra marique hoſtes reddidit pacatos. I. A. 213 b, Huic tali viro poteritne pacatus eſſe Antonius?

P A C H Y N V S, *portus & promontorium in Sicilia.* I. V. 253 b.

P A C I D E I A N V S, ni. de Opt. 244 b, Qu fr 327 a.

P A C I F I C A T I O, onis. *compoſitio, ab armis diſceſſio.* Attic. 106 b, Nulla ſpes pacificationis eſt. Epiſtol. 161 a, Itaque ſapientius feceris, ſi te in iſtam pacificationem non interponas.

P A C I F I C A T O R, oris. *pacis faciendæ arbiter, legatus, deprecator.* Att 7 b, Præpoſitumq; eſſe nobis pacificatorem.

P A C I F I C A T O R I V S, a, um. I A. 140 a, Poſteaquam nos pacificatoria legatione implicatos putant.

P A C I F I C O R, ris. *ab armis diſcedo, pacem cum aliquo facio, efficio.* Attic. 241 b, Seruius pacatus eſt cum librariolo ſuo.

P A C I F I C V S, a, um. Att. 128 a Ecquæ pacifica perſona deſideretur, an in bellatore ſint omnia.

**Pacıſcor**,ris:pactus ſum.*pago,depaciſcor,ſpondeo,deſpondeo, promitto,conſtituo,pactũ vel pactionem facio,pactionem cũ aliquo conflo,fœdus cũ aliquo ferio,cũ aliquo pactionem vel fœdus ſancio.* I.V.155 a, Edictũ ne quis frumentũ de area tolleret,antequam cũ decumano pactus eſſet.in Sal.275 a,Is ne cauſam diceret ſeſtertio duodecies cũ Cæſare paciſcitur. Qu.frat. 323 b,Paciſci prȩmium ab aliquo.de Or.141 b,Dixit ſe dimidium eius ei quod pactus eſſet, pro illo carmine daturum.pro Seſt.15 b,Gabinius Ciliciam ſibi pactus eſt.

**Paco**,cas. *pacificor.* Ep.245 a,Pacare Amanũ,& perpetuum hoſtem ex eo monte tollere, agere perrexi.

**Pactio**,onis *pactũ,conditio,fœdus,promiſſio,deciſio.* de Inu.71 a,Cùm omnes perituri milites eſſent, niſi ad hanc pactionem veniſſent, vtrum ſatius fuerit amittere milites,an ad hanc conditionẽ venire?I.V.162 b,Att.125 a,An cenſes nihil inter eos cõuenire?nullam pactionẽ fieri potuiſſe? Att. 145 b,Si res ad pactionem non venit, longius bellum puto fore. Att.75 a,At eo magis,quod in noſtra prouincia confectæ ſunt pactiones publicanorũ.Poſtq 211 a,Cõſul pactionibus eos ſuorum prȩmiorum obligârat. ibid. 200 b, Cùm duo conſules empti pactione prouinciarũ autores ſe inimicis reipub.tradidiſſent. Qu.fr 296 b, In pactionib. faciendis legem ſpectare cenſoriam pro Quint Roſ.51 b, Flauius de tota lite fecit pactionẽ. ibid 52 b,Non enim ex pactione verborũ, quibus iuſiurandum comprehenditur, ſed ex perfidia, per quam inſidiæ tenduntur alicui,dij immortales hominibus iraſci ſolent. pro Flac.163 a,Quis pactionem fieri coëgit? Ep.227 b,Vt pactiones cum reliquis ciuitatibus conficiat. de Pro.71 a, Facere pactionem cum aliquo de aliqua re.de Ar 253 b,Clodius nefarias cũ multis ſcelerum pactiones ſocietateſq; conflauit. de Pro.72 a, Igitur in Syria imperatore illo nihil aliud actũ eſt, niſi pactiones pecuniarum cũ tyrannis pro Q.R.50 b,Roſcius cũ Flauio de ſua parte fecit pactionẽ. * Parad.125 a,Qui tuas mercedum pactiones in patrocinijs interciſas recordetur. Att.67 a, C.Memmius candidatus pactionẽ in Senatu recitauit, quã ipſe ſuus competior Domitius cum Coſs. feciſſet, vt.ibid. Hæc pactio non verbis, ſed nominibus & præſcriptionibus, multorum tabulis, cùm eſſe facta diceretur,prolata à Memmio eſt.

† Syntaxis. *Ad pactionem venire. Hæc pactio fit. Res ad pactionẽ venit Pactionibus obligari.Pactiones facere, conficere,conflare. De mea parte tecum pactiones faciam.*

**Pactor**,ris. I. V.246 b, En fœderum interpretes,ſocietatis pactores.

**Pactvm**,cti *pactio,conuentum, conuentus,conditio.* Attic.92 a, Pomptinus enim ex pacto & conuento (nam ea lege exierat)iam à me diſceſſerat.I.V.69 a, Manere conditione atq; pacto de Or.118 a,Pacta,conuenta,ſtipulationes,vita deniq; tota cognoſcenda eſt. pro Cec.294 b, Pacti & conuẽti formula. de Vni.70 b,Nullo pacto,nullo modo.de Inu. 70 b, Pactum eſt, quod inter aliquos conuenit. Off.70 b, Pacta & promiſſa ſempér ne ſeruanda ſint, quȩ nec vi,nec dolo malo, vt prætores ſolent dicere, facta ſunt. * Acad. Quónam pacto explicet. ad Heren.9 b, Conſtat ius ex his partibus,&c,pacto & 10 a,Ex pacto ius eſt.ibi. Pacta ſunt, quæ legibus obſeruanda ſunt. ibid. Sunt item pacta,quæ ſine legibus obſeruantur ex conuentu, quæ iuri præſtare dicuntur.de Inu.49 a,Eos alio pacto docere.& 70 b,Quædam genera iuris iam certa conſuetudine facta ſunt.quod genus,pactum,par,iudicatum. Pactum eſt,quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iuſtum putatur, vt iuri præſtare dicatur.

**Pactvs**,a,um. *promiſſus.* Offic.73 b.Vt ſi prædonibus pactum pro capite precium non attuleris. Quint frat.323 b, Magna inuidia ſunt conſules propter ſuſpicionem pactorum à candidatis præmiorũ. pro Seſt.10 a,Pacto iam fœdere prouinciarum. Att.81 a, Deiotari filius, cui pacta eſt Arthabaſdis filia. I. C. 102 a, Scio pactam & conſtitutam eſſe cum Manlio diem. Off.7 b,Cùm triginta dierũ eſſent cum hoſte pactæ induciæ. Attic. 28 a, Si quæ de me pacta ſunt,ea non ſeruantur,in cœlo ſum.

† Syntaxis. *Pacta præſtant legibus,iuri. Ex pacto & cõuentu facere. Conditione & pacto manere. Pacti & conuenti formula. Pactum precium,fœdus. Pacta & conſtituta dies. Pactæ cum hoſtibus induciæ. Quæ de illo pacta ſunt, iam non ſeruantur.*

* **Pacvvianvs**, a, um. ad Her.Tragœdiæ Enniæ & Pacuuianæ.

**Pacvvivs**, uij.*poëta tragicus.* Or 200 a,Omnes apud hũc ornati elaboratiq; ſunt verſus.de Or.106 a,Teucer Pacuuij.

* **Padvs**, i. *fluuius Italiæ.* in L. Piſon. Hic cùm ad Padum Placentiȩ fortè conſediſſet.

* **Paean**,is.*Apollo.*I.V.230 a,Signum Pæanis ex æde Aeſculapij præclarè factum,ſacrum & religioſum non ſuſtuliſti? ibid. Atq; ille Pæan ſacrificijs anniuerſarijs ſimul cum Aeſculapio apud illos colebatur.



**Paean**, nis. *pes in verſu, aut oratione, & hymnus. Græcè παιὰν, ᾶνος.* Orat.218 a,Ariſtoteles pæana,vt optimum probat,à quo diſſentio. de Or. 107 a, Pæanem aut munionem cantare.& Orat.215 b.*aliter,Pæon. παιὼν, ῶνος.* * de Orat.160 a, Probatur ab eodém illo maximè pæan , qui eſt duplex. Nam aut à longa oritur, &c. aut à breuibus deinceps tribus extrema producta atque longa, &c. Atque illi philoſopho ordiri placet à ſuperiore pæane, poſteriore finire. Eſt autem pæan hic poſterior non ſyllabarum numero, ſed aurium menſura, &c. par ferè cretico. de Orat. 161 a, Quos aut choræos , aut heroos, aut alternos eſſe oportebit , aut pæanem illum poſteriorem , quem Ariſtoteles probat. Orat 218 a, Eius æqualis pæan,qui ſpatio par eſt, ſyllaba longior,quàm commodiſſimè putatur in ſolutam orationem illigari,cum ſit duplex.Nam aut è longa & tribus breuibus, qui numerus in primo viget , iacet in extremo:aut è totidem breuibus & longa, in quem optimè cadere cenſent veteres. Ego non planè reijcio : ſed alios antepono.

**Paedagogvs**,gi. *pueri cuſtos.* Att.197 b, Et pædagogi probitas, & medici aſſiduitas , id me ſuſpicari vetat. de Amic. 110 a, Iſto enim modo nutrices & pædagogi maximè erunt diligendi. ad Herenn. 27 a, Conturbatus eſt adoleſcens:nec mirum, cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas verſarentur.

* **Paeon**, nis.vide **Paean**.

**Paestanvs**,a. Att.255, Pæſtanus ſinus.

**Paestvm**,ſti.*oppidum Italiæ.* Att.181 b.

**Paganvs**,a,um. pro Dom.228 a, Nullum eſt in hac vrbe collegium,nulli pagani,aut montani,qui non,&c. *Pagani & Montani,conuenticula erant plebis Romanæ.*

**Pagella**,læ. Ep.25 a, Extrema pagella pupugit me & 179 a, Non imitor λακωνισμὸν tuũ: altera iam pagella procedit.

**Pagina**,næ.*altera folij pars.* Orat.299 b,Etenim,vt ſcis,quaſi in extrema pagina Phædri his verbis loquens Socrates: Adoleſcens, &c. Att.90 a,Quoniam reſpondi tuæ paginæ poſtremæ prima mea , nunc ad primam reuertar tuã. Att. 76 b,Et ſi meam in eo parſimoniam huius paginæ contractio ſignificat. Att. 216 b, Etenim hæc decantata erat fabula,ſed complere paginam volui.Quint.frat.301 a,Cùm hanc paginam tenerem,L.Flauius ad me venit.de Fin.118 a,Vtrum igitur tibi videor,an totas paginas commouere. Ep.258 a, Variè ſum affectus tuis literis, valde priore pagina conturbatus (*al.perturbatus*) paulùm altera recreatus. Attic. 89 b, Reſpondebo primùm poſtremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ moleſtiæ fuit. * Ep.222 a,Quàm me cõturbatum tenuit epiſtolæ tuæ prior pagina.

**Pagınvla**, læ. * Attic.59 b,Vt non minus longas iam in codicillorum faſtis futurorũ conſulum paginulas habeat quàm factorum.

**Pago**,pagis, pepigi, vel pegi, pactum. *paciſcor.* pro Qu.R. 49 a,Dic pactionẽ feciſſe non pepigit. ad Her. 10 a,Ex pacto ius eſt, ſi quid inter ſe pepigerunt, ſi quid inter quos conuenit.I.P.87 a,Obtinuiſti prouinciam ijs finibus,quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat. Offic.70 b,Nec ab eo qui cum pepigerat, impetret, vt,&c. de Leg.167 b,Requiri placet terminos,quos Socrates pegit, (*al.pepigerit*) ijsq; parére.ad Her. 10 a,Rem vbi pagunt, oratione pagunt.

**Pagvs**,gi.*villa,curiæ.* Qu.de Pet.209 a,Collegium omnium pagorum,vicinitatum.

**Pala**,læ.*annuli pars plana & latior,in qua vel gemma includitur, vel ſignum aliquod inſculpitur.* Offic. 59 b, Is cùm palam annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipſe autem omnia videbat.

**Palaemon**,onis.de Nat.67 a.

**Palaestra**,ſtræ. *gymnaſium.* de Inu.62 a,Illi ſtatim hominem duxerunt in palæſtram , atq; ei pueros oſtenderunt multos , magna præditos dignitate. Orat. 198 a, Palæſtra adiuuat hiſtrionem Orat.215 a,Numerus quaſi quandam palæſtram & extrema lineamenta orationi attulit. Orat. 219 a,In quo non motus hic habeat palæſtram quandam. de Orat. 91 b, Sed palæſtræ magis & olei,quàm huius ciuilis turbæ atq; fori. Att 25 a, Palæſtra Palatina.ad Heren. 38 b,Non enim vt in palæſtra , qui tædas cadentes accipit, celerior eſt in curſu continuò quàm ille qui tradit: ita melior imperator nouus qui accipit exercitum , quàm ille qui decedit: propterea quòd defatigatus curſor integro facẽ, hic peritus imperator imperito exercitũ tradit. * I.V. Vt ſtatuas in palȩſtra deberet ponere. I.V.116 a,Quod eã *hæreditatem* palȩſtra commiſiſſe dicant.I.V.117 b,Paleſtræ Syracuſanorum , hoc eſt, Syracuſanis , poſſeſſio traditur. de Leg.157 a, Habuit vires agreſtes ille quidem atq; horridas,ſine nitore ac palæſtra.

† Syntaxis. *Numerus quaſi palæſtram orationi addidit. Motus hic habet palæſtram. Hic habet palæſtræ multum, & olei.*

**Palaesrrice**. *palæſtritarum more.* Opt. 243 b, Palæſtricè ſpaciari in xyſto.

**Palaestricus**, a, um. I. V. 119 b, Nunquam vos prætorem tam palæſtricum vidiſtis. Offic. 26 b, Nam palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores.

**Palaestrita**, tæ. I. V. 115 b, Faciemus vt palæſtritæ negent ex teſtamento eſſe poſitas. cont. Rull. 86 b, Quod ego vobis in hunc annũ conſul popularis affero, pacem, tranquillitatem, odium. Ep. 16 a, Cùm omnibus nobis in adminiſtranda Repub. propoſitum eſſe debeat cum dignitate otium. Ep. 25 a, Congelaſſe noſtrum amicũ lætabar, otio. Attic. 146 b, Autor otij. & 147 b, De otio, de pace, de concordia ciuium agi: petant hæreditatem, quòd eam palæſtræ commiſiſſe dicant. I. V. 116 a, Vt quamprimum agere incipiant palæſtritæ, hominemque id ætatis minimè litigioſum quàm tumultuoſiſſimè adoriantur. ibid. Vt ſibi cum palæſtritis, hoc eſt, cum populo Syracuſano, æquo iure diſceptare liceat. I. V. 118 a, Eripe hæreditatem propinquis: da palæſtritis.

**Palàm**. *manifeſtè, apertè, in conſpectu, in oculis omnium, in ore atq; oculis omnium.)* (*.clàm, per præſtigias, ex inſidijs, obſcurè.* in Verr. 115 a, Quæ in foro palàm Syracuſis in ore atque oculis omnium geſta ſunt. pro Cæl. 41 b, Palàm in eum tela iaciuntur, clàm ſubminiſtrantur. Poſtqu. 296 a, Cuius primum tempus ætatis palàm fuiſſet ad omnes libidines diuulgatum. I. P. 84 a, b, Cùm arma in templum Caſtoris luce ac palàm comportarentur. in Piſon. 98 a, Stipendium militibus numeratum eſt, menſis palàm propoſitis. I. A. 197 b, M. Antonius palàm ſecum habuit armatos. item: Non per præſtigias, ſed palàm totum oppidum compilauit. Offic. 79 b, Luce palàm in foro ſaltare. pro Mil. 106 a, Palàm agere cœpit, apertè dicere, occidendum Milonem. I. P. 81 b, Mitto enim domeſtica: hæc commemoro, quæ ſunt palàm. pro Flacc. 160 a, Quæſitum & prolatum palàm non negas. Poſtq. 208 a, Nondum palàm factum erat concidiſſe rempublicam, cum, &c. Orat. 200 a, Non ex inſidijs, ſed apertè ac palàm facere aliquid. I. V. 69 b, Apertè palamque dicere aliquid. Attic. 257 a, Octauius rem gerit palàm. Attic. 210 b, Credo enim palàm factum eſſe. pro Cluent. 22 a, A. Aurius in foro palàm, multis audientibus & clariſſima voce, nomen Oppianici delaturum eſſe teſtatur. Academ. 4 a, Alterum quidem palàm, alterum obſcuriús. Epiſtol. 2 a, Is palàm ſic egit cauſam tuam, vt, &c. I. V. 249 a, Palàm ante oculos omnium eſſe. Attic. 210 b, De Panſa etiam, ſi quid certius: credo enim palàm factum eſſe.

† Syntaxis. *Palàm, in ore, oculis. Luce & palàm. Non per præſtigias, ſed palàm. Non ex inſidijs, ſed apertè & palàm.*

**Palamedes**, dis. *dux Græcus, in bello Troiano indignè proditus.* ad Her. lib. 2, & Top.

**Palatinus**, a, um. Att. 25 a, Palæſtra Palatina. pro S. R. 21 b, Ad balneas Palatinas. pro Dom. 223 a, Vt etiam Palatinam linguam tuam perderent.* pro Cæl. 41 a, Conduxit in Palatio donum.

**Palatium**, tij *mons Romæ.* pro Dom. 233 b, Hanc In Palatio atque in pulcherrimo vrbis loco porticum eſſe patiemini? Anteq. 196 b, & de Nat. 72 a, Iouis Statoris templum à Romulo in Palatij radice eſt collocatum. pro S. R. 49 a, Alter tibi deſcendit de Palatio & ædibus ſuis. I. C. 97 b, Nihílne te nocturnum præſidium Palatij mouet? * pro Cæl. 41 a, Conduxit in Palatio domum.

**Palatus**, ti. *pars oris interior, ſuperiorq́;, in qua ſenſus eſt guſtatus. Alij autores palatum genere neutro vſurpant.* de Finib. 69 b, Nec enim ſequitur, vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. de Finib. 71 a, Voluptas, quæ palato percipitur, quæ auribus. de Natur. 35 b, Epicurus dum palato quid ſit optimum iudicat, cœli palatum, vt ait Ennius, non ſuſpexit.

**Palea**, leæ. Parad. 119 a, Auri nauem euertat gubernator, an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inſcitia nihil intereſt. de Finib. 113 a, Gubernator æquè peccat, ſi palearum nauem euertit, & ſi auri. ibid. Itaque aurum paleámve portet *nauis*, ad bene aut malè gubernandum nihil intereſt. * de Finib. 123 b, Maius eſt peccatum in auro, quàm in palea.

**Palilia**, orum. *Feriæ* XIII *cal. Septembris Romæ vrbis natali conſecratæ, vt Varro & Ouidius teſtantur.* L. VINALIA.

**Palinestum**, *vel* **Palimpsestum**, *vel potius* **Palimpsestos**. *charta, ſeu tabula, in qua cùm aliquid ſcriptum eſt, deleri abradique commodè poteſt, rurſusque ſcribi. deletitiam Vlpianus iuriſconſultus vocat.* Epiſtol. 104 a, Nam quod in palineſto, laudo equidẽ parſimoniam: ſed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quàm hæc ſcribere.

**Palinodia**, diæ. *contraria cantio, retractatio.* Attic. 57 b, Sub turpicula mihi videbatur eſſe palinodia. & 105 a, Mihi autem nulla de eo palinodia detur, propter, &c. Attic. 28 a, Quarum expecta diuinam *παλινῳδίαν*.

**Palla**, læ. *veſtis genus, præſertim muliebris honeſta.* I. A. 186 b, Qui cum palla & cothurnis nummos populo de roſtris ſpargere ſolebat.

**Palladium**, dij. *Palladis ſignum.* pro Milon. 107 b, Exhibe quæſo librarium illud legum veſtrarum, quod te aiunt ex medijs armis turbaque nocturna tanquam Palladium ſuſtuliſſe.

**Pallas**, dis. Antequam. 196 b, Tritonia armipotens, Gorgona, Pallas, Minerua. L. GORGONA. in Arat.

*Vt nemo cui ſancta manu doctiſſima Pallas.*
*Solertem ipſa dedit fabricæ rationibus artem.*

Epiſt. 30 b, Idq́; me puto non inuita Minerua eſſe facturũ: quam quidem ego, ſi fortè de tuis ſumpſero, non ſolùm Pallada, ſed etiam Appiada nominabo.

**Palleo**, les *exalbeſco, expalleſco* I. A. 176 b, Sudat, pallet, quidlibet, modò ne nauſeet, faciat, &c. ad Her. 13 b, Neceſſe eſt quoniam pallet, ægrotaſſe.

**Palliatus**, a, um. I. A. 197 a, Græcus iudex modò palliatus, modò togatus. pro R. P. 126 b, Is ſæpe palliatus fuit, & aliqua habuit non Romani hominis inſignia. Qu. frat. 319 a, Deniq; illi palliati, topiariam facere videntur.

**Palliolum**, li. Tuſc. 202 b, Sępe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. *prouerbium.* Cæcilij.

**Pallium**, lij. *amiculum. Pallium propriè Græcorum fuit, vt toga Romanorum.* de Orat. 154 b, Hippias gloriatus eſt, pallium quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet, ſe manu ſua cõfeciſſe. pro R. P. 127 a, Conſularis homo ſoccos habuit & 126 b, Aut pallium ſumendũ Alexandriæ, aut omnes fortunæ abijciendæ, ſi togam retinuiſſet. de Diu. 138 a, Amica corpus eius texit ſuo pallio. de N. 76 b, Dionyſius aureum Ioui detraxit amiculum grandi pondere, eiq́; laneum iniecit pallium. * I. V. 212 b, In hac officina maiorem partem diei cum tunica pulla ſedere ſolebat & pallio. ibid. Qui de iſtius pallio non audierit. I. V. 242 a, Ac per eos dies cùm iſte cum pallio purpureo talarique tunica verſaretur in conuiuijs. & 253 b, Stetit ſoleatus prætor populi Rom. cum pallio purpureo tunicaque talari, muliercula nixus in littore.

**Pallor**, oris. Tuſc. 313 a, Ex quo fit, vt terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus conſequatur. Acad. 13 a, Nihil intereſſet, quî diſtingueretur tremor ille & pallor. pro Flacc. 148 a, Magno cum tremore & pallore aliquid dicere.

**Palma**, mæ. *manus pars interior.* de Fin. 67 b, Zeno rhetoricã palmæ dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat. Orat. 207 a, Cùm autem manum dilatauerat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. Offic. 59 b, Is cum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipſe autem omnia videbat. in Arat.

*Hac dextram Cephei dextro pede pellere palmam Geſtit.* ---

¶ *Eſt item victoria, laus, principatus alicuius rei.* de Orat. 156 a, Si quærimus, quid vnum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda eſt. de Orat. 129 b, Miror te non huius rei palmam, vt cæterarum, Craſſo detuliſſe. I. A. 159 b, Niſi fortè Actio tum plaudi, & palmam dari putabatis. de Cl. 180 a, In quadrigis, qui palmam iam primus acceperit. Attic. 62 b, Ne diutius pendeas, palmam tulit. Anteq. 197 b, Habeant hanc palmam ex innocentis cruore. de Sen. 80 b, Quam palmam vtinam dij immortales tibi Scipio reſeruent. pro S. R. 21 a, Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur. I. A. 233 a, Sexta palma vrbana etiam in gladiatore difficilis. pro S. Roſc. 35 a, Multæ ſunt infames palmę, hęc prima tamen eſt lemniſcata, quæ Romæ (*al. Roma*) deferatur.

¶ *Inſuper arbor nobilis, quæ contra pondus nititur, & potius in alteram curuatur partem: hinc victoriæ, fortitudinisq́; inſigne ſumptum eſt.* de Leg. 156 a, Vlyſſes Deli ſe proceram & teneram palmam vidiſſe dixit. * I. V. 253 b, Nautæ fame coacti radices palmarum agreſtium, quarum erat in illis locis, ſicut in magna parte Siciliæ multitudo, colligebant, & his miſeri perditiq́; alebantur.

**Palmaris**, re. *palma victoriaq́; dignus.* I. A. 208 a. Sed illa ſtatua palmaris, de qua, &c. de N. 6 a, Sed illa palmaris quidem. *ſcilicet ſententia philoſophorum.*

**Palpebrae**, arum. I. P. 88 b, M. Regulus, quẽ Carthaginenſes reſectis palpebris vigilando necauerunt. * de Nat. 54 b, Palpebræ, quæ ſunt tegumenta oculorum molliſſimæ tactu, ne læderent aciem, aptiſſimè factæ & ad claudendas pupulas, ne quid incideret, & ad aperiendas. de Nat. 55 a, Munitæ ſunt palpebræ tanquam vallo pilorum.

**Palpito**, as *palpitare, eſt moueri & exilire, ſed motu frequenti & leni.* de N. 30 b. Cùm cor animantis euulſum ita mobiliter palpitaret, vt imitaretur igneam celeritatem.

**Palpor**, aris. *adulor, blandior.* Epiſtol. 165 b, Palparer, planè neceſſe erat, ſi vellem, &c. *Pollionis.* * *Alij legunt palmarem, alij ſimularem.*

PALTOS, *Syriæ oppidum.* Epiſtol.189 b, Caſſij.

PALVDATVS, a, um. *paludamento ſeu chlamyde ornatus.* I. P. 86 a, Conſul proficiſcens paludatus in prouinciam. pro Seſt. 29 a, Exierunt duo Vulturij paludati. Epiſtol.120 a, Att.16 b, Craſſum minore dignitate aiunt profectum paludatum.

*PALVMBES, i. Eleg.

*Iam mare Tyrrhenum longè penitusq; palumbes Relliquit.--*

PALVS, li. *lignum in terra infixum, & patibuli genus.* I.V.237 b, Damnati producuntur, & ad palum alligantur.

PALVS, paludis. I. A.295 b, Ille paludes ſiccare voluit. cont. Rull. 76 a, Mithridates Mæoti & illis paludibus defenditur. & 80 b, Arenam aliquam aut paludes emere. * Incer. Reatinis tantum paludibus vngulas iumentorum indurari. Poſtquam 202 b, In paludibus demerſus.

PAMPHYLIA *regio in minori Aſia.* in Verr.149, de Diu.80, & Famil lib.8.

PAMPHYLII. *populi, in Aſia.* de Diu.85 b.

PAMPHYLIVS, a. Att.82 a, Forum Pamphylium.

PAMPINVS, ni. *folium vitis.* de Sen.88 a, Vua veſtita pampinis, nec modico tepore caret, & nimios ſolis defendit ardores. * Tuſcul.162 b, Vites lætificæ pampinis pubeſcere *Poëtæ.*

PAN, nis, *paſtorum deus.* Verg. in Buc.

*----Pan curat oues, ouiumq; magiſtros.*

de Natur. 79 b, Ex Mercurio & Penelopa, Pana natum ferunt.

PANATHENAICVS, *Iſocratis oratio de rebus geſtis Athenienſium: ſic appellata à ludis Quinquatrijs, quæ Panathenæa vocabantur.* Orat. 200 b, Panathenaico Iſocrates ea ſe conſectatum fatetur.

PANCHRESTVS, a, um. *optimus, vtiliſsimus.* I. V.181 b, Panchreſtum medicamentum.

PANDO, dis. *aperio.* Tuſc.243 a, Alia autem diuina illa longè lateq; ſe pandant, cœlumq; contingant. *id eſt, bona animi.* Tuſc.211 a, Quærebam igitur, vtrum panderem vela orationis ſtatim, an, &c. Tuſc.174 b, Quò vtinam paſſis velis peruehi liceat. in Ar.

*---omnis iam panditur hydra.* & ibid.

*Non ſecum medium pandet Nepa, &c.*---L. PRAEPANDO.

PANEGYRICVS. *laudatio, vel ſuaſio, vel concio in conuentu habita.* Orat. 200 a, Tales ſuaſiones, qualem Iſocrates facit Panegyricum.

ΠΑΝΗΓΥΡΙΣ. *conuentus.* Attic.8 b, Erat in eo ipſo loco illo die nundinarum πανηγυρις.

PANGENDO. Att.30 b, De pangendo quod me adhortaris, fieri nihil poteſt.

PANGO, is. *compono, condo, ſcribo.* Ep.263 b, An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. * de Leg.167 b, Requiri placere terminos, quos Socrates pepigerit.

PANGOR. Att.26 a, * Itaq; ἀνέκδοτα à nobis, quæ tibi vni legamus, Theopompino genere, aut etiam aſperiore multo, pangentur.

ΠΑΝΙΚΟΝ, *inanis metus.* pro Cæl.45 a, Att 351 a. De Ventidio πανικὸν puto. & 223 a, Πανικὸν certè: ſcripſiſſes enim.

PANIS, nis. I. P.94 a, Piſtor domi nullus: nulla cella, panis & vinum à propola atq; de cupa. pro Cl 53 a, Oppianicum veneno eſſe necatum, quod ei datum ſit in pane. & Tuſc. 147 a, Cùm Ptolemæo peragranti Aegyptum comitibus non conſecutis cibarius in caſa panis datus eſſet, nihil viſum eſt illo pane iucundius.

PANISCVS, ſci. de Nat 68 a, Nymphæ deæ, Paniſci & Satyri. de Diu.85 a. & 118 b, In Chiorum lapidicinis ſaxo diffiſo caput extitiſſe Paniſci.

PANNOSVS, a, um. *malè veſtitus, ſordidatus.* Attic.56 b, Pauci pannoſi, ſine laterna.

PANORMITANVS. I.V.132 b.

PANORMVS, *vrbs Siciliæ.* I.V.121 b, Att.119.

PANTHERA, ræ. *beſtia maculoſa, cuius mas, pardus appellatur.* de Nat 18 b, Leones & pantheras eſſe. & 51 a, * Auditum eſt pantheras, quæ in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere; quo cùm eſſent vſæ, non morerentur.

PAPHLAGONIA, *regio.* contra Rull.62.

PAPHOS, *vrbs* I. A.168.

PAPHII, *populi.* Epiſt.122.

PAR, ris. *parilis, æqualis, æquus, ſimilis, ſocius alicuius rei.* de Inu. 70 b, Par eſt, quod inter omnes æquale eſt. Orat.298 a, Oratio par & æqualis rebus ipſis. de Natur.57 a, Vita beata par & ſimilis deorum. Orat.218 a, Iambus par chorei: ſed ſpacio par, non ſyllabis. Parad.230 a, Ex comparatione parium. de Orat.124 a, Ex pari, ſic, &c. Topic.222 b, Quod in re pari valet, valeat in hac, quæ par eſt. de Leg.188 a, Omnia infima ſummis paria fecit. de Nat.12 a, Vt omnia omnibus, paribus paria deſpondeant. ἰσονομία. de Orat. 160 a, Paria eſſe debent extrema primis. de Orat.162 b, Aut quæ paribus paria referuntur. Epiſt.15 a, Par pari referre *prouerbium.* de Inuent.62 b, Si par in nobis atq; in illo ſcientia fuiſſet. de Cl 168 b, Omnia fuiſſe in Themiſtocle paria & Coriolano. de Orat.91 b, Virtutes ipſas eſſe inter ſe æquales & pares. & 105 b, Conſtituere duas artes inter ſe pares, & eiuſdem ſocias dignitatis. de Cl.184 b, Quędam ſunt mihi paria cum illo, quædam ſuperiora. ad Her. 7 a, Si non poterit par vitium cum cauſa reperire, reperiat diſpar. Orat.200 b, Vt verba verbis quaſi dimenſa & paria reſpondeant. de Amic. 109 a, In amicitia ſuperior, par eſt inferiori. I. A.159 a, Libertate eſſe parem cũ cæteris, principem dignitate. de Finib.66 b, Verbum Latinum par Græco, & idem valens. Ep.60 a, Mutuus animus in amicitia eſt, cùm par voluntas accipitur, & redditur. Tuſc.148 a, Reſpondere ſuis maioribus, & parem eſſe eiſdem. Ep.66 b, In reliquis rebus tuis pari me ſtudio erga te, & eâdem voluntate eſſe cognoſces. Ep.204 a, Pro pari inter nos & mutua beneuolentia. Att.262 a, Tua voluntas erga me par atq; mutua. Aca. 9 b, Stellarum numerus par an impar ſit, neſcitur. & 224 a, Officia paria & mutua. Att.88 b, Habes ad omnia, non vt poſtulaſti, χρύσεα ἀντὶ χαλκείων, ſed paria paribus reſpondimus. Attic.156 b, Si quid cui debetur, vt ſit vnde par pari reſpondeatur. pro Pl.264 b, Aliquis alicui omni virtute & laude par. Parat.117 b, Reges ſunt omnes pares inter ſe, præter Superbum. de Orat.106 a, Eſſe parem alicui belligerando. de Orat.90 b, Poëta oratori multis ornandi generibus ſocius, ac penè par. Offic. 25 a, Aequo & pari iure cum cæteris viuere. de Nat.60 a, Neq; enim mihi par ratio cum Lucilio eſt, ac tecum fuit. pro Cæl.55 a, Ingenium minimè voluntati par. de Diu 81 a, Cratippus, quem ego parem ſummis Peripateticis iudico. pro Planc.271 b, Honorum gradus ſummis hominibus & infimis ſunt pares, gloriæ diſpares. pro Lig.141 a, Mihi omnia paria cum illo ſunt. de Leg.193 a, Noxiæ pœna par eſto. Attic.130 a, Nos diſiecta manu, pares aduerſarijs eſſe non poſſumus. Att.130 b, Diſtracti pares aduerſarijs eſſe non poſſumus. pro Pomp.14 a, Hi nullo in loco pares iam prædonibus eſſe poterant. de Sen.78 a, Pares cum paribus, veteri prouerbio, facillimè congregantur. de Orat.128 a, Inuident autem homines paribus & inferioribus, ſed etiam ſuperioribus inuidetur. ad Her.36 b, In æquos & pares faſtidioſus. I. P.81 a, Qu. Metellus, cuius, paucos pares hæc ciuitas tulit. Poſtquam.207 b, Tu es auſus in circo Flaminio productus cũ illo tuo pari dicere, te ſemper miſericordem fuiſſe? Att.260 a, Duo pares æquè inter ſe. de Am.98 b, Ex omnibus ſeculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorũ. pro Dom.218 b, Quod enim par amicitiæ fuit vnquã in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos ego & Pompeius? pro Dom.237 a, Atq; hanc rem, par illud ſimile Piſo & Gabinius vidit. I. P.85 b, Vter periſſet in eiuſmodi pari, lucrũ fieri putabat. de Opt.244 b, A me Gladiatorũ par nobiliſſimũ inducitur. I. A.229 a, T. Plancus, cæteriq; pares id agunt. in Ant. 230 b, Ecce tibi geminum in ſcelere par inuſitatum, &c. de Clar. 175, Gracchus ſi vixiſſet, eloquentia neſcio an habuiſſet parem neminem. I.V.118 a, Scyphornm paria complura, &c. Verri data eſſe.

PAR EST. *decet, æquum eſt.* de Diu.132 a, Caſum prælij omnes timebamus, ſed ita vt conſtãtibus hominibus par eſt, non apertè. pro Mur.127 a, His rebus fretum ad conſulatus petitionem aggredi par eſt. Att.143, Dubito, quid me facere par ſit. de Am.111 a, Par eſt autem, primùm ipſum eſſe bonum, deinde, &c. Epiſt.179 b, Quibus tu, vt par erat, reſtitiſti. I. V.237 a, Statim, vt par fuit, comprehenſi ſunt. pro Rab. 97 a, Quod ei præmium dari par fuiſſet? Orat. 197 a, Sed par eſt, omnes omnia experiri. Att.246 b, Tt verò quicquid erit quod me ſcire par ſit, ſtatim, &c. Offic.50 b, Sic par eſt agere cum ciuibus. de Leg.171 b, Ex quo intelligi par eſt, eos qui, &c.

† Syntaxis. *Par & æquale. Par & ſimile. Par alicuius. Hoc mihi par tecum eſt. In ijs omnia paria. Inter ſe paria. Dimenſa & paria verba. Par eſſe alicui. Par & mutua beneuolentia. Paria paribus referre, reſpondere. In differendo par non ſum. Aequo & pari iure viuere. In æquos & pares faſtidioſus. Pares æquè inter ſe. Quid facis cum illo tuo pari? Amicorum paria duo. Par amicitiæ coniunctiſſimum, Cæſ. & Brutus.*

PARABILIS, le. *paratus, facilis inuentu & paratu.* de Finib. 58 b, Ipſa natura diuitias, quibus contenta eſt, & parabiles & terminatas habet. Tuſcul.246 b, Diuitias naturæ parabileis.

PARADOXA. Acad.31 b, Illa mirabilia Stoicorum, quæ παράδοξα nominantur. Parad.116 a, Quæ quia ſunt admirabilia, contraq; opinionem omnium, ab ipſis etiam παράδοξα appellantur. tentare volui, poſſéntne proferri in lucem, id eſt, in forum, & ita dici vt probarentur. Acad.34 b, Illa verò ferre non poſſum, non quòd mihi diſpliceant:

ſunt enim Socratica pleraque mirabilia Stoicorum, quæ παράδοξα nominantur. Sed vbi Xenocrates, vbi Ariſtoteles iſta tetigit? de Finib. 123 a, Hæc παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus. Quid autem habent admirationis cùm propè acceſſeris? Parad. 116 b, Eoq; ſcripſi libentiùs, quod mihi iſta Paradoxa, quæ appellantur, maximè videntur eſſe Socratica, longeq; veriſſima.

PARALYSIS, ſis. *reſolutio neruorum, vt Corn. Celſus interpretatur.* Att. 257 b, Quid eſt, quod audiui de Bruto? Pyliam πειρῶξ παραλύτα, te ſcripſiſſe aiebat.

* PARANDVS, a, um. pro Planc. 272 a, In mancipijs parandis, &c. ferre moleſtè ſolemus.

PARASITVS, ti. *menſarum aſſecla.* de Amic. 114 b, Aſſentatio paraſitorum in comœdijs faceta videtur. Epiſtol. 14 b, Dixi me facere quiddam, quod in Eunucho paraſitus ſuadeat militi.

PARATE`, tius, *aduerbium.* de Clar. 187 a, Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quàm paratè. de Orat. 97 a, Quamobrem in iſtis ipſis exercitationibus, etſi vtile eſt etiam ſubitò ſæpe dicere, tamẽ illud vtilius, ſumto ſpacio ad cogitandum, paratiùs atq; accuratiùs dicere.

PARATVS, a, um: ior, ſſimus. *inſtructus, armatus, promtus, expeditus, præſtò.*)(*.imparatus.* I. V. 61 a, Quo paratior ad vſum forenſem promtiorq; eſſe poſſem. & 67 b, Paratus atque inſtructus ad iudicium venit. pro Quin. 7 a, Cùm paratus meditatusque veniſſes. I. V. 112 ad Heren. 26 b, Paratior inſtructiorque veniret. de Nat. 60 a, Spero te, vt ſoles, bene paratum venire. I. A. 183 a, Antonius inſtructus paratusq; venit. de Orat. 88 a, Gracchi omnibus vel naturæ vel doctrinæ præſidijs ad dicendum parati. de Orat. 119 a, Quos locos multa commentatione ac meditatione paratos atque expeditos habere debetis. Orat. 198 b, Alij ad permouendos animos inſtructi & parati. pro Cecin. 288 a, Paratus ad hoc munus. de Clar. 178 a, Prompta & parata in reſpondendo celeritas. Tuſcul. 220 a, Fortitudo ſatis eſt inſtructa, armata, parata per ſeſe. de Orat 123 b, Vt habeant paratum, quid quaque de re dicant. Q. de Pet. 208 a, Ijs fac, vt propoſitum ac paratum auxilium tuum eſſe videatur. de Clar. 177 b, Q. Scæuola in iure paratiſſimus. & ibid. a, Non ſatis paratus ad cauendum fui. pro Milon. 1106 a, Homo ad omne facinus paratiſſimus. de Amic. 114 b, Cùm alter ad mentiendum paratus eſt. contra Rull. 82 a, Ad vim promtus, ad ſeditionem paratus, expeditus ad cædem. Offic. 44 a, Deinde conſuetudine beneficentiæ paratiores erunt, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. & ibid. ad idem ſemper expectandum paratior. pro Seſt. 10 b, Conſenſu bonorum omnium tam parato, tota denique Italia ad omnium contentionem expedita. pro Qu. 2 a, Si id, quod parati ſunt facere, mihi nocuerint. Epiſtol. 69 b, Paratus contra fortunam. Epiſtol. 120 a, Paratus ab exercitu. & 148 a, Paratus ab omni re. & 148 b, & 174 a, Paratus animo. de Attic 105 a, Cum bene parato pugnare. ad Attic. 138 a, Domitius paratus ad nauigandum. ad Attic. 149 a, Ego hunc paratum video peditatu, equitatu. de Leg. 183 b, Sed fuit hic vir & ciuis, & reip. maximè, tuendæque ciuitatis paratiſſimus. * de Natur. Faber materia vtitur, quæ ſit parata. ibid. Quam *materiam* haberet paratam. I. V. 62 a, At venit paratus cum ſubſcriptoribus. ibid. Omnibus rebus is, qui princeps in agendo eſt, ornatiſſimus & paratiſſimus eſſe debet. & b, Ex quibus alieniſſimis hominibus ita paratus venis, vt tibi hoſpes aliquis ſit recipiendus.

† Syntaxis. *Paratus atq; inſtructus. Paratus & meditatus. Paratus & expeditus. Prõptus & paratus. Inſtructus, paratus, armatus. Propoſitum & paratum auxilium. In iure is paratiſſimus. Facere paratus. Ab exercitu paratus, ab omni re, animo ad. Paratus vrbis tuendæ, adijce animum Lector.*

PARCAE, arum. de Nat. 68 b, Parcæ deæ ſunt, quas Erebo & Nocte natas ferunt. item: Parcę Heſperides: ſorores Aetheris & Diei.

PARCE`. *reſtrictè, ſobriè, continenter.* Epiſt. 16 b, Etenim id feci parcè & molliter. Offic. 21 b, Parcè, continenter, ſobrieque viuere. de Finib. 73 a, Nec cur id tam parcè tamque reſtrictè faciant, intelligo. Epiſt 85 a, Scripſi de te parcè & timidè. ꝑ Mur. 131 a, Itaq; ſi ſatis profeciſſem, parciùs de eius laude dicerem.

† Syntaxis. *Parcè, continenter, ſobriè viuere.*

PARCENDVM. de Orat. 130 b, Parcendum eſt maximè charitati hominum, ne temerè in eos dicas, qui diliguntur. de Orat. 158 a, Auribus conſuetudiniq; parcendum.

PARCITVR. I. A. 172 a, Omnes mihi cenſebant parci oportere.

PARCO, cis. *ignoſco, concedo, remitto, condono, veniam do, tempero, impunitatẽ do, impunitũ ſcelus fero.* ꝑ Quin. 9 b, Viri boni malunt commemorare, ſe cùm perdere poſſent, peperciſſe, quàm cùm parcere poſſent, perdidiſſe. Ep. 56 a, Cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus eſt amicus, qui ei mortẽ afferret. Parcere alicui ſcelerato. *id eſt, ignoſcere.* de Or. 129 a, Craſſus parcebat aduerſarij dignitati, in quo ipſe ſeruabat ſuã. Or. 205 a, Parcet & amicitijs & dignitatibus. I. V. 228 a, Itaq; Marcellus ædificijs omnibus pepercit. Ep. 207 a, Te rogo, vt Albinio parcas, & prædia eius ne attingas. de Ar. 257 b, & pro Cl. 53 a, b, Quis minus vnquam pepercit hoſtium caſtris, quam hic omnibus corporis ſui partibus? pro Pl. 277 b, Ego fateor, quòd viderim mihi auxilium nõ deeſſe, idcirco me illi auxilio peperciſſe. Ep. 258 a, Te rogo, ſumtui ne parcas vlla in re. Ep. 215 a, Sed tamen non parcam operę. Ep. 179 b, Quem cũ obiurgarem, quòd parum valetudini parceret, tum ille, &c. I. V. 128 a, Pater flens vnumquenq; rogabat, vt filio ſuo parceret. Att. 117 b, Nec ſum miratus eum, qui caput ipſum reliquiſſet, reliquis membris non parcere. pro Cæl. 46 b, Parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam. pro Rab. 92 a, Hunc nec ſuæ nec alienæ pudicitiæ peperciſſe.

¶ *Obtempero, morem gero.* pro Qu. 7 a, Parcere auribus alicuius.

PARCVS, a, um. *paruo contentus.* de Orat. 135 b, Cùm optimus colonus, parciſſimus, frugaliſſimus eſſet. pro Corn. 65 a, M. Craſſus vel nimium parcus in largienda ciuitate. Orat. 204 a, In transferendis verbis verecundus & parcus. & ibid. b, Non parcus ſolùm, ſed elegans. ad Herenn. 35 a, Homo prodigus & luxurioſus.)(*.parcus & diligens.* de Cl. 177 b, Craſſus erat elegantium parciſſimus, Scæuola parcorum elegantiſſimus.

¶ *Tenax, cupidus, auarus.* pro Cæl. 45 a, Pater parcus & tenax. de Nat. 74 b, Poſtremò à parco patre, quod ſumas, quanto diſſipas libentius.

PARDII, *populi.* I. V. 211.

* PARENDVM. de Fin. 60 a, His *cupiditatibus* parendũ nõ eſt.

* PARENS, tis. *qui paret.* Incert. Cui parentem ſanctiſſimæ legi, iuſtè ac legitimè neceſſe eſt viuere.

PARENS, tis. *pater & mater vnà, & diſtinctè pater vel mater.* Poſtq. 204 a, Parentes chariſſimos habere debemus, quòd ab ijs vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita eſt. I. V. 260 a, Idq; poſtremũ parentes ſuos liberi orabant. & 257 b, Veniunt Syracuſas parẽtes propinquiq; miſerorũ adoleſcentium. & 264 a, Hæc ſi tibi tuus parens diceret. pro Syll. 182 b, Parens tuus Torquate, Conſul reo de pecunijs repetundis Catilinæ fuit aduocatus. Ep. 65 a, Me ſicut alterum parentem & obſeruat & diligit. de In. 21 a, Si ad ſenes, de patribus aut parentibus cogitent. de Fin. 64 a, Socrates, qui philoſophiæ parens iure dici poteſt. de Or. 85 b, Philoſophia bonarũ artium omnium procreatrix quædã & quaſi parens. de Vniu. 202 a, Horum operũ ego parens effectorq; ſum. Att. 143 a, Cùm parentes nõ alere nefariũ ſit, noſtri principes antiquiſſimã & ſanctiſſimã parentem patriam fame necandã putant. de Leg. 168 a, Earum rerũ parens eſt educatrixq; ſapiẽtia. * pro S. R. 24 b, Qui mortẽ obtulerit parenti? pro quo mori ipſum, &c. & 25 a, Odio fuiſſe parenti filium ſine cauſis multis & magnis & neceſſarijs. Poſtquam. 198 b, A` parẽtibus, id quod neceſſe erat, paruus ſum procreatus: à vobis natus ſum conſularis. Illĩ mihi fratrem incognitum qualis futurus eſſet, dederunt. & 199 b, Vnus hic, qui domi, qui in foro poſſet eſſe, mihi pietate filius inuentus eſt, beneficio parens, amore idem, qui ſemper fuit, frater. poſt red. 204 a, Liberis noſtris parẽtes, nobis liberos, &c. reddidiſtis. & b, Vt cùm, &c. innumerabilia parẽtibus, omnia Dijs immortalibus debeamus: quòd hæc antea ſingula per illos habuerimus. Parad. 120 a, Saguntini, qui parentes liberos ſuos emori, quàm ſeruos viuere maluerunt, parricidæ fuerunt? Ergo & parenti nonnunquam adimi vita ſine ſcelere poteſt.

PARENTIVM, *pro parentum, Cicero in genitiuo, rationis memor ſæpe dicit: teſte Chariſio lib. 1.*

† Syntaxis. *Patres, aut parentes. Parens & effector.*

PARENTALIA, orum. *iuſta & conuiuia funebria.* I. A. 155 a, An me cenſetis decreturum fuiſſe, vt parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur.

PARENTATVR. I. A. 155 b, Vt cuius ſepulcrum nuſquam extet, ibi parentetur, ei ſupplicetur.

PARENTO, as. *iuſta ſoluo, funus duco, funus induco.* pro Flacc. 164 a, Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego. I. A. 254 b, Non Dolabella priùs imperatori ſuo, quàm Antonius etiam collegæ parentaſſet. * de Leg. 181 a, Hoſtia maxima parentare, pietatis eſſe adiunctum putabat.

PAREO, res. *obedio, obtempero, dicto audiens ſum.* Tuſc. 235 a, Sapiens parebit, & obediet præcepto illi veteri, &c. de N. 5 b, Obedire & parére voluntati architecti. Or. 216 b, Numeri in quibus quaſi neceſſitati parére cogimur. Offic. 21 a, Latronũ leges eſſe dicuntur, quibus pareant, quas obſeruẽt. I. A. 209 b, Non vt parérét, & dicto audiens eſſet huic ordini, ſed vt conditiones ferret, leges imponeret, &c.

Att.36 a,Timeo,ne ille dolori atq; iracundiæ pareat. Att. 128 b,Parere conſilijs alicuius.* I.V. 92 a, Niſi id libidini tuæ cupiditatiq; paruerit. de Leg. agra. Myſia & Phrygia item conditioni legiq; parebunt.

¶ *Appareo.*Qu.R.45 b, Non habere ſe hoc nomen in codice accepti & expenſi relatum confitentur, ſed in aduerſarijs patére contendit. *ſic legendum putat vir ſingularis diligentiæ Paulus Manutius,cùm aliàs Patére legeretur.Huc fortaſſis etiam illud ex Philip.2,pag.*178 a, Vbi eſt ſepties millies ſeſtertiûm,quod in tabulis quæ ſunt ad Opis, parebat.

† Syntaxis. *Parére & obedire:& contrà.Parére, & dicto audientem eſſe.*

PARIANVS,a.Epiſt.223 b,Pariana ciuitas.

PARICIDA,dæ. quod & parricida & patricida legitur. *primùm qui parentem occidit:deinde lege Pompeia, qui propinquum quemuis: poſtremò Numæ Pompilij lege, qui liberum hominem morti ſciens dederit. Patriæ etiam oppreſſor, aut proditor, paricida iure vocatur: quia patria, parens vniuſcuiuſq; eſt.* Attic. 277 a, Audiuimus eum veniſſe in ſuſpicionem Torquato de morte Panſæ,cuſtodiriq; vt parricidam. pro Deiot.218 b, Quid de me quod tuliſſe te dicis, parricida, fratricida, ſororicida, nónne extra ordinem tuliſti? Epiſt. 134 b, Vt non modò ſicarij ſed etiam paricidæ iudicemini.I.C. 103 b,Paricida ciuium interfectus.Parad.120 a,Paricidam eſſe qui patrem necauit.I A,116 b,Fateor nos plus quàm ſicarios, plus quàm homicidas, plus etiam quàm paricidas eſſe: ſiquidem eſt atrocius, patriæ parentem quàm ſuum occidere.*pro S.Roſ.30 a,Supplicium in parricidas ſingulare excogitauerunt: vt quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet,magnitudine pœnæ maleficio ſummouerentur. Inſui voluerunt in culeum viuos, atque ita in flumen deijci.de Leg.174 a, Sacrum ſacróue commendatum qui clepſerit rapſeritque,paricida eſto.Parad.120 a, Saguntini,qui parentes ſuos liberos emori, quàm ſeruos viuere maluerunt,parricidę fuerunt?

PARICIDIVM,dij.vel parricidium. I.V.10 b, Ciuē Romanum propè paricidium necari. de In.69 a, Cùm venefici cuiuſdam nomen eſſet delatum, & quia paricidij cauſa ſubſcripta eſſet,extra ordinem eſſet acceptum. pro Dom. 220 a Hoc dico eſſe paricidium.I.A.187 a,Hic de patris & patrui paricidio cogitauit I.A.137 a,Qui nefario ſe patrię paricidio obſtrinxit.* pro Clu.23 b, In ipſo fraterno paricido nullum ſcelus pretermiſſum videtur.I.A.163 b,Cùm homines nefarij de patriæ paricidio confiterentur.

† Syntaxis. *Fraternum paricidium,paricidium, patriæ.patris & patrui paricidium.*

PARIENDVS,a,um.Ep.146 b, Victoria pax, non pactione, parienda eſt.* de Orat.163 b,Expletis iam ferè ad pariendum menſibus. de Fin.62 b, Quibus *amicitijs* partis confirmatur animus, & à ſpe pariendarum voluptatum ſeiungi non poteſt.

PARIES,tis *maceria, priuatus murus, quo domus à domo diſtinguitur.*Ep.58 b, Nihil mihi intra meos parietes tutum.pro Mil. 116 a, Ducere parietē per veſtibulum alterius Parad. 121 a, Cùm parietes diſturbabas.I.V. 31 a, Licet parietes in adoleſcentia perfoderis.de Orat.131 a,Omnibus in parietibus inſcriptas fuiſſe literas. Top. 222 a, Omnibus eſt ius, parietem directum ad parietem communem adiungere,vel ſolidum vel fornicatum. At ſi quis in pariete cōmuni demoliendo damni infecti promiſerit. I. V. 228 b, His tabulis interiores templi parietes veſtiebantur. I. C. 101 a, Me nullo modo poſſe iiſdem parietibus tutò eſſe tecum pro Marc. 132 b, Parietes, vt mihi videtur, huius curiæ tibi gratias agere geſtiunt. Ep. 58 b, Cùm propter eorum ſcelus nihil mihi intra meos parietes tutum, nihil inſidijs vacuum viderem.

PARIETINAE,arum *parietum reliquiæ.* *Tuſc. 202 a, Magis me mouerant Corinthi ſubitò aſpectæ parietinæ.*al.parietum ruinæ.*Ep. 202 b, Vt neſcio quid illud Epicuri parietinarum ſibi concederes. Ep.47 b, Quid me iſta res conſolatur in tantis tenebris & quaſi parietinis Reipub.

PARILIA,orum *dies feſtus,quo vrbs Roma condita eſt.*Att.129 b,& de Diu.128 b.

PARILIS,le.*par,ſimilis.*in Arat.

*Conſimili ſpecie ſtellas parilíq; colore.*

PARIO,ris.*gigno,procreo,partum edo, acquiro.* de Orat.133 b, Si quintum páreret mater eius, aſinum fuiſſe parituram. Epiſt.50 a, Vt ea liberos ex ſeſe páreret. Acad 15 a, Hi cū ouum inſpexerant,quæ id gallina peperiſſet,dicere ſolebant.de Nat.1 b,Fruges & reliqua quæ terra pariat I.C.102 a, Ad hanc te dementiam natura peperit. Tuſc. 228 b,Tu *philoſophia* vrbes peperiſti. ad Her.25 a,Cùm párere ipſi,& gignere,& proferre debent. de Or. 141 b, Ars non totum aliquid parit & procreat. Or. 207 a, Poſtea dialectici ſpinoſiora multa pepererunt. * de Conſulat. ſuo. Quorum luxuries fortunata cenſa peperit.Or.215 a,Ita notatio naturæ & animaduerſio peperit artem. pro Sex.Roſc.33 a,Vt quæſtum noſſet nullum,fructum autem eum ſolum, quē labore peperiſſet.de Fin.59 a, Sed illas timiditatem ignauiamq; reijci,quia dolorem pariant. Off.53 a, Qui quondam peperiſſet otium ciuitati.

* PARIOR,eris.*gignor,procreor.* Off. 39 a, Hæc quibus rebus pariuntur à ſingulis, eiſdem ferè à multitudine.I.C.118 a, Dummodo meis laboribus populo Romano dignitas ſaluſq; pariatur.pro Syll.170 b, Tum afflicto P. Sylla, conſulatus vobis pariebatur, ſicuti partus eſt.pro Plan.260 a, His leuioribus comitijs diligētia & gratia petitorum honos paritur: non ijs ornamentis, quæ eſſe in te videmus. de Fin.60 a, Quæ res iniuria pariuntur.

PARIS, dis. Oct.330 a, Atte fata patriæ Paridem futurum prædicabant,qui vaſtares vrbem incendio, Italiam bello.

PARITER.*ſimul,ſimiliter,æqualiter,æquè,viciſſim.* de Diu.115 a,Conchylijs omnibus contingit, vt cum luna creſcāt pariter,pariterq; decreſcant. de Or.143 b, Vt ille qui hæc nō vidit,& vixiſſe cum republica pariter,& cum illa ſimul extinctus eſſe videatur. Tuſc.153 a, Pariter cum vita ſenſus amittitur. Off.42 b, Tua laus pariter cum republica cécidit.Tuſc. 174 a, Animus voluptatem pariter cum corpore percipit.de Sen.87 b,Studia doctrinæ,quæ pariter cum ætate creſcunt.Antequam. 196 b, Ferre opem pariter reipublicæ cunctæq; ciuitati,meiſq; fortunis. de Fin.63 a,Nā & lætamur amicorū lætitia æquè ac noſtra, & pariter dolemus angoribus.Off.39 a, Sed ea nō pariter omnes egemus.Or.200 b, Vt pariter extrema terminentur.cont.Rul. 82 a,Et quem pariter,qui iter faciunt, veſtrum eſſe audiūt. I.V.271 b, Sicuti mecum pariter moleſtè ferunt. ad Her.16 a, Pariter nobiſcum.poſtq.212 a, Reſpublica me ſecū pariter reportauit. de Am. 106 b, Vt noſtra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter æqualiterq; reſpondeat.Parad.124 b,Qui domi tuæ videt pariter atq; accuſatorum atq; iudicum conſociatos greges.

† Syntaxis. *Creſcunt pariter, pariterq; decreſcunt piſces cum luna.Pariter cum vita ſenſus abit. Pariter æqualiterq; amare.*

PARMA mæ, *vrbs Italiæ*. I. C. 260 a, Qua enim in vrbe tam immanis Annibal capta, q̄ in Parma ſubrepta Antonius.

PARMENSIS,ſe I.A.256 b *bis.*

PARO,as. *apparo, comparo, orno, adorno, inſtituo, inſtruo, molior, munio, viam munio.* Or. 208 a, In quo aut concilietur auditor,aut erigatur,aut paret ſe ad audiendum. Ep. 8 a, Huc te para, hæc cogita.in Sal. 273 b, Qui mihi parare putaſti inuidiam ex mea re familiari. Ep. 19 b, Eſt enim tibi grauis aduerſaria conſtituta, & parata incredibilis quædam expectatio pro Cecinn.296 b, Armatos verè appellamus, qui ſcutis telisq; parati ornatiq; ſunt.I. V. 214 a, Inſtruere & parare conuiuium. Att. 101 a, Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare. ℞ Fl.161 a, Agros ſibi vſpiā parare.

PARO,onis.*nauigium piratarum.*Incer.

*Tunc ſe fluctigero tradit mandatq; paroni.*

& alibi,Paruncúlis ad litus ludit celeribus.

* PAROCHIA,æ.*præbitio*. Att. 204 b, Ariathes Ariobarzanis filius Romam venit, &c. Omnino eum Seſtius noſter parochijs publicis occupauit. *Alij parochus publicus legunt.*

PAROCHVS, chi. *publicus curator miniſterque peregrinis reipublicæ nomine munera atq; alia neceſſaria procurabat.* Att.204 b, Ariathem omnino Seſtius parochus publicus occupauit, quod quidem facilè patior,&c.*legitur etiam Parochijs,id eſt, præbitionibus & muneribus publicis.*

ΠΑΡΟΝΟΜΑΣΙΑ.* *annominatio*. de Or.132 b, Alterum genus ridiculi eſt,quod habet paruā verbi immutationē: quod in litera poſitum Græci vocant *παρονομασίαν*, vt nobiliorem mobiliorem Cato.

*PARRICIDA. vide PARICIDA.

*PARRICIDIVM, vide PARICIDIVM.

PARS,tis.*forma, ſpecies.*de Inu.49 b,& 51 b, Genus eſt,quod plures amplectitur partes: vt animal. pars eſt, q̄ ſubeſt generi:vt equus.de Or. 100 b,Partes ſunt, quæ generibus ijs ex quibus emanant,ſubijciuntur. de Or. 94 a, Res aliquas verbis deſignare, generibus illuſtrare, partibus diſtribuere.de Or.141 b,Traducta ex parte ad genus notatio.

¶ *Membra,portio*.de Fin 97 b, Omnes hæ *perturbationes* ſunt genere quatuor,partibus plures. de N.3 b, Omnes partes philoſophiæ, atq; omnia membra tum facillimè noſcuntur,cum totæ quæſtiones ſcribendo explicantur. de Orat. 140 a, Virtus habet plures partes,quarum, &c. pro Q. R. 54 a,Vt ſocius in ſocietate habet partem,ſi coheres in hereditate habet partem I.V.253 a,Quibus illi vrbis ſuæ partem ademerunt, ijs tu noſtri imperij partem dediſti. de Orat. 142 b, Quis Antonio permiſit, vt partes faceret, & vtram vellet,prior ipſe ſumeret? Att.197 b, Is partes fecit in ripa neſcio quoternorum iugerum.pro Cec.287 a,Mulieres in partem vocatæ ſunt. pro Cec. 287 a, Ei partem bonorum maiorem legauit.ad Heren.1 b, Inuentio in ſex

partes orationis conſumitur.& 3 a, Id *narrationis genus* tres habet partes. Orat.203 b, Non modò partes orationis, ſed etiam, cauſas totas, alias alia forma dicendi eſſe tractandas.& 217 a, In quo quæſitum eſt, in totóne circuitu illo orationis, &c. an in principijs ſolum, an in extremis, an in vtraq; parte, numerus tenendus ſit. I.V.243 a, Vt hoc putares, aliquam Reipub. partem tibi creditam. pro Dom. 234 a, Vrbis celeberrimæ & maximæ partes aduerſum illum non monumētum, ſed vulnus patriæ contuentur. ibi. Nolite eum, &c. non ſolùm dignitatis ornamentis, ſed etiam vrbis partibus velle eſſe priuatum. Tuſc. 156 b, Reliquæ duæ partes, vna ignea, altera animalis, vt illæ ſuperiores in medium locum mundi grauitate ferantur & pōdere: ſic hæ ſurſum rectis lineis in cæleſteſtem locum ſubvolent. Tuſc. 165 a, Non de partibus his *dici*, in quibus ægritudines, iræ, libidineſque verſentur: quas is ſemotas à mente & diſcluſas putat. de Fin. 74 a, Vt perexigua pars ipſi relinquatur. Off. 5 a, Ortus noſtri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici. Epiſt.252 b, Tu eam partem petiſti, vt. pro M.Scaur. Redimunt ſe ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur. Hortenſ. Eius partes quaſi membra quædā cædendæ. 1 de Leg. Mundus omnib. partibus inter ſe cōgruentibus cohæret ac nititur.

¶ *Regio, locus.* Epiſt.186 b, Omnes quæ in iſtis partibus ſunt copiæ. in Verr.107 b, Quæremus etiam, quid iſte in extremis Phrygiæ partibus fecerit. Tuſc.198 b, Hypanis, qui ab Europæ parte in Pontum influit. pro Mur.145 a, Ibis igitur in exilium, miſer, quò? ad orientíſne partes? I. P. 85 b, qui in Italia omnes omnium gentium partes tribus triumphis deuinxit. * Epiſt 150 a, *Bruti.* Animaduerti nullū alium receptum Antonium reliquiaſque, quæ cum eo eſſent, habere niſi in his partibus. Ep. 185 b, Vt ab iſtis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat.

¶ *Officium, munus numero multitudinis.* Qu.fr 298 b, Etſi mea pars nemini cedit, fac vt tua cæteros vincat. contra Rull. 70 a, Creationem Pont. Max populi ad partes dare. Att. 103 b, & 104 a, & Epiſt. 40 b, Pompeius hortabatur, vt partes ſuas ſuſciperem.& 44 a, Suſcipere officia & partes pro dignitate alicuius. Att. 117 a, Si erit bellum, vt video fore, partes meæ non deſiderabuntur. de Or. 111 a, Ac maximè partes iſtius officij ſunt pueri Ciceronis. Epiſt. 30 b, De mea beneuolentia erga te, etſi potes ex eodem Phania cognoſcere, tamen videntur etiam aliquæ partes meæ. de Orat. 156 a, Sed certè hæ partes fuerunt tuæ de illuſtranda oratione vt diceres. de Orat 111 a, Sed cur impedimus Antonium? cuius audio eſſe partes, vt de tota eloquentia diſſerat de Or. 110 a, Sed tranſactis iam meis partibus, ad Antonium audiendum veniſtis. ad Att 162 a, Iudicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra. de Oat. 8 b, Eiq; eius partes tribuit, vt, &c. pro Font. 278 b, Næ multo veſtræ maiores grauioreſq; partes ſunt ad cogitandum, quàm ad dicendum meæ. pro Quin. 1 b, Qu. Hortenſius, qui hoc iudicio partes accuſatoris obtinet. Epiſt. 41 a, Cùm te ex fratre meo, ne tum quidem, cùm tibi propè neceſſe eſſet eas agere partes, inimicum mihi fuiſſe cognôſſem Off. 20 a, Nobis à natura conſtantiæ, moderationis, temperantiæ partes datæ ſunt. Epiſt 130 a, Tibi dedi partes Antiochianas, mihi ſumpſi Philonis. pro Mur. 125 a, Ego has partes lenitatis & miſericordiæ, quas me natura ipſa docuit, ſemper egi libenter: illam verò grauitatis ſeueritatiſq; perſonam non appetiui, ſed ab republica mihi impoſitam ſuſtinui. de Aruſp. 258 a, Niſi hanc perſonam & has partes poſſem ſuſtinere. Epiſt. 44 a, De me autem ſuſcipe pauliſper partes meas, & eum te eſſe finge, qui ego ſum. pro Flac. 160 a, Quis vnquam Græcus comœdiam ſcripſit, in qua ſeruus primarum partium non Lydus eſſet? pro Dom. 215 a, An meæ partes in ea cauſa non præcipuæ fuerunt? pro R. P. 124 a, Nulla pars non fuit mea. pro Cornel. 55 a, Quæ ſunt igitur partes meæ? in Verr. 89 a, Munus hoc meum non eſt: cùm meæ partes ſunt hoſpitum recipiendorum, id libenter facio. Att. 103 b, & 104 a, Et ſuſcipere partes ſuas. de D. 101 b, Quid de auguribus loquar? tuæ partes ſunt, tuum, inquam, auſpiciorum patrocinium debet eſſe. in Ver. 21, Cur tuas partes ſuſcipio, cur tuum onus ſuſtineo? Epiſt. 40 a, Suſcipere officia & partes pro aliquo. in Vatin. 35 a, Eripuiſti partes illo tempore chariſſimas partim à Cæſare, partim à publicanis. Att. 229 b, Tuas partes eſſe arbitror, vt pueri, animum tenerū his opinionibus imbuas. pro Rabirio Poſth. 123 a, Dare partes alicui, & mittere in negocium.

¶ *magnam partem.* de Diu. 93 a, Cùm magnam partem noctis vigilaſſes. Ep. 134 b, Res has non omnino quidem, ſed magnam partem relinquere. pro Font. 178 b, In rebus iudicandis, ad vnamquanq; rem ponderandam, non minimam partem ſapientia iudices tenet. Or. 215 b, Magnam partem ex iambis noſtra conſtat oratio. in Verr. 212 a, In hac officina maiorem partem diei ſedere ſolebat. Epiſt. 119 b, Amabo te, hoc cura ſoles libenter, vt ego, maiorem partem nihil curare. Off. 5 b, Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, vt, &c. Att. 225 a, Remis magnam partem: id eſt, nauigaui. Poſtquā. 199 b, Nam mulieres filiiq; parui, &c. itineribus neceſſarijs, aut magnam partem tectis ac tenebris continebātur. Epiſt. 47 a, Et ſi abſui magnam partem conſulatus tui. pro S.R. 35 a, Nullam partem noctis requieſcere. * Tuſc. 211 a, Magnam partem in *perturbationibus* patiendis & definiendis occupati ſunt.

¶ *In vtramque partem, alia huius modi.* Att. 248 b, Permulta mihi de noſtro itinere in vtramque partem occurrunt. de Diu. 96 b, Flumina in contrarias partes fluxerunt. de Or. 128 b, Omnium rerum in contrarias partes facultas ex ijſdem ſuppeditatur locis. Off. 36 b, Magna vis eſt in fortuna in vtramq, partem, vel ad ſecundas res, vel aduerſas & ibid. Hæc ſine hominum operibus & ſtudijs neutram in partem effici poſſunt. pro Seſt. 7 a, Alter multos planè in omnes partes fefellit. Epiſt. 55 a, Cum ſuſpicarer multùm intereſſe rei familiaris tuæ, te quamprimùm venire, atque in omnes partes valere. Epiſt. 66 b, Meque tibi in omnes partes defendendum putes. Off. 2 b, Præcepta quibus in omnes partes vſus vitæ confirmari poſſit. Ep. 202 a, Hoc tua nullam in partem multum intereſt. Ep. 115 b, *Cælij.* In hanc pàrtem tutum erit tibi gratificari. *id eſt, in Appium.* Att. 251 a, Hæc ſcripſi in eam partem, ne me motum putares. I C. 118 a, Moueor his rebus omnibus, ſed in eā partem, vt ſalui ſint nobiſcum omnes. Off. 42 b, Facillimè in optimam partem cognoſcuntur adoleſcentes, qui, &c. Att. 156 a, Accipere in optimam partem. Epiſt. 168 a, Quæ profectò in optimam partem accipies. & 36 a, Hoc aſſequêre, vt in quam pàrtem accipias, minus laborem. Attic. 117 b, Id ego in eam partem accepi, hæc oppida, &c. pro Mur. 139 b, Quod dixiſti, aut non dixiſſes, aut mitiorem in partem interpretarere. I. A. 231 a, Aliquid in beneficij partem numerare. I. V. 237 a, Durum hoc fortaſſe videatur, neque ego vllam in partem diſputo. ad Att. 102 b, Nunc in alteram partem magis timendi armorum exitus pro. S.R. 27 a, In eam partem potius peccant, quæ cautior eſt. Ep. 121 b, In hanc partem errare malo, vt faciam, &c. quàm, &c. Ep. 117 a, Aliquando tamen ſæpe re dilata, in eam partem, vt eum decedere poſt calen. Martias placeret, ſenatus conſultum factum. * I. V. 147 b, An ab hac eius infamia nequitiæ veſtros animos in aliquam partem fortitudinis commemoratione traducat?

¶ *Cœtus, ordo, numerus.* pro Syll. 181 a, In impiorum partem, atq; in parricidarum numerum aliquem transferre.

¶ *Formula Pro parte mea, &c.* Epiſt. 15 b, Quiq; meus in republ. ſit pro mea parte capeſſenda ſtatus. Epiſt. 41 a, Atque etiā vt ita fieret, pro mea parte adiuui. Tuſc. 168 b, Omnia iſta perinde vt cuiq; data ſunt, pro rata parte, à vita longa aut breuia dicuntur. I.V. 219 a, In his artibus pro mea parte verſor, quarum ille princeps fuit. Ep. 190 a, Ita pro noſtra parte celeriter iter nobis expediri poſſe confido. Ep. 180 a, Ac debeo pro ciuili parte remp. velle ſaluam. pro S.R. 41 a, Pro illa tenui infimaque parte nobilitatem defendi. * Ep. 252 b, Quibus *Italiæ, & vrbi* aliquid opis fortaſſe ego pro mea, tu pro tua, pro ſua quiſque parte ferre potuiſſet, ſi autor affuiſſet.

¶ *Ex parte, &c.* de Diu. 113 a, In eo ſenatu quem maiore ex parte cooptaſſet. pro Clu. 31 b, Hæc enim ille, & aliqua ex parte habebat, & maiore ex parte habere ſe ſimulabat. pro Dom. 220 b, Itaq; populus Romanus breui tempore neq; Salios habebit, neq; ex parte dimidia reliquos ſacerdotes. pro Muræn. 134 a, Queſtio peculatus ex altera parte lachrymarum & ſqualoris, ex altera plena catenarū atque iudicum. de Som. 12 b, Extrema ex altera parte grauiter, ex altera acutè ſonant. de Diu. 115 a, Caput iecoris ex omni parte diligentiſſimè conſidetant. & ibi. Semina malorum in contrarias partes ſe vertunt. de Aruſp. 245 b, Veſtræ domus multo maxima ex parte ſunt liberæ religione. Off. 27 b, Magna autem ex parte clementi caſtigatione licet vti. Or. 207 a, Rhetorica quaſi ex altera parte reſpondet dialecticæ. pro Qu. Roſc. 50 b, Qui ager neque villam habuit, neque vlla ex parte fuit cultus. pro Cec. 292 a, Si vlla ex parte hæc ſententia infirmata fuerit. pro Qu. Roſc. 49 b, Is ſeruus ex qua parte erat Fannij, non erat H S LIII, ex qua parte erat Roſcij amplius erat H S CCLIII. de Leg. 180 b, Si quis de hæredib. exegiſſet pro ſua parte, id quod. &c. pro Qu. fr. 319 b, Er parte gaudeo. Att. 102 a, Etſi ex parte magna tibi aſſentior. Epiſt. 71 a, Ex omnibus partibus amor tuus mihi ſe oſtendit. Epiſt. 92 b, & 133 a, & de Finib. 133 b, Tua laus ex aliqua parte fuerit. Epiſt 169 b, Ex magna parte communi commodo inſeruieris. pro Flac. 154 b, Flaccus bellum Cretenſe magna ex parte geſſit. Tuſc.

ſit. Tuſcul. 148 a, Aut omnino aut magna ex parte liberatus. Tuſcul. 229 a, Tibi nos vt antea magna ex parte, ſic nunc penitùs totoſq; tradidimus. Acad. 10 b, Si magna ex parte quidem (vt ſolent dicere) ad verum ipſum, aut quàm proximè accedunt, & 11 a, Si ex omni parte eiuſdem modi ſint. Tuſc. 232 b, Ex maiore parte pleraſque res nominari. & 233 a, Ex maiori parte vnamquamq; rem appellari ſpectariq; dicunt. Tuſc. 245 a, Si multo maiore & grauiore ex parte bona propendent. Orat. 214 a, Quod ab ijs verè quadam ex parte, non totum dicitur. * Off. 62 b, Vides in hac tota diſceptatione non illud dici, &c. ex altera autem parte, &c. de Som. 129 b, E quibus *cingulis* duos maximè inter ſe diuerſos & cœli verticibus ipſis ex vtraq; partè ſubnixos obriguiſſe pruina vides. & 130 b, Vt ipſe mundum ex quadam parte mortalem ipſe Deus æternus, ſic fragile corpus animus ſempiternus mouet. Epiſt. 146 a, Ex maxima parte ea, quæ es adeptus, fortunæ temporibuſq; tribuuntur. pro Flac. 154 b, Cuius mors te ex aliqua parte reſeruauit.

¶ *Primas, ſecundas, & tertias partes alicui dare, &c. id eſt, primam laudem, ſeu primum locum & gradum.* Or. 198 a, Tribuere primas alicui. in Ant. 216 b, Pater tuus primas omnium ciuium P. Naſicæ, qui Tyberium Grachum interfecit, dare ſolebat. de Or. 162 b, Huic *actioni* primas dediſſe Demoſthenes dicitur, huic ſecundas, huic tertias. Or. 202 a, Demoſthenes tribuit & primas & ſecundas & tertias actioni. 199 a, Pericles, cui primæ ſine controuerſia deferebantur. de Clar. 172 a, Etſi vtriq; primas. priores tamen deferunt Lælio. item: Velleius, ad quem tum Epicurei primas deferebant. de Clar. 193 b, Primas in cauſis agebat Hortēſius. & 96 a, Hortenſius facilè primas tenebat. de Clar. 182 a, Ex his illi duo facilè primas tulerunt. Qu. frat. 324 b, Tibi iſtius generis in ſcribēdo priores partes tribuo, quàm mihi. in Verr. 62 a, Vt in actoribus Græcis fieri videmus ſæpe illum qui eſt ſecundarum aut tertiarū partium, cum poſſit aliquanto clarius dicere, quàm ipſe primarum, multū ſummittere, vt ille princeps quàm maximè excellat. in Verr. 62 b, Si alienus minus vehemēs fuerit, & tibi primas in dicendo partes conceſſerit.

¶ *Genus, cauſa, res.* Off. 28 b, Studiosè plerique, præſertim in hac parte, facta principum imitantur. Att. 120 b, Quòd plura in ea parte verba fecerim. de Fin. 98 a, Quis nō multis partibus malit, &c. Att. 119 b, In hac parte non ſunt: vide nunc quæ ſunt in altera. Ep. 159 b, Si Africanæ legiones celeriter venerint, ſecuros vos ab hac parte reddam.

¶ *Promiſcua, ſed præcipuè vis hic eſt factionis.* Ep. 125 b, Vtinam aut non in iſta parte Appius, aut non in hac Curio, cuius amicitia me paulatim in hanc perditam cauſam impoſuit. Att. 140 a, Cùm eadem metuam ab hac parte, ſi illinc beneficium non ſit, rectiùs putem quiduis domi perpeti. I. C. 109 b, Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia. ad Brut. 91 b, Vir bonarum in republica partium. in Ant. 200 b, Nam nunc quidem partium contētionem eſſe dictitat. quarum partium? alteri victi ſunt, alteri ſunt è medijs C. Cæſaris partibus. Ep. 163 a, Non licet mihi nullius partis eſſe, quia vtrobiq; inimicos habeo. pro Qu. 12 b, Erat, inquit, illarum partium. quid ni? qui &c. I. A. 211 a, Periculum, quod offendit animos maioris partis hominum magis. cont. Rull. 81 a, Num vobis, &c. in hoc munero locum fore putatis. Si eſt omnibus vobis, aut maiori veſtrûm parti. cont. Rull. 70 b, Qui maiorem partem populi ſuffragijs priuauit. & 69 b, Vt minor pars populi vocaretur. Att. 225 a, Si quidem ſimiles maioris partis oratorum futuri ſumus. de Or. 110 a, Scæuolam dicere aiebat, bonam partem ſermonis in hunc diem eſſe dilatam. * Acad. Vtroſque audiet trahentes ſe ad ſuas partes. pro Corn. 59 a, Cū magna pars in ijs ciuitatibus iuris ſui libertatē ciuitati anteferret.

† Syntaxis. *Partes generibus ſubijciuntur. In partem vocari. In ijs partibus magna vini caritas. Pars mea nemini cedit, videntur etiā aliquæ meæ partes. Perſonam iſtam, & has partes ſuſtine, ſuſcipe. Officium & partes ſuſcipere pro aliquo. Partes alicui dare & mittere in negocium. Magnam partem ex iambis conſtans carmen. Ille magnam partem occupatus. In contrarias partes fluuius fluens. In vtramq; partem vis fortunæ. In eam moueor partem, vt. Cognoſces illum in optimam partem. Id ego in eam partem accepi. In mitiorem partem interpretari. In eam peccant ij partem, vt. Transferre aliquē in partem & numerum ſapientum. Pro mea parte. Pro rata parte. Quiſque pro ſua parte ferat. Pro mea tenui parte. Pro ciuili parte Remp. ſerua. Ex quadam parte mortalis, ex altera autem parte non. Multò maxima ex parte. Nulla ex parte cultus ager. Tua laus ex aliqua parte eſt. Magna parte ad verum accedere. Ex maxima parte ſic eſt. Primæ Cæſari deferendæ, dandæ, tribuendæ. Primas tenere, ferre, Priores partes alicui tribuere, concedere. Eſſe bonarum partium. Ex medijs Cæſaris partibus.*

PARSIMONIA, niæ. *frugalitas, moderatio ſumtuum, diligentia.* Parad. 125 b, Magnū vectigal eſt parſimonia. de Rep. lib. 4. teſte Nonio, Optimum autē & in priuatis familijs & in Repub. vectigal dico eſſe parſimoniam. Tuſc. 247 b, Ciuitates quædam parſimonia delectantur, vt de Lacedæmonijs paulò ante diximus. I. V. 110 a, Summa parſimonia, ſumma diligentia. Off. 51 b, Res familiaris conſeruatur diligentia & parſimonia, ijſdem etiam rebus augetur. pro Qu. 10 b, Amicos obſeruantia, rem parſimonia retinere. Att. 70 b, Et ſi meam in eo parſimoniam huius paginę cōtractio ſignificat. de Pro. 74 b, Sed decus illud triūphi minuendū noſtra parſimonia non putaui. * Or. 204 b, Sunt pleraq; apta huius ipſius oratoris porſimoniæ. pro Qu. 17 b, Vtiúmne poſſit ſe contra luxuriem ac licentiam ruſticana illa atq; inculta parſimonia defendere?

PARTHI, *populi.* Att. 76 & 77.

PARTHICVS, a, Att. 75 b, Ocium Prthicum.

PARTHINI, *populi.* I. P. 100.

PARTICEPS, pis. *conſors, ſocius, non expers, compos, )(. expers.* de Or. 99 a, Quoniā ſententiæ atq; opinionis meę voluiſtis eſſe participes, nihil occultabo. de Di. 93 a, Ea pars animi, quæ mētis ac rationis eſt particeps. de Vn. 199 b, Animus rationis cōpos & particeps. pro Arch. 190 b, Milites dulcedine quadā gloriæ commoti, quaſi participes eiuſdē laudis, magno illud clamore approbauerunt. Ep. 151 a, Feci cōtinuò omnes participes meæ voluptatis. de Inu. 73 b, Tu particeps factus es in turpiſſimo fœdere. Ep. 168 b, Digni ſumus, quos habeas tui conſilij participes. de Fin. 140 b, 141 a, Virtutes ita cōnexę ſunt, vt omnes omniū participes ſint. Att. 145 b, Huius belli ego & particeps, & adiutor, & ſocius eſſe cogor. de Fin. 72 b, Nec vlla de ſummo bono ratio, aut voluptatis nō dolēdíue particeps, aut honeſtatis expers probabitur. Or. 198 b, Vtriuſq; particeps, vel vtriuſque, ſi verū quærimus, potius expers. de D. 87 b, Quod particeps artis eſt. )(. *quod arte caret.* pro Font. 283 b, Socius ac particeps fortunarū omniū. Anteq. 196 b, Teq; particeps cōnubij, ſocia regni regina Iuno. Att. 285 a, Beneficijs & honorib. vt participes frui, quantis vellemus.

† Syntaxis. *Animus rationis compos, & particeps. Particeps ſceleris, in ſcelere. Socius ac particeps.*

PARTICIPANDVM. de Leg. 162 b, Sequitur igitur ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes, iuſtos natura nos eſſe factos.

PARTICIPO, as. *impertio communico, partem capio.* Tuſc. 183 a, Qui alteri exitium parat, eum ſcire oportet, ſibi paratam peſtem vt participet parum.

PARTICVLA, æ. *articulus, appendicula.* de Vn. 169 b, Mundi omne animal quaſi particula quædam eſt. de Nat. 33 a, Homo eſt quædam particula perfecti. *id eſt, mundi.* Off. 41 a, Qui ſcelere paſcuntur, non poſſunt ſine vlla particula iuſtitię viuere. Att. 284 b, Particulam literarum tuarum legi. de Or. 99 b, Cuicunq; particulę cœli officerentur. I. P. 98 a, Cognoſces ex particula ſcelerum tuorum, genus vniuerſum. *id eſt, totum, vel cætera* * de Orat. 123 b, Qui omnes tenuiſſimas particulas, atq; omnia minima manſa, vt aiūt nutrices infantibus pueris in os inſerant. Acad. 29 b, Anaxagoras materiam infinitam *dixit eſſe*: ſed eas particulas ſimiles inter ſe, minutas, eas primum confuſas, poſteà in ordinem adductas mente diuina. de Vniu. 203 a, Particulas ignis & terræ, & aquæ & aëris à mundo, quas rurſus redderent, mutuabantur: eaſq; inter ſe copulabant haud ijſdem vinculis.

PARTICVLATIM. *articulatim, membratim.* ad Her. 3 a, Si ſummatim, non particulatim narrabimus.

PARTIENDVS, a, um. pro Syl. 167 b, Neq; ego hoc partiendæ inuidiæ, ſed communicandæ laudis cauſa loquor.

PARTIM. *qua pars, ex parte quadam.* de Or. 117 a, Sed eorum partim in pompa, partim in acie illuſtres fuerunt. in Vat. 32 a, Reliqui ſex fuerunt, ex quibus partim tecum planè ſentiebant, partim medium quendam curſum tenebant. Ep. 5 b, Cæteri ſunt partim obſcurius iniqui, partim non diſſimulanter irati. I. P. 90 a, Cùm partim eius prædæ libido deuoraſſet, partim noua quędam & inaudita luxuries, partim emptiones, &c. de D. 32 a, Quorum partim ficta apertè, partim effutita temerè, nunquam prudenti cuiquā probata ſunt. & 125 b, Neceſſe eſt fateri partim horum errore ſuſceptum eſſe, partim ſuperſtitione multa fallendo. I. A. 220 a, Cùm partim è nobis ita timidi ſint, vt, &c. partim ita à repub. auerſi, vt &c. pro Pom. 7 a, Ex cæteris ordinibus homines induſtrij partim in Aſia negociantur, partim eorū in prouincia magnas pecunias collatas habent. Off. 48 b, Eorum autem ipſorum partim eiuſmodi ſunt, vt, &c. partim, &c. *id eſt, eorum aliqua, &c.* de Orat. 96 b, Cauſarum, quæ, &c. partim in iudicijs verſantur, partim in deliberationibus, *id eſt, quædam, & quædam.* de Nat. 22 a, Beſtiarum terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles. de Diu. 99 b, Multa inuſitata, partim ex cœlo, alia ex terra oriebantur, quædam etiam ex hominum pecudúmue

conce-

concepetu & ſatu. de Amic. 104 b, Sed nihil eſt, quod illi non perſequantur ſuis argutijs, partim fugiendas eſſe nimias amicitias, ne, &c. alios autem dicere aiunt, &c. de Diu. 113 a, Cæſar à nobiliſſimis ciuibus, partim etiam à ſe omnibus rebus ornatis trucidatus eſt. Att. 172 a, Videbis ergo, vt ſuſtentetur partim de Fruſinati, partim, &c. Attic. 129 a. Domitius ſuas XII. cohorteis tribus in oppidis diſtributas habet, vnam partim Albæ, partim Sulmonæ collocauit. Qu. fr. 304 a, Amici partim deſeruerunt me, partim etiam prodiderunt.* de Fin. 87 b, Beſtię multa faciunt ſua duce quæq; natura, partim indulgenter, vel cum labore. Partit. 237 b, Bonorum partim neceſſaria ſunt, vt vita, &c. partim non neceſſaria.

† Syntaxis. *Illorum partim fuerunt illuſtres, &c, Partim prædæ vorat libido, partim, &c. Beſtiarum aliæ terrenæ, partim aquatiles. Partim, alia, quædam. Vnam legionem partim Albæ, partim, Sulmonæ collocare. Retine locutiones: grauiſſimæ ſunt.*

* PARTIO, is. *diuido, partior.* de L. 158 a, Exin Cenſores pecunia ciuitatis ordines partiunto.

PARTIOR, iris. *diuido, partio, partitionem facio, communico.* de Vniu. 189 b, Idq; ipſum in ea, quæ decuit, membra partitus eſt. de Clar. 161 b, Hortēſius cum Cicerone cauſas partiebatur. de Orat. 142 b, Antonius ita partitus eſt tecum, &c. pro Dom. 217 b, Tamen ærarium cum eo partitus eſt. I.V. 208 a, Cùm bona pupillis erepta cum illo partitus eſt. de Fin. 53 a, Epicurus nihil de diuidendo ac partiendo docet. Orat. 297 b, Is genus vniuerſum in ſpecies certas, vt nulla neq; prætermittatur, neq; redundet, partietur ac diuidet. de Clar. 177 a, Actio partienda eſt in geſtum atque vocem. I.A. 261 a. Partiuntur inter ſe, qui Capitolium, qui vrbis portas occuparent.* I.V. 99 a, Quibus cum *liberis* viui bona noſtra partimur. (partitur in tria.

¶ *Patiendi vi.* Orat. 215 a, Pes qui adhibetur ad numeros,

† Syntaxis. *Bona ſua partiri cum ſocijs. Diuidere & partiri: & contra, Partiri inter ſe multa.* (dicere.

PARTITE'. *diſtributè.* Orat. 205 b, Partitè, definitè, diſtinctè

PARTITIO, onis. *diuiſio.* de Or. 86 b, Græcos partitionē quandam artium feciſſe video. ꝓ Syl. 169 a, Atq; inter nos partitio non eſt temerè facta. de Or. 131 b. Hæc ſit prima partitio, quod facetè dicatur, id aliàs in re habere, aliàs in verbo facetias. de Fin. 58 a, Quæ eſt aut vtilior partitio, qua vſus eſt Epicurus, qui poſuit vnum genus cupiditatum, &c. Alterum, &c. tertium, &c. pro Cec. 287 b, Cùm pręſertim pecunia ex partitione deberetur. Off. 41 a, Propter æquabilem prædę partitionem Bargulus magnas opes habuit. de L. 17 b, Partitionis caput ſcriptum cautè.* de Inu. 49 a, Rectè habita in cauſa partitio illuſtrem & perſpicuā totam efficit orationem ibid. Nūc vtroq; genere partitionis quemadmodū conueniat, vti, breuiter dicendū videtur. Quæ partitio quid conueniat aut quid non conueniat oſtendit, hæc debet illud quod conuenit inclinare ad ſuæ cauſæ cōmodum, hoc modo de In. 49 b, Quæ partitio rerum diſtributā cōtinet expoſitionē, hęc habere debet breuitatem, abſolutionē, paucitatem ibid. Abſolutio eſt per quam omnia, q̃ incidunt in cauſam, genera amplectimur partitione. In qua videndū eſt, ne aut aliquod genus vtile, relinquatur, aut verò extra partitionē inferatur. Paucitas in partitione ſeruatur. ibid. Vt apertè intellecta generali partitione paucitas generū in partitione ſeruari poſſit ibi. Is nō intellexit, in partitione expoſito genere partē ſe generis admiſcuiſſe. ibid. Ne cuius genus poſueris, eius ſecū aliquā ſicuti diuerſam & diſſimilē partē ponas in eadem partitione, ibid. Id *genus* cum in prima partitione cauſæ erit ſimpliciter expoſitū: diſtribuetur eo tēpore cōmodiſſimè cum ad ipſum ventū fuerit explicandum in cauſæ dictione poſt partitionē. ibi. Cùm in cauſa partitio nulla ſit. ibid. Præcepta partitionū. ibi. His de partitione pręceptis, in omni dictione, meminiſſe oportebit, vt & prima quęq; pars, vt expoſita eſt in partitione, &c. de Inu. 50 a, Quemadmodū in partitione ꝓpoſuit. ibid. Quod poſtremū poſuit in partitione. de Clar. 193 a, Attulerat, &c. partitiones, quibus de rebus dicturus eſſet. Topp. 222 b, Definitiones aliæ ſunt partitionū, aliæ diuiſionū. Top. 223 a, Partitionū & diuiſionū genus quale eſſet oſtēdimus, &c. In partitione quaſi membra ſunt. Top. 223 b, Partitione ſic vtendum eſt. ibi. Quod velimus inter partitionē & diuiſionē intereſſe. I.V. 228 a, In hac partitione ornatus nō plus victoria Marcelli pop. Rom. appetiuit, q̃ humanitas Syracuſanis reſeruauit. ꝓ Seſt. 15 a, Omitto epulas, partitionem ærarij. I. A. 257 a, Cum alteris Senatus authoritas propoſita ſit, alteris cædes bonorum, vrbis, Italiæq; partitio.

* PARTITOR, oris *diuiſor.* in Vatin. 31 a. In eo negotio cum te non cuſtodem ad continendas, ſed partitorem ad partiendas merces miſſum putares. *Alij portitorem legunt.*

PARTITVS, a, um. de Or, 153 b. Sed paulo ſecus à me, atq; ab illo partita ſunt, ac diſtributa *ſunt membra.*

PARTVRIO, ris. *in pariendo laboro, enitor, conor.* pro Muræn. 144 a, Dij faciant, vt hoc quod conceptum reſpub. periculum parturit, conſilio diſcutiam & comprimam. I. A. 182 b, Vtinam aliquādo dolor populi Romani pariat, quod iamdiu parturit. de Amic. 104 b, Securitate frui non poteſt animus, ſi tanquam parturiat vnus pro pluribus.

PARTVS, a, um. *collectus, comparatus.* contra Rull. 69 a, Libertas plurimo ſudore & ſanguine maiorum noſtrorum parta, nobiſque tradita. pro Syl. 182 b, Exiſtimatio parta de Or. 102 a, Vt ipſum quod erat hominis proprium, nō partum per nos, ſed diuinitùs ad nos delatum videretur pro Qu. 13 b, Honeſtè partis bonis priuari. de Pro. 74 b, Præda parta. I. A. 173 a, Malè parta malè dilabuntur. de Or. 128 a, Aliqua non eſſe virtute parta, ſed vitijs & peccatis & ibid. Aliqua magno labore, magnis periculis eſſe parta. Attic. 282 b, Magna peſtis erat depulſa per vos, vobis verò parta diuina gloria.* pro Syl. 170 b, Conſulatus vobis pariebatur, ſicuti partus eſt. de Fin. 59 b, Præda improbè parta. Frag. ep. Maiora cura tuenda eſſe quæ parta ſunt. Oecon. 1, Partis opibus.

PARTVS, tus. *pariendi actus.* de N. 69 a, Natio dea, quæ partus matronarū tuetur, à naſcentibus nominata. de N. 39 b, Diana adhibetur ad partus, quòd ij matureſcunt aut ſeptē aut nouem lunæ curſibus. & 49 b, Luna ſole illuminata, grauiditates & partus affert. & 51 b, Ceruæ paulò antè partum perpurgant ſe quadā herbula. de Diu. 118 b, Cōceptio mulæ contra naturam fortaſſe, ſed partus propè neceſſarius. pro Cl. 23 b, Cùm mulier eſſet grauida, & iam appropinquare partus videretur. Ep. 92 a, Me Romæ tenuit Tulliæ partus. de Di. 218 b, Quæ natura partum animantis faciat. * de Clar. 168 b, Græciæ oratorum partus atq; fontes vides ad noſtrorum annalium rationem veteres, ad ipſorum ſanè recentes. de Diu. 87 b, 88 a, Quid? qui irridetur, partus hic mulæ, nónne quia fœtus extitit in ſterilitate naturę, ꝑdictus eſt ab aruſpicib. incredibilis partus malorum? de Diu. 118 b, Mulæ partus prolatus eſt à te.

¶ *Fœtus.* de Or. 124 b, Feræ partus ſuos diligunt. de Fin. 51 a, An partus ancillæ in fructu ſit habendus. Tuſc. 179 a, Quantū vna vecors Oenei partu edita. Oct. 330 b, Matris tuæ partum aureum eſſe dixi.

† Syntaxis. *Ad partus adhiber aliquem. Grauiditates & partus. Suos partus feræ diligunt. Partum habere in fructu.*

PARVITAS, atis. de Vniu. 203 a, Quæ *Vincula* cerni non poſſent propter paruitatem.

PARVM *paulùm, modicum, paululum, leuiter, ad exiguum tempus, minus, non.* pro Seſt. 9 b, Parúmne eſt Piſo, vt omittā Gabinium, ꝙ tantum homines fefelliſti? vt negligeres autoritatem ſenatus? remp. proderes? etiámne audes, &c. Tuſc. 127 a, Nemo parum diu vixit, qui, &c. Att. 163 b, Vide, ne dum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter quod optimum ſit, eligas & 164 b, Sunt ea quidem parum firma. de Inu. 58 b, Cùm parū memineris, quod conceſſeris. de Nat. 60 b, Quæram ex te ea, quæ parum accepi. & ibid. Quàm ea quæ minus intellexi, requirere. de Sen. 92 b, Ad exiguum tempus durat, den Fin. 97 a, Paulùm oppidò inter ſe differunt. Tuſc. 223 a, Paulùm ad beatam vitam deeſt.* pro Marc. 135 a, Parúmne igitur, inquies, gloriam magnam relinquemus? Imò verò alijs, quamuis multis, ſatis: tibi vni parum. Quicquid enim eſt quamuis amplum ſit, id certè parum eſt tum, cùm eſt aliquid amplius.

† Syntaxis. *Parum non eſt adueniſſe.*

PARVMPER. *pauliſper, aliquantum, ad breue tempus, ad punctū temporis, paulum.* de Di. 90 a, Diſcedo parumper à ſomnijs, ad quæ mox reuertar. de Diu. 195 a, Digredi parumper à cauſa Att. 137 a, Abduco parumper animum à moleſtijs. de Orat. 156 a, Parumper ipſa conticuit.

*PARVNCVLVS, i. *Paruus paro.* Incer. Parunculis ad littus ludit celeribus.

PARVVLVS, a, um. *puſillus.* de Inu. 63 a, Dum paruulū hoc conſequimur. & 65 a, Et impulſionem paruulam quandā fuiſſe dicet. in Verr. 223 a, Acad. 21 a, Videte, quæſo, quàm in paruulis ſitis.

PARVVS, a, um. *puſillus, exiguus, modicus, breuis, anguſtus, tenuis, minutus, modica magnitudine* ad Her. 22 a, contra Rull. 78 b, Paruam exigui temporis vſuram bonę de me opinionis poſtulo. & 83 a, Parua pars. de Som. 128 a, Ipſa verò terra ita parua mihi viſa eſt, vt, &c. Pom. 14 a, Inſula Delos parua. de Or. 116 a, Parua aut mediocris res. Qu. fr. 327 a, Nō enim cōmoda quædā ſequebamur parua ac mediocria. pro Clu. 37 a, Sylla magis opibus, cognatis, &c. hoc autē apud Iunium parua atq; infirma ſunt. de L. 257 a, Sed eſt quædam inter nos parua diſſenſio. ibid. 156 a, In paruum quendam & anguſtum locum concludi. pro Cec. 289 b, Beneficium non paruum I.V. 231 a, Vendere aliquid paruo precio. Att. 2 b, Ea abs te diligenter paruoque curata ſunt. de Leg. 171 a, A' paruis enim didicimus, &c. Off. 14 a,

Ea quæ

Ea quæ eximia pleriſq; & præclara videntur, parua ducere, & contemnere. Hortenſ. Malo vel vnum paruum de Officio libellum. pro Arch. 188 a, Pericula mortis atque exilij parui eſſe ducenda. de Fin. 69 b, Sed quia parui id duceret. & 73 b, Quam vnam *voluptatem* virtus minimi facit. Att. 239 a, Sed ſi iſta parui pendimus, certè & maiora contemnimus.

† Syntaxis. *Curaſti omnia paruo, id eſt, facilè, vel paruo precio potius. Perparuus.*

PASCO, ſcis: paui. Att. 87 a, Lancibus & ſplendidiſſimis caniſtris, non oluſculis nos ſoles paſcere. Off. 35 b, Sine hominum opera aut paſcere equos aut domare non poſſumus. pro Cec. 296 a, Qui colendi aut paſcendi cauſa eſſe in agro conſueuerant. de Diu. 87 a, Qui cùm propter paupertatem ſues puer paſceret, vna ex his amiſſa nouiſſe dicitur, &c. pro Mil. 102 a, Quos P. Clodij furor rapinis & incendijs pauit. I. V. 249 a, Cum eius cruciatu paſcere oculos, animumq; exaturare vellent. Off 51 b, Ex quo genere comparationis illud eſt Catonis ſenis: à quo cùm quæreretur, quid maximè in re familiari expediret? reſpondit, Bene paſcere. quid ſecundum? Bene veſtire. quid tertium? Satis bene veſtire. quid quartum? Arare. I. A. 232 a, At in eius corpore lacerando cùm animum ſatiare non poſſet oculos pauit ſuos.

* PASCOR, eris, paſtus ſum. Off 41 a, Qui maleficio & ſcelere paſcuntur. Att 60 b, Ego hic paſcor bibliotheca Fauſti. I. P. 89 a, Hiſce ego rebus paſcor, his delector, his perfruor, quòd ſenatus, &c. de Nat. 27 b, Cùm cauea liberati pulli non paſcerentur. de Diu 86 a, Neceſſe eſt offa obiecta cadere fruſtum ex pulli ore, cùm paſcitur. pro Clu. 31 b, Beſtiæ fame dominante plerunque ad eum locum vbi paſtæ aliquando ſunt, reuertuntur. * Chorogr. Vt ſues, quaſi capræ ex ramis, glande paſcuntur.

† Syntaxis. *Lancibus & ſplendidis caniſtris amicos paſcere. Maleficio & ſcelere paſci. Paſci, delectari, perfrui pacis fructu.*

PASCVA, orum. contra Rull. 61 b, Vtrum tandem hanc ſyluam in relictis poſſeſſionibus, an in cenſorum paſcuis inueniſti?

PASIPHAE, es. de N. 69 a, Circe & Paſiphaë è Perſeide Oceani filia natæ, patre Sole.

PASITHEA, theæ. de D. 100 a, In Paſitheæ fano.

PASSER, ris. de Diu. 95 b, Calchas apud Homerum, ex paſſerum numero belli Troiani annos auguratus eſt. * de Fin. 80 b, Voluptas, quæ paſſeribus omnibus nota eſt. de Diuin. 111 b, Quod apud Homerum Calchantem dixiſti ex paſſerum numero belli Troiani annos auguratum. & 122 a, Quæ tandem iſta auguratio eſt ex paſſeribus annorum potiùs, quàm aut menſium, aut dierum? ibid. Quid ſimile habet paſſer annus?

PASSERCVLVS, li de Diu. 122 a, Cur de paſſerculis coniecturam facit, in quibus nullum erat monſtrum.

PASSIM. *diſpersè, vbique, vndique ſine ordine.* pro Mur. 141 b, Ad prandium vocare vulgò, paſſim. quid eſt vulgò? vniuerſos. Epiſt 174 a, Ille enim it paſſim, ego ordinatim. pro Syll. 175 a, Illas fabulas deſcribi ab omnibus ſtatim librarijs, diuidi paſſim & peruulgari, atq; edi populo imperaui. pro S. R. 41 a, Paſſim per forum volitare. de Or. 200 b, Paſſim carpere & colligere vndique. de D. 125 a, Aues huc & illuc paſſim vagantes. de Orat. 110 a, Aues paſſim ac liberè volitare.

† Syntaxis. *Paſſim, vulgò ad prandium vocare. Quid eſt vulgò? vniuerſos. Non ordinatim, ſed paſſim. Paſſim diuidere librum, & peruulgare, atq; edere populo. Paſſim & liberè volitare, vagari.*

PASSVS, a, um. *apertus.* de N. 48 a, Minorem ſeptentrionem Cepheus paſſis palmis ſubſequitur. Tuſ. 174 b, Quò etiam velis paſſis peruehi liceat.

PASSVS, ſus. *gradus.* pro Seſt 9 b, Edixitque, vt ab vrbe abeſſet mille paſſus. Att. 256 b, Erat enim Brutus citra Veliam millia paſſuum tria. pro Quin. 14 b, Triduo ſeptingenta millia paſſuum ambulare. Qu. fr. 318 b, Seſe menſum pedibus aiebat paſſuum CCCCM. de Leg. 167 a, Qui me deduxit in Academiam perpauculis paſſibus. I. A. 213 b, Ne propius vrbem millia paſſuum ducenta exercitum admouerit. * pro Marc. 131 b, Nec verò diſiunctiſſimas terras citiùs cuiuſquam paſſibus potuit peragrari.

PASTIO, onis *pabulum, paſtus.* ꝓ Pomp. 6 b, Aſia fertilis eſt vt magnitudine paſtionis facilè omnib. terris antecellat.

PASTOR, oris. pro Fl. 154 a, O pastores, neſcio quos cupidos literarum, ſiquidem nihil iſtis præter literas abſtulerunt. * con. C. Anton. Paſtores retinet.

PASTORALIS, le. *paſtoritius*, de D. 102 a, Atque ille Romuli auguratus paſtoralis, non vrbanus fuit.

PASTORICIVS, a, um. *paſtoralis.* Att. 13 a, Paſtoricia fiſtula. pro Cæl. 42 b, Fera quædam ſodalitas & planè paſtoricia, atque agreſtis germanorum lupercorum.

PASTVS, a, um pro Clu. 32 b, Hic ille planus quæſtu iudiciario paſtus contrahit frontem. Epiſt. 124 a, Nunc tibi noſtri milites malis orbiculatis eſſe paſti videntur.

PASTVS, ſtus. *paſtio, cibus, locus, paſcuus.* de N. 46 a, Qui volucrum lapſus? qui pecudum paſtus? quę vita ſylueſtrium? & 50 a, Paſtum animātibus largè & copiosè natura comparauit. de Fin. 88 a, Terra fundit ex ſeſe paſtus varios varieq; abundantes beſtijs. de D. 99 b, Cilices paſtu pecudū maximè vtuntur. de Nat. 51 a, Beſtiæ in paſtu circumſpectant. Tuſc. 241 a, Oblectatio induſtriæ, qui eſt vnus ſuauiſſimus paſtus animorum. in Ant. 231 a, Qui popularetur agros, non ad ſpem conſtituendæ rei familiaris, ſed ad præſentem paſtum mendicitatis ſuę. Off. 3 a, Omne genus animantium, omnia quæ ſint ad viuendum neceſſaria, inquirunt, parant, vt paſtum, vt latibula. * de Fin 73 a, Cōtraq; vt tardam aliquam & languidam pecudem ad paſtū & ad procreādi voluptatem hoc diuinum animal ortum eſſe voluerunt. de Nat. 50 a, Enumerare poſſum ad eum paſtum capeſſendum conficiendumque, quæ ſit in figuris animantiū, & quàm ſolers ſubtiliſq; deſcriptio partiū. de Sen. 88 b, Res ruſticæ lætæ ſunt, &c. tum pecudū paſtu.

† Syntaxis. *Pecudum paſtus. Paſtum capeſſere & conficere. Vti pecudum paſtu. Animorū paſtus. Ad mendicitatis paſtū laborare.*

PATARANI, *à Patara Lyciæ oppido* pro Flac. 162 b,

PATAVINI. *populi.* I. A. 241.

PATAVINVS, a, Att. 201.

PATEFACIENDVS, a, um. pro Flac. 147 a, Qui ea proferēda patefaciendaq; curauit.

PATEFACIO, cis *in lucem profero, diuulgo, aperio.* de Or. 93 a, Nunc vterq; veſtrûm patefecit earum rerū aditum, quas quęrimus. & 102 a, Hæc q̄ patefecit oratione ſua Craſſus. de Ar. 249 a, *Mater magna* vobis, hæc populo Rom. & ſcelerum indicia oſtendit, & periculorum ſigna patefecit. pro Mil. 21 b, Indicia cōmunis exitij indagaui, patefeci, protuli. Top. 227 b, Patefacere aliquid, in iudiciumq; proferre. de Or. 99 b, Patefacere & illuſtrare obſcura. Acad. 12 a, Patefacere aliquid obſcurum. Ep. 94 b, Ex quo *cubiculo* tibi Stabianum perforaſti, & patefeciſti Seianum. Epiſt. 213 b, Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & innuo cognitum. I. C. 123 a, Patefacere nobis prouincias, quò exire poſſumus. Att. 178 b, Patefacere odium ſuum in aliquem. Epiſt. 87 b, Itaq; Theudæ liberto tuo totum me patefeci. de Am. 114 a, Patefacere & illuſtrare veritatem.

† Syntaxis. *Indagare, patefacere, proferre. Patefacere & illuſtrare obſcura. Totum ſe alicui patefacere.*

PATEFACTIO, onis. *euolutio, explicatio.* de Fin. 64 b, Definitio eſt patefactio quaſi rerum opertarū, cum quid quicq; ſit, aperitur, qua tu etiam imprudens vtebare nonunquā.

PATEFACTVS, a, um. *illuſtratus, diuulgatus, apertus.* de Diu 88 b, Neq; ante philoſophiam patefactā hac de re quiſquā dubitauit. de Orat. 102 a, Ab hoc aditu ianuaq; patefacta. Tuſc. 241 a, Aditus patefactus. I. A. 114 a, Lentulus patefactus eſt indicijs & confeſſionibus ſuis. pro Pomp. 7 b, Patefactum noſtris legionibus eſſe pontum, qui antè populo Rom. ex omni aditu clauſus eſſet. ꝓ Syl. 167 b, Quare iſta cōiuratio ſi patefacta per me eſt, tam patet Hortenſio quàm mihi. Ep. 10 a, Quibus patefactis, &c. pro Pomp. 9 b, Per Galliam legionibus noſtris in Hiſpaniam iter, Gallorum internecione patefactum eſt.

† Syntaxis. *Patefactus indicijs & confeſſionibus ſuis Cethegus.*

* PATEFIO, is. is pro Corn 66 a, An lingua & ingenio patefieri aditus ad ciuitatē potuit? manu & virtute nō potuit?

PATELLA, lę. *vas piatum, vel fictile, ſacrificijs faciendis aptum.* de Fin. 69 a, Reperiemus aſotos primùm ita non religioſos vt edant de patella. I. V. 210 a, & b, Qua in domo hæc non eſſent, etiamſi pręterea nihil eſſet argenti: patella grādis, cum ſigillis ac ſimulachris Deorum, patera, thuribulum. Hæc autem omnia antiquo opere & ſummo artificio facta. ibi. Apud eos remanſiſſe ea, q̄ religio retinuiſſet. dixi iudices, multa fuiſſe ferè apud Siculos omnes. ibi. Illa pro lepuſculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula. ibi. Ab Aeſchylo iſtum paterā abſtuliſſe: à Thraſone patellā. ibid. Quem teſtem ego interrogē de patellis, pateris, thuribulis. I V. 211 a, Appoſuit patellā, in qua ſigilla erant egregia. Iſte continuò vt vidit, non dubitauit illud inſigne penatiū hoſpitaliumq; Deorū ex hoſpitali menſa tollere.

PATENS, tis. *apertus. )( clauſus.* de Diu. 80 a, Cœlum ex omni parte patens atq; apertum intueri pro Quin. 17 b, Habere domum clauſam pudori, patentem atq; adeò expoſitam cupiditatibus.

PATENTIVS, *aduer. apertius.* de In 70 b, * Abſoluta eſt, q̄ ipſa in ſe, non vt negotialis implicitè & abſconditè, ſed patentius & exquiſitius recti & non recti quæſtionem continet.

PATEO, es. *apertus ſum.* I. A. 181 b, Cur valuæ Concordiæ nō patent? de Cl. 167 b, Domus Iſocratis cūctę Gręcię quaſi ludus quidā patuit. Ep. 27 a, Si cuius aures ad hāc diſputatio-

tationem patent. de Cl.166 a, Aditus, qui nobis patuit, obſtructus eſt. Att.166 a, Si nobis is curſus, quem ſperâram patéret. pro Muræn. 130 a, Quod omnibus patet, & æquè promptum eſt mihi & aduerſario meo. de D.109 a, Vt nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur, qui non Latinis literis illuſtratus patéret. de Orat. 87 a, Cùm illa pateant, in promptuq; ſint omnibus. pro Qu.R.45 b, Non habere ſe hoc nomen in codice fatētur, ſed in aduerſarijs patére contendit. Off. 15 a, In philoſophorum vita minus multa patent, quæ fortuna feriat. Quint.frat. 294 b, Facillimos eſſe aditus ad te, patére aures tuas querelis omniū. I.A.178 a, Septies millies ſeſtertiûm, quod in tabulis, quæ ſunt ad Opis, patebat. * *Alij Parebat legunt.* de Conſolat. Nec omnibus eundem curſum in cœlum patere. Iocul. li.

*Ni tamen exciderit, quá caua funda patet.*

* de Repub. Nam & Herculi eadem ipſa porta patuit. de Clar. 166 a, Ad quos fructus conditos omnis nobis aditus, qui penè ſolis patuit, obſtructus eſt. I.A. 156 a, Iſti ordini iudicatus lege Iulia, etiam antè Pompeia, Aurelia, non patebat? Ep.120 b, Ne vacuus aduenienti Cæſari pateat *ager Campanus.*

¶ *Concedor, non negor, facilis ſum.* de Ar.256 a, Quid exiſtimatis eum, ſi reditus ei gratiæ patuerit, eſſe facturum. Epiſt. 87 b, Vt intelligant, omnia Ciceronis patére Trebatio. pro Cor.59 b, His præmijs & his honoribus excluſos eſſe ſocios, quæ pateant ſtipendiarijs: pateant hoſtibus: pateant ſæpe ſeruis. de Am. 111 b, Qui exiſtimant peccatorum omnium patére in amicitia licentiam. Att.61 b, Velim domum ad tuos ſcribas, vt mihi libri tui pateant.

¶ *Vim habeo magnam, amplam naturam. hic rationem vniuerſalis, & communioris naturæ cognoſcas.* de Or. 105 a, Hæc enim ars & latè patet, & ad multos pertinet. off. 18 b, Hoc latiſſimè patet, ad plurimosq; pertinet. Off. 5 b, In quo vitio latiſſimè patet auaritia. de In. 58 a, Hoc maiorem quandā vim habet, & latius patet quàm hìc explicetur. Epiſt.24 b, Latè enim patet hoc vitium, & eſt in multis. Orat. 203 b, Locus longè lateq; patens. Off 47 a, Cuius beneficia latè patent. Epiſt.271 b, Cappadocia maximè patet. & 244 a, Cappadocia, quæ patet à Syria. de D. 99 b, Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes. Offic. 11 a, Ac latiſſimè quidem patens hominibus inter ipſos, omnibus inter omnes ſocietas hæc eſt.

PATET, bat. *conſtat.* pro Mil. 104 a, Quid porrò quærendum eſt, factúmne ſit? at conſtat? à quo? at patet. Tuſcul. 159 b, Cùm pateat igitur æternum id eſſe, &c. I.A.240 a, Diſcuſſa eſt caligo, diluxit, patet, videmus omnia.

PATER, tris. *parens, generator, genitor, procreator, ſator, educator, altor, ſenator, de multis, patres, dicimus maiores noſtros,* pro Rab. 96 a, Quem verè patrem patriæ, parentem, inquam, reip. poſſumus dicere. de Inu.61 a, Si ad ſenes de patribus, aut parentibus cogitent. pro Dom.288 b, Pater vitæ necisque poteſtatem habebat in filios. de Orat. 132 b, Quibus nec pater, nec mater ſit. de Am.96 b, Scimus L. Acilium apud patres noſtros appellatum eſſe ſapientem. pro Mur.142 a, Fuit eodem ex ſtudio vir eruditus apud patres noſtros Q. Tubero. de Orat.100 a, Quid, quod vſu memoria patrū venit? Off. 61 a, Malè etiam, qui peregrinos vrbibus vti prohibent: vt Petronius apud patres noſtros, Papius nuper. in Verr.95 b, Patres maioresq; noſtri. Or. 198 a, Patrū noſtrorum ætas. de Orat.100 a, Quem pater ſuus aut populus vendidiſſet. pro S. Roſc.200 b, Accuſant ij, quibus occidi patrem Sex. Roſcij bono fuit: cauſam dicitis, cui non modò luctum mors patris attulit, verum etiam egeſtatem. pr S.Roſc 21 b, Cùm pater huiuſce S. Roſcius nullo negotio ſit occiſus. & 23 a, Qua *Cæcilia* pater vſus erat plurimum. & b, Patrem meum, cùm proſcriptus non eſſet, iugulaſtis: occiſum in proſcriptorum numerum retuliſtis. pro S.Roſc.24 b, Occidiſſe patrem Sex. Roſcius arguitur. ibid. Patri non placebat. Quam ob cauſam? pro S. Roſc.25 a, Mortem oblatam eſſe patri à filio ſine plurimis & maximis cauſis. ibid. Quare is patri diſpliceret. ibid. Pater igitur amens, qui odiſſet eum ſine cauſa, quem procrearat. ibid. Neque odij cauſam patri, neque ſceleris filio fuiſſe. ibid. Cum duos filios haberet, &c. hunc in prædia ruſtica relegarat. ibid. Certis fundis patre viuo frui ſolitū eſſe. pro S.Roſc.25 b, Quod conſuetudine patres faciunt. ibid. Quod honoris cauſa pater filio ſuo conceſſit, id eum ſupplicij cauſa feciſſe dicis. ibid. Atenim cum duos filios haberet: alterum à ſe non dimittebat, alterum ruri eſſe patiebatur. ibid. Vt patre certo naſcerere. pro Cæcin. 304 a, Quem pater patratus dedidit, aut ſuus pater populúſue vendidit. ibid. Si pater vendidit eum, quem in ſuam poteſtatem ſuſceperat, ex poteſtate dimittit. I.A. 168 a, Cuius etiam naturalis pater, ſi vita ſuppeditaſſet, conſul factus eſſet. de Leg.179 b, Ex patre audiui. Att.151 a, Pater nimis indulgens quicquid ego aſtrinxi relaxat.

PATERFAMILIAS. * *vel familiæ. dominus & adminiſtrator rei familiaris.* de Orat, 96 a, Qui ſicut vnus paterfamilias his de rebus loquor. pro Quint.2 a, C. Quintius fuit P. Quintij huius frater: ſanè cæterarum rerū paterfamilias & prudens & attentus: vna in re paulò minus conſideratus, qui ſocietatem cum Sex Næuio fecerit. pro Sex. Roſc 25 a, Patresfamiliæ (*al. patresfamilias*) qui liberos habent, præſertim homines illius ordinis ex municipijs ruſticanis, nonne optatiſſimum ſibi putant eſſe, filios ſuos, &c. pro Sex. Roſc.26 a, Conſidera non modò in Vmbria atque in ea vicinitate, ſed in his veteribus municipijs, quę ſtudia à patribusfamilias maximè laudentur. de Leg.179 b, Ne morte patrisfamilias ſacrorum memoria occideret. de L 180 a, Quod paterfamilias in eius donatione, qui in ipſius poteſtate eſſet, approbauit, ratum eſt: quod eo inſcio factum eſt, ſi id is non approbat, ratum non eſt. 5 de Repub. Bono patrifamilias colendi, ædificādi, ratiocinandi quidam vſus opus eſt.

† Syntaxis. *Quæſitum eſt apud patres noſtros, patres & maiores noſtri. Apud patres noſtros vir clarus. N.N.*

PATERA, ræ. *poculi genus latum ac patens.* de D. 90 a, Mercurius è patera ſanguinem viſus eſt fundere. de Clar. 168 a, Excipere ſanguinem patera. * I.V.210 a, Qua in domo hęc non eſſent: etiamſi præterea nihil eſſet argenti: patella, &c. patera, qua mulieres ad res diuinas vterentur: thuribulū. Hæc autem omnia antiquo opere, & ſummo artificio facta. ibid. Apud eos remanſiſſe ea, quæ religio retinuiſſet. Dixi, iudices, multa fuiſſe ferè apud Siculos omnes. ibid. Illa quidem certè pro lepuſculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula. ibid. Ab Aeſchylo Tindaritano iſtum pateram abſtuliſſe. ibid. Quem *teſtem* ego interrogem de patellis, pateris, thuribulis. de Nat.77 a, Item victoriolas aureas, & pateras coronasq; quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat: eaq; ſe accipere, non auferre, dicebat. ibi. Eundemq; ferunt hæc, quæ dixi, ſublata de fanis in forum protuliſſe, & per præconem vendidiſſe, exactaque pecunia edixiſſe, vt quod quiſque à ſacris haberet, id ante diem certam in ſuum quodque fanum referret. Paradox. 117 b, Minúſne gratas Dijs immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuiſſe, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur?

PATERNVS, a, um. *patrius.* pro Cæl.4 L.4 Bona paterna. Att. 262 a, Paterna neceſſitudo. pro Dom. 243 a, & Epiſt.223 a, Satis amplum patrimonium paterni nominis. de Orat.99 a, Egiſſetq; lege in hæreditatem paternam teſtamento exhæres filius, & 99 b, Poſſétne paternorum bonorum exhęres eſſe filius. * pro M.Tull. Fundus paternus. ꝑ M. Scau. Paternus inimicus. pro S. Roſc. 29 a, Magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus maternusq; ſanguis.

PATERPATRATVS. *qui ad iuſiurandum patrandum, id eſt, ſanciendum in fœderibus mittebatur:* de Or. 100 a, Cùm propter inuidiam Numantini fœderis pater patratus ex ſenatuſconſulto C. Mancinum Numantinis dedidiſſet. & 121 a, pro Cec. 304 a.

PATESCO, ſcis. I.A.261 a, Quæ res pateſcit P.C. ſed ſuo tēpore totius huius ſceleris fons aperietur. *ſic enim legendum eſt: non patefacit: aut patefacta eſt.*

ΠΑΘΗ, vel πάθος. Leg. MOTVS, & PERTVRBATIO, & MORBVS.

PATHETICVS, a, um. Orat. 208 b, Alterum quod Græci παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi, & concitantur.

PATIBILIS, le. παθητικός. de N.65 a, Omne animal patibilem naturam habet.

¶ *Tolerabilis.)(.impatibilis, intolerabilis.* Tuſ.219 b, Negligenda mors eſt, patibiles & labores & dolores putandi.

PATIBVLVM, li. *crux.* in Verr. 221 a, Tibi Marcelli ſtatua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit.

PATIENDVS, da, dum. Att. 165 a, Sed ea omnia mihi ſunt patienda. pro Font. 281 b, Quod in turpi reo patiendum non eſſet. Tuſc.178 b, Res ad patiendum tolerandumque difficilis. de Fin.111 b, De dolore patiendo. * Tuſc.223 a, Quod non natura humana patiendo ferat.

† Syntaxis. *Animal natura patibili. Dolor non patibilis, Res ad patiendum, tolerandumque difficilis. De patiendo dolore, id eſt patiendi poteſtate.*

PATIENS, tis: tior, ſsimus. de Aruſp.235 b, Non modò patienti, ſed etiam libenti animo religione parebo. de Orat. 137 a, In quo nimiùm patiens & lentus exiſtimor. & 134 b, vir patiens & lentus. pro Ligar. 141 a, Ne offendam tuas patientiſſimas aures. Qu.fr.298 a, Meæ literæ te patientiorem, lenioremq; fecerunt. Off. 22 a, Quo in genere verſutiſſimum & patientiſſimum Lacedæmonium Lyſandrum accepimus. pro Cæl.40 a, Quis in laboribus patientior? de Clar.189 a, Præcepta quæ habent ordinem, &

quaſdam errare in dicendo non patientes vias.

† Syntaxis. *Et patienti, & libenti animo facere, ferre. Vir patiens & lentus. Aures patientiſſimæ. Facere aliquem patientem ac lenem. In labore patiens. Via non patiens errare.*

PATIENTER. *toleranter, placidè, ſedatè, moderatè, tranquillè, patienti animo, lenìè, leniter, tolerabiliter, non repugnanter.* de Am. 113 a, Et monere & moneri proprium eſt amicitiæ, & alterum liberè facere, non aſperè: alterum patienter accipere, non repugnanter. Epiſt. 9 a, Patienter ferre potentiam alicuius. item: Patienter, placidè, ſedatè ferre dolorem.

PATIENTIA, tiæ. *tolerantia.* de Inu. 82 a, Patientia eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio. Par. 237 a, Patientiam duritia immanis imitatur. contra Rull. 78 b, Homo patiētia paupertatis ornatus. I. C. 102 b, Habes, vbi oſtentes illam præclaram tuam patientiam famis & frigoris, inopiæ rerum omnium. pro Dom. 243 a, Externorum bonorum & in vtendo, rationem, & in carendo patientiam ſemper expetendam putaui. I. P. 80 a, Ego Antonium collegam patientia atq; obſequio meo mitigaui. pro Mil. 116 a, Sed neſcio quomodo vſu obdurueratq, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia. I. A. 226 a, Brutus vſus eſt incredibili patientia. contra Rul. 69 b, Tentare patientiam alicuius. Off. 25 a, Adoleſcentia à libidinibus arcenda eſt, exercendaq; in labore patientiaq; & animi & corporis. * I. V. 242 b, Cùm in eiuſmodi patientia turpitudinis, aliena, nō ſua, ſatietate obduruiſſet. Ep. 192 b, *Lentuli.* Vt patientiam Senatus & optimi cuiuſq; manere etiam nunc conſiderent. 3. de Repub. Fortitudinis, impigritatis, patientiæ.

† Syntaxis. *Patienter accipere, non repugnanter. Patienter, placidè, ſedatè ferre.*

PATINA, næ. *lanx.* Epiſt. 136 b, * Quem tu mihi Popilium, quem Oenomaum narras? quam Tyrotarichi patinam? Att. 59 a, Multa me in epiſtola tua delectârunt: ſed nihil magis quàm patina Tyrotarichi.

PATIOR, ris. *fero, perfero, ſuffero, tolero, perpetior, ſuſtineo, haurio, ſubeo, capio, facio, ſino, quieſco.* I. C. 108 b, Iſta non modò homines, ſed ne pecudes quidem mihi paſſuræ videntur. I. V. 261 b, Patimur enim iam multos, & ſilemus. I. C. 99 b, Non feram, non patiar, non ſinam. Attic. 151 a, Aſperius quàm tui patiantur mores, de Dionyſio ſcripſiſti. pro Clu. 35 a, Cluentius Stalenum abeſſe patiebatur. I. V. 155 a, Et imbri frumentum corrumpi in area patiebatur. Off. 23 a, Multa paſſus eſt Vlyſſes in illo diuturno errore. de Fin. 90 b, Etiamſi dolores tolerabilius patiantur. Tuſc. 184 a, Pati dolorem toleranter. de Clar. 193 a, de D. 109 a, Vt nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur, qui non Latinis literis illuſtratus pateret. Att. 107 b, Aut ſi per trib. Pl. non patiatur, tamen quieſcat rem adduci ad interregnum. pro Qu. 16 b, Neque eum, ſi tribunos appellârit, idcirco minus iudicio (*al. iudicium.*) pati paratum fuiſſe. Attic. 263 b, Non modò facilè patior, ſed etiam gaudeo. Epiſt 63 b, Quibus officijs ſi quando non mutuò reſpondetur apud me plus officij reſidere facillimè patior. Att. 211 b, Facilè patiebar nos potius Romæ vnà eſſe quam alibi. pro Plan. 272 b, Populus Rom. deligit magiſtratus: in quibus ſi qua præterea eſt ars, facilè patitur: ſin minus, virtute eorum & innocentia contentus eſt. Attic. 209 b, Torquato noſtra officia grata eſſe facilè patior, eaq; augere non deſinam. nam. I. V. 148 b, Patior non moleſtè eam vitam, &c. I. V. 242 a, Indignè pati. Epiſt. 195 b, Pati aliquid periniquo animo. Attic. 238 b, Conſilium meum à te probari facilè patior. Off 6 b, Vt eos, quos tutari debeant, deſertos eſſe patiantur. in A. 206 a, Aliæ nationes ſeruitutem pati poſſunt, &c. ibid. 241 a, Gallia æquo animo belli patitur iniuriam. de Vni. 198 a, Mundus per ſe, & à ſe & patitur, & facit omnia. pro Lig. 137 b, Is nullo ſe implicari negocio paſſus eſt. de Orat. 109 a, Quantum illius ineuntis ætatis meæ patiebatur pudor. in L. Piſon. Neque hęc mea natura fert, nec municipij dignitas patitur. pro Quint. 11 b, Non eſt iſtud iudicium pati, neque iudicio defendere. Ep. 11 b, Cum ipſa quaſi Repub. collocutus ſum, vt, &c. eumque, quem bonum ciuem ſemper habuiſſet, bonum verum eſſe pateretur.

† Syntaxis. *Pati, ferre, ſinere. Et facilè patior, & gaudeo. Indignè pati, periniquo animo. Per ſe, & à ſe pati.*

PATERAE, arum. *vrbs Peloponneſi.* Attic. 172 Epiſtol. 108 & 211.

PATRENSIS, e. Epiſt. 211.

PATRATVS, a, um. *perfectus.* Leg. PATRO. de Leg. 173 a, Ferijs iurgia amouento, eaſq; in famulis, operibus patratis habento. L. PATERPATRATVS.

PATRIA, patriæ. *ſedes natalis, dij penates, patrij: terra parens, altrix, patriæ ſolum.* Tuſc. 249 a, Patria eſt vbicunque eſt bene. *Teucri vox.* I. C. 101 a, & de Orat. 101 a, Patria quæ communis eſt omnium noſtrûm parens. I. C. 122 a, Patriæ ſolum cum omnibus eſt charum, tum, verò dulce atque iucundum. de Orat. 101 a, Ac nos id quod maximè debet, patria noſtra delectat; cuius rei tanta eſt vis, tanta natura, vt Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret. de Fin. 103 b, Decet chariorem eſſe patriam nobis quàm noſmetipſos. Poſtquam. 204 a, Patria qua nihil poteſt eſſe iucundius. de Somn. 127 b, Omnibus qui patriam conſeruârint, adiuuerint, auxerint, certum eſſe in cœlo ac definitum locum, vbi beati æuo ſempiterno fruantur. I. A. 174 b, Patria, dij penates, patrij, arę, foci, lar familiaris. pro Flac. 158 a, Et eorum eadem terra parens altrix, patria dicitur. pro Seſt. 13 b, Mortem virgines regis, opinor, Erichthei filiæ pro patria contempſiſſe dicuntur. de Fin. 139 b, Patriæ cōſeruator Codrus. )(. *patriæ proditor Pullus Numitor Fregellanus.* I. P. 80 b, Me Q. Catulus parentem patriæ nominauit. Tuſc. 171 a, Quærentibus amicis, vellentne Clazomenas in patriam, ſi quid accidiſſet, afferri? Nihil neceſſe eſt, inquit, &c. de Orat. 106 b, Ne in noſtra patria peregrini atque hoſpites eſſe videamur. Parad. 117 a, Cuius cùm patriam Prienem cepiſſet hoſtis, admonitus eſt, &c. de L. 169 b, Hæc eſt mea & huius fratris mei germana patria: hîc enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus, hîc ſacra, hîc genus, hîc multa maiorum veſtigia, &c. & 170 a, Ego & Catoni & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias: vnam naturæ, alteram ciuitatis: vt ille Cato, cùm eſſet Tuſculi natus, in populi Rom. ciuitatem ſuſceptus eſt. itaq; cùm ortu Tuſculanus eſſet, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris. Parad. 127 b, Quid egerit Brutus in patria liberanda? quid reliqui item eiuſdem conſilij ſocij? quid ſpectarint? (*al. expetiuerint*) quid ſecuti ſint? * Off 5 a, Ortuſq; noſtri partem patria vendicat. de Fin. 74 a, Non ſibi ſoli ſe natum meminerit, ſed patriæ, ſed ſuis. in L. Piſon. Qui colore ipſo patriam aſpernaris. de Inuen. 50 a, Hominum genus & in ſexu conſideratur, virile an muliebre ſit: & in natione, patria, cognatione, &c. patria, Athenienſis an Lacedæmonius? pro Marc. 134 b, Patriæ certè parum *vixiſti.* & 135 a, In patriam merita. ibid. Cum patriæ quod debes ſolueris. de Leg. 170 a, Sic nos & eam patriam dicimus, vbi nati, & illam, qua excepti ſumus. Sed neceſſe eſt charitate eam præſtare, in qua Reip. nomen & vniuerſæ ciuitatis eſt. Pro qua mori, & cui nos totos dedere, & in qua noſtra omnia ponere, & quaſi cōſecrare debemus. Dulcis autem non multò ſecus eſt ea quæ genuit, quàm illa quæ excepit. Itaque ego eſſe hanc meam patriam prorſus nunquam negabo, dum illa ſit maior, & hæc in ea contineatur. ibid. Hanc quoque, quæ te procreauit, eſſe patriam tuam. Off. 12 a, Omnes omniū charitates patria vna complexa eſt, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ſit ei profuturus. ibid. Qui lacerarunt omni ſcelere patriam, & in ea funditus delenda occupati & ſunt & fuerunt. ibid. Principes ſunt patria & parentes, quorum beneficijs maximis obligati ſumus. Epiſt. 146 a, Sic hortor, vt & pro patria, & amiciſſimum. & 179 b, *Matij.* Patriā amicitiæ præponendam eſſe. Att. 118 b, Qui vrbem reliquit, id eſt, patriam: pro qua & in qua mori præclarum fuit. Att. 119 a, Non expulſi, ſed euocati è patria: quam non ſeruandam ad reditum noſtrum, ſed diripiendam & inflammandam reliquimus. & 143 a, Noſtri principes antiquiſſimam & ſanctiſſimam parentem patriam fame necandam putent.

† Syntaxis. *Patriæ ſolum charum, dulce, iucundum. Terra parens altrix patria eſt. Hæc illi germana patria.*

PATRICIDA, dæ. de Leg 174 a, Sacrum ſacróue commendatum, qui clepſerit rapſeritque patricida eſto. *aliter paricida.*

PATRICIVS, a, um. *ex patrum & ſenatorum ordine.* )(. *plebeius.* pro Mur. 127 a, de L. 181 b, Sylla primus è patricijs Cornelijs igne voluit cremari. de Cl. 170 a, Vt ſi ego me à M. Tullio eſſe dicerem, qui patricius cum Ser. Sulpitio conſul fuit. Ep. 139 a, b, Quid tibi venit in mentem, negare Papyrium quenquam vnquam niſi plebeium fuiſſe? fuerunt enim patricij minorum gentium. Att. 246 b, Dum vnus erit patricius magiſtratus, auſpicia ad partes redire non poſſunt. pro Cæc. 304 b, Omnes patricij antiquiſſimiq; ciues. pro D. 220 b, Exire à (*al. è*) patricijs. *id eſt, fieri plebeium.* de Leg. 170 b, Fibrenus præcipitat in Litem, & quaſi in familiam patriciam venerit, amittit nomen obſcurius. * pro Dom. 220 b, Patricius nemo relinquetur. ibid. Quia patricio non ſit is locus, non venire: vt cuiq; aliquid acciderit, &c ſimili ratione adoptabitur. ibid. Si magiſtratus patricij creati non ſint: intereant neceſſe eſt, cùm interrex nullus ſit: quod & ipſum patricium eſſe, & à patricio prodi neceſſe eſt.

† Syntaxis. *Patricij minorum gentium. E` patricijs exire.*

PATRIMONIVM nij. *bona, hæreditas.* pro R. P. 128 b, Qui duo

lauta & copioſa patrimonia accepiſſet. Off. 44 a, Effundere patrimonium. pro Cæl. 46 b, pro Dom. 243 a, Liberis noſtris ſatis amplum patrimonium paterni nominis ac memoriæ noſtræ relinquamus. I. A. 179 b, Quæ arationes in populi Romani patrimonio glandiferæ & fructuoſæ ferebantur. de Orat. 106 a, Mutius paterni iuris defenſor, & quaſi patrimonij propugnator fuit. pro Cec. 299 a, Non minus diligenter publica patrimonia iuris, quàm priuatæ rei veſtræ retinere debetis. pro S.R. 43 a, Quem tu è patrimonio, tanquam è naufragio nudum expuliſti. pro Flac. 163 b, Qui patrimonium ſuum lautum, quod hîc nobiſcũ conficere potuit, Græcorum conuiuijs maluit diſſipare. Ep. 17 a, Vt frater meus verè exiſtimet, adiuncto iſto fundo patrimonium fore ſuum per te conſtitutum. * pro S. Roſc. 19 b, Patrimonium tam amplum & copioſum obtinere. ibid. Sperat ſe poſſe quod adeptus eſt per ſcelus, id per luxuriam effundere atque conſumere. de Orat. 143 a, Deplorauit caſum atque orbitatem Senatus: cuius ordinis à Conſule tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis.

† Syntaxis. *Patrimonium lautum & copioſum accipere, effundere. E` patrimonio expellere. Patrimonium conficere, diſſipare, conſtituere.*

PATRIMVS. *cuius pater viuit adhuc.* * de Aruſp. 249 a, Puer patrimus & matrimus.

PATRITVS, ta. *patrius.* Tuſc. lib. 1, Hæc enim pulchritudo etiam in terris patritam illam & auitam, vt ait Theophraſtus, philoſophiam cognitionis cupiditate incenſam excitauit. Nonius.

PATRIVS, a, um. *paternus, quod eſt patris, vel patriæ.* de Cl. 184 a, pro S.R. 25 b, Intelligere, qui animus patrius in liberos eſſet. & 42 b, & pro Pl. 166 b, Percipere ſenſum ex mœrore patrio. I.V. 68 b, Res patriæ atq; auitæ. Tuſc. 157 b, Patria & auita philoſophia.

¶ *Antiquus.* de Or. 91 b, Hic enim mos patrius Academiæ, aduerſari ſemper omnibus in diſputando.

PATRO, as *committo, perficio, perſoluo.* I.V, 60 b, Quæ C. Verres in Aſia patrauit. Att. 10 a, Τεῦκρος promiſſa patrauit.

PATROCINIVM, nij. *defenſio, aduocatio.* Epiſt. 65 a, Si tuam conſuetudinem in patrocinijs tuendis ſeruas, P. Vatinius cliens ad te venit, qui pro ſe cauſam dicier vult. de Clar. 174 b, Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptũ videtur. de Nat. 3 a, Suſcipere patrocinium alicuius deſerti. de Or. 106 a, Arripere patrocinium æquitatis. Or. 107 b, Legitimarum & ciuilium controuerſiarum patrocinia ſuſcipere. I. A. 210 a, Suſcipere patris patrocinium. de Fin. 77 b, Aut hæc tibi vituperanda, aut patrocinium voluptatis repudiandum. Off. 38 a, Itaq; illud patrocinium orbis terræ verius quàm imperium poterat nominari. pro Do. 217 a, Cùm in eius regnum, bona fortunas, patrocinium (*rectius latrocinium legitur*) huius imperij immiſiſſes. Parad. 118 a, Voluptas plurimorum patrocinijs defenditur. * de Nat. 3 a, Deſertæ diſciplinæ & iam pridem relictæ patrocinium nec opinatum à nobis eſſe ſuſceptum. Paradox. 125 a, Qui tuas mercedum pactiones in patrocinijs interciſas, &c. recordetur.

† Syntaxis. *Patrocinia tueri. Patrocinium ſuſcipere deſerti, arripere, repudiare.*

PATRONA, næ. *defenſatrix.* de Or. 126 b, Neque prouocationem, patronam illam ciuitatis, ac vindicem libertatis populo Rom. dari ſine nobilium diſſenſione potuiſſe.

PATRONVS, ni *defenſor, cuſtos, tutor, in cuius fide aliquis eſt.* pro S.R. 19 a, His de cauſis ego huic cauſæ patronus extiti. de Orat. 134 b, Dare patronum cauſæ alicui. pro Cæl. 40 b, Quis eum vnquam non modò in patroni, ſed in laudatoris, aut aduocati loco viderat? Off. 8 a, Qui ciuitates, aut nationes in fidem cepiſſent, earum patroni erant more maiorum. pro Syl. 178 b, Colonorum diſſenſio delata ad patronos eſt. & ibid. Hic patronus, cuſtos, defenſor illius prouinciæ. Off. 43 b, Patronus nonnunquam veriſimile, etiam ſi minus ſit verum, defendit. pro Seſt. 4 b, Conuentus ille me vnum patronum adoptauit. I. A. 207 b, Atqui quinque & triginta tribus patronum adoptarunt. pro Cor. 59 b, Hanc tu igitur patrone fœderum & fœderatorum conditionem ſtatuis tuis ciuibus. pro Mur. 124 b, In quibuſdam ciuitatibus patronus cauſis publicè conſtituitur. contr Rull. 81 a, A` veſtrorum commodorum patrono conſcripta hæc lex eſt. Epiſt. 109 a, Ergo patrone mi bene vale. Epiſt. 213 a, Peto à te, vt Antonium libertum in patroni eius negocio tueare. de Am. 100 b, Qualis tum iuſtitiæ patronus fuit contra accuratam orationem Phili. pro Mil. 104 b, Domi ſuæ nobiliſſimus vir ſenatus propugnator ac penè patronus, occiſus eſt. * de Fin. 90 a, Voluptas pertinaces habet patronos. Ep. 266 b, *Q. Cic.* Non potes effugere huius culpæ pœnam, te patrono: Marcus eſt adhibendus. Iſque diu & multis lucubrationibus commentata oratione vide vt probare poſſit, te non peccaſſe.

† Syntaxis. *Patronus cauſæ, in cauſa. Patronus, cuſtos, defenſor. Patronum adoptare. Patrone mi bene vale.*

PATRVELIS, lis. *fratrum inter ſe filij. quoniam qui alteri pater eſt, alteri eſt patruus.* de Fin. 124 a, Vnáq; nobiſcum *audiuiſſet* L. Cicero frater noſter, cognatione patruelis, amore germanus. pro Pl. 264 a, * Quòd ſi adeſſet, non minus ille declararet, quam hic illius frater patruelis & ſocer T. Torquatus illi omni virtute & laude par.

PATRVVS, trui. *mei patris frater: quanquam & alijs modis patruus dicatur vt eſt apud Iuriſconſultos de gradibus affinitatis.* de Ar. 249 b, Iſtiuſmodi Megaleſia fecit pater tuus? iſtiuſmodi patruus? Att. 78 b, Qui cum ſororis tuæ filij patruo certaret. pro Cæl. 42 b, Is fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus, cenſor, magiſter, obiurgauit M. Cęlium, ſicut neminem vnquam parens. * de Or. 109 a, De Antonio quãquam ſæpe ex humaniſſimo homine patruo noſtro acceperamus. I.V. 104 a, Dixit M. huius tutor & patruus.

PATVLVS, a, um. *patens.* de Nat. 50 b, Pinna duabus grandibus patula conchis. de Fin. 103 b, Illa, quæ in concha patula pinna dicitur. de Orat. 87 a, Platanus patulis diffuſa ramis.

PAVCITAS, tis. *exigua quantitas, paruus numerus, inopia.* de In. 49 b, & de Orat. 121 b, 122 a, Genera eſſe definita non ſolùm numero, ſed etiam paucitate. & pro Rab. 94 a, Ep. 24 a, De pantheris agitur mandato meo diligenter: ſed mira paucitas eſt. Ep. 152 a, Ex paucitate eius decem fugerunt. de Orat. 85 b, Magna oratorum eſt, ſemperq; fuit paucitas. * Anteq. 194 a, Quo enim ſe ſatis tutum arbitrabitur præſidio? &c. paucitate inimicorum.

PAVCVLVS, a, um. Att. 152 a, Pauculos dies alicubi commorari. de Leg. 167 a, Qui me ex noſtris penè conuellit hortulis, deduxitq; in Academiam perpauculis paſſibus.

† Syntaxis. *Definita genera non ſolùm numero, ſed paucitate.*

PAVCVS, a, um. *rarus, modicus, exiguus, (minus multi.) (. innumerabilis, multus.* I.V. 106 a, Quanti paucæ operæ, & mercedes fabrorum tulerunt. pro Mur. 119 b, poſſet agi lege, necne, pauci quondam ſciebant. contra Rull. 69 b, Paucas tribus ad vſurpãdam libertatem vocare. pro Cl. 44 a, Paucos ex multis ad ignominiam ſortiri. de Or. 121 a, Generum quæſtiones modicæ & paucæ. de Cl. 172 a, Paucis interpoſitis diebus iterum redijt. ad Heren. 30 a, Qui cùm plures erant, paucis nobis exæquari non potuerunt. Qu. fr. 318 a, Spero paucis menſibus opus Diphili perfectum fore. Off. 64 b, Perpaucæ res ſunt, in quibus dolus iſte malus non verſetur. Ac. Si perpauca mutauiſſet.

† Syntaxis *Modica & pauca dicere.*

* PAVENS, tis. Tuſc. 180 a, *Nauem vt horriſono freto*
*Noctem pauentes timidi adnectunt nauitæ.*

PAVEO, es. *timeo.* I. A. 196 b, Pauet animus apud conſilium illud pro reo dicere.

PAVIMENTATVS, a, um. pro Do. 236 b, Porticus pauimentata CCC pedum. Qu. fr. 318 a, Pauimenta porticus.

PAVIMENTVM, ti. *ſolum arte factum, & ſtratum aliqua materia in ædibus, quod pedibus inambulando pauimus, id eſt, tundimus & terimus.* I. A, 280 a, Natabant pauimenta vino, parietes madebant. Qu. fr. 218 a, Villa mihi valde placebat, propterea quòd ſummam dignitatem pauimenta porticus habebant. * *Alij legunt pauimentata porticus habebat.* de Orat. 158 b, Orat. 210 b,

*Quàm lepidè lexeis compoſtæ, vt teſſerulæ omnes*
*Arte pauimento atque emblemate vermiculato.*

*Pro Arte alij legunt Endo, id eſt, In. Plin. lib. 36. cap. 25 legit:*
*Ante pauimenta atque emblemata vermiculata.*

Epiſt. 140 b, Bella tectoriola dicis: dic ergo etiam pauimenta iſto modo: non potes.

PAVIO, uis. *ferio, peto, tundo.* de D. 123 b, Sed quia cùm pulli paſcuntur, neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauium primò, pòſt terripudium dictum eſt, hoc quidem iam tripudium dicimus.

PAVLATIM. *ſenſim minutatim, leniter.* Epiſt. 125 b, Cuius amicitia me paulatim in hanc perditam cauſam impoſuit.

PAVLISPER, *aliquantùm, paulùm, ad breue tempus, ad punctum temporis. ) (. in perpetuum.* I.V. 208 b, Abeſſe ab domo paulliſper maluit, quàm illud argentum amittere. I.P. 82 a, Pauliſper ſtetimus in illo tuarum ganearum nidore atque fumo. Epiſt. 103 b, Quæ ego pauliſper à te deſideraui & 44 a, Suſcipe pauliſper meas partes. I.V. 212 a, & 241 a, Lectica pauliſper depoſita. pro Mil. 106 a, Milo pauliſper, dum ſe vxor comparat, commoratus eſt. Attic. 65 a, Recordor quàm bella nobis pauliſper gubernantibus ciuitas fuerit.

PAVLO. *haud multo.* Orat. 204 b, Hoc ornamento liberius paulò vtendum eſt. de Orat. 90 b, Poëta numeris aſtrictior paulò. de Orat. 129 b, Orator paulò illuſtrior. Orat. 211 a, Næ ille quidem haud paulò melior ſcriptor Plato. Attic. 29 b,

29 b, Ciuis haud paulò melior, quàm iſti noſtri. de Orat. 107 b, Sermo paulò intentior. Orat. 206 b, Quædam etiam paulò hilariora. Attic. 7 b, Nec Epeiroticis paulò liberiores literas committere audeo. Att. 129 a, Ne paulò quidem triſtius. Tuſc. 183 b, Ille verò melius, ac non paulò quidem. Att. 129 a, Non ſolùm glorioſis conſilijs vtamur, ſed etiam paulò ſalubrioribus. Att. 283 a, Cognoui eo die paulò plures in ſenatu maleuolos eſſe quàm gratos. Parad. 120 b, Hiſtrio ſi paulò ſe moueat extra numerum exploditur.

PAVLO' amplius. *paulò plus.* pro Flac. 160 b, Auri viginti pōdo paulò amplius. ad Her. 25 a, Quiſquis enim audierit de arte paulò plus, omnia videre poterit.

PAVLO' antè. *modo.*) (. *dudū, iamdudū.* I. V. 201 a, Nuper, quid dico nuper? immò verò modò, ac planè paulò antè. Part. 242 b, Quæ paulò antè, & quæ proximè diximus.

PAVLO minus pro Flac. 160 b, Auri ponto centum paulò minus. pro Syll. 180 b, Ec quod illius factum eſt, quod cuiquàm paulò minus conſideratum videatur. pro Syll, 180 b, Ecquod huius factum aut commiſſum, non dicam audacius, ſed cuiquam paulò minus conſideratum videretur factum quæro pro Qu. 2 b, C. Quintius vna in re paulò minus conſideratus, qui, &c. Att. 183 a, Sullana confers, in quibus omnia genere ipſo præclariſſima fuerunt: moderatione, paulò minus temperata.

PAVLO' magis. de Clar. 172 a, Verba paulò magis priſca. in Verr. 125 b, Paulò magis animum cuiuſpiam commouere. & 209 a, Quod iſti paulò magis placeret. & 69 a, Paulò magis affabré. I. A.

*Et clinata magis paulò eſt aquilonis ad oras.*

PAVLO' nimium. de Orat. 116 a, Paulò nimium redundās.

PAVLO' pòſt *non multo pòſt, breui tempore pòſt.* de Orat 137 b, De quibus paulò pòſt dicemus. Oct. 329 a, Pòſt paulò de Orat. 122 a, In ijs locis quos proponam paulò pòſt. Epiſt. 10 a, De qua oſtendam equidem paulò pòſt, qui ſit meus ſenſus.

PAVLO' ſecus. * de Orat. 153 b, Eadem ſunt membra in vtriuſq; diſputationibus, ſed paulò ſecus à me atq; ab illo partita ac diſtributa.

† Syntaxis. *Nummi centum paulò amplius, paulò minus. Eſt præclarus eruditione paulò minus mirifica. Verbum paulò magis obſoletum. Paulò antè, imò proximè. Breui tempore pòſt. Melius paulò: & contra, Melius, ac non paulò quidem, Si paulò videas extra decorum.*

PAVLVLVM. *puſillum.* de Nat. 49 b, Nihil ferè, aut admodum paululùm, ad Brut. 91 a, Itaque manè hoc paululùm exaraui. Epiſt. 70 b, Qua tamen paululùm videor leuari. Tuſc. 233 a, Huic paululùm ad beatam vitam deeſt. & 232 b, Sed habeo paululùm quod requiram. pro Quint. 9 b, Reſpirare paululùm. * Hortenſ. Si quando paululùm aberrauerit timor. 5 de Leg. Sol paululùm à meridie iam deuexus videtur.

PAVLVM. de Or. 159 b, Hæc paulùm immutata cohærere non poſſunt. & 93 a, Paulùm huic aliquid poterit addere. Acad 32 a, Sed paulùm antè dicendum eſt pro S. R. 27 b, Et ex eo non paulùm neſcio quid in rem ſuam conuertit. cont. Rull. 82 a, Quaſi verò paulùm differat ager Campanus & Stellatis. de Fin. 97 a, Paulùm oppidò inter ſe differunt. Att. 138 b, Tuas nunc epiſtolas à primo lego: hæ me paulùm recreant. de Cl. 171 b, Inter hos ætate paulùm his antecedens Galba. de Fin. 36 a, Paulùm abeſſe ab aliquo loco Epiſt. 5 b, Quòd ſi Pompeius paulùm modò ſibi placere oſtenderit, faciet.

† Syntaxis *Paulùm mihi deeſt ad Habeo paululùm, quod dicam. Reſpira paululùm, hic paululùm, & vt nomen, & vt aduerbium ſumitur. Paulùm adde hoc.*

PAVO, onis. de Fin. 94 a, Alia autem, nullam ob vtilitatem, quaſi ad quendam ornatum à natura eſſe donata: vt, cauda pauoni. * Ep. 137 a, Plures iam pauones confeci, quàm tu pullos columbinos.

PAVOR, oris. Tuſc. 213 a, Pauorem metum mentem loco mouentem definiunt. de Orat. 157 a, & 163 b, Tuſc. 213 b, Vnde illud Ennij.

*Pauor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat.*

PAVPER, ris. *inops, egens, qui eget, tenuis, tenuior, humilis, paruis opibus ac facultatibus præditus, inaniſſimus, cui egeſtas imperat, cui parua eſt res familiaris, qui in paupertate eſt.* ad Her. 12 a, Par. 125 b, M. Manilius pauper fuit. habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano. & 126 a, Hic non modò non copioſus & diues, ſed etiam inops ac pauper exiſtimandus eſt. in Vat. 35 a, Ex paupere diues factus es. * Incer. An verò multorum in terris prædiorum dominos diuites appellamus: omnium virtutum poſſeſſores pauperes nominabimus.

PAVPERTAS, tis. *tenuitas, anguſtia familiaris, domeſtica difficultas, inopia, egeſtas, mendicitas.* Tuſc. 202 b, Vt de paupertate quærimus, cuius onus diſputando leuamus, docentes, quàm parua & quàm pauca ſint, quæ natura deſiderat. & 234 a, Aderit paupertas, ignobilitas, humilitas. de Fin. 144 b, Paupertas ſi malum eſt, mēdicus beatus eſſe nemo poteſt. contra Rul. 78 b, Homo non ſolùm honoribus populi, verumetiam patientia paupertatis ornatus. Off. 40 b, Qui propter paupertatem ſues puer paſceret. Parad. 124 b, Iſta paupertas, vel potius egeſtas ac mendicitas tua. * Oecon. 1, Paupertatem certiſſimam eſſe, cum alicuius indigeas, vti eo non poſſe. Tuſc. 202 b, Cum paupertatis vna eademq; ſit vis: quidnam dici poteſt, quamobrem C. Fabricio tolerabilis ea fuerit, alij negent ſe ferre poſſe? ibi. De paupertate agitur. & 248 a, Vbi paupertas beatos eſſe non ſinit? ſignis, credo, tabulis, ludis. de Leg. 174 b, Quid eſt, cùm paupertatem diuitijs etiam inter homines eſſe æqualem velimus: cur eam ſumptu ad ſacra adhibito, Deorum aditu arceamus? Ep 48 b, Te ſcribis orationis paupertate (ſic enim appellas) ijſdem verbis epiſtolas ſæpiùs mittere.

† Syntaxis. *Inops & pauper. Homo patientia paupertatis ornatus. Paupertas, imò egeſtas & mendicitas.*

PAX, cis. *concordia, ocium, quies, tranquillitas, compoſitio.* Off 8 a, Paci quæ nihil habitura ſit inſidiarum, ſemper eſt conſulendum. & 74 a, Conſules noſtri pacem cum Samnitibus fecerunt I. A. 242 a, Cum his facta pax, non erit pax, ſed pactio ſeruitutis. & 177 b, Pacem haberemus, quæ erat facta per obſidem puerū M. Antonij filium. & 182 a, Et nomen pacis dulce eſt, & res ipſa ſalutaris. & ibidem: Pax eſt tranquilla libertas. & 210 b, Ego pacem cum M. Antonio eſſe nolo. & 213 a, Habere pacem cum aliquo. & ibid. Eſſe pacem cum aliquo. & 241 a, Pacis dulciſſ. & pulcerrimum nomen. & ibid. b, Quæ eſt enim conditio pacis, in qua ei cum quo pacem facias, nihil cōcedi poteſt? & 242 a, Non facere pacem, ſed differre bellum. Antequam. 193 b, Pax & concordia extraneis gignetur, cùm iam domeſticis nō inſideat, ſed publicè prouidenti eripiatur: & 194 b, Et vos vt tutam tranquillamq; pacem traheretis, mea perfeci vigilātia. Qu fr. 290 b, Tibi data eſt ſumma pax, ſumma trāquillitas. I. A. 152 a, Pax deniq; per eum cum præſtantiſſimis ciuibus confirmata eſt. Ep. 160 b, Conciliare pacem inter aliquos. Att. 111 b, Spero etiam in præſentia pacem nos habituros. pro Fl. 153 a, Pompeius pacem maritimam cōfecit. pro Mur. 31 b, L. Sylla Mithridatem, &c. cum pace dimiſit. Tuſc. 244 b, Nos illud quidem cum pace agemus.) (*Cum ira, iracundè* pro Cl. 38 b, Numatius interpres pacis & concordię non probatur. pro Corn. 62 a, Nihil eſt aliud in fœdere, niſi vt pia & æterna pax ſit. I. A. 212 a, Poteritis igitur exploratam habere pacem, cùm in ciuitate Antonium videatis? & 213 a, Cum his pacem ſeruabit Antonius? de Pro. 69 b, Qui vt pace vterentur, vim argenteā dederunt. de Cl. 168 b, Eloquentia pacis eſt comes, ocijq; ſocia. cont Rul. 65 a, Summa tranquillitas pacis & ocij. pro Cec. 291 a, In pace & ocio copias parare. Att. 150 a, Rurſus in ſpem pacis veni. de Pro. 69 b, Macedonia à Barbaris quibus eſt propter auaritiā pax erepta, vexatur. de Somn. 167 b, Pax ſit rebus * in Verr. 227 a, Conferte hanc pacem cum illo bello. de Finib 58 b, Quia pacem animis afferat *voluptas.* con. Rull. 65 a, Nihil tam populare, quàm pacem, quàm concordiam, quàm otium reperiemus. pro Marc. 133 a. Quo in bello ſemper de pace agendum audiendūque eſſe putaui, ſemperq; dolui, pacem repudiari. ibi. Mea conſilia pacis & togæ ſocia, non belli atq; armorum fuerunt. ibi. Multa de pace dixi I. A. 210 b, Ego ille pacis ſemp laudator, ſemper autor, pacem cum M. Antonio eſſe nolo. & 211 a, Cur igitur pacem nolo? Quia turpis eſt, quia perículoſa, quia eſſe non poteſt. I. A. 215 a, Cùm inter bellum & pacem medium nihil ſit: neceſſe eſt, tumultum, ſi belli non ſit, pacis eſſe. Quo quid abſurdius dici aut exiſtimari poteſt. Tuſc. 237 b, Ser[illegible] in animo eius eſſe placidiſſimā pacem Ep. 97 b, Me voluiſſe pacem. ibid. Qui ſi me audiſſent, quamuis iniqua pace honeſtè tamen viuerent. & 146 b, Pacis autor eras, cùm collega tuus à fœdiſſimis latronibus obſideretur: qui aut poſitis armis pacem petere debent, aut, ſi pugnantes eam poſtulant, victoria pax, non pactione, parienda eſt. Sed de pace literæ vel Lepidi vel tuæ quam in partē acceptæ ſint. ibid. Vt pacē eſſe iudices non in armis poſitis, ſed in abiecto armorum & ſeruitutis metu. Att. 111 b, Ad pacem hortari non deſino, quę vel iniuſta vtilior eſt quàm iuſtiſſimum bellum cum ciuibus.

¶ *Venia.* pro Rabir. 91 a, Ab Ioue pacem & veniam peto, precorque, vt, &c. de Nat. 17 a,

*Pace mihi liceat cœleſtes dicere veſtra,*
*Mortalis viſus pulcrior eſſe Dei.*

Tuſc. 230 b, & de L. 190 a, Cuius ego iudicium (pace tua dixerim) longe antepono tuo. de Orat. 91 a, Tu vix vllam cæteris oratoribus (pace horum dixerim) laudē reliquiſti.

de Fat. 141 a, (Pace magiſtri dixerim. Off. 60 b, Peccauit igitur: pace vel Quirini vel Romuli dixerim. pro Mil. 121 b, Pace tua Patria dixerim (metuo enim ne ſceleratè dicã in te, quod pro Milone dicam piè.)

† Syntaxis. *Paci conſulere. Pacem facere, habere cum aliquo, trahere, confirmare, dare, conficere. Dimittere aliquem cum pace. Cum pace agas, non iracundè. Vti pace. Pacis & ocij tranquillitas. Pax ſit rebus. Pace tua.*

PAXILLVS, li. Or. 211 a, Literam X è vexillo & paxillo conſuetudo euellit: vnde velum, & palus, li, ducta ſunt.

PECCATVM, ti. *delictum, erratum, crimen, culpa, error, vitium, noxa, noxia, maleficium, prauus actus, animi labes.)(. rectè factũ.* de Fin. 104 b, Acad. 54 b, Sic inter rectè factum atq; peccatum, officium & contra officium media locabat quędam: rectè facta ſola in bonis actionibus ponens, praua, id eſt peccata in malis. de Am. 103 b, Nulla eſt excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris. de Am. 111 b, In ijs pernicioſus eſt error, qui exiſtimant libidinum peccatorumq; omnium patére in amicitia licentiam. de Fin. 97 a, Peccatũ eſt, prodere patriam. pro Mur. 139 a, At leue delictum eſt, omnia peccata ſunt paria. de N. 28 a, Vir ſapiens peccatũ ſuum, quod celari poſſet, confiteri maluit, quàm hærere in republica religionem. de Or. 95 a, Oratoris peccatum ſi quod eſt animaduerſum, ſtultitiæ peccatum videtur. Att. 103 a, Noſtrum quidem ſi eſt peccatum, in eo eſt, quòd, &c. Epiſt. 77 b, Præter culpam & peccatum, quo ſemper caruiſti, homini accidere nihil poteſt, quod ſit horribile & pertimeſcendum. & 76 b, De quibus memini mihi à te Smyrna literas eſſe allatas, non mei errati, ſed tui: in quo peccatum videbatur eſſe, ſi modò erat, fratris tui & Tullij. in Ant. 169 b, Quam facultatem mihi multitudo iſtius vitiorum peccatorumq; largitur. Off. 71 a, Gladium reddere, peccatum eſt: non reddere, officium. Att. 45 a, Scio nos noſtris multis peccatis in hanc ærumnam incidiſſe. & 131 b, Id quantis noſtris peccatis vitijsq; venerit, non poſſum ſine moleſtia cogitare. Att. 137 b, Sic ego decem annorum peccata recordans ſuccenſebam.* ad Heren. 11 b, Omnes cùm minima peccata cum cauſa ſuſcipiunt. ibid. Si multos induxit in peccatum pecuniæ ſpes. ibid. Conſcius ſui peccati.

† Syntaxis. *Noſtrũ ſi eſt peccatũ, in eo eſt, quòd. Culpa & peccatum, quo cares. Vitia, peccataq;. Multis noſtris peccatis incidimus in hanc ærumnam. Id noſtris peccatis venit. Vitæ totius peccata.*

PECCATVR. Orat. 203 a, Decori ignoratione in pœmatis ſæpiſſimè peccatur.

* PECCATVS, us. *peccatum.* I. V. 147 b, Nemo ita in manifeſto peccatu tenebatur. *Ita legendũ aſſerit A. Gell. lib. 13. cap. 19.*

PECCO, as. *delinquo, aliquid admitto, committo, ſcelus admitto, ſcelere me aſtringo, obſtringo, deuincio, rem nefariam committo, facinus edo, ſcelus in aliquem edo, flagitium committo, ſcelera facio, culpam ſuſcipio, contraho, committo, vitium, ſcelus concipio.)(. rectè facio.* de Fin. 100 a, Off. 64 a, Nunquam eſt vtile peccare, quia ſemper eſt turpe. Or. 212 a, Impetratum eſt à conſuetudine, vt peccare ſuauitatis cauſa liceret. Att. 46 a, Si quid in te peccaui, ac potius quoniam peccaui, ignoſce: in me enim ipſum peccaui vehementius. de N. 28 b, In his ſi qui errauerunt, hominum coniectura peccauit. & 8 a, Xenophon paucioribus verbis eaden ferè peccat. & 7 b, Empedocles multa alia peccat. pro Mur. 138 b, Non multa peccas, inquit ille, &c. ſed ſi peccas, te regere poſſum. At ego te veriſſimè dixerim peccare nihil. de Fin. 71 b, In hoc eodem peccat Hieronymus. pro S. R. 27 b, In eam partem potius peccant, quæ eſt cautior. Ep. 56 b, Vt ipſum quòd maneam in vita, peccare me exiſtimem. Att. 98 b, Peccare in republica.

PECCOR, ris Parad 120 b, Quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atq; ordinis.

† Syntaxis. *In aliquem peccare. Hoc idem peccas. in hoc eodem, in eam partem. Ipſum quod ſileam, peccare me puto. in Repub. peccare. Quicquid peccatur. Peccare multa.*

PECTVS, oris *anterior pars à gula, vſq; ad ventrem, animus, nerui, vires.* de Or. 145 a, Ornandum & complendum pectus maximarum rerum & plurimarum ſuauitate, copia, varietate. de Am. 114 a, In amicitia niſi (vt dicitur) apertum pectus videas, tuumq; oſtendas, nihil fidum habeas, &c. de L. 166 a, Amicus per ſe amari debet toto pectore, vt dicitur. Att. 207 b, De hortis toto pectore cogitemus. Epiſt. 149 b, Incumbere ad laudem toto pectore. * Incer. Omniũ pectora ſic attingit, vt cogat in gemitum. pro Marc. 132 b, Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit. Ep. 253 a, Si inſulam Britanniam cœpero cogitare, eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus?

† Syntaxis. *Toto pectore amare, conari, cogitare, incumbere.*

PECVARIA, orum. *pecorum greges, & armenta.* ad Heren. 35 a, Cùm canes fungantur officijs luporum, cuínam præſidio pecuaria credemus? de Cl. 172 a, Quæ ſocietas pecuaria de P. Cornel. L. Mummio Conſ. redemiſſet.

PECVARIVS, a, um. *quod ad pecora pertinet.* pro Quint. 2 b, Erat ei pecuaria res ampla & ruſtica ſanè bene culta.

PECVARIVS, rij. *magiſter pecoris.* pro Deiot. 148 b, Deiotarus diligentiſſimus agricola & pecuarius habebatur. I. V. 112 a, Aratores, pecuarij, mercatores, &c. pro Font. 276 a, * Vnum ex toto aratorum, pecuariorum, colonorum numero teſtem producant.

PECVLATOR, oris. *ærarij violator.* Off. 66 a, * Neq; enim de ſiccarijs, &c. peculatoribus hoc loco diſſerendum eſt.

PECVLATVS, tus. *crimen eius qui publicam pecuniam auertit, pecuniæ publicæ furtum.* pro Rab. 91 b, An de peculatu facto, de tabulario incenſo longa oratio exprimenda eſt, de Or. 118 a, De ſicarijs, de veneficijs, de peculatu inficari neceſſe eſt ad Her. 4 b, Si quis peculatus accuſetur, quòd vaſa publica de loco priuato dicitur ſuſtuliſſe. pro Fl. 155 a, Damnari peculatus, & damnari pecuniæ publicæ. in Ant. 241 b, Cùm pecuniam publicam auerterit, num fraude poterit carere peculatus?

† Syntaxis. *Factus peculatus. Peculatus accuſari, damnari. Ille nõ caret fraude peculatus, quia publicam pecuniam auertit.*

PECVLIARIS, re. *præcipuus.* I. V. 186 b, Quid? peculiarem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum ſuppeditet? pro Fl. 157 a, Venio ad Lyſaniam, peculiarem tuum Deciane teſtem. Qu. fr. 313 a, Hoc mihi peculiare fuerit, hîc etiam iſto frui. I. V. 155 a, Peculiare edictum, *id eſt, ad aliquod tempus proprium.*

PECVLIATVS, a, um. *nummatus, pecunioſus.* Ep. 164 a, Balbus planè bene peculiatus. Pollionis.

PECVLIVM, lij. *proprium lucrum, præſertim ſeruorum.* Par. 123 b, Qui cupiditate peculij nullam conditionem recuſant duriſſimæ ſeruitutis. I. V. 95 a, Pecula omnium vicarijque retinentur.

PECVNIA, niæ. *fortunæ, nummi, patrimonium.* Att. 62 b, Pecunia omnium dignitatem exæquat. de Fin. 76 a, Magni exiſtimabant pecuniam, non modò non contra leges, ſed legibus partam, quæ quidem vel cum periculo eſt quærenda nobis: eſt enim effectrix multarum & magnarum voluptatum de Diu. 103 a, Vt oſtenderet etiam philoſophum, ſi ei commodum eſſet, pecuniam facere poſſe. cõtra Rull. 72 b, Poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de veſtris vectigalibus alienandis. item, Epiſt. 75 b, & 28 b, Erat enim curata nobis pecunia Valerij mancipis nomine. I. V. 260 a, Dare pecuniam alicui. I. P. 87 b, Nondum commemoro exactas pecunias, non captas, non imperatas. de Or. 134 a, Breui ad maximas pecunias venturus es. pro S. R. 19 b, Pecunia fortunæq; Sex Roſcij. pro S. R. 22 a, Ipſe ampliſſimæ pecuniæ fit dominus. I. A. 195 a, Pecunia nerui belli. pro R. P. 124 a, Iubet lex Iulia perſequi ab ijs, ad quos ea pecunia, quã is accepit, qui damnatus ſit, peruenerit. & 123 b, Quò ea pecunia peruenerit. Qu. fr. 292 b, Gręci omnes vias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ cauſa faciunt. in Ant. 205 a, Quantam pecuniam militibus in ſingulos Cæſar policitus ſit, tantam dari placet.* I. V. 185 a, Omnem te hanc pecuniam domum tuam auertiſſe. ibid. in hac pecunia publica inſunt tria genera furtorum. Primum eam, cùm poſita eſſet apud eas ſocietates, vnde erat attributa, binis centeſimis fœneratus eſt. ibid. Pecunia publica ex ærario erogata, ex vectigalibus populi Rom. ad emendum frumentum attributa, furit'ne tibi quæſtui? Penſitaríne tibi binas centeſimas? I. V. 185 b, Vt ſi hanc ex fœnore populo pecuniam nõ retuleris, reddas ſocietati. in Verr. 186 a, Magiſtratus à publicanis pecuniam pro vſuris auderet auferre? ibid. Si te tuam pecuniam, non populi Rom. in prouincia fœneratum docerẽ: tamen effugere non poſſes. Sed publicam, ſed ob frumẽtum decretam, ſed à publicanis fœnore accepto: hoc licuiſſe cuiquam probabis? ibid. De hac tota pecunia auerſa quæſo cognoſcite. in Verr. 186 b, Pecuniam cogere à ciuitatibus. ibid. Pecuniam Volcatio dediſſe. ibid. Pecunias, quas ciuitatibus diſtribuere debebat, eas omnes auertat atq; auferat. I. V. 187 a, Quin iſta omnis improbatio cogendæ pecuniæ cauſa nata ſit. ibid. Ab ijs exigis tantum pecuniæ. ibid. A' ciuitatibus pecunias ad emendum frumentum cogere: cum ex ærario acceperis. ibid. Siculorum pecunia frumẽtum emere à Siculis. ibid. Iam verò ab iſto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit ciuitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis. in Verr. 187 b, Pecuniam publicam tenueris omnem. ibid. Eoſdem *mancipes.* abs te illarum ciuitatum nomine pecúnias abſtuliſſe. ibid. Mancipes à ciuitatibus pecunias extorſerunt. in Verr. 188 a, Cui pecunia à ciuitate numerata eſt. ibid. Frumentum emptum Siculorum pecunia miſiſſe: publicã pecuniam domum tuam conuertiſſe. ibid. Vidimus huic ab ærario pecuniam numerari Quæſtori ad ſumptum exercitus. ibid. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris.

tenebris. ibid. Commiſſa eſt pecunia tanta prætori. ibid. Deuorare omnem pecuniam non dubitauit. I. V. 118 b, Cùm à ciuitatibus pro frumento pecuniam exigebas. ibi. His populis pecuniam diſſoluiſti. ibid. Hic ciuitatibus omniſne pecunia quæ pro frumēto debita eſt, diſſoluta eſt? ibid. Qui vel ad ſtatuam pecuniam contulerunt. in Verr. 189 a, Ex omni pecunia, quā aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant. ibid. Quomodo hoc nomen ad pecuniam publicam allatum eſt? ibid. Scribæ nomine de tota pecunia, binæ quinquageſimæ detrahebantur. ℘ Clu. 24 a, Albiana pecunia veſtigijs'ne vobis odoranda eſt? pro Flac. 157 b, Quæ pecunia fuerit apud ſe Flacci patris nomine à ciuitatibus: hanc ab ſe ablatam queruntur. pro Flac. 158 a, Suam'ne dicant pecuniam, ſibi à ciuitatibus collatam in vſus ſuos? ibid. Delatam ad nos, creditam nobis. L. Flacci patris nomine, ad eius dies feſtos atq; ludos. Quid tum? Hanc te, inquit, carpere non licuit. ibid. Quo in oppido vno pecunia tota Aſia ad honores L. Flacci poneretur. Hæc pecunia tota ab honoribus translata in quæſtum & fœnerationem, recuperata eſt multis pòſt annis. ℘ Fl. 158 b, iſtam pecuniam huic capere non licuit. ibid. Ad eius honores collatā, patris pecuniam rectè abſtulit filius. ibid. Cùm ipſi graui fœnore iſtam pecuniam multos annos occupauiſſent. Attic. 82 b, Se à me ſoluere pecuniam Frag. epiſt. Ex certis generibus pecunia expeditur. Hortenſ. Eundem non modò ex mediocri pecunia, ſed etiam ex tenui percipere poſſumus. Topic. 225 a, Pecuniam numeratam mulieri deberi. ibid. Si pecunia ſignata argentum eſt, legata eſt mulieri. Top. 223 a, Hæreditas eſt pecunia. Commune adhuc. Multa enim genera ſunt pecuniæ. Adde quod ſequitur, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit. Nondum eſt definitio. Multis enim modis ſine hæreditate teneri mortuorum pecuniæ poſſunt. Vnum adde verbum, iure, &c. Nec ea aut legata teſtamento, aut poſſeſſione retenta. ℘ S.R. 19 b, Quoniam in alienam pecuniam tam plenam atque præclaram nullo iure inuaſerit, quoniamq; ei pecuniæ vita Sex. Roſcij obſtare atq; officere videatur. I. V. 63 b, Bona vendit, pecuniam redigit. ibid. Cogit quæſtorem ſuum pecuniam, quam ex Agonidis bonis redegiſſet, eam mulieri omnem annumerare & reddere. ibid. Ex illa pecunia magnam partem ad ſe vertit: mulieri reddidit quantulum viſum eſt. I. V. 112 a, Quibuſnam rebus in ea prouincia maximam vno anno pecuniam facere poſſet. cont. Rul. 63 b, Vt poſſeſſionis inuidiam pecunia commutent: accipiāt quod cupiunt: dent quod retinere vix poſſunt. ibid. Pecunia coacta eſt ad agros emendos. ibid. Referretur pecunia. Non licet. Exigetur? Vetat. cont. Rull. 86 a, Vt cùm omnē pecuniam ex ærario exhauſiſſetis, ex vectigalibus redegiſſetis: ab omnibus regibus, gentibus, imperatoribus noſtris coegiſſetis: tamē omnes vobis pecunias ad nutum veſtrum penderent. ibid. Vt volitaretis intereà per gentes, per regna omnia cum imperio ſummo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia. pro Rab. 130 a, Occultat pecuniam Poſtumus: latent regiæ diuitiæ. ibid. Si aduentitia pecunia petitur ab eo, cui ſua non redditur. de Aruſp. 250 a, Accepta pecunia. ibid. Quod *fanum* Brogitaro addictū pecunia tradidiſti. & b, Alter eſt rex iudicio Senatus per nos, pecunia Brogitarus per te appellatus. pro Cornel. 66 b, Iccirco illa in omni parte orationis ſuæ intere aſpergi videbatis, tum pecuniam L. Cornelij, quæ neq; inuidioſa eſt, & quantacunq; eſt, eiuſmodi eſt, vt conſeruata magis quàm corrupta eſſe videatur. I. A. 248 a, Decreuiſtis tantam pecuniam Pompeio, quantam ex bonis patris in prędæ diſſipatione inimicus victor redegiſſet. de Leg. 179 b, Ad quos eiuſdem morte pecunia venerit. & 180 a, Vt is, qui ei, qui mortuus ſit, pecuniam debuerit, neminiq; eam ſoluerit, perinde habeatur quaſi eam pecuniam ceperit. ibid. Pontifices pecuniam ſacris cōiungi volunt. de Leg. 180 b, Eaq; pecunia non minor eſſet facta cum ſuperiore exactione: q̄ hæredibus omnibus eſſet relicta: qui eam pecuniā exegiſſet, &c. ibid. Quaſi ea pecunia legata nō eſſet. ibid. Sacra cū pecunia Pontificū autoritate, nulla lege, coniuncta ſunt. ibi. Cur pecunia ſacrorū moleſtia liberaretur. de L. 181 a, Vt ea pecunia ex ſtipulatione debeatur. Att 90 b, Itaq; ſine vlla ignominia ſuis humeris pecunias populis retulerunt.

† Syntaxis. *Pecuniam facere. id eſt, cogere. Conficere, redigere, exigere pecunias. In pecunias inuadere. Ad magnas venire pecunias. Quò tanta pecunia peruenit?*

PECVNIARIVS, ria, um. *ad pecuniam pertinens.* Attic. lib. 10, Cùm propter alterius crudelitatem, alterius audaciam, tum propter vtriuſq; difficultatem pecuniariam. ad Brutum 292 a, Maximus autem, niſi me forte fallit, in Repub. nodus eſt, inopia rei pecuniariæ.

PECVNIOSVS, a, um. *nummatus, peculiatus.* pro Quint. R. 52 b, Vir copijs familiaris locuples & pecunioſus. Parad. 124 b, Nocens & pecunioſus reus. ad Heren. 31 b, Quæro igitur, vnde iſte tam pecunioſus factus eſt? I. V 240 b, Homo pecunioſiſſimus. de Inu. 50 b, Pecunioſus.) (*tenuis.*

PECVS, oris, & udis. *armentum.* Tuſc. 163 a, Cùm videmus multitudinem pecorum partim ad veſcendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora veſtienda. I. A. 189 b, Antonius cædit greges armentorum, reliquiq; pecoris, quodcunq; nactus eſt. contra Rul. 73 b, Multa in mancipijs, in pecore, &c. Off. 21 a, In promptu habere, quantum natura hominis pecudibus reliquiſque beſtijs antecedat. Att. 106 a, Vt pecudes ſui generis ſequuntur greges, vt bos armenta. de Nat. 58 b, & de Fin. 133 b, Sus verò quid habet præter eſcam? qua pecude nihil genuit natura fœcundius. de Or. 135 a, Agros publicos depaſci à pecore alicuius. de N. 73 b, *Agnum inter pecudes aurea clarum coma, Quondam Thyeſtem clepere auſum eſſe è regia.* Att. 12 a, Non modò homines, verùm etiam pecudes ſciebant. I. P. 83 a, Ego iſtius pecudis conſilio niti uolebā? I. P. 95 a, Iſtius impuriſſimæ atq; intemperantiſſimæ pecudis cœnū & ſordes. I. A. 216 a, Si homines ſunt illi potius, quàm pecudes. Off. 35 a, Expertes rationis ſunt equi, boues, reliquę pecudes. 4 de Repub. Cùm adhibent in pecude paſtores. * con. C. Anton. Pecore omne vendito. Prognoſt. Caprigeni pecoris cuſtos. de Or. 135 a, Non eſt Lucilij pecus illud, &c. Ego liberum puto eſſe, quā lubet paſcitur. I. C. 108 b, Tantus illorum temporum dolor inuſtus eſt ciuitati, vt iam iſta non modò homines, ſed ne pecudes mihi paſſuræ eſſe videantur. de Fin. 73 a, Vt tardam aliquam & languidā pecudem, ad paſtum & ad procreandi voluptatem hoc diuinū animal ortum eſſe voluerūt.

† Syntaxis. *Armenta, reliquaq; pecora. Pecudes, aliaq; beſtiæ. Tarda pecus. Sus, quæ pecus, &c. Iſtam pecudem, de homine dictū. Pecus impuriſſima & intemperantiſſima, de homine.*

PEDALIS, le. *quod pedis vnius menſuram continet.* Ac. 20 b, Mihi quidem ſol quaſi pedalis videtur.

PEDARIVS, ia, ium. *qui in ſenatu ipſi ſententiam non dicunt, ſed in aliorum pedibus eunt.* Att. 10 a, Eſt enim illud S. C. ſumma pedariorum voluntate, nulliùs noſtrum autoritate factū. Att. 20 b, Et raptim in eam ſententiam pedarij cucurrerūt.

PEDES, itis. Att. 130 b, Equitum & peditum copiæ.

PEDESTER, eſtris, eſtre. I A. 223 a, Statua ænea pedeſtris, vel equeſtris. de Sen. 79 b, Pedeſtres naualéſue pugnæ. de Fin. 88 a, Equeſtres pedeſtreſq; copiæ.

PEDETENTIM, *ſenſim.* Tuſc. 202 a, Senſim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor. Ep. 134 a, Legi cōcionem tuam, nihil illa ſapientius: ita pedetentim & gradatim tum acceſſus à te ad cauſam facti, tum receſſus. de Inu. 47 b, Pedetentim in defenſionem ingredi. ad Heren. 2 b, Pedetentim ad cauſam accedemus. pro Clu. 42 a, A me omnia cautè pedetentimq; dicentur. Att. 260 a, Quòd me mones, vt pedetentim: aſſentior. pro Qu. 9 a, Timidè ac pedetentim ad aliquid agendum deſcendere. Off. 24 b, Sin minus, ſenſim erit pedetentimque mutatio facienda.

† Syntaxis. *Senſim & pedetentim. Pedetentim & gradatim. Cautè & pedetentim. Timidè ac pedetentim ad orandum deſcendere.*

PEDIBVS. *aduerbium, teſte Chariſio, lib. 2.* de Sen. 83 b, Cùm ingreſſus iter pedibus ſit.

PEDISSEQVA, æ. *famula.* de Or. 105 b, Iuris ſcientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pediſſequamq; adiunxiſti. ad Heren. 40 b, Gorgia pediſſequa puerorum abſconde pueros. & 28 b, Diuitiæ non ſunt idoneæ, quæ virtutis pediſſequæ ſint.

† Syntaxis. *Ancilla & pediſſequa. Gorgia puerorum pediſſequa. Diuitiæ virtutis pediſſequæ.*

PEDISSEQVVS *famulus.* pro Dom. 235 b, Cùm hunc à pediſſequis conculcari iuberes. Att. 31 b, Clamor pediſſequorum noſtrorum.

PEDITATVS, atus. *pedeſtres copiæ.* I. A. 195 b, Tu ciuem ſceleratum peditatu, equitatu, copijs inſtrues? Epiſt. 95 a, Armatura varia peditatus & equitatus. & 244 b, Adoleſcens Et equitatu, & peditatu, & pecunia paratus & ſocijs. * pro M. Fon. Peditatus ampliſſimæ copiæ è Gallia.

PEDOR, oris. *fœtor.* Tuſ. 196 a, *Situ nidoris barba pedore horrida.* & 20 a, * Ex hac opinione ſunt illa varia & deteſtabilia genera lugēdi, pedores, muliebres lacerationes genarum.

* PEDVCEANVS, a, um.

* PEDVM, i. de Leg. agra. Pedum, manubias, ſectionem, caſtra deniq; decemuiri vendent. *Legendum puto prædam.*

PEGASVS, ſi. *equus pennatus, vt in fabulis eſt.* pro Qu. 141, 15 a, O fortunatum hominem, qui huiuſmodi nuncios ſeu potius pegaſos habet.

PEGMATA, *ſunt ornamenta & machinæ quædam ligneæ, aut ex alia materia, quibus imponuntur ſtatuæ, ſigna, libri, & alia ad ædium ornatum.* ad Att. 59 b, Nihil venuſtius, quàm illa tua pegmata. Poſtquam miſiſti, libros illuſtrārunt valde.

PEIERO,as *fidem iuſiurandumq́; negligo vel relinquo.* pro R.P. 128 a, Vbi ſemel quis peieret, ei credi poſtea, etiamſi per plures deos iuret, nō oportet. pro Quin. R. 52 b, & ad Her. 28 b, Nihil intereſt inter periurum & mendacem. qui mentiri ſolet peierare conſueuit, quem ego vt mentiatur, inducere poſſum, vt peieret, exorare facilè potero. pro Cl. 43 b, Peierare conceptis verbis. Off. 73 b, Non enim falſum iurare, peierare eſt: ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere, periurium eſt.

† Syntaxis. *Conceptis verbis peierare.*

PEIOR, us. *deterior.* I.A. 219 b, Turpis fuga mortis omni eſt morte peior. Ruſ. 178 a, Malum id quidem, ſed alia peiora. pro S.R. 35 b, Verſa & mutata in peiórem partem ſunt omnia. Acad. 15 b, Quid ſi vtrunque, num peius eſt? Tuſcul. 181 b, Turpitudo peius eſt quàm dolor. I.A. 233 a, Quo neminem peius odi. Ep. 96 a, Oderam multo peius hunc, quàm illum ipſum Clodium. de Fin. 118 a, Quòd aliud alio melius eſſet, aut peius.

† Syntaxis. *Turpitudo peius eſt quàm dolor.*

ΠΕΙΘΩ, ȣ̃ς. L. SVADA. (uij.

PELAGVS, gi. *mare.* de Or. 167 a, Feruet æſtu pelagus. Pacu-

PELASGVS, a, um. *Græcorum natio & gens.* de Fin. 66 b.

PELIGNVS, a. Att. 221 b, C Accius Pelignus I.V. 36 b.

PELIVS. pro Cæl. 41 a, Vtinam ne in nemore Pelio. * de Fat. 147 a, Top. 226 a.

PELLA *vrbs.* Att. 42.

PELLEX, cis. *quæ cum eo cui vxor ſit, corpus miſceat: concubina.* Or. 206 b, Ab hac indole iam illa matura vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex.

PELLICATVS, tus. *pellicis flagitium.* pro Cl. 20 b, Filia nefarium matris pellicatum ferre non poſſet. Off 38 a, Dionyſius ab vxore eſt propter pellicatus ſuſpicionem interfectus. * pro M. Scau. Vxor. pellicatus dolore concitata.

PELLICIO, cis. *allicio, induco, capio, delinio.* pro Clu. 20 b, Ea animum adoleſcentis pellexit omnibus rebus, quibus illa ætas capi & deliniri poteſt. pro Flac. 161 a, Mulierem imbecilli conſilij ſatis locupletem pellexit Decianus ad ſeſe. de Or. 106 a, Multo maiorem partem ſententiarum ſale tuo & lepóre & politiſſimis facetijs pellexiſti.

PELLICVLA, læ. pro Muræn. 142 a, Atq; ille ſtrauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos. * ibid. His hœdinis pelliculis prætura deiectus eſt.

PELLIS, lis. de N. 17 b, Soſpita dea cum pelle caprina, haſta, & ſcutulo. & de Or 115 a, I.P. 98 b, Omni totius prouinciæ pecore compulſo pellium nomine. Acad. 2 a, Vt non multum imperatori ſub ipſis pellibus ocij relinquatur. item, Pellis inaurata, arietis.

PELLITVS, a, um. pro M. Scauro. Vt M. Aemilius ſordidiſſimæ genti, ac propè dicam, pellitis teſtibus condonetur. *pellitos teſtes, frigidos & ſubornatos dicere videtur.*

PELLO, is. *moueo, agito, depello.* Off. 60 a, Species vtilitatis animum eius pepulit, qui, &c. de Ar. 252 b, Cùm lapidibus optimos viros foro pellis. pro Mil. 115 b, Pellere aliquem poſſeſſione. de Fin. 58 a, Sapientia pellit mœſtitiam ex animis. Ep 56 b, Nulla meipſum priuatim pepulit inſignis iniuria. *aliter, perculit.* Or. 214 a, Quod cum animos hominum aureſq; pepuliſſet, notandum certè genus fuit. de Fi. 71 b, Nec vllum habet ictum, quo pellat animum ſtatus hic non dolendi. Acad. 90 a, Quemadmodum prima viſa nos pellerent, deinde appetitio ab his pulſa ſequeretur. ꝓ Dom. 235 b, Eúmne potiſſimum Libertas domo ſua debuit pellere? ibid. Hæc *imago meretricis* me domo mea pellet? Tuſc. 177 a, Efficit hoc philoſophia, &c. pellit timores.

PELLOR, ris. Or. 210 a, Si vitioſum eſt dicere ornatè, pellatur è ciuitate eloquentia. Off. 59 a, & de Orat. 13 b, Quamobrem hoc deliberantium genus pellatur è medio. de L. 189 a, Thucydides ſcripſit libros ſuos, cùm in exilium pulſus eſſet. pro Cec. 290 b, Qui armis fugatus pulſuſq́; eſt, non eſt deiectus? * de N. 22 b, Hoc idem fieri in Deo, cuius crebra facie pellantur animi. in Arat.

*His quantum terris conuexus* (al. confectus) *pellitur orbis.*

I.P. 84 b, Viri boni lapidibus è foro pellerentur. Off. 35 a, Tecta verò, quibus & frigorum vis pelleretur, &c. Parad. 120 b, Qui *animus ſapientis* nec ciuitate quidē pelli poteſt.

† Syntaxis. *Viſa animum pellunt. Improbos è medio pellere. Fugare & pellere armis. Vtilitatis ſpecies pellit animum.*

PELLVCENS, vel PERLVCENS. *id eſt, perlucidus.* de Cl. 190 a, Mollis & pellucens oratio.

PELLVCEO, L. PERLVCEO.

PELOPIDAE, arum. *à Pelope immaniſſimo rege dicti: idcirco crudeles & immanes, quales erant Cæſariani, quos hic intelligit Cicero.* Att. 227 a, Vbi nec Pelopidarum facta, nec nomen audiam. Ep. 109 a, Hinc euolare cupio, & aliquò peruenire, vbi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam. Ep. 108 b, Vbi nec Pelopidarum, noſti cætera. Att. 243 a.



PELOPONNESIACVS, ca, cum. Off. 17 a, Peloponneſiacum bellum.

PELOPONNESIVS, a, um. Att. 90 a, Pelopōneſię ciuitates.

PELOPONNESVS, neſi. *Apia, Pelaſgia.* de Di. 99 a, Elis vrbs Peloponneſi.

PELOPS, pis. *Tantali filius, qui in Peloponneſo regnauit.* Tuſc. 195 b, Pelops qui quondam ſocero Oenomao rege Hippodamiam raptis eſt nactus nuptijs.

PELORIS, idis. *terra, & Siciliæ pars, Peloro monti ſubiecta.* I.V. 236 b.

PELORVS, ri *promontorium Siciliæ.* I.V. 254 a, & 213.

PENARIVS, a, um. *vt cella penaria.* L. PENVS. I.V. 109 b, & de Senect. 89 a.

PENATES, tum. *dij patrij, lares, foci.* de N. 39 b, Dij penates ſiue à penu ducto nomine, ſiue quòd penitùs inſident. pro Dom. 242 b, Illi dij penates ac familiares mei per vos in meam domum mecum erunt reſtituti. pro Dom. 234 b, Vniuſcuiuſq; veſtrûm ſedes, aras, focos, deos penates ſubiectos eſſe libidini tribunitiæ. I.V. 203 b, Deos penates à te patrios repoſcit. pro Seſt. 9 a, Exterminare aliquem à ſuis dijs penatibus pro Qu. 15 b, Quintius à ſuis dijs penatibus præceps eiectus. pro Deiot. 146 a, In conſpectu deorum penatium necare hoſpitem. * pro Syll. 183 b, Vos dij patrij ac Penates, qui huic vrbi atque imperio præſidetis, qui hoc imperiū, qui hanc libertatem populumq́; Rom. qui hæc tecta atq; templa, me Conſule, veſtro numine auxilioq́; ſeruâſtis: teſtor, &c. pro Dom. 243 a, Quocirca te Capitoline, &c. voſq́; qui maximè me repetiſtis atq; reuocâſtis, quorum de ſedibus hæc mihi propoſita eſt contentio, patrij Penates familiareſque, qui huic vrbi & Reip. præſides eſtis: vos obteſtor, &c. vos ſum teſtatus, vobis me ac meos commendaui. pro Seſt. 12 b, De quo te, te inquam patria, teſtor, & vos Penates patrijq; Dij.

† Syntaxis. *Dij penates ac familiares mei. Patrij penates, ac familiares. Penates patrijq́; dij. Dij penates patrij. A dijs ſuis penatib. aliquem exterminare, præcipitem eijcere. In conſpectu deorum penatium necari.*

PENDENS, tis. Top. 225 b, Cauſæ ex æternitate pendentes. * Hortenſ. Altera eſt nexa cum ſuperiore, & inde apteque pendens. de ſuo Conſul.

*Atque animo pendens noctis euenta timebat.*

PENDEO, des. *ſuſpenſus ſum, orior, proficiſcor.* de Diuin. 136 a, Quidam ſomniauit ouum pendére ex faſcia lecti ſui cubicularis. Tuſc. 198 b, Si prudentia extrinſecus religata pēdeat, & non oriatur ex ſe. I.V. 159 b, Tamdiu pependit in arbore ſocius populi Romani, quamdiu voluntas Apronij tulit. & 161 b, Pendére ex arbore. & 217 a, Sagittæ pendebant ab humero. I.P. 88 b, Tuſc. 171 b, Vt tu vſpiam ſaxis fixus aſperis euiſceratus látere pendéres. Offic. 13 b, Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non eſt habendus. de Fin. 75 a, Quid turpius eſt, quàm ſapientem ex inſipientium ſermone pendére? pro Syl. 179 b, Omnis terror, & omnis ſuſpicionis timor ex Antonij improbitate pendebat. Acad. 29 a, Rationes quæ ex coniectura pendent. de Orat. 121 a, Cauſas non ex perſonis, ſed ex genere quæſtionis pendére. pro Cec. 295 a, Non ex verbis aptum pendére ius, ſed verba ſeruire hominum conſilijs & autoritatibus. Att. 235 a, Reſpublica è Bruto pendet: quæ aut nulla erit, aut ab iſto ſeruabitur. ꝓ Mar. 134 b, Quis non intelligit ex vnius tui vitam pendére omnium? Ep. 160 b, Comitia tamen, quando ex his pendes, quantum facere poſſumus, in Ianuarium menſem protendimus, & 155 b, Puderet me inconſtautiæ literarū, ſi non ex aliena leuitate pendérent. Ep. 94 a, Tuiq́; qui ex te pendent. Tuſc. 235 a, Cui ex ipſo apta ſunt omnia, nec ſuſpenſa aliorum bono caſu aut contrario, pendére ex alterius euentis coguntur. de Fin 61 b, Pendére ex futuris. Ep. 69 b, Pendére aliunde. Qu. fr. 325 b, Promiſſis ijs quæ oſtendis, non valde pendeo. pro Mur. 146 b, Salus noſtra, quæ ſpe exigua extremaq́; pendet. contra Rul. 79 a, Suſpēſus & incertus obſcura ſpe, & cæca expectatione pendeo. *hic agnoſce vim dubij mirandam, toties indicatam.* contra Rull. 82 a, An ignoratis, cætera illa magnifica populi Rom. vectigalia perleui ſæpe momento fortunæ, inclinatione tēporis pendére. *al. perire?* * I.V. 191 a, Vt intelligas, non ex ęſtimatione, neq; externis denarijs pendere crimen, ſed ex coniunctione *(al. coauctione)* annonæ atq; æſtimationis.

¶ *Hæreo.* Epiſt. 114 b, Ego quidem vehementer animi pendeo. Att. 122 a, & Tuſc. 216 b, Pendeo animi, expectatione Corfinienſi. de Leg. 157 b, Et animi pendére ſoleo, cùm quid orſus ſum, ſi traducor aliò. Attic. 259 b, Animi pendeo de te & de me. Att. 177 b, & 221 b, Pēdeo animi, quámnam rationem, &c. Tuſc. 169 a, Si expectando & deſiderando pendemus animis, cruciamur, angimur. Att. 62 b, Ne diutius pendeas, palmam tulit. de Orat. 118 b, Ex quo verbo lege Apuleia tota illa cauſa pendebat. I.P. 101 a, Nō in ta-

in tabellis paucorum iudicum, ſed in tabellis omium iudicum famam noſtram fortunamq; pendére. Parad. 118 b, Cui omnis ſpes, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna.

† Syntaxis. *Extrinſecus pendére, & non ex ſe naſci. Pendére in cruce, ex cruce, ab cruce, cruce. Rationes ex coniectura pendentes. Non valde promiſſis pendeo. Suſpenſum & incertum obſcura ſpe, & cæca expectatione pendére. Tenui momento fortunæ ac temporis inclinatione pendére.*

Pendo, dis: pependi. *æſtimo.* I.V. 200 a, Rem vobis proponam, vos eam ſuo nominis pondere penditote. Ep. 177 a, Totamq; iſtam cantilenam ex hoc pendunt, vt quamplurimum lucri faciant.

¶ *Soluo.* contr. Rull. 89 a, Ego Tuſculanis pro aqua Crebra vectigal pendam. Qu. frat. 296 b, Péndere vectigal. de Pro. 70 a, Achæi ingentem pecuniam pendunt L. Piſoni quotannis. Attic. 89 a, Vedius H-S centena pendat neceſſe eſt. Attic. 194 b, Péndere vſuram pecuniæ cuipiam. & 193 a, Péndere vſuram ei à quo emeris.

¶ *Patior.* Attic. 175 a, Maximas pœnas pendo temeritatis meæ & 224 b, Tuſc. 180 a, Pœnas illũ pependiſſe audiui.

Pendor, ris. pro Quint. 1 b, Si ex opibus, non ex veritate cauſa pendetur. pro S.R. 28 b, Tamen nõ temerè creditur, neq; leui coniectura res penditur. Orat. 201 b, In philoſophia res ſpectatur, non verba penduntur.

Pene`. *propè. nihil propius eſt factum, quàm vt, &c.* de Orat 9 b, Oratori poëta multis ornandi generibus penè par, in hoc autem propè idem, nullis in terminis, &c. Epiſt. 4 a, Bibulum habuimus multo iuſtiorem, penè etiam amicum. ꝓ Q. R. 47 b, Iudicia ſummæ exiſtimationis, & penè dicam capitis. Epiſt. 22 b, Penè factus ſum ille. Attic. 80 a, Brutum non minus amo quàm tu, penè dixi, quàm te. & 326 b, Ibi penè valentem videram Piliam.

Penes, *in manu, in poteſtate.* in Verr. 186 b, Cùm omnis copia frumenti penes iſtum eſſet redacta. contr. Rull. 76 a, Agri quorum adhuc penes Pompeium omne iudicium & poteſtas more maiorum debet eſſe. pro Dom. 239 b, Cenſor, penes quem maiores noſtri iudicium ſenatus de dignitate eſſe voluerunt. pro Milon. 113 a, Serui centum dies penes accuſatorem fuerunt. Orat. 210 a, Eloquentia eos ornat, penes quos eſt. ad Her. 27 a, Vt ne ad ſolarium quidem idoneus, ſed penes ſcenam & in eiuſmodi locis exercitus ſis. de Clar. 188 b, Locutionis emendatæ ac Latinæ laus penes Cæſarem fuit. in Verr. 243 b, Cùm penes te prætorium nomen eſſet. Poſtq. 202 b, Imperium quod erat penes ipſos. Ep. 52 b, Ille penes quem omnis eſt poteſtas. & 152 b, ad Her. 255 a, Si putabit poſſe omnia penes vnum autorem conſiſtere.

† Syntaxis. *Penes Cæſ laus fuit emendatæ ac Latinæ orationis. Penes. Cæſ. imperium, poteſtas.*

Penetrales. *loca interiora & ſecretiora domus vel templi.* de Ar. 257 b, Abditi & penetrales foci. de Nat. 39 b, Penates à penu penetrales à poëtis vocantur.

Penetrans, tis. I.A. 250 a, Antonio in Galliam penetranti D. ſe Brutus obiecit. de Vniuerſ. 201 a, Aſtra per cœlum penetrantia ſolſtitiali ſe & brumali reuocatione conuertunt.

Penetro, tas. *peruado, pertineo, permano, ſerpo.* pro Arch. 190 a, Cupere debemus, quò minus manuum noſtrarum tela peruenerint, eódam gloriam famamq; penetrare. de Som. 130 a, Cùm Romulus hæc ipſa in templa penetrauit. de Prou. 75 b, Non ipſe ad eorum vrbes ſedesq; penetrauit. I. V. 225 a, Subitò, non longè à Syracuſis penetrauit ſub terras. Ac. 30 b, Nulla acies humani ingenij tanta eſt, quæ penetrare in cœlum poſſit. Tuſc. 157 a, Animus penetrat, & diuidit omne cœlum. de N. 57 a, Ratio hominis in cœlũ vſq; penetrauit. Par. 241 a, Definiendo verbo penetrare ad ſenſum opinionẽq; iudicis. de Cl. 177 a, Nulla res magis penetrat in animos. *Tuſc. 157 b, Per quas anguſtias penetrauit Argo. de Diuin. 121 b,

*Vidimus immani ſpecie tortuq; draconem*
*Terribilem, Iouis vt pulſu penetrabat ab ara.*

† Syntaxis. *In templum penetrare, ad ſedes & vrbes, ſub terras. In cælum vſq; ad ſenſum, opinionemq; iudicis, in animos.*

Penicillus, li *peniculus.* Or. 203 b, Pictor vidit obuoluẽdum caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari. Quint. frat. 315 b, Mihi date Britanniam, quam pingam coloribus & penicillo meo. *Ep. 140 a, Caudã antiqui penem vocabant: ex quo eſt propter ſimilitudinem penicillus. *Alij peniculus legunt.*

*Peniculus, i. *penicillus.* Epiſt. 140 a, Caudam antiqui penem vocabant: ex quo eſt propter ſimilitudinem peniculus. *Alij legunt penicillus.*

Penis, nis. Epiſtol. 140 a, Caudam antiqui penem vocabant, ex quo eſt propter ſimilitudinem peniculus: at hodie penis eſt in obſcœnis. At verò ille frugi in annalibus ſuis queritur, adoleſcentes peni deditos eſſe. Quod tu in epiſtola appellas ſuo nomine, ille tectius penem.



Penitus. *prorſus.* de N. 24 b, Euhemerus religionẽ penitùs totam ſuſtulit. Ep. 70 a, Rationes à te collectæ vetabãt me reipublicæ penitùs diffidere. Off. 58 a. de Or. 154 a, Hanc conſuetudinẽ penitùs amiſimus. pro Quint. Rab. 48 a, Supercilia illa penitùs abraſa. de Orat. 94 a, Res penitùs perſpectæ, planeq; cognitæ. & 138 a, Res penitùs ex cauſa efflorescere. de Orat. 92 b, Artem cognitis penitusq; perſpectis rebus contineri. de Orat. 86 a, b, Omnes animorũ motus penitùs pernoſcendi. de Clar. 180 b, Totam enim rempublicam tenebat, penitusq; cognôrat. contra Rull. 65 b, Penitùs abſtruſas inſidias cõtra aliquem ponere. pro Syll. 169 a, Nondum penitùs in republica verſabar. de Fin. 150 b, Habere aliquem rem penitùs cognitam. I. V. 249 b, Opus multorum operis penitùs exciſum. Tuſcul. 229 a, Tibi nos vt antea magna ex parte, ſic nunc penitùs totosq; tradimus. Epiſt 223 b, Eum tibi penitùs commendo atq; trado. Epiſt. 259 a, Tamen te penitùs rogo, ne, &c. de Fin. 56 a, Ob eamque cauſam multi ſeipſos penitùs perdiderunt. Attic. 138 b, Explicari mihi tuum conſilium planè volo, vt penitùs intelligam.

¶ *Interius.* Offic. 35 a. & de Leg. 159 a, Nec aurum effoderetur penitùs abditum. & 161 a, Sed penitùs ex intima philoſophia hauriendam iuris diſciplinam puto. item: Natura in ſpecie oris penitùs reconditos mores effinxit. de N. 39 b, Dij penates dicti. eò quòd penitùs inſident. pro Milon. 114 b, Si tibi penitùs inſedit iſta ſuſpicio. I. C. 103 b, Periculum autem reſidebit & erit incluſum penitùs in venis atq; viſceribus reipublicæ. de Aruſp. 257 a, Vitia in aliquo penitùs defixa atq; hærentia. contra Rull. 69 a, Odiũ penitùs inſitum. Acad. 9 b, Natura in profundo veritatem, vt ait Democritus, penitùs abſtruſit. & 31 a, Videamus terráne penitùs defixa ſit. Epiſt. 165 a, Legiones penitùs in Luſitania in hybernis collocâram. Attic. 109 b, Dimittámne me penitùs in cauſam. Quint. frat. 292 b, Qui in tuam familiaritatem penitùs intrârit. in Verr. 143 a, Is bene penitùs in iſtius familiaritatem ſeſe dedit. pro Clu. 18 b, Euellam ex animis hominum tantam opinionem tam penitùs inſitam, tam vetuſtam? I. C. 102 b, Ea penitùs animis veſtris mentibusque mandate. de Orat. 93 a, Penitùs in eam ipſam huius ſtudij diſputationem intimam perueniſtis. *Eleg.

*Iam mare Tyrrhenum longè penitusq; palumbes Relliquit.*

† Syntaxis. *Penitùs rogare. Penitùs pernoſcere, verſari in Repub. ſe totum alicui tradere. Penitùs reconditum, defixum & reconditum. Mandare ſuis mentibus & animis aliquid penitùs, In intimã penitùs diſputationem venire.*

Penna, næ. *pinna.* de Nat. 52 a. & de Diu. 102 a, Aues pullos ex ouis excluſos pennis fouent, ne frigore lædantur. de Finib. 132 a, Pennarumq; contextu corporis tegumenta faciebat. in Arat.

*Quæ v lat, & ſerpens geminis ſecat aëra pennis.*

Pennatus, a, um *pinnatus.* de Diu. 102 a,

*Hic Iouis altiſoni ſubitò pennata ſatelles.* & in Arat.

Penniger, a, um. de Vn. 201 a, Animalium genus pennigerum & aërium. *Ep. 110 b, Quod hæc pennigero, non armigero in corpore tela exerceantur. (lis vti poſſunt.

Pennula, læ. *parua penna.* de Nat. 52 a, * Cùm pulli pennu-

Pensio, onis. *merces, vectigal.* Epiſtol. 92 b, Teneor tamen, dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem. pro Quin. R. 53 b, Cùm altera penſio ſoluenda eſſet. Attic. 127 a, De penſione altera, oro te, omni cura conſidera, quid ſit faciendum. Attic. 188 b, Sed de prima penſione antè videamus: adeſt. I. A. 181 b, Iſta coniunx tua nimirum debet diu populo Romano penſionem tertiam. Atticum 251 a, Hortenſius verò impudenter: nihil enim debetur ei, niſi ex tertia penſione, quæ eſt calend. Sextil. ex qua penſione ipſa maior pars eſt, ei ſoluta aliquanto ante diem.

† Syntaxis. *Penſio prima eſt cal. Iunij: ea eſt ſoluta ante diem.*

Pensito, as *pendo.* ꝓ Pom. 6 b, Qui vectigalia vobis penſitant, aut eos qui exercẽt atq; exigũt. cont. Rul. 89 a, Immunia *prędia* commodiore conditione ſunt, quàm illa quæ penſitant. I.V. 185 a, Penſitare pecunias alicui.

Penso, as. de Offic. lib. 2, Penſare operis & officijs, id quod violatum eſt.

Pensum, ſi. à pendeo *quod in colu eſt, è quo fila ducũt nendo, mulieres.* de Or. 153 b, Nũc ad reliqua ꝓgrediar, meq; ad meũ munus pẽſumq; reuocabo. I. V. 181 a, Pẽſum in agro Leontino magis eſt exigendum, propter hanc cauſam, quòd.

Penula, læ. *pallium, quo vtimur in itinere propter pluuiam, lacerna.* pro Mil. 106 b, Milo de rheda, reiecta penula, deſiluit. Attic. 316 a, Sed ita egi, vt non ſcinderem penulam. & ibidem, Horum ego vix attigi penulam. pro Seſt. 21 a, * Mulioniam penulam arripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat.

Penvlatvs. *penula indutus aut amictus.* * pro Milon. 106 b, Cùm hic inſidiator cum vxore veheretur in rheda penulatus.

Penvria, æ. *paucitas.* de Clar. 165 a, Magna ſapientium ciuium bonorumque penuria. de Amic. 108 a, Sunt igitur conſtantes eligendi amici cuius generis magna penuria eſt. de Inuent. 76 b, * In quo vtrum copiáne ſit agri, vectigalium, pecuniæ, an penuria, conſideratur.

Penvs. de N. 39 b, Penates à penu ducto nomine: eſt enim omne quo veſcuntur homines, penus.

Per, *cum accuſatiuo, ratione operæ auxilij.* pro Q. 32 b, Qui per vim & ſcelus plurimùm poſſunt. & 20 a, Iſta cauſa abs te tota per ſummā fraudem & malitiā ficta eſt. pro S.R. 19 b, Quod per ſcelus adeptus eſt, per luxuriā effundit ac conſumit. Offic. 74 a, Quod per vim actum eſt, ratum eſſe non debet. de Leg. 192 b, Agere aliquid per vim. I. V. 87 a, Per ſcelus & latrocinium afferre aliquid. Qu. frat. 294 a. & I.V. 234 a, Per vim & metum facere, vel auferre aliquid. ꝓ D. 225 a, Per inſidias interficere aliquem. de Nat. 77 a, Poteſtas, quam ipſe per ſcelus erat nactus. I.P. 85 b, Lex inuſta per ſeruos, inciſa per vim, impoſita per latrocinium. Qu. fr. 237 b, Per vim perferre legem. de Ar. 253 b, Pòſt exercitu ſolicitato per nefandū ſcelus fugit illinc. pro S.R. 23 b, Per ſummum dedecus vitam amittere. pro Qu. 2 a, Mihi ſummam per iniuriam omnia inimica ſunt. Epiſt. 123 a. & I.V. 63 b, Per iniuriam facere, vel eripere aliquid alicui. ꝓ Q.R. 48 b, Fannium per malitram feciſſe, & Roſcium per imprudentiam deceptum eſſe. & ibid. Vtrunq; incredibile eſt, & Roſcium quicquam per auaritiam appetiſſe, & Fannium quicquā per ſe bonitate amiſiſſe. pro Mil. 204 b, Mors illata per ſcelus. ad Her. 12 b, Per dolum facere aliquid. Tuſc. 226 b, Per iram interficere aliquem. Ep. 40 b, Per vim violare aliquem. de Inu. 61 b, Aliquid per vim, per manum opulentam factum eſſe. ad Her. 10 b, Per culpam venire in neceſſitatem. & 28 b. In bello per ignauiam tubæ ſonitum ferre non potes. pro S. R. 33 a, Aſcendere per alterius incommodum & calamitatem. & 24 a, Scæuola ciues ſuos ſeruare per compoſitionem volebat. pro Qu. 11 b, Per ius & magiſtratus aliquem defendere. pro Sex. Roſc. 20 a, Per ſententiam iuſque iurandum alicuius aliquid aſſequi, quod antea ſcelere ac ferro aſſequi conſueueris. Orat. 205 a, Translata, quæ per ſimilitudinem ab alia re transferuntur. de N. 9 a, Rebus inanimis per quandam ſignificationem, deorum nomina eſſe tributa. de Orat. 157 a, Verbum per ſimilitudinem translatum. de Or. 143 b, C. Cotta depulſus per inuidiam tribunatu. pro Diu. 229 b, Ferre legē alicui per gratiam. I.V. 134 a, Per hanc rationem. *id eſt, ad hunc modum, vel hoc modo* de Diu. 120 a, Hoc igitur per gallinas Iupiter tantæ ciuitati ſignum dabat. ibid. 134 a, Aeſculapius poteſt præſcribere per ſomnium curationē valetudinis. de Orat. 87 a, Quæ ſit ab Actio Nauio per lituū regionum facta deſcriptio. de Diu. 118 a, Quàm ſcitè per notas nos certiores facit Iupiter. de Inu. 81 a, Nemo poteſt omnes res per ſcripturam complecti. & 64 a, Per impulſionem facere aliquid. Topic. 227 b, Per exta præſentio. de Orat. 98 a, Per quædam inuolucra & integumenta perſpicere aliquid. de Nat. 54 b, Natura membranas oculorum perlucidas fecit, vt per eas cerni poſſit. in Verr. 212 a, Non per præſtigias, ſed palàm per imperium oppidum cōpilare. & 201 a, Per ſimulationē ædilitatis. contr. Rull. 85 b, Illā copiam cum hac per riſum ac per iocum contemnent. in Verr. 273 a, Honores ad quos & per ludum & per negligentiam perueniſtis, &c. Att. 15 b, Cæſar cum eo coire per Arrium cogitat, & Bibulus cum hoc ſe putat per C. Piſonē poſſe coniungi. de Orat. 88 a, Plura detrimenta publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquentiſſimos importata. I. C. 119 b, Ne quis pœnam eorum aut per ſenatum, au per populum leuare poſſit. pro Mil. 120 a, Trāquilla rep. ſine me ipſi, ſed per me tamen perfruantur. de Ar. 253 a, Ne per optimatum diſcordiam pericula patribus creentur. pro Mil. 102 b, Habere ſpem ad ſalutem alicuius per iudices expugnandum. de Pro. 78 a, Liberè per aliquos gloriari aliquem, ſe, &c. I.A. 153 a, Pax deniq; per eum, per liberos cum ciuibus confirmata eſt. pro Mur. 135 a, Exturbare aliquem, qui & per ſe, & per ſuos, & verò etiam per alienos defendatur. pro Flacc. 157 a, Si ciuitas per viros bonos grauesque homines querelas ad vos detuliſſet. pro Dom. 224 b, Cùm meam domum refertam viris bonis per amicos ſuos complerent. Att. 66 b, Nihil intereſt, vtrum per procuratorem agas, an per teipſum. pro S.R. 37 a, Recede de medio, per alium tranſigam. Att. 86 b, Per binos tabellarios miſi Romam literas. Att. 76 a, Tu autem ſæpe dare poteris tabellarijs publicanorum, per magiſtros ſcripturæ. pro Cluent. 53 a, Venenum datum alicui per aliquem. I.P. 98 b, Quid per tuum ſeruulum ordines aſſignati? pro Cluent. 27 a, Comparare inſidias alicui per aliquem. Att. 11 b, Biduo per vnum ſeruum confecit totum negotium. I. C. 101 a, Nullum iam tot annos facinus extitit niſi per te, nullum flagitium ſine te. & 106 a, Quod nefarium ſtuprnm non per illum? Attic. 20 b, Enitere per ſeruos tuos, vt ſcheda ne qua depereat. de Nat. deor. 77 b, Per præconem vendere aliquid. Attic. 277 b, Bibulus vellet per te aliquid autoritatis aſſumere. in Verrem. 110 b, Iniurias ſuas per vos vlciſci ſtatuerunt. & 68 a, Vlciſci iniurias ſuas per alium. pro S.R. 31 b, Vulgò occidebantur, per quos? Attic. 82 b, Appius aliquot turmas equitum dedit Scaptio, per quas Salaminios coërceret. Qu. frat. 313 b, Mirificè mihi & per ſe, & per Pompeium blanditur Appius. Att. 93 a, Rex non in Pompeium prolixior per ipſum, quàm per me in Brutum fuit. ꝓ Quint. 3 a, Per te C. Aquili decidit Quintius, quod liberis Scapulæ diſſolueret. item, Hoc eo per te agebatur, quòd, &c. Qu. fr. 294 b, Complures urbes dirutas ac penè deſertas per te eſſe recreatas. de Seneſt. 81 a, Reſpublica per adoleſcentes labefactata. pro Flacc. 160 b, Ante pedes prætoris in foro expenſum eſt auri pōdo centū, paulo minus, per Sex. Cæſium, &c. Att. 224 b, Atqui non eſſe, quàm eſſe per illū præſtat. & 173 a, Clodius ſuſpicetur aliquid à ſuis, vel per ſuos potiùs inimicos ad te eſſe delatum, quo, &c. & 175 a, Per eos diligentiſſimè contendas opus eſt, vt, &c. de Orat. 135 b, Ego cùm doctior per te, tum etiam audacior factus ſum ad iocandum. Attic. 143 b, Id aſſequetur, ſi per prætores conſules creentur. & 129 a, Volo etiam exquiras, quid Domitius agat. (habebis autem per quos poſſis.) & ibidem. Memini quid mihi ſuaſeris per Theophanem Culeonem. Epiſt. 4 b, Per te factū eſt, quo minus pax fieret. Attic. 235 b, Hircium per me meliorem fieri volunt. Acad. 23 b, Per me vel ſtertas licet, non modò quieſcas. Ep. 110 a, Trahantur per me pedibus omnes rei. Tuſc. 216 a, Digladientur ibi per me licet: *id eſt, quod ad me attinet.* Ep. 217 b, Per quos homines ſteterim. Ep. 42 a, Memetipſum per illum reſtitutum puto. & ibid. 6 a, Per aliquem fieri certiorem, &c. & 110 a, Quæ ſunt à me in ſecundo libro per Antonij perſonam diſputata. & 143 b, Nunquam per M. Antonium quietus fui. Tuſc. 158 a, Liberari metu per aliquem. pro Mar. 137 a, Cùm id neq; per te ſcires, neq; aliunde ſcire potuiſſes. pro Syll. 179 b, Vargunteium & Antonium nihil audacter ipſos per ſeſe ſine P. Sylla facere potuiſſe. pro Plan. 268 b, Is omnibus officijs per ſe, per patrem, per maiores ſuos totam Atinatem præfecturam cōprehenderat. de Orat. 109 a, Cæteræ ferè artes ſe ipſæ per ſe tuentur ſingulæ. & 144 b, Nullum genus rerum auulſum à cæteris per ipſum poteſt conſtare. Epiſt. 38 b, Hoc cùm per ſe mihi gratū eſt, tum quòd, &c. & 39 b, Hoc eſt mihi charum non propter, &c. ſed per ſe, &c. Tuſcul. 218 a, Quod cùm ipſum per ſe, tum, &c. Orat. 101 a, Iam verò ipſa per ſeſe multum prodeſt. I. C. 103 a, Homo per ſe cognitus nulla cōmendatione maiorum. Ep. 10 a, Per ſeſe facere aliquid. )( cum alio, 12 a. ꝓ Dom. 227 b, Exul, ipſum per ſe nomē eſt calamitatis. de Ar. 253 a, Hoc quid ſit, per ſe ipſum non facilè interpretor, ſed ex eo, quod ſequitur, ſuſpicor. pro Seſt. 16 b, Virtus ſplendet ipſa per ſeſe ſemper, nec alienis vnquam ſordibus obſoleſcit. de Orat 129 b, Hoc non minus eſt per ſe ipſum inuidendum. de N. 32 a, Ignis per ſe ipſe ac ſua ſponte mouetur. de Orat. 109 b, Tu qui rationem dicendi per teipſum, vſum autē per nos percipere voluiſti. & 93 a, Cùm per me ipſum egiſſem, & per Brutum ſæpe tentaſſem. I. C. 99 b, Quotieſcunq; me petiſti, per me tibi obſtiti. Attic. 244 a, Agere gratias alicui per literas. ibid. 207 a, Brutus per literas purgat Cæſarē de interitu Marcelli. & 150 a, Cæſar mihi ignoſcit per literas, quòd non venerim. & 204 b, Inuito eum per literas, vt apud me diuerſetur. I. P. 88 a, Is à ſenatu ſupplicationē per literas poſtulauit. I.V. 175 b, Per literas ſupplicare alicui. Attic. 278 a, Conſolari aliquem per literas. & 15 a, Ea pars epiſtolæ, per quam te mihi purgatum eſſe voluiſti. & 19 b, Qu. frater purgat ſe mihi per literas. pro Flac. 163 b, Nunc matri purgat ſe per epiſtolam. Att. 178 a, Accuſaſti me per literas grauioribus verbis. Attic. 89 a, & Epiſt. 6 a, Colloqui cum aliquo per literas. & 15 b, Per literas colloqui cū aliquo, vel oſtendere aliquid. Epiſt. 20 a, Per literas petere aliquid ab aliquo. pro Syll. 177 b, Literæ, per quas ille precibus à Sylla petit, vt gladiatores emat. de Diuin. 87 b, Vaticinans per furorem, vt Sibylla, &c. de Pro. 77 a, Per manus prouinciam alteri tradere.

¶ *Loci, ſpatij.* I. A. 240 a, Sed quaſi per caliginem perſtrinxerat aciem animi Bruti ſalus. de Orat. 157 b, Nexum, quod per libram agitur. in Vat. 31 b, Vt nemo per tuum latus (quod ſoles dicere) ſaucietur.

¶ *Poteſtatis, conceſſionis.* pro Dom. 223 b, Ne id quidē per legem Liciniā, vt ipſe tibi curationē ferres, facere potuiſti. I. P. 83 a, Tamen id ijs non licere per interdicta crudelitatis tuæ,

tuæ,poteſtatis erat non ferendæ. pro Mil.110 a,Hoc neq; per naturam fas eſt, neq; per leges licet.

¶ *Culpa, vel gratia.* Ep.257 a,Cùm per valetudinem per anni tẽpus nauigare poteris,ad nos veni.& 94 b,Cùm per valetudinẽ poſſes,noluiſti.in Ant.172 a,Omnes cõſulares, qui per eam valetudinem exequi fugam illam nõ poſſunt.Att. 276 b,Nunc per auſpicia longam moram video.pro Pom. 37 b, Nec Pompeij gratiam mihi per hanc cauſam conciliari puto.I.V.74 b,Per gratiam contendere aliquid ab aliquo. & 191 b,Per beneficium conce- aliquid.

¶ *Prætextu.* de Inuent.56 a,Per fidẽ facere aliquem. Poſtq. 202 b, Qui per ſimulationem amicitiæ me prodiderunt. pro Dom.206 b, Cato inuiſus, quaſi per beneficium Cyprum relegatur : alter eijcitur per honorem turpiſſimum, alter per honeſtiſſimam calamitatem. pro Cecin.286 a,Per tutelam aut fiduciæ rationem fraudare quempiam. in Verr. 224 a, Res per caſtimoniam mulierum ac virorum ſacræ: per alicuius ſtuprum violatæ.

¶ *Iurandi modo.* pro R.P.128 a,Per plures deos iurare. Offic. 33 b, Quid eſt enim per deos optabilius ſapientia? pro Flacc. 147 a, Per deos immortales iudices vos quæretis? &c. in Verr. 218 b, Quiſnam per Deos immortales tuebitur P.Scipionis mortui memoriam? pro S. R.43 a, Si tibi omnia mea tradidi, per deos immortales,quę eſt iſta crudelitas? pro Seſt. 24 a, Hæc imitamini per deos immortales,qui gloriam quæritis. de Nat.22 a, Hoc per ipſos deos quale tandem eſt?Att.284 a,Propera per deos ad Herenn. 40 b,Et tu per deos, inquit, hunc amplexare. Oct.329 b, Nam per deûm immortalium fidem, perque fortunam populi Romani,quis,&c. de Orat.121 a,Per tuam nobilitatem,per veſtrã familiam,per tuas ſtatuas,&c. pro Quin. 18 a, Næuium obſecrauit per fratris ſui mortui cinerem, per nomen propinquitatis,per ipſius coniugem & liberos, vt,&c.ad Heren.40 a, Parce, inquit,& per ea quæ tibi dulciſſima ſunt in vita, miſerere noſtri.

¶ *Temporis ratione.* de Diuin. 114 a, Animus per ſomnium curis vacuus. de Clar.191 b,Duo fratres per idem tempus diſſimiles inter ſe. Attic. 108 a, Tenuiſti prouinciam per decem annos, non tibi à ſenatu , ſed à te ipſo per vim & factionem datos. & 104 b, Hunc per annos decem aluimus contra nos.Epiſt.145 a,Per tot annos reſpub.diuexata. Qu.frat.307 b, Conſecuti ſunt dies comitiales,per quos ſenatus haberi non poterat. pro S.R.31 b,Per iſta tempora ijdem fuerunt,&c.pro Cluent.53 b,Per hos annos,&c.pro Cl.22 b,Per illam vim atq; victoriam L. Syllæ. *id eſt, eo tempore.* I.C.115 a,Ludi,decem per dies facti. Epiſt.117 b.Vtique eius rei cauſa per dies comitiales ſenatum haberent. Epiſt.259 a, Tamen te penitùs rogo,ne te viæ per hyemẽ, niſi bene firmum committas.Epiſtol 94 b,Neque tamen dubito, quin per eos dies matutina tempora lectiunculis cõſumpſeris. & 95 a,Binæ venationes per dies quinque magnificæ. pro Pom.4 a, Cùm antea per ætatem nondum huius autoritatem loci contingere auderem pro Dom. 220 b, Factus es eius filius contra fas , cuius per ætatem pater eſſe potuiſti. & ibid. Ille tibi loco filij per ætatẽ eſſe poteſt?Epiſtol.107 b,Quòd nullam partem per ętatem ſanæ & ſaluæ reip.guſtare potuiſti.Qu.de Pet.210 b,Qui per ætatem & per negocium poſſunt.

PER ſe. *ex ſe, vi ſua, propter ſe, ſuo nomine, ſuis viribus, ſua ſponte, à natura, natura & ſpecie ſua, ſeparatus.* de Vniu.198 a,Mundus per ſe & à ſe, & patitur & facit omnia. Tuſcul.246 b, Voluptas per ſe,quia voluptas eſt,ſemper optanda eſt. de Diuin.134 b, Siue externus pulſus dormientium animos commouet, ſiue per ſe ipſi animi mouentur. de Diuin. 133 a, Vtrum cenſemus animos per ſemetipſos in ſomniando moueri ? an externa & aduentitia viſione pulſari? de Fin. 54 a, Si concederetur iſta ſua ſponte & per ſe eſſe iucunda , per ſe eſſet virtus & cognitio rerum expetenda. pro Planc.267 b, Non enim ſi,&c.idcirco iſta editio per ſe non acerba eſt. in Ant. 225 a, Per ſe nullo adiuuante cõfecit. Off.39 b,Quod honeſtum eſt per ſe,nobis placet, animoſq; omnium natura & ſpecie ſua cõmouet. de Am. 111 a,Naturalis illa amicitia per ſe & propter ſe expetenda. & ibid.Per ſe quiſq; charus.de Fin.72 a, Rectum ipſum quod per ſe,ſua vi,ſua natura,ſua ſit ſponte laudabile.

† Syntaxis. *Per ſcelus, vim, metum, fidẽ, gratiam, beneficium, tutelam, amicitiam, ſimulatione aliquid agere. Sic, per malitiã, fraudem, imprudentiam, per vim violare. Per culpam venire in neceſſitatem. Per ignauiam aufugere. Per riſum & per iocũ contemnere. Per ludũ & negligentiam. Per latus alterius vulnerari. Per naturã eſt fas. Per leges licet. Per hanc cauſam nõ venio. Per valetudinem quieſco. Per hyemem nõ licet. Per te nõ vides. Per procuratorẽ agere. Per tabellarium, tyronem, literas mittere. Per te omne facinus eſt. Si per te liceat. Per Cæſaris perſonam diſputare. Per te nunquam quieſco. Per te ſatis es cognitus. Per te mihi ſemper obſtas. Per illam victoriam, illud tempus. Equidem per negocium non poſſum.*



PERABSVRDVS,a, um. Part.234 b,Nam hæc quia videntur perabſurda,cum grauiora ſunt,quàm cauſa,diligenter ferè quid quemq; deceat,iudicandum eſt.

PERACCOMMODATVS, a, um. Epiſtol. 33 a, Tunc mihi ille dixit , claſſe te velle decedere, perſore accommodatum tibi,&c.

PERACER, cre. de Or. 154 b, Ingenium peracre.Epiſt.135 b, Sed tamen ipſe Cæſar habet peracre iudicium.

PERACERBVS,a,um.* de Sen.88 a,Primò eſt peracerba guſtatu *vua*, deinde maturata dulceſcit.

*PERACTVS, a, um. I.P.80 b, Atque ita eſt à me Conſulatus peractus.

PERACTIO, onis. *finis, extremũ.* de Sen.95 a, Senectus peractio ætatis eſt tanquam fabulæ.

PERACVTE, *aduerb. acutè.* Acad.45 b,Peracutè moueri. Ep. 35 a, Et ſimul peracutè querebaris, quod eos tributa exigere vetarem prius , quàm ego re cognita permiſiſſem.

PERACVTVS,a,um. I. V.130 b, Qui eo vultu nos intuetur,vt ſibi ipſe peracutus eſſe videatur.

PERADOLESCENS. *admodum adoleſcens.* pro Pomp.15 b, Quid tam præter conſuetudinem, quàm homini peradoleſcenti,cuius à ſenatorio gradu ætas longè abeſſet,imperium atq; exercitum dari?

PERAEBIA,æ.*regio.* I P.100.

PERAEQVE. I.V.174 b,Atq; hoc peræquè in omni agro decumano reperietis.&Or.198 b.I.P.98 a,Quod cum peræquè omnes , tum acerbiſſimè Bœotij ſenſerunt. Ep.165 b, Legiones omnes peræquè Antonij cæſas.

PERAEQVVS,a,um.I.V.210 b,Vt hoc liceret ſuſpicari, fuiſſe aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera.

*PERAGENDVS,a, um. de Sen.91 b,Neq; enim hiſtrioni, vt placeat peragenda eſt fabula.

PERAGO,gis. *perficio.* de Nat.38 a,Gracchus cùm comitia nihilo minus peregiſſet,rem ad ſenatum retulit.

PERAGRANS,tis. Offic.52 b,Et ob eam cauſam vrbe relicta, rura peragrantes ſæpe ſoli ſumus. * de Diuin.99 b,Arabes autem,& Phryges, & Cilices,campos & montes hyeme & æſtate peragrantes.

PERAGRATIO,onis.*percurſatio, luſtratio* I.A.171 b,Quæ fuit eius peragratio itinerum,luſtratio municipiorum.

PERAGRATVS,a,um. de Cl.194 b,Pòſt a me Aſia tota peragrata eſt cum ſummis oratoribus. pro Mur. 126 b, Aſia ab eo in militari labore peragrata eſt.

PERAGRO,as. *pedibus obeo, luſtro, cõcurſo.* I.V.225 a,Ceres dicitur orbem omnium peragraſſe terrarũ. de Or.132 b,Cùm quidẽ omnes prouincias ſe peragraſſe gloriaretur. de Cla. 169 a,Eloquẽtia omnes peragrauit inſulas,& peregrinata tota Aſia eſt. pro Mil.120 b,Fama de interitu Clodij fines imperij Romani iam peragrauit. de Pro.75 b, Has regiones populi Romani arma peragrarũt. de Ar.249 a, Agros & nemora peragrare. pro Corn.57 b, Cn.Pompeij res geſtæ omnes gentes cũ clariſſima victoria terra mariq; peragrarũt. de Fin.145 a, Plato Aegyptum peragrauit. de Vni. 200 b, Annus, vbi ſol ſuum totũ confecit & peragrauit orbem. pro Cęl.48 b, Poſſum omnes latebras ſuſpicionum peragrare dicendo. de Or.104 a,Oratorẽ dicẽdo peragrare per animos hominũ ſenſus mẽteſq; pertractare. de Fin.86 a,Qui innumerabiles mundos, infinitaſq; regiones,quarũ nulla eſſet ora,nulla extremitas,mente peragrauiſſet.& 88 a, Maria pedibus peragrare,claſſibus montes.& 145 a, Aegyptum peragrare luſtrare,pedibus obire.

*PERAGROR, aris. pro Marc.131 a, Nec verò disiunctiſſimas terras,citiùs cuiuſquam paſſibus potuiſſe peragrari.

PERAMANS,tis. *amans.* Attic. 59 b, Homo peramans ſemper noſtri fuit.

PERAMANTER. Att. 139, Me quidem perofficioſè & peramanter obſeruant.

PERAMOR,ris. de Leg. lib. 1, Vbi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus peramatur toto pectore?

PERAMPLVS,a,um.I.V.226 a,Signa perampla.

PERANGVSTE, *aduerb.* de Orat. 98 a, Perfice , Craſſus hęc quæ coarctauit,& peranguſtè refarſit in oratione ſua,dilatet nobis atq; explicet.

PERANGVSTVS, a, um.I.V.270 b,Peranguſtum fretum.

PERANTIQVVS,a,um. I V.200 b,Sacrarium perantiquum.

PERAPPOSITVS,a,um. de Orat.134 a,Ridicula non ſolùm mimis perappoſita,ſed etiam quodammodo nobis, &c.

PERARDVVS,a,um. in Verr.185 a,Mihi perarduum eſt hoc commonſtrare.

PERARGVTVS,a,um. de Cl.179, Homo perargutus.

PERATTENTE. audire aliquem *attentiſſimè.* pro Cæl.42 b.

PERATTENTVS. *attentus.* in Verr.150 a, Perattentos animos habere.

PERBACCHOR,aris. *bacchor.* in Sall 273 b,Poſteaquam ille ſuum annum in rep.perbacchatus eſt.I.A.180 a,Quamdiu in illa villa turpiſſimè es perbacchatus?

PERBEATVS, a, um. de Or.85 a, Perbeati fuiſſe Qu. frater illi videri ſolent, qui in optima repub. cùm & honoribus & rerum geſtarum gloria florerent, eum vitæ curſum tenere potuerunt, vt vel in negocio ſine periculo, vel in otio cum dignitate eſſe poſſent.

PERBELLÈ, *aduerb.* Att.57 a, Perbellè feceris, ſi ad nos veneris. Ep.263 b, Sed ſi me amas, quod quidem aut facis, aut perbellè ſimulas, quod, &c.

PERBENE. * de Clar. 174 a, Furius Philus perbenè Latinè loqui putabatur, limatiusq; quàm cæteri.

PERBENEVOLVS, a, um. *beneuolus.* Epiſt.235 b, Cænius eſt perbeneuolus nobis.

PERBENIGNÈ, *aduerb. benignè.* Att.310 b, Perbenignè reſpõdere alicui.

PERBLANDVS, a, um. pro Rab. Poſth.126 a, Huic perblandus reperiendus fuit, &c. Quint. frat. 301 a, Succeſſorem habes perblandum.

PERBONVS, a, um I.V.208 b, Perbona toreumata. Att.184 b, Quoad mecum res fuit, perbono loco res fuit. * pro Fl. 161 a, Agros habent & natura perbonos, & diligentia culturaq; meliores.

PERBREVIS, e. in Ver.152 a, Perbreue tẽpus. de Clar.178 b, Quodq; difficile eſt, idẽ & perornatus, & perbreuis. * pro Cluen.18 a, Altera pars, &c per mihi breuis, & non magnę in dicendo contentionis fore videtur.

PERBREVITER. *breuiter.* pro Dom.221 a, Sed hæc de auſpicijs quæ ego nunc perbreuiter attingo, acta ſunt à te. de Orat.lib.2, Perbreuiter exponam.

PERCALLEO, les. *obdureſco.* de Orat.122 a, Si modò vſum rerum percallueris. pro Milon.116 a, Sed neſcio quomodo vſu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.

PERCAVTVS, a, um. Att.293 a, Delectus percautus.

* PERCELEBRATVS, a, um. pro M. Cæl. 52 b, Audita & peruulgata, & percelebrata ſermonibus res eſt.

PERCELEBROR. I. V. 252, De qua muliere plurimi verſus tota Sicilia percelebrabantur.

PERCELER. *celer.* pro M.Cæl.50 a, Interitus perceler.

PERCELERITER. Ep.89 a, Perceleriter aliquid facere.

PERCELLO, lis. perculi perculſum. in Verr. 177 b, Hæc te vox non perculit? non perturbauit? pro Cæl. 54 b, Ne adoleſcentiam plenam ſpei maximæ perculiſſe atq; afflixiſſe videamini. pro Dom.218 b, Iiſdem machinis ſperant me reſtitutum poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerunt. pro Mil. 112 a, Mars communis, qui ſæpe ſpoliantem iam & exultantem euertit & perculit ab abiecto. de Orat. 135 a, Scipio, qui Tib. Gracahum perculit. pro Milon. 113 b, Quæ quamuis etiam mediocrium delictorum conſcientiam perculiſſent. pro Marc.133 b, Quos amiſimus ciues, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ.

† Syntaxis. *Percellere ac perturbare. Percellere & affligere. Euertere & percellere exultantem.*

PERCENSEO, ſes. *recenſeo, percurro.* Par.241 b, Quo in genere percenſere poterit pleroſque inueniendi locos. cont.Rull. 75 b, Italiam percenſuiſti, perge in Siciliam. Poſtq.204 a, Quis poſſit veſtra in me vniuerſa promerita non dicam complecti orando, ſed percenſere numerando?

PERCEPTIO, onis. *collectio, comprehenſio.* Offic.35 a, Neque enim frugum fructuumque reliquorum perceptio & conſeruatio ſine opera hominum vlla eſſe potuiſſet. Ac.7 a, Ars ex multts animi perceptionibus conſtat. Acad.47 b, Turpe eſt cognitioni & perceptioni aſſertionem approbationemq; præcurrere. * Acad.5 b, Nec definiri aiebant neceſſe eſſe, quid eſſet cognitio, aut perceptio, aut, ſi verbum è verbo volumus, comprehenſio, quam κατάληψιν illi vocant.

* PERCEPTVM, i. de Fat.142 a, Quælibet natura à perceptis artis proficiſcitur. Percepta appello, quæ dicuntur Græcè θεωρήματα. Non enim credo nullo percepto aut cæteros artifices verſari in ſuo munere, aut eos qui diuinatione vtãtur, futura prædicere. Sunt igitur Aſtrologorum percepta huiuſmodi. *Alij Præceptum legunt.*

* PERCEPTVS, a, um. de Fin.85 b, Memoria corpore perceptarum voluptatum.

PERCIPIENDVS, a, um. Quint.frat.295 b, Cui in doctrina, cui in virtute atque humanitate percipienda plurimum à pueritia ſtudij fuiſſet & temporis. de Orat.103 b, Philoſophia oratori neceſſariò percipienda eſt. Offic.12 b, Vicinum citius adiuueris in frugibus percipiendis, quàm propinquum. * pro Arch. 188 b, Qui profectò ſi nihil ad percipiendam colendamque virtutem literis adiuuarentur.

PERCIPIO. pis. *capio.* Epiſt.232 b, Capere voluptatem, percipere luctum. de Fin.56 b, Percipere voluptatem vel dolorem ſenſibus. de Senect.81 a, Themiſtocles omnium ciuium nomina perceperat.

¶ *Colligo.* de Sen.81 b, Serere, percipere, & condere fructus.

¶ *Retineo.* de Nat.4 a, Nam ſi ſingulas diſciplinas percipere magnum eſt, quanto magis omnes?

¶ *Aſſequor, intelligo.* I.V.214 b, Percipere aliquid oculis. de Or.95 b, Aliquid percipere animo, & memoria cuſtodire. Off.12 b, Nec oratores, quamuis artis præcepta perceperint, quicquam ſine vſu & exercitatione conſequi poſſunt. de Fin.62 a, Cognoſcere & percipere aliquid. I. C. 102 b, Percipite quæſo diligenter quæ dicam. * Hortenſ. Eundẽ non modò ex mediocri pecunia, ſed etiam ex tenui percipere poſſumus. Tuſc.175 a, Qui pauca perceperit.

¶ *Ineo.* Att. 126 a, Vt quodcunq; tu conſilium percepiſſes, id nobis perſequendum putaremus.

PERCIPIOR, ris. Or.197 b, Quod neq; oculis, neq; auribus, neq; vllo ſenſu percipi poteſt. Acad.10 a, Id tamen percipi ac comprehendi poteſt. * Tuſc.199 b, Detrahens eas voluptates, quæ ſapore percipiuntur: detrahens eas etiam, quę auditu & cantibus: detrahens eas etiã, quæ ex formis percipiuntur oculis, ſuaues motiones. de Fin.56 a, Non enim hanc ſolam *voluptatem* ſequimur, quæ, &c. cũ iucunditate quadam percipitur ſenſibus, ſed maximã illam voluptatẽ habemus, quę percipitur omni dolore detracto. Tuſc.175 a, Quanti *fructus* ex vniuerſa philoſophia percipi poſſunt.

† Syntaxis. *Percipere omnium nomina popularium, luctũ. Percipere & condere fructus. Percipere conſilium. Cognoſcere & percipere aliquid.*

PERCITVS, a, um. *incitatus, concitatus.* pro Mil.113 b, Animo irato & percito facere aliquid.

PERCOMIS. de Cl.183 b, Qui peritiſſimus iuris, idemq; percomis habitus eſt.

PESCOMMODÈ. *valde commodè.* Tuſc.213 b, Itaq; ſiue caſu accidit, ſiue conſilio, percommodè factum eſt. pro Cecin. Hoc loco percommodè accidit, quòd, &c. I.V. Verùm hoc adhuc percommodè cadit, quòd cum incredibili eius audacia, ſingularis ſtultitia coniuncta eſt.

* PERCONTOR, aris. vide PERCVNTOR.

* PERCOQVOR, eris. Oecon.3, Nullo modo faciliùs poſſe terram à Sole percoqui.

PERCREBRESCO, ſcis. *increbreſco, diuulgor.* I. V. 130 a, Res percrebuit, in ore atq; ſermone omnium cœpit eſſe. Attic. 1 a, Cùm hoc percrebreſcit plurimos noſtros amicos inueniri. pro Mur.236 a, Cùm illius nefarij gladiatoris voces percrebuiſſent, qua, &c. & Off.63 b, Quod cùm percrebuiſſet, Pythias quidã, &c. Ep.149 a, Tamen ipſa fama, quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem conſecutus. I. V. 215 b, Cùm hæc fama de auaritia & cupiditate noſtrorum hominum percrebuerit. in Verr.66 b, & 56 b, Opinio non modò Romæ, ſed & apud exteras nationes omnium ſermone percrebuit.

PERCREPO, as. *perſono.* I.V.244 a, Lucus ille totus percrepabat mulierum vocibus, cantuq; ſymphoniæ.

PERCVLSVS, a, um. *percuſſus.* Attic. 274 a, Timore magno perculſa ciuitas tota ad te ſe effundebat. I. C, 104 b, Catilina iam ſe perculſum & abiectum eſſe ſentit. pro Flacc.149 a, Græcia, quæ iamdiu ſuis conſilijs perculſa & afflicta eſt. Att.40 a, Sum animo perculſo & abiecto & 97 a, Vehemẽter perculſus *aliter percuſſus.* Epiſt.48 b, Ita perculſa & proſtrata iacent omnia. Att.116 a, Improbos eſſe quaſi perculſos. * 2 de Glor.

*Qui quondam Hectoreo perculſus concidit enſe.*

pro Marc.134 b, Omnia ſunt excitãda tibi, quæ iacêre ſentis belli ipſius impetu perculſa atq; proſtrata. pro Seſt.27 a, Cæteri verò aut repentina vi perculſi ac tempeſtate populari.

† Syntaxis. *Perculſus & abiectus. Perculſus & afflictus. Perculſus & proſtratus. Perculſa & proſtrata omnia.*

PERCVNCTANDO. de Fin.64 a, Socrates percuntando & interrogando elicere ſolebat eorum opiniones, quibus cum diſſerebat. Att.96 a, Sed tamen percuntando de nominibus Milonis aliquid proficies. * de Orat.108 b, Doctoribus noſtris ea ponere in percuntando.

PERCVNCTANS, tis. de Or.93 a, Quo in genere vnquam mihi percuntanti aut quærenti aliquid defuiſti. de Or.135 b, Quærentibus & quaſi percuntantibus lentè reſpondere. Epiſt.102 b, Negant te percuntantibus reſpondere. de Sen. 81 a, Sic enim percuntanti reſpondetur.

PERCVNCTATIO, onis. *interrogatio.* de Or.172 a, Rogatio, & huic finitima quaſi percuntatio. & 138 b, Seruilis percuntatio, &c. narrantur. de Vn.195 a, Ac primum quidem tempus ſalutationibus, reliquum percuntatione conſumſimus. pro Cluen.56 b, Adiungere aliquid, quod non percuntatione quæſitum, ſed dolore expreſſum videretur. de Cl.184 b, Sermo ductus è percuntatione filij quid in ſenatu eſſet actum. * de Inuen.81 a, Locos in hoc genere argumentandi hos & huiuſmodi quoſdam eſſe arbitramur, &c. Poſteà admirationem percunctatione.

PERCVN-

PERCVNTOR, aris. *quæro, ſciſcitor.* de Orat 93 a, Nunquam te, niſi omnia quæ percuntati erimus, explicâris dimittemus. de Som. 126 b, & Acad. 39 a, Deinde ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra repub. percuntatus eſt. de Clar. 180 a, Cùm Theophraſtus percuntaretur ex anicula quadam, quanti illud venderet, &c. ad Her. 10 b, Et ab aduerſarijs percuntabatur accuſator, quid futurum ſit, ſi, &c. de Diu. 124 a, & contr. Rul. 95 a, Is ſolebat ex me percuntari, noſtri augurij diſciplinam, & ego illius. Partit. 234 a, Cùm interrogamus noſmetipſos, aut percuntamur. ad Herenn. 10 b, Percuntari ab alijs. Ep. 102 b, & 116 b, Percuntari ſingulos.

† Syntaxis. *Percuntari aliquem de. Ex aliquo, ab aliquo. Percuntor & interrogo.*

PERCVPIDVS, a, um. Epiſt. 6 b, Cognoui Hortenſium percupidum tui.

PERCVRIOSVS, a, um. *curioſus.* pro Cl 54 b, Nicoſtratus quidam fidelis Oppianici ſeruulus percurioſus, & minimè mendax, multa dicitur, &c.

*PERCVRRENDVS, a, um. Incer. Si mihi vitæ ſpacium duplicetur, vel ijs tantummodò poëtis percurrendis non eſſet ſuffecturum.

PERCVRRITVR. de Orat. 138 b, Si ſic conſtituitur aliquando, ( *al. conſiſtitur aliquandiu*) ac non iſta breuitate percurritur.

PERCVRRO, ris: percurri, percurſum. *percenſeo, obeo, ſtrictim attingo, breuiter decurro.* pro Cecin. 303 a, Id tametſi extra cauſam eſt, percurram tamē breui. de Diu. 128 b, Quas *hominū procreationes* percurrere oratione facile eſt. pro Cor. 65 a, M. Craſſus, à quo hæc, quæ ego nunc percurro ſubtiliſſimè ſunt omnia perpolita. Or. 201 a, Orator percurrat omnes locos. de Orat. 124 b, Hęc properans percurro. ad Her. 23 a, Et identidem primos quoſq; locos imaginum renouādarum cauſa celeriter animo percurramus. de Or. 103 b, Eſt boni oratoris, multa auribus accepiſſe, multa vidiſſe. multa animo & cogitatione, multa etiā legēdo pcurriſſe. de Or. 147 b, Partes, quas modò percucurri, vel potius penè præterij. I. V. 169 a, Per omnes ciuitates percurrit oratio mea.

PERCVRSATIO, onis. *peragratio.* in Anton. 172 a, Italiæ rurſus percurſatio. & 179 b, O' claram illam percurſationem.

PERCVRSIO, onis. Tuſc. 215 b, Propter animi multarum rerum breui tempore percurſionem.

PERCVRSVS, a, um. *perceptus.* de Orat. 121 a, Quæſtiones omnes animo percurſas, & propè decantatas habere. de Orat. 102 a, Ea quæ valde breuiter à te Craſſe de ipſa arte percurſa ſunt.

† Syntaxis. *Breuitate nimia percurritur. Breui percurrere. Oratione percurrere. Locos percurrere. Percurrere animo, cogitatione, legendo. Multa animo percurſa:* hoc participium patiens aduerte.

PERCVSSIO, onis. de Orat. 159 b, Sed ſunt inſignes eorū numerorum percuſsiones. Orat. 216 b, Nō ſunt in oratione tanquam tibicini percuſſionum modi. Offic. 67 a, Si dares hanc vim M. Craſſo, vt digitorum percuſſione poſſet hæres ſcriptus eſſe. *Tuſcul. 204 a, Ex hac opinione ſunt pectoris, femorum, capitis percuſſiones.

PERCVSSOR, oris. *interfector.* pro S R. 34 a, Ij quos qui leuiore nomine appellant, percuſſores vocant. pro Dom. 215 b, & in Ant. 174 b, Quippe in his ipſis temporibus domi Cæſaris percuſſor ab iſto miſſus, deprehenſus dicebatur eſſe cum ſica.

PERCVSSVS, a, um. *perculſus.* de Nat. 71 a, Is fulmine percuſſus dicitur humatus eſſe Cynoſuris. pro Mur. 137 a, Homines percuſſi Syllani temporis calamitate. Acad. 41 a, Percuſſus grauiſſimo fortunæ vulnere. & 142 b, Percuſſus atrociſſ. literis. de Orat. 134 b, Cùm Cato percuſſus eſſet ab eo qui arcam ferebat. I. C. 115 a, Turres de cœlo eſſe percuſſas. pro Dom. 215 b, A' quibus ille ſe lapidibus appetitum & percuſſum eſſe dixit. de Orat. 126 b, M. Aemilium lapide percuſſum eſſe conſtabat. pro Mil. 114 a, Deinde gladio percuſſus eſt ab vno de illis.

PERCVTIO, tis. *ferio, cædo.* de Nat. 77 a, Hunc igitur Iupiter fulmine non percuſſit. pro S. R. 34 b, Non quæro quis percuſſerit, cuius manu ſit percuſſus non laboro. Tuſc. 234 b, Quodcunq; noſtros animos probabilitate percuſſit, id dicimus. pro Mil. 117 a, Qui vos mortuus inani cogitatione percuſſit.

† Syntaxis. *Numerorum percuſſiones. Percuſſi populi calamitate, fortunæ vulnere, literis. Turris de cœlo percuſſa. Appetitus & percuſſus lapidibus. Id meum animum probabilitate percuſſit. Ille te inani cogitatione percutit.*

PERDIFFICILIS, le. )( *perfacilis.* pro Pla. 259 b, & de Nat. 2 a, Perdifficilis & perobſcura quæſtio. Part. 237 a, Quæ perdifficilia ſunt, perinde habenda ſæpe ſunt, ac ſi effici non poſſint.

PERDIFFICILITER. Acad. 15 a, Aut ſi ea quoque poſſit, cur illa non poſſit, quæ perdifficiliter: internoſcantur tamen.

PERDIGNVS. Epiſt. 205 b, Suſpicor ipſum hominem perdignum eſſe tua amicitia.

PERDILIGENS. *ad Q. fr. 326 a, Res operoſa eſt, & hominis perdiligentis.

PERDILIGENTER. de Cl. 166. Att. lib. 1.

PERDISCENDVS, a, um. de Orat. 106 b, Num igitur, ſi, &c. Magonis Carthaginenſis ſunt libri perdiſcendi? de Orat. 121 b, Voluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi abijcere. * de Orat. 90 b, Hic locus de vita & moribus totus eſt oratori perdiſcendus.

PERDISCO, ſcis Ep. 102 a, Si maluiſſes beneuolentiæ quàm litium iura perdiſcere. de Finib. 54 a, Illa perdiſcere ludus. Qu. fr. 320 a, Meam *orationem* in illū pueri omnes tanquam dictata perdiſcant. de Orat. 107 a, Contortas res, & ſæpe difficiles neceſſariò perdiſcimus.

PERDISERTE'. de Orat. 90. * a, Perdiſertè populo rationē operis ſui reddidiſſe.

PERDITE'. *flagitioſè, nequiter.* Attic. 136 a, Qui hic poteſt ſe gerere non perditè?

PERDITOR, oris. pPl. 278 a, Ergo ego cōmitterem vt perditor reip. nominarer, qui ſeruator fuiſſem? in Vat. 39 a, Et ſi ego te perditorem & vexatorem Reip. fero, tu me conſeruatorem & cuſtodem feras.

PERDITVS, a, um. tior, ſſimus. *profligatus.* Attic. 125 a, Nihil fieri poteſt miſerius, nihil perditius, nihil fœdius. contra Rull 77 a, O' conſilia diſſoluta & perdita. Tuſc. 221 a, Adoleſcens perditus & diſſolutus. I. A. 161 b, & 67 b, Tu omnium profligatiſſime & perditiſſime. pro Rab. 95 a, Iudicia perdita & profligata. pro Dom. 236 b, Aliquis ſcelere & egeſtate perditus. pro S. Roſc. 24 b, Omnia in eo ad perniciem profligata atq; perdita. pro Mur. 144 b, Morbo confectus, lacrymis ac mœrore perditus. Tuſc. 234 a, Perdita valetudo. Antequam. 195 a, Nemo tam perdita autoritate inuentus eſt, qui, &c. pro Cecin. 302 b, Exoritur hic iam obrutis rebus omnibus ac perditis illa defenſio, &c. in Verr. 68 b, Claſſes amiſſæ ac perditæ. * Frag. epiſt. Perdita impiaque conſilia. Incer. Aduerſæ & perditæ res.

† Syntaxis. *Nihil illo perditius. Perditus ac diſſolutus. Conſilium diſſolutum ac perditum. Iudicium perditum ac profligatum. Lacrymis perditus. Scelere perditus & egeſtate.*

PERDIV. *valde diu.* Att. 50 a, Per Theſſaliam ſi irem in Epeirum perdiu nihil eram auditurus. de Orat. lib. 1, Boni oratores perdiu.

PERDIVES. Attic. 85 a, Amici regis duo treſve perdiuites: ſed ij ſuum tam diligenter tenent, quàm ego, aut tu. I. V. Mulier eſt Segeſtana perdiues & nobilis, Lamia nomine.

PERDIVTVRNVS, na, um. pro Seſt. 16 a, Bellum perdiuturnum. de Natur. 42 b, Natura aut ſempiterna ſit neceſſe eſt hoc eodem ornatu, quem videmus: aut certè perdiuturna, permanens ad longinquum & immenſum penè tempus.

PERDO, dis. *amitto, deperdo, offenſionem accipio, iacturam alicuius rei facio, damnum facio, detrimentum facio vel accipio, aliquid damni contraho.* Poſtquam. 302 b, Recuperata verò ſua dignitate ſe non commiſſurum, vt cùm ea quæ amiſerat ſibi reſtituta eſſent, virtutem animi nō haberet, quam nunquam perdidiſſet. de Aruſp. 252 b, Aut quòd oculos non perdidiſti. Epiſt. 12 a, Vt mihi ſtomachum facerent, quem ego funditùs perdidi. & 71 a, Niſi id verbum in omne tēpus perdidiſſem. & 62 b, Quæ ego ſi non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus ſuſtinebo. & 72 a, Minus autem miſeri, qui his temporibus liberos amiſerunt, quàm ſi eoſdem bona, aut denique aliqua rep. perdidiſſent. ad Her. 38 a, Vitam amiſit, at non perdidit. Epiſt. 51 b, M. Cato ſumma virtute filium perdidit. & ibid. Exiſtimabam omnes me, & induſtriæ meæ fructus, & fortunæ perdidiſſe. Epiſtol. 136 b, Nunc cùm tam æquo animo bona perdas, non eo ſis conſilio, vt, &c. Epiſtol. 158 a, Ne quid aut ex amore aut ex iudicio tuo perdam. pro Mur. 129 a, Quòd ius ciuile didiciſti, operam perdidiſti. de Or. 95 a, & Parad. 122 a, Perdere operam apud aliquem doctorem. Epiſt 95 a, Perdere oleum & operam. de Orat. 156 b, Si non potuero, tempus non perdam. pro Qu. Roſc. 46 b, Perdere cauſam. de Orat. 98 b, Perdere litem. Att. 174 a, Perdere iudicium bonorum. pro R. P. 126 a, Perdere libertatē. * pro Marc. 134 b, Quin quaſſata Reſpub. multa perderet & ornamēta dignitatis, & præſidia ſtabilitatis ſuę. de Sen. 81 a, Nec ſepulchra legens vereor ( quod aiunt ) ne perdā memoriam. I. A. 171 a, Vt quod in alea perdiderat, beneficio legis diſſolueret.

¶ *Diſperdo, proſterno, affligo, profligo.* pro S. R. 40 a, Iupiter vrbes

vrbes deleuit, fruges perdidit. Attic.85 b,Ciuitates funditus perdidiſſem. pro Sex.Roſc.24 a, Mors Quin.Scæuolæ omnes ciues ſuos perdidit & afflixit. I. C. 104 b, Sine dubio perdidimus hominem, magnificè vicimus. de Finib. 39 a, Multi parentes, multi amicos, nonnulli patriam, plerique ſeipſos penitùs perdiderunt. Offic. 51 a, Si hoc non fuerit,vt locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur aliena.

† Syntaxis. *Perdere oculos,ſtomachum,verba lætitiæ. Amiſit,non perdidit vitam. Ex amore multum perdere. Operam perdere, oleum & operam,tempus,cauſam,litem. Amittere ac perdere. Perdere & affligere, ſuum perdere.*

PERDOCEO,ces. *edoceo.* pro Seſt.23 a,Res difficilis ad perdocendum.

* PERDOCTVS,a,um. pro Cornel 67 b,Cùm me præſertim rerum varietate atq; vſu ipſo iam perdoctum viderent.

PERDVCO,cis. pro Clu.25 b,pro Planc.280 b,Is Theſſalonicam me in quæſtoriumq; perduxit. Tuſcul.210 a,Aiacem quidem ira ad furorem mortemque perduxit. Attic. 257 a, Octauius veteranos perduxit ad ſuam ſententiam. in Verr. 123 a, Expoſitis ſuis difficultatibus hominem ad H-S. LXXX perducit,eamq; ei pecuniam numerat. de Seneɫ. 89 b, Is ad centeſimum annum vitam perduxit. pro Quint.4 b, Perducere aliquem ad ſuas cõditiones iniquis rationibus. de Amic.110 a, Perducere aliquem ad ampliſſimos honores. Att.83 a,Scaptius rogat, vt eos ad talenta CC perducam. * contr. Rull.65 b, Quæ vitæ via facilimè viros bonos ad honorem dignitatemq; perducit.* de Fin. 114 b,Non enim hoc,quod facit *natura* in frugibus,vt cùm ad ſpicam perduxerit ab herba, relinquat & pro nihilo habeat herbam. de Leg.187 a,Phalereus ille Demetrius mirabiliter doctrinam ex vmbraculis eruditorum otioq;, nõ modò in ſolem atq; puluerem, ſed in ipſum diſcrimen aciemq; perduxit. Epiſt. 100 a, Cn. Octauius me crebrò ad cœnam inuitat:adhuc non potuit perducere.

PERDVCOR, ris. Ep.143 b,Quæ *Reſpub.* ſi ad tempus tuum perducitur, facilis gubernatio eſt. ibid. 138 b,Ita vſque ad aſſum vitulinum opera perducitur. ibid.196 a,Dum ad te legiones perducantur,quas audio duci.

† Syntaxis. *Ad ſuam ſententiam aliquem perducere,ad æquas cõditiones,ad decem talenta.*

PERDVCTOR, oris *qui vel inuitum ducit.* in Verr.82 b,Lenones, aleatores,perductores.

PERDVELLIO, nis. *crimen imminutæ maieſtatis.* I. P.80 a,C. Rabirius perduellionis reus.pro *Mil.*108 b,Actionem perduellionis alicui intendere. pro Rab. 92 b, Perduellionis iudicium à M. Tullio Cicerone ſublatum. Leg. 191 a.ad Her 26 a. Nam qui perduellionibus venditant patriam, non ſatis ſupplicij dederit,ſi, &c.

PERDVELLIS,lis *hoſtis patriæ,qui maieſtatem minuit.* de Off. 73 b,Nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium. Offic.8 b,Equidem animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis eſſet,is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante.

PEREDO,dis. *exedo.* Tuſc.196 a,

*Lacrymæ peredère humore exangues genas.* Poëtæ.

PEREGRE`, *in peregrinatione, foris.* in Anton. 200 a,L. quidem frater eius, vtpote qui peregrè depugnauit, familiam ducit.

* PEREGRINANS, tis. Acad. 40 b, Nos in noſtra vrbe peregrinantes errantesque, tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt. *Apud Auguſtin.lib.6.de Ciuit.Dei cap. 2.legitur reduxerunt.*

PEREGRINATIO,onis. Attic.145 b,Hæc fuga,quam tu peregrinationem ὑπερορίαν appellas. Tuſcul.249 a,Exilium non multum à perpetua peregrinatione differt. de Finib. 87 a,Turtures curſu & peregrinatione lætantur. in Anton. 179 b,At quàm nobilis eſt tua illa peregrinatio. de Amic. 115 b, Peregrinationes ruſticationesque communes *erant.* Att. 25 a, Curabo, vt eius peregrinationis tibi opus extet. & 90 a, In hac autem peregrinatione militiáve noſtra ſæpe incenſum ira vidi,ſæpe placatum. Att.252 b,Omne tẽpus in peregrinatione conſumemus.

PEREGRINATOR, oris. Ep.92 a, Non tam ſum peregrinator quàm ſolebam:ædificia mea me delectant.

* PEREGRINATVS,a,um. Acad.1 b,Diutiùs quàm vellem tanta vis virtutis atq; ingenij peregrinata abfuit ab oculis & fori & curiæ.

PEREGRINITAS, tis. *mores peregrini, vel peregrinorum multitudo.* Epiſtol.134 b, Tunc cùm in vrbem eſt infuſa peregrinitas.

PEREGRINOR, aris. *peregrinator, vel peregrinus ſum.* de Clar. 166 a,Eloquẽtia peragrauit omnes inſulas, atque ita peregrinata tota Aſia eſt, vt ſe externis oblineret moribus. de Finib.98 b, Philoſophia peregrinari Romæ videbatur. pro Rab. 96 b, Peregrinari in aliena ciuitate. de Natur.12 b, Longè lateque peregrinari. Tuſcul.250 a, Ille infinitatem(* *al. in infinitatem*) omnem peregrinabatur,vt nulla in extremitate conſiſteret. Acad.1 b, Tanta vis ingenij peregrinata abfuit ab oculis fori. pro Milon. 107 b, An verò tu ſolus ignoras? tu hoſpes in hac vrbe verſaris? tuæ peregrinantur aures? neq; in hoc peruagato ciuitatis ſermone verſantur?

† Syntaxis. *Tota Aſia peregrinari, in Aſia. Romæ,longè,latéque. Infinitatem peregrinari.*

PEREGRINVS,a,um. *aduena,hoſpes,alienus,externus.* Offic.8 b, Hoſtis apud maiores noſtros is dicebatur,quem nunc peregrinum dicimus. contr.Rull. 85 a, Nos autem iam non hoſpites,ſed peregrini atq; aduenæ nominabamur. & 63 a, Lex qua peregrini Roma eijciuntur. de Orat.103 b,Orator nulla in re tyro ac rudis,neq; peregrinus atq; hoſpes eſſe debet. I. V. 217 b, Nemo neq; ciuis, neq; peregrinus. Att. 93 a, Eſt enim quiddam;aduenientem non eſſe peregrinum atq; hoſpitem. Offic.25 b,Peregrini & incolæ officium eſt,nihil præter negocim ſuum agere.

† Syntaxis. *Peregrinus & aduena. In re nulla tyro,aut rudis, peregrinus, aut hoſpes.*

PERELEGANS, tis. *perpolitus.* de Orat.134 a,Genus eſt perelegans. pro Planc. 271 a, Perelegans & perſubtilis oratio.

PERELEGANTER. de Cl.182 a,Pereleganter dicere.

PERELOQVENS. de Cl.187,* Cn. Lentulus Marcellinus nec vnquam indiſertus, & in conſulatu pereloquens viſus eſt, non tardus ſententijs,non inops verbis,voce canora facetus ſatis.

PEREMTVS, a, um. de Aruſp.249 a, Si ludi non intermiſſi, ſed peremti atque ſublati ſunt. Tuſc 167 b,Nec poteſt eſſe miſer quiſquam, ſenſu peremto. de Diu. 84 a, Luna,&c. ſtellanti nocte peremta eſt.

PERENDIE. *perendino die.* Att. 202 b, Scies igitur cras,ſummùm perendie. & 214 b,Vt ſpero perendie. Ep.263 a, Hodie,cras,perendie.

PERENDINVS,a,um. pro Mur.130 a,Tot homines tam ingenioſos per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, vtrum diem tertium an perendinum dici oporteret.

PERENNIS, ne. *perpetuus,continuus,iugis,continuatus.* p Flac. 151 a, Ab hac perenni conteſtataq; virtute maiorum non degenerauit L. Flaccus. de Pro.73 b, Meus in remp. animus priſtinus & perennis. Poſtquam. 206 a, Si illud de duobus conſulibus perenne ac proprium manere potuiſſet. de Som. 130 b, Sermo nunquam de vllo perennis fuit. de Diu.122 a, Tarda ac ſera nimis,ſed fama & laude perenni. de Orat.160 a, Loquacitas perennis & profluens. de Cl.196 b, Contine te in tuis perennibus ſtudijs. de Nat. 37 a,Stellarum perennes atque perpetui curſus. I. V.225 a, Aquæ perennes. Tuſc.153 a,Continuata motio & perennis. Ep.10 a,Ille perennis inimicus amicorum ſuorum. de Natur.27 b, Perenne auſpicium. item: Nulla perennia ſeruantur.

† Syntaxis. *Priſtinus ac perennis animus meus erga te. Perennis ac profluens loquacitas. Studia tua perennia. Perennes & perpetui fluuij.*

PERENNITAS,tis. *perpetuitas.* de Nat.45 b,Adde huc fontiũ gelidas perennitates.

PEREO, ris. *intereo.* Attic. 226 a, Liberalia tu accuſas,quid fieri tum potuit? iam pridem perieramus. de Natur.76 a, Varius ſummo cruciatu ſupplicioque perijt. Epiſtol. 128 a,Scipio & Afranius fœdè perierunt. Quint.frat. 296 b, Vt & publicanis ſatisfacias, ac ſocios perire non ſinas. Attic. 32 a, Ne opera & oleum philologiæ noſtræ perierit. & 176 a, Meo vitio pereo. in Anton. 196 b, Tantam pecuniam populi Rom. tam breui tempore perire potuiſſe.

† Syntaxis. *Tuo vitio peris.*

PERERVDITVS, a,um. Att.62.

* PEREXIGVE`. At.241 a,Xenocratem perexiguè & *γλίσχρως* præbere minutatimq;.

PEREXIGVVS, a, um. de Natur.42 a, Perexiguum ſemen. Quint. frat lib.1. Aut nulla,aut perexigua pars. I.V.act.2. Dies perexigua. ead. Solicitabar rebus maximis vno atque perexiguo tempore. Tuſculan. 181 b, Vt Bona corporis & fortunæ perexigua & perminuta videantur. * de Fin.74 a,Vt perexigua pars ipſi relinquatur.

† Syntaxis. *Perexiguum & perminutum.*

PEREXPEDITVS, a, um. de Finib.97 a,Sed hæc quidem eſt perfacilis & perexpedita ſententia.

PERFACETE`. I.V.191, Perfacetè dicta.

PERFACETVS,a,um. pro Planc.266, Si non perfacetum, attamen fortaſſe non ruſticum.

PERFACILE`, *aduerb.* I.V.107 a.

PERFACILIS, le. de Orat. 92. & Orat. 208 a. de Orat. 82 b, Carneades dicere ſolebat, me ſibi perfacilem in dicendo, te autem per pugnacem in diſputando eſſe viſum. Orat.

ſum.Orat.108 a,In perfacili cognitione verſari, *id eſt, facilè cognoſci.*

PERFAMILIARIS,re.de Fin.147.Fam.lib.13.de Clar.orat. Qu.fr.lib.2.pro Quint.

PERFECTE.*abſolutè,plenè,cumulatè,ex toto.*de Diui.85 a,Nũquam perfectè veritatem caſus imitatur. de Orator.95 b, Roſcius nihil niſi perfectè,nihil niſi cum ſumma venuſtate faciebat. de Clar.191 a,Perfectè pleneque eruditus. de Fin.110 a,Perfectè abſolutus. de Cl.173 b, Oratio neque nimis infans,neque perfectè diſerta.

PERFECTIO,onis.*expletio,abſolutio.)(.inchoatio, adumbratio.* de Orat 95 b & 160 b,Hanc ego abſolutionem perfectionemque in oratore deſidero. de Cl.177 a, In omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque abſolutio. de Finib. 97 a,Sic ea quæ proficiſcuntur à virtute, ſuſceptione prima,non perfectione recta ſunt iudicanda. pro Mar.134 a, Tantum abes à perfectione maximorum operum,vt fundamenta,quæ cogitas, nondum ieceris.* Orat 206 a,Nulla eſt vllo in genere laus oratoris, cuius in noſtris orationibus non ſit aliqua ſi non perfectio,at conatus tamen atque adumbratio.

† Syntaxis. *Perfectè planeq; eruditus.Perfectè abſolutus.*

PERFECTOR,oris.de Orat.107 b,Stylus perfector dicendi, ac magiſter.Att.lib.8.

PERFECTVS,a,um. *abſolutus,perfectè abſolutus, planus, ſummus,complexus,expletus,cumulatus,elaboratus,perpolitus, maturus, verus, expletus omnibus ſuis partibus, quod vt Stoici dicunt, omnes numeros habet, quod omnes habet in ſe numeros virtutis,recte facta,quæ Græci appellant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continens.)(.inchoatus,imperfectus,adumbratus, conatus.* de Inu.62 b,Nihil ſimplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit.Orator.196 a, Illud cui nihil addi poſſit,quod ego ſummum & perfectiſſimum iudico. I.V. 227 b,Mitto,inquam,hæc omnia, quæ ab iſto pertriennium perfecta ſunt.de Orat.88 a, Tametſi ipſam exactionem mente,non lingua perfectam videmus. Atticar.101 b,Ac primùm illud,etſi cupidiſſimè expetitum à me ſit,& approbatum à te,ne diutiùs anno in prouincia eſſem: tamen non eſt noſtra contentione perfectum. Qu.fr.308 b, Eo die nihil perfectum eſt.& 318 b,Omnino ſpero paucis menſibus opus Diphili perfectum fore.de Leg.160 b,Ratio cùm adoleuit atque perfecta eſt,nominatur ritè ſapiẽtia.de Vni.202 b,Quibus prætermiſſis,cœli abſolutio perfecta non erit. Orat.86 a,Athenis ſumma dicendi laus & inuenta eſt,& perfecta pro Cl.21 a, Hoc totum malum à matre conflatum & perfectum. de Natu.deor.33 a, Quod undique aptum atque perfectum,expletumque ſit omnibus ſuis numeris & partibus.de Orator.95 b, Quis ad iſta ſumma atque in omni genere perfecta poteſt peruenire? de Opt.243 a,Vnum eſt genus perfecti: quo qui abſunt, non genere differunt,vt ab Accio Terentius,ſed in eodem non ſunt pares.de Orat 90 a, Orator plenus atque perfectus is eſt,qui, &c.& ibid. Perfectus homo in dicendo, & perpolitus.& 88 a,& 91 a,Statuiſti oratorem in omni genere ſermonis atque humanitatis eſſe perfectum. Tuſcul. 372 a,Nemo parum diu vixit,qui virtutis perfectæ perfecto functus eſt munere.de Diuin.135 b, Ad hæc mediocri opus eſt prudentia, ſed ingenio præſtanti & eruditione perfecta.de Nat.32 b,& de Cl.175 b,A primis inchoatiſq; procedere.de Clar.187 b,Præclara inchoata multa, perfecta non planè, M.Memmius perfectus literis Græcis. de Clar.174 b.Rutilius penè perfectus in Stoicis.de Diu.139 b,Philoſophi qui propè iam abſoluti & perfecti videntur. de Fin.53 a,Homo eruditus, in Geometriaque perfectus. I P.92 a,Homo ad perſuadendum concinnus, perfectus, politus.de Pr.74 b,Vt ea quæ per eum affecta ſunt, perfecta reipub.tribuantur. Orat 213 a, Perfectus completuſq; verborum ambitus. de Inu.54 a, Perfectus & abſolutus. pro Pomp.11 a,Summus atque perfectus imperator pro Seſt.22 a,Perfecta cumulataque virtus.de Fin.74 b,Expleta & perfecta forma honeſtatis.Tuſc.236 a,Hic igitur, &c. ſit perfecta mens.*id eſt,abſoluta ratio.* de Orat.144 a, Vterq; in ſuo genere perfectus.Tuſc.235 b, Natura in ſuo quodque genere perfectum eſſe voluit.& ibid.Omniaque in omnibus,quantum in ipſis eſt,nulla vi impediente, perfecta ſunt.pro Pomp 4 a,Perfectum ingenio, elaboratum induſtria.I.V 214 a,Candelabrum à gemmis clariſſimis,opere mirabili perfectum. & 316 a, de Orat. 102 a, Socratem illum ſolitum aiunt dicere, perfectum ſibi opus eſſe, ſi quis,&c.de Cl.179 b,Nihil eſt ſimul & inuentum,& perfectum.de Cl.195 a,Iam videbatur illud in me perfectum eſſe,& habere maturitatem quãdam ſuam. Epiſt 76 a,Videbam Italici belli hiſtoriã iam penè à te eſſe perfectam. & 2 a,Quoniam tu niſi perfecta re de me non conquieſti, de Amic.111 a,Omnia præclara,rara: nec quicquam difficilius eſt,quàm reperire,quod ſit omni ex parte in ſuo genere perfectum.Offi.10 a,Quoniam non viuitur cum perfectis hominibus,planéque ſapientibus,&c.& ibid.Homo non perfectus,nec ſapiens. & 55 a, Quod perfectum atq; abſolutum eſt,&,vt Stoici dicunt,omnes numeros habet. Qu.de Pet.214 a,Volo enim hoc commentariolum petitionis haberi omni genere perfectum. de Vniuer. 197 b, Vt vnum opus totum atque perfectũm,ex omnibus totis atque perfectis abſolueretur.* Horten.Actæ perfectæque res.I.V.229 a,Valuas magnificentiores ex auro atq; ebore perfectiores nullas vnquam vllo tempore fuiſſe. de Cl. 296 b,Quorum tamen ipſorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit.

† Syntaxis. *Omni ex parte perfectum. Summum & perfectum. Perfectum atque expletum omnibus ſuis numeris & partibus.Ad ſumma & perfecta peruenire. Plenus & perfectus orator. Perfectus in dicendo,& perpolitus.Plurimum & perfectum. Literis perfectus Græcis.In literis perfectus. Ad perſuadendum concinnus, perfectus,politus.Perfecta cumulataq; virtus.*

PERFERENS,tis.dt Orat.125 a,Perferens iniuriarum.

PERFERO,fers.*perpetior,tolero,obduro.* Attic.82 a, Fortaſſe tibi moleſtus ſum,quæ hæc prædicem de me: perfer, ſi me amas.de Orat.115 b,Ac mihi quidem non ita moleſti ſunt, facilè omnes perperior ac perfero.pro Sext.Roſc.20 a, Id quod ſuſcepi,quo ad potero perferam.I.C.109 b,Pruinas ac niues perferre.Tuſc.178 b,Expecta fortaſſe dum dicat, Patietur,perferet,non ſuccumbet,&c.pro Seſt.28 a,Pertuli crudelitatem inimicorum.& ibid.Pertuli pœnarum ſatis.pro Dom. 234 b, Perferre imperum in aliquem. *id eſt, in eum irruere.* Attic.18 a, Perferre legem. & 89 a, Si Curio legem pertulerit. pro Dom. 218 a, Si quæ promulgaſti, perferre potuiſſes. Epiſtol. 282 b,Et Atticus ad me ſermonem tuum pertulit.Epiſt.11 b,Hæc cùm ad me frater pertuliſſet,collegi ipſe me,&c.* Epiſt. 201 a,Vultus me hercule tuos mihi expreſſit omnes, non ſolùm animum ac verba pertulit (*al. protulit.*)

PERFEROR,ris.Epiſt.20 a, Cùm has ad te quàm primùm literas perferri magnopere vellemus. & 22 b, In his enim ſum locis, quò, & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardiſſimè omnia perferuntur. Atticar.289 b,Tamen exiſtimaui à me quoq; ſibi huius moleſtiæ nuncium perferri oportere.* pro C.Cornel.1,Eſt vtiq; ius vetandi, cum ea lex feratur,quandiu non perfertur.

†Syntaxis.*Perpeti facilè & perferre. Perferre niues, prouinciam ſuſceptam.Pœnarum perferre ſatis.Hæc ad me ſunt perlata.*

PERFICIENDVS,a,um.pro Cluent.58 b, Hoſtiæ cæſæ ad ſcelus perficiendum.pro Syl.181 a,Itaq; eos ad perficiendum ſcelus furiæ quædam incitarunt pro Cæl.48 b, Perficiendi & occultandi maleficij ſpes. pro Ar. 191 a, Nam res noſtras geſtas attigit hic verſibus,& inchoauit: quibus auditis,eum ad perficiendũ ſum hortatus. Att.232 a, Iſta nobis ad pridie Calendarũ tractanda & perficienda ſunt.

PERFICIO,cis. *abſoluo, conficio, tranſigo, efficio,perago,extrema perſequor,abſolutionem alicuius rei perficio,perpolio,munus ſuſceptum expleo.* pro Deio 147 b,Perficere cogitata. Antequam. 197 b,Antea laude digniſſimi ducebantur, qui ſe perfecerunt: nunc ſcelerati dicuntur,qui hæc adminiſtrarunt. de Diu.112 a,Ea enim prædicant, quæ naturæ neceſſitas perfectura eſt. Epiſt.86 a, Perficere onus vel munus. contra Rul.66 a, Quod ſi quis,&c.perficiam profectò, id quod, &c. vt, &c. de Diuin. 131 b, Callidè enim qui illa compoſuit.perfecit,vt quodcunque accidiſſet,prædictum videretur.de Clar.206 a,Demoſthenes multa perficit,nos multa conamur: ille poteſt,nos volumus,&c.Ora. 217 b, Id nos fortaſſe non perficimus, conati quidem ſumus. de Clar. 196 b,Quorum tamen ipſorum ad ætatem laus eloquentię perfecta nondum erat. Attic.208 b,Ego interea admonitu tuo perfeci ſane argutulos libros ad Varronem. Qu. frat.327 a,Inſtitutum poëma perficere.de Diuin.109 b,Si inſtituta perfecero.

PERFICIOR,ris.de Nat.32 b,In natura neceſſe eſt abſolui aliquid atque perfici.

† Syntaxis. *Perficere munus & onus. Inſtituta perficere.*

PERFIDELIS,le.* At.34 b,Si perfidelem habebo,cui dem.

PERFIDIA,diæ. *fraus deſtitutio.* de Orat.118 a,In quo illa magna offenſio eſt,vel negligentiæ ſuſceptis rebus,vel perfidiæ receptis.pro S.Roſ.36 b, Iſtius fide ac potius perfidia deceptus ſum. I.A.231 a, Dextræ quæ fidei teſtes eſſe ſolebant,perfidia ſunt & ſcelere violatæ. Attic.128 b, Perfidiæ ſuſpicionem fugere.* pro A.Gabin. Si quid eſt commiſſum,id non imprudentiæ,ſed perfidiæ,aſſignari ſolet. de Or.136 b,Hoc Craſſus non putat niſi perfidia accidere poſſe I.A.175 b,Qua in re quanta fuerit vtriuſq; veſtrũm perfidia in Dolabellam, quis ignorat? Epiſt.3 b, Nos in Senatu dignitatem noſtram, vt poteſt in tanta hominum perfidia & iniquitate,retinebimus. Q.fr.308 b,Cùm illius in me perfidiam increparet.

PERFIDIOSE. *fallaciter.* ad Her.2 a, Spurcè, ſuperbè, perfidioſè. & 28 b.

PERFIDIOSVS, a, um. *perfidus.* de Natu.87 a. Homo perfidioſiſſimus C. Marius. & de Orat. 126 a, Homo improbus & perfidioſus. & Epiſtol.41 b, Perfidioſus, inſidioſus, fallax.

PERFIDVS, a, um. *perfidioſus.* Poſtq.202 b, Perfidus animus. pro Qu.4 b, Si fide ſocietas colitur, qui ſociū prodit, perfidus eſt. Offi.64 a, Omnes aliud agentes, aliud ſimulantes, perfidi, improbi, malitioſi ſunt.

† Syntaxis. *Dextræ fidei teſtes perfidia ſunt violatæ. Perfidia & iniquitas.*

PERFLABILIS, le. *per quod flatus penetrare poteſt, tenue.* de Di.116 b, Epicurus deos induxit perlucidos & perflabiles.

PERFLAGITIOSVS, ſa, ſum. pro Cæl.48.

PERFLVENS. *affluens.* de Fin.89 a, Perpetuis voluptatibus perfluens. *Alij perfruens legunt.*

PERFODIO, dis. *perforo, perfringo.* I.V.31 a, Licet impunè per me parietes in adoleſcentiā perfoderis.

PERFORATVS, a, um. Tuſcul.158 a, Viæ ad oculos à ſede animi perforatæ. de Natu.68 b, Duo lumina ab animo ad oculos perforata.

PERFORE, Epi.33 a. Perfore accōmodatum tibi ſcio, ſi, &c.

PERFORO, as. *perforo, patefacio.* Epiſtol.94 b, Ex quo tibi Stabianum perforaſti, & patefeciſti Seianum. * Incer. Vt nauem perforet.

PERFOSSVS, a, um. de Fin.88 a, Atho perfoſſo.

PERFRACTE. de Offi.lib.3. Perfractè aliquid defendere.

* PERFRACTVS, a, um. de Diu.126 a, Perfracto ſaxo ſortes eruperunt.

PERFREMO, mis. de Nat.44 a, * Sicut inciti atque alacres roſtris perfremunt Delphini. *Accij.*

PERFRICANS, tis. I. Piſ. 92 b, Scriba caput ſiniſtra manu perfricans, &c.

PERFRICO, as. I.V.160 b, Cùm interea Apronius caput atq; os ſuum vnguento perfricaret. Tuſc.199 a, Quæ tu idem cùm os perfricuiſti, ſoles dicere. *id eſt, cùm pudorem & verecundiam depoſuiſti.*

PERFRIGIDVS, da, dum. I.V.220 a, Tempeſtas perfrigida.

PERFRINGO, gis. *infringo, effringo, labefacto.* de Clar. 168 a, Suauitas, quæ perfundat animos, non quæ perfringat. de Ar.255 a, qui omniū obiecta tela ſemper vi & virtute perfregit. I.C.101 a, Deuincere & perfringere leges. & 123 a, Perfringere & labefactare conſpirationem bonorum.

† Syntaxis. *Deuincere & perfringere leges. Perfringere & labefactare bonorum conſpirationem.*

* PERFRINGOR, eris. Attic.51 a, Vt vno impetu perfringatur res.

* PERFRVCTVRVS, a, um. Attic. 280 a, Et dignitatem perfructurus es. ( *al. perfuncturos.*

PERVERFENDVS, a, um. Off.5 b. Expetuntur diuitiæ tum ad vſus vitæ neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates.

PERFRVOR, ris: perfructus ſum. *vtor, potior.* de Cl.165 b, Fortunati, quibus cùm autoritate rerumq; geſtarum gloria, tum etiam ſapientiæ laude perfrui licuit. I. C.102 b, Hîc qua lætitia perfruére? quibus gaudijs exultabis? Tuſcul. 242 b, Omneſq; ſapientes ijs gaudijs perfruuntur. Epi. 67 a, Vt vel autoritate teſtimonij tui, vel iudicio beneuolentiæ, vel ſuauitate ingenij tui viui perfruamur. I.C.120 b, Ita mihi rep. ſalua vobiſcum perfrui licet. Epiſt. 94 b, Perfrui ocio. de L.167 b, Vita modica & apta virtute perfrui. I.P.89 a, Hiſce ego rebus paſcor, his delector, his perfruor, quod ſenatus, &c. * Hort. Amænitate ſumma perfructus eſt. pro Marc.135 a, Eaq; Repub. tu in primis compoſita, ſumma tranquillitate & otio perfruare.

PERFVGA, gæ. *transfuga, qui ad hoſtes profugit.* Orator.219 a, Cur de perfugis noſtris copias comparat contra nos? pro S.R.38 a, Iſte qui initiò proditor fuit, deinde perfuga. Offi. 69 b, Perfuga à Pyrrho venit in caſtra Fabricij.

PERFVGIO, gis. *transfugio.* pro Cor.59 b, Qui hoſtes ad noſtros imperatores perfugiſſent. I. P.98 b, In oppidum Betoam perfugiſti.

PERFVGIVM, gij. *portus, præſidium, arx.* pro Cluen.19 a, Spero hunc locū eius fortunæ miſeræ atq; iactatatæ portum ac perfugium futurum. Off.12 a, Tota domus quæ ſpectat in nos ſolos, neq; aliud poteſt habere perfugium. pro Rabir 91 a, Vt nullum ſit extremis Reip. temporibus perfugium & præſidium ſalutis. pro Syl.182 a, Munite communem arcem bonorum, obſtruite perfugia improborū. pro Arch.188 b, Hæc ſtudia rebus aduerſis perfugium ac ſolatium præbent. I.C 118 a, Domus commune perfugium. de Diuin. 139 a, Somnus eſt perfugium omniū laborum & ſolicitudinum. Epiſt.71 b, A portu & perfugio excludere aliquem. I. V.129 a, Poſtremò illo deſperatiſſimo perfugio vti poſſet. de Orat. 101 b, Senectuti verò celebrandæ & ornandæ, quod honeſtius poteſt eſſe perfugium, quàm iuris interpretatio? pro S.R.43 b, Vnum perfugium, vna ſpes reliqua eſt. Tuſcul. 174 b, Portum potius paratum nobis & perfugium putemus. * Epiſt.186 b, In te & in meo Bruto nō ſolùm ad præſens perfugium *habemus*, ſed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis.

† Syntaxis. *Portus & perfugium. Perfugium & præſidium. Obſtruere perfugia improborum. Studia literarum perfugium & ſolatium præbent. Laborum perfugium ſomnus. A perfugio excludere aliquem.*

PERFVNCTIO, onis. * de Orat.143 b, Qui ei annus primus ab honorum perfunctione aditum omnium conceſſu ad ſummam autoritatem dabat. de Fin.59 a, Neque laborum perfunctio, &c. per ſe ipſa allicit.

PERFVNCTVRVS, a, um. Att.280 a, Et dignitatem perfuncturus es.

PERFVNCTVS, a, um. (*al. perfructurus.*) I.A.183 a, Mihi iam optanda mors eſt, perfuncto rebus ijs, quas adeptus ſum, quaſq; geſſi. de Clar.165 b, Aetas noſtra perfuncta rebus ampliſſimis. de Orat.161 b, Senex perfunctis honoribus & reip. muneribus. pro Marc.124 b, Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti ſumus, ingrediuntur. Epiſt.9 a, Cùm & honoribus ampliſſimis, & laboribus maximis perfuncti eſſemus. Epiſt.50 b, Reminiſcere illā omnibus bonis perfunctam eſſe. pro Mur.136 a, Reſp. perfuncta eſt hoc miſero fataliq; bello. pro Dom.240 a, Ab Hercule iam perfuncto laboribus ſacra didiciſſe. Epiſt 68 a, Cæteris verò nulla perfunctis propria moleſtia; &c. pro Cl.41 b, Aut quòd ſe perfunctos iam eſſe arbitrantur, cum de reo iudicarunt. pro Dom.222 b, Equidem iam perfunctus ſum, expleui animos inuidorum. Epiſt.11 b, Vt mihi tam multa pro ſe perpeſſo atq; perfuncto concederet. * Horten. Nobis perfunctis muneribus humanis. pro Seſt.24 a, Plebs perfuncta grauiſſimis ſeditionibus ac diſcordijs otiū malle videtur.

* PERFVNCTVS, a, um. *paſſiuè.* pro Seſt. 50 a, Recito memoriam perfuncti periculi.

* PERFVNDENDVS, a, um. Tuſc.215 a, Quæ ſunt omnes vnius generis ad perfundendum animum tāquam illiquefactæ voluptates.

PERFVNDO, dis. *reſpergo.* de Nat.23 b, Perfundere aliquem omni voluptate. de Clar.168 a, Phaleræus ſuauis fuit: ſed ſuauitate ea, qua perfunderet animos non qua perfringeret. Att.122 b, Dij immortales, qui me horror perfudit? pro S.R.31 b, Mihi videris Eruci, vna mercede duas res aſſequi velle, nos iudicio perfundere, accuſare autem eos à quibus mercedem accepiſti.

PERFVNDOR, ris. de Cla.181 a, b, Multitudo audiens ducitur oratione, & quaſi voluptate quadam perfunditur. de Fin.65 a, Perfundi voluptate, vel iucunditate. I.V.89 b, Aqua feruenti à Rubrio ipſo Philodamus perfunditur.

† Syntaxis. *Animus voluptate perfuſus. Aliquem voluptate perfundere, ſuauitate, horrore. Horror illum perfudit.*

PERFVNGOR, tis. *vtor, exantlo.* de Senect.93 a, Nam dum ſumus in his incluſi compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis & graui opere perfungimur. * pro Marc.136 a, Perfuncta Reſp. eſt hoc miſero fataliq; bello.

† Syntaxis. *Perfungi honoribus, periculis, laboribus, bello. Iam perfunctus ſum. Multa pro te patior & perfungor.*

PERFVSVS, a, um. de Fin.88 b, Cùm omnes ſenſus dulcedine omni perfuſi mouerentur. ad Heren.27 a, Cœpit poſtquam perfuſus eſt, defricari.

PERGA, gæ. *vrbs.* I.V.86 & 216.

PERGAMENVS, a, um. pro Fl 160 b, Annos iam xxx in foro Pergameno verſaris. * pro Flacc.161 b, At qui homines? Pergameni. ibid. Ciuitas Pergamena.

PERGAMVM, mi. *vrbs in Aſia.* pro Flac.161 a, Cúr non Pergami? Smyrnæ, &c. & de Diu.89 a.

PERGAVDEO, es. Qu. fr.319 b.

PERGENS, tis. de Nat.71 a. Neptunum eſſe animum cum intelligentia per mare pergentem.

PERGO, gis. *eo, iter facio, tendo, peto, contendo, ſequor, continuo,* pro Pl 280 a, Qui antequam de meo aduentu audire potuiſſent, aliquorum dierum viam in Macedoniam ad Plāciumq; perrexi. de Fin. 147 b, In oppidum ad Pompeium perreximus omnes. Tuſc.230 a, Vt ad eas *imagines* curſim perrectura beata vita videatur. ad Her. 40 b, Pergere obuiam alicui. de Leg.158 b, Quin igitur ad illa ſpatia noſtra ſedeſq; pergimus? Att.152 a, Brunduſium pergere cogito. de Diu.106 a, Quibus quærentibus, cur non eâdem via pergeret? deterreri à Deo dixit. de Diu. 86 a, Conclaue illud vbi erat māſurus, ſi ire perrexiſſet, proxima nocte corruit. Acad.39 a, Itaq; confeſtim ad eum ire perreximus. ad Her.16 a, Nos proficiſci ad inſtituta pergemus. in Arat.

*Poſt hunc ore fero Capricornus vadere pergit.*

de Orat.135 b, Perge conficere iter reliquum. Attic.174 b, Hæc tu perge, vt facis, mitigare. pro Cec.296 a, Perge porrò hoc idem interdictum ſequi, homines, &c. Qu. de Pet. 213 b, Perge tenere iſtā viam, quam inſtituiſti. de Or.87 b,

Quam

Quamobrem pergite, vt facitis, adoleſcentes. I.C.99 a, Perge quò cœpiſti, egredere, &c. Att.140 b. Perge, vt facis, & ſcribe quantum potes. Epiſt.150 b, Perge igitur, vt agis, &c. de Fin.123 a, Perge porrò, &c. Offi.32 a, Sed ad reliqua pergamus. I.V. 158 a, Pergam atq; inſequar longius. Par. 232 a, Perge igitur ordine quatuor mihi iſtas partes explicare. Att.60 b, Perge reliqua. Att.79 a, Cùm graues de Parthis nuncij venirent, perrexi in Ciliciam. de Cla.199 b, Sed perge Pomponi de Cæſare, & redde quæ reſtant.279 a, Equidem ſuaſi, vt Romam pergeret. Item: Quanquam dolebam, &c. tamen perrexi, Romamq; perueni. Qu. fra 304 a, Rogo te, vt Romam protinus pergas & properes.

† Syntaxis. *Viam pergere in Italiam. Perge Brunduſium. Hac via perge. Perge ire ad. Conficere iter perge. Perge vitam iſtam tenere. Perge verò, porrò. Perge reliqua.*

PERGRANDIS, de. in Ver.112, 132. Vas vinarium ex vna gemma pergrandi. cont. Rul. Pergrande vectigal. I.V. Pergrandis pecunia.

PERGRATVS, ta, tum. Att.80 b, Vtriq; noſtrûm exiſtimo, tum mihi erit pergratum. Att.20 b, Per mihi, per inquam mihi gratum feceris. de Am.98 b, Pergratum mihi feceris.

PERGRAVIS, ue, pro Seſt.27. & pro Cæl.51 a.

PERGRAVITER. de Orat.104.* b, Pergrauiter reprehendo aliquem. Att.5 b, Pergrauiter illum eſſe offenſum.

PERHIBENDVS, da, dum. Epiſt.68 b, Nec minus eſt Spartiates ille Ageſilaus perhibendus: *id eſt, celebrandus.*

PERHIBEO, bes. *dico, aio, voco.* de Diu.111 a, Bene qui coniiciet, vatem hunc perhibeto optimum de Nat.47 a, Quem claro perhibent Ophiuchum nomine. & 44 a, Hoc quod memoro Graij perhibent æthera. & 39 a, Hunc ſummum habeto diuum, hunc perhibeto Iouem. in Arat.

*Cum quibus, vt perhibent, auſa eſt contendere forma.*

Att.2 a, Qui ſine eo, quem Cæcilius ſuo nomine perhiberet, facilè communem cauſam ſuſtinerent. pro Lig.141 a, Prohibiti eſtis in prouincia veſtra pedem ponere, vt perhibetis, ſumma cum iniuria.

PERHIBEOR, ris. Tuſc.154 a, Ille adiutor fuiſſe perhibetur.

PERHONORIFICE', *aduerb.* Att.227, Octauium ſui perhonorificè & amicè Cæſarem ſalutabant.

PERHONORIFICVS, ca, cum. de Pro.78, & Att.lib.1, Collega in me perhonorificus.

PERHORRESCO, ſcis, *exhorreſco, pertimeſco.* pro Seſt.21 a, I.P. 89 a, Nemo bonus, nemo deniq; ciuis eſt, qui vos non oculis fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur, recordatione deniq; ipſa conſulatus veſtri perhorreſcat. I.A. 253 a, Tu illins diei memoriam non perhorreſcis? de Orat.129 b, Tu imagines ipſas non perhorreſcis? I.V,218 a, Hanc tantam religionem non perhorreſcis? I.C.120 b, Tum lamentationem matrumfamiliâs, tum fugam virginum ac puerorum perhorreſco. Qu.13 a, Quorum frequentiam & conſeſſum nō modò Quintius, qui de capite decernit, ſed quiuis, qui extra periculum ſit, perhorreſcat. de Fin.131 b, Et ſi hoc quidem eſt in vitio, diſſolutionem naturæ tam valde perhorreſcere. I.V. 61 a, Non ſolùm commoueor animo, ſed etiam toto corpore perhorreſco. Att.212 b, Sed quid eſt tandem quod perhorreſcas?

† Syntaxis. *Memoria, & memoriam perhorreſcere.*

PERHOSPITALIS, le. I.V.200, Domus perhoſpitalis.

PERHVMANITER. Epiſt.99.

PERHVMANVS, na, num. Att.259, Homo perhumanus. Q. frat.lib.2, Sermo perhumanus.

PERICLES, clis. *orator Athenienſis.* Orat.198 a, Pericles Anaxagoræ Phyſici auditor. & 199 a, Pericles ab Ariſtophane poëta fulgurare, tonare, & permiſcere Greciam dictus eſt. de Ora.155 b, Pericles in cuius labris veteres comici lepórem habitaſſe dixerunt. & 111 a, Pericles, Thucydides & Alcibiades, eâdam ætate fuerunt. & 167 a, de Pericle. & de Cl.168 b, & 169 b. L.PITHO.

PERICLITANDVS, a, um. *tentandus, de quo faciendum periculum.* de Orat.97 b. Subeundus vſus omnium, periclitandæ vires ingenij, & illa cōmentatio incluſa in veritatis lucem proferenda eſt. de Diu.128 b, Babylonij CCCCLXX millia annorum in periclitandis experiundiſq; pueris quicunq; nati eſſent, poſuerunt.

¶ *Periculo expono.* I.C. 199 a, Non eſt ſæpius in vno homine ſalus periclitanda reipub.

PERICLITATIO, onis. *experientia.* de N.58 b. Quarundam herbarum vtilitates longinqui temporis vſu ac periclitatione percepimus.

PERICLITATVS, a, um. *exploratus.* de Am.108 a, Vt vtamur quaſi equis temperatis, ſic amicitijs, aliqua parte periclitatis moribus amicorum.

PERICLITOR, aris. *periculum facio, experior, tento, cum periculo experior,* de Orat.156 a, Mihi non eſt difficile periclitari, &c. Epiſt.154 a, Itaq; potius periclitari volui, ſi poſſem mea præſentia exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus videri. I.V.262 b, Homines in prælijs belli fortunam tentare ac periclitari ſolent. pro Qu. 18 a, Omnia circumſpexit Quintius, omnia periclitatus eſt. Offi.66 a, Periclitemur (ſi placet) in ijs quidem exemplis, in quibus, &c.

¶ *Diſcrimen ſubeo.* de Inu.81 a, Periclitari omnium iura, ſi ſimilitudines accipiantur. *id eſt periculum ſubire.*

PERICVLOSE'. *cum periculo* I.A.210 b, Periculosè dico ſed oro vos, &c. Epiſt.260 a, Periculosè hyeme nauigatur. At. 119 a, Homo quotannis periculosè ægrotās. pro Mil.103 a, Periculosè facere aliquid.

PERICVLOSVS, a, um. *lubricus, anceps, præceps, nō procul à periculo.* At.213 b, Aliter fuiſſemus in hos inofficioſi, & in noſmetipſos penè periculoſi. Epiſt.7 a, Offenſionem eſſe periculoſam video. Epiſt.7 b, Ratio rei gerendæ periculoſa tibi videbitur. Acad.17 b, Res periculoſa & lubrica. de Na. 72 a, Periculoſa conſuetudo. Offic.17 a, Periculoſa & anceps curatio. I.A. 244 a, Infeſtum & periculoſum iter. At. 231 a, Dolabella ſuſtulit ſimulationem deſiderij, &c. ne periculoſa noſtris tyrannoctonis eſſet. pro Cec. 291 a, Ea ſunt turbulenta, & temeraria, & periculoſa. pro Pomp.4 b, Bellum graue & periculoſum. I.A.263 a, Duobus periculoſis vulneribus acceptis.

† Syntaxis. *Periculoſum ac lubricū. Periculoſum & anceps. Infeſtum & periculoſum. Turbulentum, temerarium, periculoſum.*

PERICVLVM, li. *diſcrimen, dimicatio.* pro S.R. 36 b, Adire periculum capitis. Orat.205 b, Etiamſi quando minus ſuccedet, magnum tamen periculum non adibis: altè enim cadere non potes. I.C. 117 a, Offerre ſe periculis pro patria. Par.235 a, Subire periculū pro amico. pro Syl.169 a, Quibus ipſis periculum tum conflari putabatur. Attic.53 b, & pro S.R.19 b, & pro Qu.8 a, Periculum, vel pericula alicui, vel in aliquem intendere. pro Cec. 301 a, Cui periculum mortis ſit iniectum. pro Pomp.10 a, Committere ſe periculo mortis. pro Pomp.6 a, In periculū ac diſcrimen vocari. pro Corn.59 b, In periculum capitis atq; in vitæ diſcrimen pro aliquo ſe inferre de Ora,126 a, In amicorum periculis aliquid accidere. de Nat.59 b, Dij diſcriminum periculorumq; comites. I.V.259 b, A ſecuri negat ei eſſe periculum. de Cl.194 a, Qui habitus non procul abeſt à periculo vitæ, ſi accedat labor. Epiſtol 58 b, 50 a, Tamen hoc tempore breuiter commonēdum putaui, ne quo periculo te proprio exiſtimares eſſe: in magno omnes, ſed tamen in communi ſumus. Offi.31 a, Si ei ſubito ſit allatum periculum, diſcrimenq; patriæ, &c. I.V.61 b, Facere periculum innocenti. Anteq.196 a, Nemini iniuſtè periculū creaui. Art.37 a, Si mihi periculum procrearetur ab eo, quem ipſe armaſſet. pro Mur.137 a, Qui dum conatus eſt, &c. in periculum veni ne amittat, &c. Epiſt.267 a, Maximum ab vniuerſo naufragio periculum eſt. Attic.102 b, Maximo in periculo res eſt. & 129 a, Domitium periculo obſidionis liberari cupio. Tuſc.251 a, Quæ qui recordetur haud ſanè periculum eſt, ne, &c & 163 a, Ne mouear, &c. periculum non eſt. de Orat.102 b, Nullum periculum eſt, ne quid tu, &c. Attic.15 b, Summum erat periculum, ne ſi nihil impetrarent, à ſenatu alienarentur. * de Nat. 69 b, Quo libentius Reip. cauſa periculum adiret optimus quiſq;. pro C. Corn.1, Homines fœneos in medium ad tentandum periculum proiectos. I.R.79 b, Nunquam periculum factum conſilij pro Marc.136 a, Armorum periculo liberatus. Ep. 235 a, Qui periculum fortunarum & capitis ſui pro mea ſalute neglexit. Epi.53 a, Nónne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe, quàm cum periculo alienæ.

¶ *Meo periculo, tuo, ſuo, alicuius.* I.V.246 a, Sumptu periculóque ſuo armatam nauem aliquò mittere. I.V. 148 a, Periculo ſuo verſari in aliqua re. pro Seſt.25 a, Quid tu meo periculo gurges patrimonij helluabare? Att.85 b, Brutus ſcripſit rem illam ſuo periculo eſſe. pro Flac.154 b, Iniuſtè facis, ſi putas periculo noſtro viuere tuos contubernales. pro Seſt.14 a, Ego qui periculo reip. viuebam. Attic.59 a, Quòd quidem tibi nummi meo periculo ſint. Attic.212 b, Sed etiam atq; etiam dico, tuo periculo fiet. I.A.242 b, Ita fit, vt meo ſemper periculo peccet Antonius. de Leg. 188 a, Dux enim ſuo periculo progredi cogitat. pro Mur. 130 b, Quę conſuluntur, minimo periculo reſpondentur.* pro Dom.241 a, In vrbe, cum ſuis laboribus ac periculis conſeruaſſet. pro M.Tull. Cui concedi ſine ſummo omnium periculo poteſt.

¶ *Experimentum.* I.V.72 b, Facere periculum innocentiæ alicuius. in Ver.59 a, Tu verò qua in re ſpecimen cæteris aliquod dediſti? quando tute tui periculum feciſti? de Pro. 76 a, Si quis fortunæ muneribus ampliſſimis ornatus, ſæpius eius deæ periculum facere nollet. I.P.93 b, Fac huius odij tanti ac vniuerſi periculum, ſi audes. I.A.197 a, Qui quotidie periculum fortunæ facit.

† Syntaxis. *Periculum adire, ſubire. Offerre ſe periculis. Periculum alicui conflare. In aliquem pericula intendere. Vocari in diſcri-*

*men & periculum. Ab amicis non eſt periculum. Periculum faceſſere, creare. Id meo fiat periculo.*

PERILLVSTRIS, ſtre. Att.79, Per illuſtres fuimus.

PERIMBECILLVS, la, lum. Att.169, Quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt.

PERIMO, mis, *interimo, deleo.* pro Planc.280 b, Si mihi vis aliqua maior reditum peremiſſet. pro Seſt.13 b, Si cauſam publicam mea mors peremiſſet. de Diu.121 b, de dracone,

*Vbi tam teneros volucres matremq; peremit.*

de Vni.202 a, Nec vos vlla mortis vnquam fata periment, Tuſ.174 a, Sin autem perimit ac delet omnino *ſupremus ille dies* quid melius? * Frag.ep. Ne quis caſus perimeret ſuperiora.

PERINCOMMODE'. Attic.14 a, Sed accidit perincommodè, quòd eum nuſquam vidiſti.

PERINDE. *proinde, quaſi, ſimiliter, eo loco.* de Orat.149 b, Non poſſum dicere me hæc perinde, vt dicam diſcenda eſſe, didiciſſe. & 162 b, Sed hęc omnia perinde ſunt, vt agũtur. Of. 76 b, Habes à patre munus magnum, ſed perinde erit vt acceperis. Att.202 a, Bene facis cum id efficis, mihi crede, perinde vt tu exiſtimare non poſſes. Epiſt.122 b, A te peto, vt meas iniurias perinde doleas, vt me exiſtimas dolere tuas ſolere. de Cl.181 b, Hæc perinde accidunt, vt eorum qui audiunt mentes oratione tractantur. I.A.261 b, Perinde homines, vt quiſq; meretur iudicant. pro Clu.32 a, Perinde vt opinio eſt de cuiuſque moribus, ita quid ab eo factum aut non factum ſit, exiſtimari poteſt. de Diui.126 b, Signiferi orbis vnaquæq; pars alia alio modo mouet cœlum, perinde vt quæque ſtellæ in his finitimisque partibus ſunt quoque tempore. de Diuin.227 a, Perinde vtcunque temperatus ſit aër, ita pueros orientes animari atque formari. Aca.9 a, Difficile eſt de eorum temeritate, perinde, vt cauſa poſtulat, dicere. Epi.134 a, Non perinde vt eſt re ipſa, abſens percipere potuiſti. Tuſc. 168 b, Omnia iſta perinde vt cuiq; data ſunt pro rata parte à vita vel lõga vel breuia dicuntur. Ep.145 b, Si perinde vt mereor, mihi ſucceſſerit. pro Cec.296 b, Perinde valebit quaſi armatiſſimi fuerint ſi reperientur, &c. pro Qu.15 b, Atque hæc perinde loquor, quaſi debueris, &c. Tuſc. 204 a, Perinde ſtultiſſimum regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi caluitio mœror leuaretur. pro Qu.8 a, Quod nunquam factum eſt, perinde quaſi factum ſit confirmare. Tuſcul. 160 b, & I.V.96 a, Metelli ſperat ſibi quiſq; fortunam, perinde quaſi certi quicquam ſit in rebus humanis. *aliter, proinde quaſi.* Att 220 b, Quod ego perinde tuebar, ac ſi vſus eſſem. Att. 44 b, Perinde habebo, ac ſi ſcripſiſſes nihil eſſe. Pa.237 a, Perinde habere aliquid ac ſi non eſſet. pro Qu.R.47 a, Perinde ac ſi, &c. perinde dicemus. Epiſt.179 b, Perinde ac ſi iam vicerint. *aliter, Proinde ac ſi.* Tuſcul.229 a, Philoſophia non perinde ac de hominum eſt vita merita, laudatur. de Finib.63 b, Viuendi artem tantam, tamque operoſam, & perinde fructuoſam relinquerent. ad Heren.1 b, Res geſtę, aut perinde vt geſtæ. pro Marc.132 b, Perinde habeatur, quaſi eam pecuniam ceperit. Vereor, vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit, atq; ego ipſe cogitans ſentio.

† Syntaxis. *Id perinde eſt vt putas. Perinde quaſi. Perinde ac ſi. Res geſtæ, aut perinde vt geſtæ.*

PERINDVLGENS. de Offic.lib.3, Perindulgens in patrem, idem acerbè ſeuerus in filium.

PERINFIRMVS, ma, mum. de Fin.75.

PERINGENIOSVS, ſa, ſum. de Cl.172.

PERINIQVVS, qua, quum. Epiſt.195, Periniquo animo pati. pro Pomp. Periniquum & non ferendum.

PERINSIGNIS, gne. *notabilis, conſpicuus.* de Leg. 166 a, Perinſignis corporis prauitas.

*PERINVISVS, a, um. *valde inuiſus.* pro C. Cornel.1, Hominem ijs ac nobilitati perinuiſum Cn.pompeium.

PERINVITVS, ta, tum. *inuitè, inuitò.* Epiſt.111 a, Tu vellem ne veritus eſſes, ne perinuitus legerem tuas literas.

PERIOCHA, chæ. *argumentum, complexio totius rei breuior.* Att. 213 a, Ego ne Tyroni quidem dictaui, qui totas περιοχὰς perſequi ſolet, ſed Spintheri ſyllabatim.

PERIODVS, di. *ambitus, circuitus.* Orat.217 a, Circuitus orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehenſionem, aut circumſcriptionem dicimus. de Cl.179 a, Comprehenſio & ambitus ille verborum (ſi ſic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis. ad Her. 30 a, Exempla periodorum, quæ in tribus commodiſſimè fieri ſolent: in ſententia, in contrario, in concluſione. I.V. 250 b, Exempla periodorum. & 261 a, Cui, &c. hæc, &c. & de Finib.84 a, Cui, &c & 82 b, Quin, &c. ijs, &c. & Tuſc.235 a, Nam cui, &c. huic, &c. *Exemplum pulcerrimæ periodi.* de Am. Nam cuius aures clauſæ ſunt veritati, vt ab amico verum audire nequeat, huius ſalus deſperanda eſt. *Exemplum periodi figura tantum.*



PERIPATETICVS, a, um. *Lycæi ſtudioſus.* de Orat.148 a, Ab ipſo Platone Ariſtoteles & Xenocrates: quorum alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit. Acad.42 a, Qui erant cum Ariſtotele. Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabãt inambulantes in Lyceo. Tuſ. 195 a, Peripatetici familiares noſtri quib. nihil eſt vberius, nihil eruditius, nihil grauius. Of.56 a, Peripatetici, qui quondã ijdẽ erãt, qui Academici. de Fin.125 b. Peripatetici, & Academici veteres ijdẽ. de Na.5 a, Stoici cum Peripateticis re cõſentire, verbis diſcrepare videtur. de Fin.99 a, Eſt enim Peripateticorum cõſuetudo dicendi non ſatis acuta, propter ignorationẽ dialecticæ. Tuſ.li.4, Peripatetici ad placãdos animos multa afferunt: ſpinas partiendi & diffiniendi prætermittunt. Tuſc. lib 4, Peripatetici libidinis vel cupiditatis genus ad ſummam vtilitatem eſſe dicunt à natura datum: nihil enim quenquam, niſi quod libeat, præclare facere poſſe. de Finib.lib.3. Peripatetici omnia, quæ ipſi bona appellant, pertinere dicunt ad beatè viuendum. de Fin.||lib.5, Peripatetici corporis commodis compleri vitam beatam putãt. Tuſc.q.lib.4, Peripatetici imperia ſeueriora nulla eſſe putant ſine aliqua acerbitate iracundię. Tuſc.q.lib.4, Peripatetici perturbationes iſtas, quas Stoici extirpandas putãt, non modò naturales eſſe dicunt, ſed etiam vtiliter à natura datas. Tuſc.q.lib.3, Peripatetici reprehendunt præmeditationem rerum futurarum, ſed malè. de Fin.lib.2, Peripatetici plurimum tribuunt honeſtati: ſed tamen & in corpore, & extra, eſſe quædam bona cenſent. Brut. Peripateticorum diſciplina, quantum ad dicendum conferat Orat. Peripateticorum elegans exercitatio. 1. Academ.q. Platonis autem autoritate, qui varius & multiplex & copioſus fuit. vna & conſentiens duobus vocabulis philoſophiæ forma inſtituta eſt. Academicorum & Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant. de Fin.lib. 5, Peripateticorum librorum duo genera ſunt: vnum populariter ſcriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabãt: alterum limatius, quod in commentarijs reliquerunt. de Vniu. Peripateticorum facile princeps Cratippus. Tuſc.q. lib.4, Mollis & eneruata Peripateticorum ratio & oratio, qui perturbari animos neceſſe eſſe aiunt, &c. Brut. Peripateticorum ratio in philoſophia & ratione dicẽdi.* de Fin. 125 b, In qua *Academia vetere*, &c. non hi ſolùm numerantur, qui Academici vocantur, &c. ſed etiam Peripatetici veteres, quorum princeps Ariſtoteles. ibid. Ad eos *Peripateticos* conuerte te quæſo. de Fin.126 a, Ab his *Peripateticis* oratores, ab his imperatores, ac Rerump. principes extiterunt. ibid. Quantus ornatus in Peripateticorum diſciplina ſit. ibid. Natura ſic ab ijs inueſtigata eſt: vt nulla pars cœlo, mari terra prætermiſſa ſit. Quinetiam cùm de rerũ initijs omniq; mundo locuti eſſent: vt multa nõ modò probabili argumentatione, ſed etiam neceſſaria Mathematicorum ratione concluderent: maximam materiam ex rebus per ſe inueſtigatis ad rerũ occultarum cognitionem attulerunt. & b, Differendi ab ijſdem *Peripateticis* non Dialecticę ſolùm, ſed etiã oratoriè præcepta ſunt tradita. ibid. Cum autem tertia pars benè viuendi præcepta quæreret: ea quoq; eſt ab ijſdem *Peripateticis* non ſolùm ad priuatæ vitæ rationem, ſed etiam ad Rerump. rectionem relatata. de Nat.5 a, Intereſſe plurimum inter Stoicos, &c. & Peripateticos, qui honeſta commiſcerent commodis.

PERIPETASMA, tis *periſtroma, aulæum.* I.V.205 b, Quid illa Attalica tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetaſmata emere oblitus es?

PERIRATVS. Epiſt.128 b, Erant nobis perirati.

PERSPICIENTIA, tiæ. *conſideratio, contemplatio, cognitio, intelligentia.* Offic. 4 a, Quod honeſtum eſt, aut in perſpicientia veri ſolertiaque verſatur, aut, &c.

† Syntaxis. *Prudentia perſpicax. Acutum & perſpicax. Id verſatur in veri perſpicientia, ſolertiaque.*

PERSPICIO, cis *animaduerto.* de Inu. 64 a, Animus ita videtur affectus fuiſſe, vt rem cum conſilio & cura perſpicere non potuerit, de Leg. 168 a, Homo cùm ſeipſe perſpexerit, totumq; tentârit, intelliget, &c. de Ar. 248 b, Nemo illorum prudentiã non dicam aſſequi, ſed quanta fuerit, perſpicere poteſt. Epiſt. 3 a, Quod tum dicendo, tum ſingulis appellandis rogandisq; perſpexeram. Epiſt. 40 b, Nollem accidiſſet tempus in quo perſpicere poſſes, quanti te facerem: quanquam in cõſuetudine quotidiana perſpexiſſes, ſicuti perſpicies. pro Syl. 181 b, Perſpicite etiã atq; etiam, &c penitùs introſpicite iſtorum mentes. I. C. 101 b, Quorum tu ſtudia perſpicere potuiſti. de Or. 103 b, Qui rerum omnium naturam perſpexerit. Att. 29 a, Ex fronte, vt aiũt, meum erga te amorem perſpicere potuiſſes. Offic. 36 a, Perſpicere, quid in quaque re verum ſit. * cont. C. Anton. Gladiatores, quos ipſe conſularis candidatus perſpexit, & legit, & emit.

PERSPICIOR, ris. de Am. 108 a, Quidam *amici* ſæpe in parua pecunia perſpiciuntur, quàm ſint leues.

† Syntaxis. *Cum conſilio & cura perſpicere. Se perſpicere, totumq; tentare. Non aſſequeris, neq; perſpicis. Perſpice etiam atq; etiam, penitùs introſpice in parua pecunia, quàm ſis leuis.*

PERSPICVE`. *manifeſtè, apertè, dilucidè.* pro Cæl. 42 b, Nõ me hęc mouẽt, quę perſpicuè falſa ſunt. de Diu. 116 a, Diuinatio perſpicuè tollitur. de In. 59 b, Falſũ eſt, in quo pſpicuè mendaciũ eſt. & 59 a, Res perſpicuè turpis. de Fin. 94 a, & de Inu. 63 a, Planè & perſpicuè dicere, vel ſcribere aliquid,

PERSPICVITAS, tis. *euidentia* Academ. 5 b, Nihil eſt clarius ἐνάργεια, vt Græci: perſpicuitatem, aut euidentiam nos, ſi placet nominemus. de Nat. 61 b, Perſpicuitas argumentatione eleuatur.

PERSPICVVS, a, um. *clarus, euidens, apertus, manifeſtus, minimè dubius.* de Nat. 61 b, Quaſi hoc perſpicuum ſit conſtetque inter omnes, eſſe deos. de Orat. 120 b, Perſpicua ſunt hæc quidem, & in vulgari prudentia (*id eſt, iudicio*) ſita. de Inu. 55 a, Hæc propoſito indiget approbationis: non enim perſpicua eſt. & ibidem, Ex his omnibus illud perſpicuum eſt, approbationem, &c. de Orato. 128 b, Iam illud perſpicuum eſt, omnium rerum, &c. pro S. R. 21 b, Rem quæ ſuſpicioſa ſit, perſpicuã facere. I. V. 67 a, Facere aliquid perſpicuum. pro Dom. 226 a, Quoſdam ſe in medios hoſtes ad perſpicuam mortem pro ſalute exercitus inieciſſe. pro Quint. 15 a, Perſpicua veritas. Offic. 36 a, Quis eſt enim, cui non perſpicua ſint illa, quæ pluribus verbis à Panætio commemorantur. * de Nat. 61 a, Cur quod perſpicuum in iſtam partem ne egere quidem oratione dixiſſes, quod eſſet conſpicuum & intra omnes conſtaret, de eo ipſo tam multa dixeris?

† Syntaxis. *Perſpicuum eſt, atque conſtat. Perſpicuum, & in vulgari prudentia ſitum. Ad perſpicuam mortem.*

PERSTO, as. *perſiſto, perſeuero.* pro Qu. R. 54 a, Perſtat in ſententia Saturius. & 49 b, Perſtat in imprudentia. Acad. 7 b, Tamen ne in iſta grauitate perſtabitis. Offi. 6 a, Qui negat aliquid. & in eo perſtat. Offi. 60 a, Vrgent ruſticè ſanè: negant enim poſſe, & in eo perſtant.

PERSTRINGO gis. *percurro, leuiter tãgo, ſtrictim attingo, breuiter ſtrictimq; dico, nõ lõgius perſequor.* I. V. 225 a, Rei magnitudo me breuiter perſtringere atrocitatem criminis nõ ſinit. de Or. 127 a, Sic quid eſſet illud, per quàm breuiter perſtrinxi atq; attigi. ꝑ S. R. 33 b, In animo eſt leuiter trãſire ac tãtũmodo perſtringere vnamquamq; rem. I. A. 169 b, Nunc reliquũ curſum videte, quem quidẽ celeriter perſtringam. ad ea enim, quæ, &c. feſtinat animus. I. A. 179 b, & de Am. 104 b, Quem locum breuiter perſtrinxi paulo antè.

¶ *Obcæco.* de Senect. 85 b, Voluptas rationi inimica mentis, vt ita dicam, perſtringit oculos. pro R. P. 129 b, Nec illius animi aciem perſtringit ſplendor ſui nominis, nec mentis quaſi luminibus officit altitudo fortũnæ & gloriæ. de Fin. 118 b, Aciem animorum noſtrorum virtutis ſplendore perſtringitis. I. A. 240 a, Quod videbam equidem, ſed quaſi per caliginem perſtrinxerat aciem animi Bruti ſalus. in Vat. 34 a, Cuius ſplendor ac dignitas perſtringebat oculos Vatinij ad Her. 39 b, Exiſtimat ſe gemmæ nitore & auri ſplendore oculos omnium perſtringere.

¶ *Carpo, pungo.* Attic. 9 a, Perſtringere aliquem. pro Seſt. 5 a, Vt eos quorum ſcelere eſſem violatus, vocis libertate perſtringerem. pro Planc. 266 b, Ille L. Craſſi voluntatem aſperioribus verbis ſæpe perſtrinxit impunè. pro Syl. 175 b, Nemo vnquã me tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit, quem non præuerterim. (* *al. peruerterim.*) de Clar. 195 b, Conſulatus meus illum leuiter perſtrinxit. Attic. 258 a, Itaque perſtringam ſine vlla contumelia.

¶ *Effodio.* I. A. 179 b, Aratrum, cuius quidem vomere portam Capuæ penè perſtrinxiſti.

PERSTRINGOR. cont. Rul. 79 b, Quod ſolum tam exile & macrum eſt, vt aratro perſtringi non poſſit? * Attic. 279 a, Qui ſplendore falſi honoris obiecto aciem boni ingenij perſtringi poſſe confidunt. *Alij præſtingui legunt.*

† Syntaxis. *Breuiter perſtringere. Perſtringere & attingere. Leuiter tranſire, & perſtringere. Celeriter perſtringere. Hunc locum perſtringam breuiter, Oculos mentis perſtringere, aciem animi, aciem boni ingenij. Perſtringere verbis, ſuſpicione. Perſtringit vomer terram, murum ferè.*

PERSTVDIOSE'. de Cl. 183.

PERSTVDIOSVS, ſa, ſum. Att. 80 b, Perſtudioſus tui.

PERSVADENDVM. de Orat. 96 b, Oratoris officium eſt, dicere ad perſuadendum accommodatè.

PERSVADEO, des. *probo, ad credendum duco, fidem facio.* Attic. 162 a, Sic enim volo te tibi perſuadere, mihi neminem eſſe chario

ſe chariorem. ibid. 106 b, Prorſus ita eſſe,vt ſcribis, mihi perſuades.Acad.20 b, At hoc Anaximandro populari ſuo non perſuaſit. Attic.254 a, Hoc mihi non ſolùm confirmauit,ſed etiam perſuaſit.I.A.165 a, Quorum ſi vtrumuis perſuaſiſſem, in has miſerias nunquam incidiſſemus. de Orat.150 b,Attic.229 b, Hoc tibi primùm perſuadeas velim me, &c. Epiſtol.170 a, Hoc velim tibi penitùs perſuadeas.Offic 59 b,Omnibus perſuaſum eſſe debet,ſi poſſemus,&c.Tuſc.222 a,Ne ſi fortè de paupertate non perſuaſeris,ſit ægritudini concedendum.

Persvadetvr. Offic.13 a,Cùm perſuaſum ſit,nihil hominem niſi quod honeſtum ſit,expetere oportere.de Sen. 93 b,Mihi nūquam perſuaderi potuit,animos,&c. ad Her. 2 b,de Nat.13 b,Eſſe deos, perſuaderi mihi non opinione ſolùm,ſed etiam ad veritatem planè velim.

Persvasio,onis.*perſuaſus. Heren.7 a,Confugiet ad imprudentiam,ſtulticiam,adoleſcētiam, vim, perſuaſionem. de In.43 a,Dicere appoſitè ad perſuaſionem. & 51 a,Prudentiæ ratio quæritur ex iis, quæ clàm, palàm,vi,perſuaſione fecerit.& 66 b,Imprudentiæ,neceſſitudini, aut perſuaſioni attribuentur.

*Persvasvs,us.perſuaſio. pro L. Varen. Vtrum velitis, caſu illo itinere Varenum eſſe vſum,an huius perſuaſu & inductu.

Persvasvs,a,um. Tuſcu.206 a,Opinio mali: quo viſo & perſuaſo ægritudo inſequitur neceſſariò. I. V.248 b, Omnes ſic habēt perſuaſum,iſtum clàm à piratis pecuniam accepiſſe. Epiſtol.168 a,Perſuaſum eſt mihi de tua fide.& 172 a,Perſuaſiſſimum mihi eſt.de Inuent.47 a,Si ab iis,qui ante dixerunt,iam quiddam auditori perſuaſum videtur. I.V.202 a, Quid, ſi magnitudine pecuniæ perſuaſum eſt ei? veriſimile non eſt. Offic.59 b, Omnibus perſuaſum eſſe debet,ſi poſſemus.

† Syntaxis. *Perſuaſum eſt, perſuaſum habeo. Perſuaderi mihi non potuit, eſſe. De tua fide mihi perſuaſum eſt, perſuaſiſſimum eſt. Perſuaſus animus.*

Persvbtilis,le. *pertenuis.* pro Planc.271 a,Perelegans & ſubtilis oratio.

Pertaedet, pertæſum eſt.*tædet valdè.* Quint. frat.300 a, Pertæſum eſt leuitatis,aſſentationis,animorum non officijs,ſed temporibus ſeruientium.Orat.212 a, Ex quo quidem pertiſum etiam volunt,quod eadem cōſuetudo non probauit: id eſt,pro pertæſum.

Pertendo,dis.*contendo,confero.* pro Corn. 56 a, Nos Cn. Pompeij decretum iudicium, de conſilij ſentētia pronuntiatum recognoſcemus? cum legibus conferemus? cum fœderibus, quorum acerbiſſima diligentia eſt, pertendemus?

Pertentatvs,a,um.de Ora.138 a,Tota cauſa pertentata atque perſpecta.

Pertento, as. *attento, exploro.* Quint. frat.305 b, Perſpice rem,& pertenta.

*Pertentor,aris.de Inuen.66 b, Si totius adminiſtratio negotij ex omnibus partibus pertentabitur.

Pertenvis, nue. pro Cecin.Pertenuis vis. de Orat.93 a, Dicendi aut nullam artem aut pertenuem videri. Epiſt.libro 14. Spes pertenuis. pro Cluent. Pertenuis ſuſpicio.I. Ver.acti.3.Pertenue argumentum.cot.Rull. Pertenue diſcrimen.

Perterebro,as,*exterebro, perforo.* de Diu.90 b, Annibal columnam auream perterebrauit.

*Perterrefactvs,a,um,Epiſtol.177 a,*Bruti.* Te perterrefacto.

Perterreo, es. *terreo, conterreo, exterreo, metum affero.* pro Cec.289 b,Ferro,inquit,ferro te reieci,atq; perterrui.

Perterricrepvs, a, um. Orat.212 b, *Ennij: quod terrores crepat,& incutit.*

Perterritvs,a,um *exanimatus.*)(*.alacer, geſtiens.* de Di. 92 b,Is primò perterritus ſomnio ſurrexit, deinde cùm ſe collegiſſet, &c. recubuit.item ibidem: Tum ego contremui timore perterritus. pro Mil.113 a, Milo nullo metu perterritus,nulla conſcientia exanimatus.I.C.107 b, Catilina obſtupefactus ac perterritus mea diligentia,&c. de Am.103 b,Itaque hac amentia quæſtione noua perterritus,in Aſiam profugit. Atti.78 b,Perterritos,inermes,fugacios nō ſunt noſtri duces perſecuti.pro Cec.289 b,* Cùm eſſent metu omnes perterriti.de Natur.18 b, His (*morte & Dijs*) ille clamat omniū mortaliū mentes eſſe perterritas.

† Syntaxis.*Obſtupefactus & perterritus. Metu perterritus.*

Pertexo,is.*detexo,perficio.* Att.9 a, Quid multa? totū hunc locū quem in Ariſtocratia ego variè meis orationibus ſoleo pingere,de flamma,de ferro,&c.valde grauiter pertexui.de Or.121 b,Pertexe modò Antoni, quod exorſus es.

Pertimescendvs,a,um.Epiſt.12 a,Non putaui famam inconſtantiæ mihi pertimeſcendam.* de Orat.121 a, Pertimeſcenda eſt multitudo cauſarum.

Pertimesco, ſcis.*perhorreſco.* pro Qu.1 a, Gratia Sex. Næuij ne P. Quintio noceat, id verò non mediocriter pertimeſco. I. Piſ.84 a,In quo *conuiuio* ne tum quidem fortunæ rotam pertimeſcebat. * Orat.198 a, Nec paucorum iudicium reprehēſionemq; pertimuit *eloquentia.*I.V.66 a, Nulla ſalus Reip.maior eſt,quàm eos,qui alterum accuſant, non minus de laude, de honore,de fama ſua, quàm illos qui accuſantur, de capite ac fortunis ſuis pertimeſcere. cont.Rull.79 b,Qui paulò antè diem noctemque tribunitium nomen horrebant: veſtram vim metuebant: mentionem legis agrariæ pertimeſcebant.ad Qu. fra 305 a,Intimus,proximus,familiariſſimus quiſq; aut ſibi pertimuit, aut mihi inuidit.

* Pertimescor, eris. cont. Rull.75 a,Graue eſt nomen imperij,atque id etiam in leui perſona pertimeſcitur.

† Syntaxis. *Pertimeſco bellum,de fama.*

Pertinacia, ciæ.*obſtinatio,perficacia.* Offic.13 a,In hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus innaſcitur. Acad.17 a, In minimis rebus pertinacia reprehēditur,calumnia etiam coërcetur. Tuſc.176 a,Et refellere ſine pertinacia & refelli ſine iracūdia parati ſumus.de Finib.54 b,Nec cum iracundia & pertinacia rectè diſputari poteſt.pro Planc.279 b,Libertatem non in pertinacia,ſed in quadam moderatione poſitam putabo. pro Mar.134 a, Qui ſua pertinacia vitam amiſerunt,aut tua miſericordia retinuerūt.pro Mar.136 a, Quæ enim pertinacia quibuſdam,eadem alijs conſtantia videri poteſt.* de Inu.83 a, Vnicuiq; virtuti finitimum initium reperietur,aut certo iam nomine appellatum, vt audacia, quæ fidentiæ; pertinacia,quæ perſeuerantiæ finitima eſt. Acad.6 a,Quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur.& 47 a, Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit,non pertinacia aut ſtudio vincendi.

Pertinaciter.*cum pertinacia.* Planc.Epiſtol.157 a, Nam niſi vno loco eſſemus, verebar ne cui obtrectatorum viderer & nimium pertinaciter Lepido infenſus, & mea patientia etiam alere bellum.

Pertinax,cis.*obfirmatus,obſtinatus.*de Ora.125 a,Probus, demiſſus,non acer,non pertinax,non litigioſus,non acerbus.pro Lig.140 a,Cupidus,iratus,pertinax.Off.27 a,Sermo lenis,minimeq; pertinax.de Fin.54 b, Concertationes in diſputando pertinaces. & ibi. Certè valdè pertinax non ero.& 65 b,Niſi valde pertinax fueris.

† Syntaxis. *Sermo pertinax,homo,concertatio. Sine pertinatia refellere Sine iracundia refelli.*

Pertinens,tis. *attingens,penetrans.* de Nat.30 b,Vis vitalis per omnem mundum pertinens. & 40 a, Deus pertinens per naturam cuiuſq; rei,per terras Ceres,per maria Neptunus,alij per alia. de Nat.9 a, Ratio quædam pertinens per omnem rerum naturam.ibid.54 a, Venæ in omnes partes corporis pertinentes.*de Nat.53 b, Atq; inde aliæ *viæ* pertinētes ſunt.& 54 a, Huic adde neruos,à quibus artus cōtinentur, eorumq; implicationē toto corpore pertinentē.

Pertineo,nes.*permano,permeo,penetro.* de Nat.53 b,Vię quę pertinent ad iecur,eiq; adhęrēt.de Nat.53 a, Aſpera arteria ad pulmones vſq; pertinet.de Di 127 b, Quę poteſt igitur cōtagio ex infinito penè interuallo pertinere ad lunā, vel potius ad terrā? de Diu.127 b,Vt ſi iā concedamus aliquid vim cœleſtē ad eos,qui in terris gignūtur,pertinere.de Orat.109 a,Talē verò exiſtere eloquētiā non cognitis rebus omnib*,quę in tantā prudentiā pertinerent, non potuiſſe cōfirmo.Att.123 b, Eodēq; pertinet, q̄ cauſam eius p̄bo. * de N.53 b,Ad quas *portas iecoris* omnes eius viæ pertinēt.

† Syntaxis. *Pertinens vis per totum corpus,in omne corpus,omni corpore,ad omne corpus.*

Pertinet, tinebat. *attinet,ſpectat, attingit, valet,partes meæ præcipuè ſunt,hoc officium præcipuè eſt,alienū non eſt.* pro Mar. 135 b,Id autem etiam ſi tunc ad te,vt quidam falsò putāt, non pertinebit,nunc certè pertinet,te,&c. Atti.41 a,Idque ad multa pertinuit meis, vt in Epeiro conſiſteremus.de Orat.92 a,Omnes res quæ ad dicendum pertinent.de Fin. 130 a,Cùm autem proceſſit paulùm *animal,* & quatenus quidque ſe attingat,ad ſeque pertineat, perſpicere cœpit, tum,&c.de Finib.115 a,At enim iam dicitis virtutem non poſſe conſtitui,ſi ea quæ extra virtutem ſunt,ad beatè viuendum pertineant & 214 b,Cætera credo velit quæ ad colendam vitam attinebunt. pro Cornel. 61 b, Nec verò hæc oratio mea pertinet ad infirmandum fœdus Gaditanorum. Epiſtol. 145 a, Interea, quæ ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor,diligenter curabo.de Orator.205 a, Hæc ars latè patet,& ad multos pertinet. Offic.18 b, Hoc latiſſimè patet,ad plurimoſque pertinet. de Diuin.128 b, ad rem pertinet quomodo cœlo affecto quodq; animal oriatur.de Nat 71 b,Veſtri hec confirmant interpretando quorſum quicq; pertineat.de Cl.193 a, Quòd autem plures à nobis nominati ſunt,eò pertinuit, quòd intelligi voluit,&c.

lui,&c.de Orator. 154 a, Dum illa ad hanc ciuilem ſcientiam,quo pertinent,& quam intuentur,transferamus. Ep. 89 b,Hoc eò pertinet,vt,&c.de Fin.65 a, Intelligere quò aliquid pertineat Epiſt.78 b,Atque hæc eò pertinet oratio, vt,&c.I.V.240 b,Summa illuc pertinet,vt ſciatis,&c. * I.V. 240 b,Quæ quidem *res* ad belli fugitinorum pertinerent ſuſpicionem. Acad 43 a,Ac de ſummo quidem ac naturali bono ſic agunt. Cætera autem pertinere ad id putant, aut agendum aut tuendum : vt diuitias, vt opes, vt gloriam,vt gratiam.de Amic.98 a, Si nihil ad eos *mortuos* pertinere arbitrarentur.

† Syntaxis. *Hoc ad te pertinet. Quorſum hoc pertinet? quò? eò. Summa illuc pertinet, vt.*

PERTRACTANDVS, a, um. de Nat.3 b, Dare ſe ad totam philoſophiam pertractandam.

PERTRACTANS,tis.Parad.125 a, Aliquis barbatulos mullulos exceptans de piſcina & pertractans.

PERTRACTATIO,onis. *vſus, euolutio, tractatio, explicatio.* de Orat.89 a.* Neq; enim ſine multa petractatione omnium Rerumpubl.&c.in his ipſis rebus ſatis callidè verſari & peritè poteſt.& 100 b,In Grammaticis poëtarũ pertractatio.

PERTRACTATVS,a,um *perſpectus,exploratus.* Tuſcul.197 a, Perceptas penitùs & pertractatas humanas res habere. de Diui.107 a, Qui curſum rerum euentorumq; conſequentiam diuturnitate pertractata notauerunt. ibid.118 a, Oſtenta reſtant,vt tota aruſpicina ſit pertractata.

PERTRACTO,ctas *tracto,explico,verſo,peruoluo.* de Orat. 104 a,Oratorem dicendo peragrare per animos hominũ,ſenſus menteſq; pertractare.de In.64 a, Faciliùs autem ad inuentionem animus incidet,ſi geſti negocij & ſuam & aduerſarij narrationem ſæpe & diligenter pertractabit.

PERTRISTIS,ſte.de Diu. 83 a, Pertriſte carmen. pro Cæl. 42 b,Pertriſtis patruus,cenſor,magiſter.

PERTVMVLTVOSE`.Epiſt.244.

PERTVRBATE`.de Inu 3,& 48,& Orat. 208.

PERTVRBATIO, onis. *affectio animi, motus animi turbidus. Græcè πάθος,dolor,confuſio,affectus.* Tuſc.191 b,& 195 a, & 211 a,Quæ Græci πάθη,meliùs Latini perturbationes appellãt, quàm Græci qui morbos vocant.Tuſ.219 a,& 211 b, Zeno perturbationẽ ita definit,vt perturbatio ſit(quod πάθος ille dicit) auerſa à ratione contra naturam animi commotio: vel breuiús,vt perturbatio ſit appetitus vehementior. Tuſcul.216 a,Perturbationes ſunt vt paulo antè diximus,turbidi animorum concitatiq; motus auerſi à ratione,inimici mentis vitæq; tranquillæ.Offic.27 b,Perturbationes fugiamus,id eſt,motus animi nimios,rationi nõ obtemperantes. de Orat.124 b,Impetu quodam animi,& perturbatione potius quàm conſilio aut iudicio regi. Offic.13 b,Nulli neque homini, neque perturbationi animi neque fortunæ ſuccumbere oportet.ibid.13 b, Si cauebimus, ne in perturbationes exanimationeſq; incidamus. Atticar.77 a, Equidem ſum magna animi perturbatione commotus. de Orat.128 b, Illud genus orationis non cognitionem iudicis,ſed perturbationem requirit de Diuin. 93 b,Vt nihil ſit,quod errorem animis perturbationemq; afferat.pro Clu.28 b,Timor rei,perturbatio,ſuſpenſus incertusque vultus,crebra coloris mutatio, quæ erant antea ſuſpicioſa,hæc aperta & manifeſta faciebant. Offic.28 a, Quæ cum aliqua perturbatione fiunt, ea neque conſtanter fieri poſſunt,nec ab ijs qui adſunt, approbari. ibid.5 b, Qui iniuſtè impetum in quempiam facit,aut ira, aut perturbatione incitatus,is,&c.ibid. 14 a, Vacandum eſt omni animi perturbatione, tum cupiditate & metu tum etiam ægritudine & voluptate animi,& iracundia. Tuſcul.195 b, Perturbationes quatuor ſunt: voluptas,libido, metus, ægritudo.de Fin.97 b,Perturbationes genere ſunt quatuor, partibus plures: ægritudo,formido, libido, lætitia. Acad. 34 a,Perturbatio cõcitatio animi,vel commotio, vel permotio.)(*.ſedatio animi.* * Tuſcul.217 b, Aegritudo cæteræque perturbationes amplificatæ certè peſtiferæ ſunt. Igitur etiam ſuſceptæ continuò in magna peſtis parte verſantur.Etenim ipſæ ſe impellunt.ibid. Vtrum moderatas perturbationes approbent. Tuſcul. 195 b, Bifariam quatuor perturbationes æqualiter diſtributæ ſunt. Nam duæ ſunt ex opinione boni.ibid.His perturbationibus, quas in vita hominum ſtultitia quaſi quaſdam immittit furias,atque incitat,omnibus viribus atque opibus repugnandum eſt.Tuſcul 215 a, Morbus & ægritudo ex totius valetudinis corporis conquaſſatione & perturbatione gignuntur.& b,Curatione medicorum perturbatio mentis aufertur. ibid. Quorum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis eueniunt.ibid. Beſtiæ in perturbationes non incidunt. Tuſcul.236 b,Bùm perturbationes animi miſeram,ſedationes autem vitam efficiant beatam & 237 b,Sapiẽtem ab omni concitatione animi, quam perturbationem voco, ſemper vacare.

¶ *Confuſio.* I.A.214 b,Quid eſt enim tumultus, niſi perturbatio tanta,vt maior timor oriatur.pro Flac.164 b, Videtis in quo motu temporum,quanta in conuerſione rerũ & perturbatione verſemur. de Fat.140 a, Cùm omnes poſt interitum Cæſaris nouarum perturbationum cauſæ quæri viderentur.Att.263 a Magnam rerum perturbationem fore.Parad.120 a, Quicquid peccatur, perturbatione peccator rationis atque ordinis. Offic.19 a, Omnis perturbatio & rerum motus cernitur. de Oat.1 b, Pertuibatio vitæ ſequitur,& magna confuſio.de Diu.128 a,Cœli perturbatio eſt.)(*.ſerenitas.* * Epiſt.134 b, Miraris me tanta perturbatione valetudinis tuæ tam grauiter exanimatum fuiſſe.

†Syntaxis. *In perturbationes & exanimationes incidere. Animi perturbatione commotus. Rerum omnium perturbatio. Vitæ perturbatio & confuſio. Cœli perturbatio.*

PERTVBATRIX,cis.de Leg 163 b;Pertubatricem harum omnium rerum Academiam hanc ab Arceſila & Carneade recentem exoremus vt ſileat.

PERTVRBATVS,a,um.*cnfuſus.)(.integer,quietus.* de Orat.125 b,Attic.124 b,Quòd me magno animi motu perturbatum putas,ſum equidem,ſed,&c.de Diu.93 a, Nunc onuſti cibo & vino,perturbata & confuſa cernimus *ſomnia.* de Diu. 133 b, Somniantium viſa,quæ multò etiam perturbatiora ſunt.contra Rul.65 a, Ciuitas perturbata ſeditionibus. de Orator.147 a,Non diſcerptis ſententijs, non præpoſteris temporibus, non confuſis perſonis, non perturbato ordine.de Ar.254 a,Id ita perturbatum, itaque permutatum eſt,vt,&c.pro Domo 220 a,Perturbatis ſacris, contaminatis gentibus factus es filius, &c. pro Clu.28 a,Tum verò ita ſum perturbatus,vt omnia timerem.

PERTVRBO, as. *turbo, perturbationem affero, concito.* pro Syl. 177 b,Cincius eſt ab eo in Hiſpaniam miſſus, vt eam prouinciam perturbaret. * Tuſcul. 213 b, Sic prauarum opinionum conturbatio,& ipſarum inter ſe repugnantia ſanitate animum ſpoliat,morbiſque perturbat.

¶ *Malè habeo.* pro Rabir.93 b,Nec me clamor iſte commouet aut perturbat.

¶ *Expello.* ad Her. 26 b, Vt eum præcipitem perturbetis ex ciuitate.

¶ *Confundo.* de Clariſ. 185 a, Vt perturbem ætatum ordinem.

PERTVRBOR,ris.*ſolicitor.* pro Mil.101 b,Milo magis de reipub. ſalute, quàm de ſua perturbatur. Orat.203 b, Alterum,quo perturbantur animi,& concitantur.de Orat.103 b,Nec verò iſtis tragœdijs tuis Craſſe perturbor.

PERTVRPIS,e.pro Cæl.48,Perturpe aut flagitioſum eſſe.

PERVADO,dis.*peruenio,permano.* I.Ver.161 b,Cernitis iudices,quantum incendium per agros peruaſerit. pro Pomp. 68 b, Opinio quæ per animos gentium barbararum peruaſerat.ibid.12 a,Nulla ora eſt tam deſerta, quò non illius diei fama peruaſerit. pro Syll. 177 a, Quas oras maximè quaſi morbus quidam illius furoris peruaſerat. de Natu. 55 a,Nequid in nares,quod noceat poſſit peruadere. I.V. 85 a,Quacunque iter fecit, vt quædam calamitas peruadere videbatur. * I.V. 194 b, Locus intra Oceanum iam nullus eſt quò non per hæc tempora noſtrorum hominum libido iniquitaſque peruaſerit. ibid. 236 b, Ne cùm in Sicilia quidem fuit, eodem interuallo pars eius belli in Italiam viſa peruaſit.

† Syntaxis. *Peruadere per vrbem , per animos. Eò fama peruaſit. Vrbe peruaderet, in Italiam. Id in aures ptruaſit, rumor, ſonus.*

PERVAGATVS,a,um : tior, ſſimus. *diuulgatus , peruulgatus.* de Inu.55 b, Hæc cauſa apud Græcos peruagata eſt. pro Planc.268,b,Vulgaris & peruagata declamatio. Orat.216 a,Res peruagata & vulgaris.de Inu.57 b,& I.V.214 a,Pars autem eſt peruagatior. *id eſt,communior.* de Orator.128 b, Commune & peruagatum vitium.de Orat.98 b,De communibus & peruagatis rebus loqui, vel audire.de Orat. 160 b,Vulgare quotidianum,peruagatum pro Planc.279 b,Orat 210,Peruagatiſſimus ille verſus, qui vetat, artem pudere proloqui quam factites.Top.226 b,Longè & latè peruagata bona.)(*.anguſta.* I.V 129 b,In re tam clara, tam teſtata, tam abs te ipſo peruagata, tabulas publicas corrumpere auderes? *aliàs peruulgata.* pro Mar.135 a,Illuſtris & peruulgata fama alicuius rei.

† Syntaxis *Peruagatum apud nos, Peruagatum & vulgare. Commune ac peruagatum, Vulgare, quotidianum, & peruagatum. Illuſtris & peruagata fama.*

PERVAGOR, ris. *erro.* I. V.255 b, Hic prædonum nauiculæ peruagatæ ſunt.de Inu.76 b Deinde ne is honos nimium peruagetur. * *al. peruulgetur.* de Leg.162 a, Moleſtiæ, lætitiæ cupiditates,timores,ſimiliter omnium mentes peruagantur. *id eſt, peragrant.*

PERVARIE`.de Orat.138, Peruariè, iucundè,narrare.

PERVEHOR. *euehor, perducor.* Tuſcul, 174 b, Quò vtinam

velis paſſis peruehi liceat. Attic. 234, * In quem portum mallem equidem peruehi.

PERVELLO, lis. *vellico.* Tuſc.198 b, Fortuna quæ peruellere te forſitan potuerit & pungere, non potuerit certè vires frangere. de Orat. 108 b, Antonius non mihi fuit moleſtus, quòd ius noſtrum ciuile peruellit

PERVENIENDI. de Orat.96 a, Nihil pro ſunt ſtudia peruēniendi aliquò, niſi illud quod eò quò intendas, ferat deducatq; cognôris.

PERVENIO, nis. *deuenio, pertineo, mano, permano, perducor, accedo.* I. C. 193 b, Si iſte quò intendit, in Manliana caſtra peruenerit. pro Mur. 128 b, Vt eò quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. pro Seſt. 14 a, Marius in oras Africæ deſertiſſimas peruenit. Or. 206 a, Si potuiſſemus, quò cōtendimus, peruenire. I. V. 214 b, Peruenit res ad iſtius aures, ſed neſcio quomodo. I. A. 231 b, Mihi quidem & ille perueniſſe videtur, quo ad progredi potuerit feri hominis amentia. Parad. 121 a, Iactam à te nefariam, in me iniuriam ſemper duxi, tamen perueniſſe ad me nunquā putaui. pro Syll. 169 a, Nondum ad propoſitum mihi finem honoris peruenetiam de Cl. 188 b, Cotta alia quadam via ad eandē laudem peruenerat. Att. 122 a, Ne epiſtola in eius manus perueniret. ad Her. 26 b, Ad paucos ex alijs peccatis inuidia peruenit. de Or. 92 b, Libellus qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominū. Att. 284 a, Ad liberos qui nihil meruerunt, pœna parentū peruenit. Off. 38 b, Niſi multorum impunita ſcelera tuliſſemus, nunquā ad vnū tanta licentia perueniſſet. Top. 223 a, Pecunia, quę morte alicuius ad quempiam peruenit iure. pro R. P. 124 a, Nemo vnquam quò ea pecunia perueniſſet, cauſam dixit, qui, &c. & 123 b, Quò & ad quos pecunia peruenerit. de Diu. 90 a, Cyrus ad ſeptuageſimum annum peruenit. Att. 83 b, Summum erat periculum, ne culpa Senatus res ad tabulas nouas peruenerit pro Mur. 155 a, Qui nulla cōditione in ſenatum peruenire potuit. pro Qu. 8 a, Peruenire ad ſuū, ſine alterius infamia. pro R. P. 127 a, In quo ſpes fuit, poſſe ſeſe aliquādo ad ſuas fortunas peruenire. Epiſt. 209 b, Peruenire ad nummos. contr. Rull. 82 a, Si poſſet ager iſte ad vos peruenire. pro Cecin. 239 a, Non ea ſola vis eſt, quæ ad corpus noſtrum vitamq; peruenit, ſed, &c. I. V. 199 a, Quid eſt enim in calamitate reſidui, quod non ad miſeros aratores iſto prætore per ſummam iniuriam peruenerit? contr. Rul. 70 b, Sine ad illos poteſtatem, ad te gratiam tui beneficij peruenire pro Mur 140 a, Tamen naturę ſimilitudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es, peruenire potuit, quàm, &c. Qu. fr. 259 a, Sed etiam à quo *genere hominum* ad alios perueniſſe putetur humanitas. Epiſt. 68 b, Si in tua ſcripta peruenero. * I. V. 177 b, Nihil ad tuas aures de infamia tua perueniſſe. pro M. Sca. Poſſe virtutem ſine præſidio fortunæ, quò contendiſſet, labore & conſtantia peruenire. pro Cor. 66 b, Emptionibus ea *prædia* ſolere ſæpe ad alienos homines, ſæpe ad infimos, non legibus tanquā tutelas, peruenire. ibid. Quòd in tribum Cruſtuminam peruenerit. pro Marc. 131 b, Cuius ex ſalute nō minor pene ad omnes, quàm ad illum ventura ſit, lætitia peruenerit.

PERVENITVR. Att. 15 b, Ad quem propter diei breuitatem non eſt peruentum.

PERVENTVRVS, a, um. de Or. 134 a, Ego tibi hoc confirmo, ſi Romæ manſeris, te paucis annis ad maximas pecunias peruenturum. pro Sext. R. 44 a, Vide quem in locum rempub. perueturam putes.

† Syntaxis. *Quò intendit, peruenit. Iniuria ad illum peruenit. In manus peruenire epiſtolam. Ad hunc ſui patris pœna peruenit. Licentia ad vnum omnis peruenit. Ad illum pecunia peruenit. Ad vigeſimum peruenire annum. Peruenire ad ſuum, ad ſuas fortunas, ad nummos. Ad illum calamitas peruenit. In tua ſcripta ſi peruenero, Quem in locum peruenimus?*

PERVERSE'. *perperam præpoſterè.* de Nat. 73 b, Multi deorum beneficio peruersè vtuntur. de Orat. 67 a, Peruersè dicere homines, peruersè dicendo conſequi? Offic. 75 a, Fuit igitur ſtulta calliditas, peruersè imitata prudentiam. de Am. 111 b, Plerique peruersè, ne dicam impudenter volunt. de Orat. 97 a, Peruersè dicere. de Inuent. 43 a, Peruersè abuti aliqua re.

PERVERSIO, onis. *inuerſio. perturbatio.* ad Her. 34 a, * Tranſgreſſio eſt, quæ verborum perturbat ordinem peruerſione aut tranſiectione.

PERVERSITAS, tis *prauitas.* Orat. 199 b, Quæ eſt in hominibus tanta peruerſitas, vt inuentis frugibus glande veſcātur. Q. fr. 397 a, Cùm te alicuius improbitas peruerſitasq; commouerit. Offic. 29 b, Vt ſi quis in foro cantet, aut ſi qua eſt alia magna peruerſitas. Qu. fr. 309 b, Alicuius peruerſitatem quàm humaniſſimè ferre. Ep. 7 b, Eſt incredibilis hominum peruerſitas.

PERVERSVRVS, a, um. de Diu. 132 b, & 90 b, Crœſus hoſtiū vim ſeſe peruerſurum putauit, peruertit autem ſuam.

PERVERSVS, a, um. *prauus, præpoſterus.* pro Qu. R. 50 a, Nihil ab hoc prauum & peruerſum produci poteſt. de Aruſp. 248 b, Ludi deformati, inquinati, peruerſi, conturbati. de Fin. 315 a, Nunc iſta ſeparantur, vt diſiuncta ſint, quo nihil poteſt eſſe peruerſius. Tuſcul. 238 a, Quo quid poteſt dici peruerſius? pro Quint. R. 54 a, Niſi fortè tu peruerſo more id facis. pro Mur. 142 a, Peruerſa ſapientia Tuberonis, vel Stoicorum. pro Cluent. 32 a, Præpoſterus & peruerſus. de Nat. 17 a, Oculi peruerſi, vt ſtrabonum.

† Syntaxis. *Prauus & peruerſus. Deformatus, inquinatus, peruerſus, conturbatus. Præpoſterum & peruerſum. Strabonum oculi peruerſi.*

* PERVERTENDVS, a, um. Hortenſ. Tibi id ipſum peruertendum fuit.

PERVERTO, tis. *euerto.* de Ar. 257 b, Tum viſam belluam immanem quacunque incederet, arbuſta, virgulta, tecta peruertere. de Clar. 190 a, Ceciditque, cùm eos imitari cœpit, quos ipſe peruerterat. de Ar. 257 b, Qui ſacra occulta inexpiabili ſcelere peruertit. pro Clu. 40 a, Quintius Iuniū peruertit. ad Her. 5 b, Oreſtes niſi attulerit facti rationem, peruertit defenſionem. Offic. 2 a, Quidam propoſitis malorum & bonorum finibus, officium omne peruerterunt. Offic. 6 a, Temeritas C. Cæſaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit. * de Finib. 105 a, Eadem vtilitates poterunt eas *amicitiam & iuſtitiā* labefactare atq; peruertere.

† Syntaxis. *Peruertere domum, arbuſta, hominem, ſacra occulta, defenſionem, officium, iura.*

PERVESPERI. Epiſt. 126 b, Cum ad me peruesperi veniſſet. *legitur etiam. Quum nuper veſperi.*

PERVESTIGATIO, onis. *inquiſitio.* de Orat. 85 b, Omnia vel ſcientiæ perueſtigatione, vel diſſerendi ratione comprehendere.

PERVESTIGO, as. *inuenio, reperio.* I. V. 206 b, Vt canes venatici optimè odorabantur omnia & perueſtigabant. de Or. 122 a, Noſſe regiones, inter quas venêre, & perueſtiges quod quæris.

PERVETVS. Qu. fr. lib. 3, Peruetus epiſtola. Epiſt. lib. 13, Peruetus amicitia. I. V. act. 6, Signū peruetus ligneum. de Cla. 170 a, Catonem peruetereṁ habemus. * I. V. 216 b, Oppidum peruetus.

PERVETVSTVS, ta, tum. de Orat. 161, Peruetuſta verba.

PERVICACIA, ciæ. *pertinacia.* Tuſc. 214 b, Aegrotationi talia quædam ſubiecta ſunt, mulieroſitas, peruicacia, liguritio, &c.

PERVIDEO, es. Attic. 240 a, Ibi te quàm primùm peruidere velim. Ep. 149. * a, Meritorum meorum fieri acceſſiones, peruidere, te ſpero. cogniturum magis recipio. *Planci.* Incer. Fuiſſe qui peruideret CXXXV. M. paſſuum.

PERVIGILATIO, onis, *vigilia.* de Leg. 177 a, * Nouos deos & in his colendis nocturnas peruigilationes ſic Ariſtophanes vexat.

PERVIGILO, as. *pernocto.* pro S. R. 35 a, Non orat, vt eam noctem peruigilet?

PERVINCO, cis. *vinco.* Att 23 a, Reſtitit & peruicit Cato.

PERVIVS, a, um *apertus.* de Nat. 39 Tranſitiones peruiæ.

PERVNGO, gis. *vngo.* Tuſc. 173 a, Tunc iuuenes veſte poſitâ, corpora oleo perunxerunt.

PERVOLO, as. pro S. R. 21 b, Decem horis ſex & quinquaginta millia paſſuum ciſijs peruolauit. * de Conſolat. Caſtos leui quodam ac facili lapſu ad Deos, id eſt, ad naturā ſui ſimilem peruolare.

PERVOLO, uis. Attic. 1 b, Hoc abs te mihi ignoſci peruelim. pro Syll. 171 a, Sed ſcire ex te peruelim, quamobrem, &c. de Offic. 131.

PERVOLVO, uis. *verſor.* de Orat. 122 a, Vt in his locis peruoluatur animus, quos, &c.

* PERVOLVTANDVS, a, um de Or. 97 b, Omnes bonarum artium ſcriptores & doctores legendi & peruolutandi.

PERVOLVTO, as. *pertracto, euoluo, voluto.* Att 74, Peruolutare libros.

PERVRBANVS, na, num. de Orat. 91. de Cl. Att. lib. 2.

PERVSTVS, a, um. *exuſtus.* Epiſt. 210 a, * Etiam hominem peruſtum inani gloria volunt incendere.

PERVTILIS, le. Att. 152 b, * In hac fortuna perutilis eius & opera & fidelitas eſſet.

PERVVLGATVS, a, um. *iactatus, peruagatus.* I. V. 126 a, Cupiditas nota atq; apud omnes peruulgata. ꝓ Cęl. 38 b, Sunt enim iſta maledicta peruulgata in omnes. I. V. 129 b, In re tam clara, tam teſtata, tam ab te ipſo peruulgata. *aliter, peruagata.* ꝓ Mil. 107 a, Peruulgatus ciuitatis ſermo de Fin. 90 b, Res peruulgata. Epiſt. 71 b, Conſolatio peruulgata. de Fin. 67 a, De re in vulgus peruulgata loquitur. * de Finib. 67 a, Nec de re obſcura, vt Phyſici, aut artificioſa, vt Mathematici, ſed de illuſtri & facili, & iam in vulgus peruulgata, loquitur.

† Syntaxis. *Notum, & apud omnes peruulgatum. Clarum, teſtatum, peruulgatum.*

PERVVLGO, as. *diuulgo.* Attic. 202 a, Tu verò peruulga Hircium.

¶ *Trado.* pro Cæl.45 b, Mulier, quæ ſe omnibus peruulget.

PERVVLGOR, ris. pro Syl. 175 a, Illas tabulas deſcribi ab omnibus ſtatim librarijs, diuidi paſſim & peruulgari, atq; edi populo imperaui. de Inu. 76 b, Præmia virtutis cum improbis communicari, & cum mediocribus hominibus peruulgari non oportet. de Or. 106 b, Veteres illi peruulgari artem ſuam noluerunt.

† Syntaxis. *Illa ſe cunctis peruulgat meretrix. Liber diuiſus, peruulgatus, editus.*

PES, dis. de Orat. 87 a, Sed quod ille duriſſimis pedibus fecit, vt ſe abijceret in herba, &c. id meis pedibus certè concedi eſt æquius. pro Qu. Roſc 49 b, Seſe menſum pedibus aiebat paſſuum cccc. millia. Attic 256 a Brutus pedibus ad me ſtatim. Att. 41 a, Alter pedibus per Macedoniam venire. I. V. 94 a, Pedibus ire, & reuerti. de Seneſt. 83 b, Ingredi iter pedibus. in Vat 31 a, b, Cùm iter illud Hiſpanienſe pedibus ferè confici ſoleat. Poſtquam. 205 b, Ne quis pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet. Att 122 a, Pollucem ſeruũ à pedibus meum Romam miſi. de Diu. 114 b, Quod ante pedes eſt, nemo ſpectat, cœli ſcrutantur plagas. de Orat. 257 b, Tranſilire ante pedes poſita, & alia longè repetita ſumere. pro Cecin. 290 b, Si in fundo pedem poſuiſſes, ſtatim tibi eſſe pereundum. I. A. 169 b, Nihil erat in terris, vbi in tuo pedem poneres. & ibidem, Pedem ponere, veſtigium imprimere. de Finib. 121 a, Sapientia vbi pedem poneret, non habebat. Attic. 215 b, Pedem in Italia video nullum eſſe, qui non in iſtius poteſtate ſit. *id eſt, locum.* pro Deiot. 151 a, Nunquam à te pedem diſceſſi. pro Plan. 269 a, Non poſſum magis pedem conferre, vt aiunt, aut propius accedere. Epiſt. 162 a, Referre pedem. de Orat. 104 b, Supplodere pedem. Attic. 65 a, Per me iſta pedibus trahãtur. Epiſt 210 a, Trahantur per me pedibus omnes rei, nõ laboro. Epiſt. 109 b, Propter res tuas ita contractas, vt nec caput, nec pedes: equidem vellem vti pedes haberent, vt aliquando redires. pro Seſt 8 b, Proijcere ſe ad pedes alicuius. Att. 55 a, Abijcere ſe ad pedes alicuius I. V. 262 a, Mater mihi ad pedes miſera iacuit Quint. frat. 312 a, Funius præſens ad pedes vniuſcuiuſque iacens. Attic. 156 b, Alter, qui nos ſibi quondam ad pedes ſuos ſtratos ne ſubleuabat quidem. Antequam. 196 b, Quibus ſigillatim ſæpe ſupplex ad pedes iacui. Poſtq 200 b, Cum Cn. Oppius ad pedes flens iacéret. pro Seſt. 28 a, Frater volutatus eſt ad pedes inimicorum. Attic 9 b, Accidere ad pedes omnium ſigillatim. Attic. 22 a, Soror vnum mihi ſolum pedem dat. Noli de vno pede ſororis queri, licet etiam alterum tollas. Attic. 123 b. Cui tali in re libenter me ad pedes abieciſſem & 255 a, Duo ſinus, &c. Peſtanum & Vibonenſem vtrunque pedibus & equis tranſmiſimus. I. A. 189 a, Hodie in poſſeſſionem libertatis pedem ponimus. pro Lig. 141 a, Prohibiti eſtis in prouincia veſtra pedem ponere. * in Clod. Cùm vincirentur pedes faſcijs. Incer. Fuiſſe Pollionem pede longiorem, quàm quenquam longiſſimum. de Vni. 108 b. Ad hanc conuerſionem, quæ pedibus & gradu non egeret, ingrediendi membra non dedit Deus.

¶ *Veli funis.* de Orat. 157 b, Si res ſuum nomen & proprium vocabulum non habet. Pes in naui. *id eſt, funis, quo velum tenditur, & remittitur pro gubernatoris voluntate.*

¶ *Menſura in ſyllabis.* Or. 215 a, Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, vt neceſſe ſit, &c. Orat. 168 a, Pedes heroi tres dactylus, anapæſtus, & ſpondæus. de Orat. 159 d, Cùm ſint numeri plures, iambum & trochæum ſegregat ab oratione Ariſtoteles. & 160 a, Quare primùm ad heroum nos dactyli, & anapæſti, & ſpondæi pedem inuitat. Orat. 128 a, Iam pæan, quòd plures habet ſyllabas quàm tres, numerus quibuſdam, non pes habetur. de Orat. 107 b, Hiſtrio aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum. * Frag. epiſt. Pedes faceti Orat. 216 a, Ita factos eos pedes eſſe, vt in eis ſingulis modus inſit aut ſeſquiplex, aut duplex, aut par. ibid. Hi ſunt euitandi continuati pedes. ibid. Syllabis metiendos pedes, non interuallis, exiſtimat. ibid. Omnes in oratione eſſe quaſi permiſtos & confuſos pedes. ibid. Si ſemper ijſdem vteremur.

† Syntaxis. *Pedibus ad me ſtatim filius. Iter pedibus ingredi. Pedibus iter conficere. Ante pedes eſt illud. In fundo pedem ponere. In meo pedem non poſſum ponere. Nullus eſt pes in Italia, id eſt, minimus locus, pedẽ ab aliquo non diſcedere. Conferre referre pedem. Pedibus trahi. Hæc tua negocia nec caput, nec pedes habent. Ad pedes alicuius iacère, proijcere, abijcere ſe, ſternere, ſe volutare, accidere.*

PESSIMÈ, ſentire de repub. I. A. 174, de Orat. 116.

PESSIMVS, ma, mum. Epiſtol. 168 a, Attic. 182, 184. pro Quin. R. 50 & 173. de Inuent. 11.



PESSINVNTIVS, a, um. pro Seſt 15 b,

PESSINVS, untis. *oppidum* de Ar. 250 a Qui Peſſinuntem ipſum ſedem domiciliumq; matris deorum vaſtâris.

PESSVNDO, das. *conculco, protero.* * Incer. Hominem ita peſſundare verbis alterum velle.

PESTIFER, a, um. *pernicioſus.* )( *ſalutaris.* pro Dom 230 a, Peſtifer ciuis. Attic. 132 a, Bellum magnum & peſtiferum. de Finib 105 b, Peſtiferum vitium. pro Dom. 213 a, Peſtifer ac funeſtus tribunatus. de Aruſp. 255 b, Vipera venenata & peſtifera. I. A. 184 a, Cuius à Brunduſio crudelis ac peſtifer reditus timeretur. Poſtq. 204 b, Quem habuit ille peſtifer annus maximè fidelem. de Nat. 32 b, Acceſſus ad res ſalutares, à peſtiferis receſſus. & 50 a, À peſtiferis & nocentibus rebus refugere. Att. 32 b, Ad res peſtiferas aditus ſibi comparent.

PESTIFERÈ. *pernicioſè.* de Leg. 171 b, Multa peſtiferè & pernicioſè ſciſcuntur in populis.

† Syntaxis. *Peſtiferum ac funeſtum. Venenatum & peſtiferum. Crudelis ac peſtifer homo. Peſtifera. )( ſalutaria. Peſtifera & nocentia. Peſtiferè & pernicioſè.*

PESTILENS, tis. de Diu. 97 a, Sunt partes agrorum aliæ peſtilentes, aliæ ſalubres. Epiſt. 72 a, Hoc grauiſſimo & peſtilentiſſimo anno. Part. 233 a, Locus peſtilens. )( *ſalubritas.* contr. Rull. 82 a, Ager cœlo ac loco calamitoſus.

PESTILENTIA, tiæ. )( *ſalubritas.* de Diu. 114 b, Epiſt. 232 b, De loco nunc quidem abijt peſtilentia: ſed quandiu fuit, me non attigit. contra Rull. 80 a, Ager propter ſterilitatem incultus, propter peſtilentiam vaſtus atq; deſertus. & 63 b, Inuidiæ aut peſtilentiæ poſſeſſores. de Diu. 107 b, Quorũ ex habitu & colore tum ſalubritatis, tum peſtilentiæ ſigna percipi, &c. Offic. 36 b, Cauſæ eluuionis, peſtilentiæ, vaſtitatis, belluarum etiam repentinæ multitudines. * de Nat. 28 b, Quæ cauſa terreret animos fulminibus, &c. vaſtitate, peſtilentia.

PESTIS, ſtis. *pernicies.* Off. 36 a, Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. pro Rab. 90 b, Peſtis ac pernicies ciuitatis. I. C. 149 a, Cũ tua peſte atque pernicie proficiſcere ad bellum. de Ar 244 a, & pro Dom. 213 b, Cũ his exitioſis prodigijs, ac penè huius imperij peſtibus bellum mihi inexpiabile dico eſſe ſuſceptum. pro Syll. 181 b, Funeſta reipub. peſtis. de Nat. 21 b, Ibes auertunt peſtem ab Aegypto. de Nat. 73 a, Sibi ipſa nefariam peſtem machinatur. *id eſt, maximam vim anguium.* de Orat. 85 a, Fluctus à communi peſte depulſi, in noſmetipſos redundarunt. * I. V. 175 b, Ne poſt abitum huius importuniſſimæ peſtis quiſquam reperiretur. pro Syll. 173 b, Qui arbitretur illis incluſis in Repub peſtibus diutiùs ſtare hoc imperium potuiſſe. pro Seſt. 10 a, Iidem conſules, &c. producti in circo Flaminio ab illa furia ac peſte patriæ.

† Syntaxis. *Propter peſtilentiam ager vaſtus. Ille peſtis & pernicies Reipub Quædam hominum peſtes aliena laude dolentium.*

PETASATVS. *petaſo, id eſt, lato pileo tectus.* Ep. 253 b, Sed petaſati veniunt, comites ad portam expectare dicunt.

* PETENS, tis. Orat. 210 a, Cùm & amiciſſimo & præſtantiſſimo viro, & recta & honeſta petenti ſatisfacere voluiſſem. de Aruſp. 254 a. Sulpicium ab optima cauſa profectũ, Caioque Iulio Conſulatum contra leges petenti reſiſtentem, &c de Nat. 51 a, Grues cùm loca calidiora petentes maria tranſmittunt. Offic. 62 a, Naues Rhodum petentes.

PETESSO, ſis *peto* Tuſc. 188 b, Qui hanc laudem peteſſunt, nullum fugiunt dolorem. de Diu. 83 b,

*Menteq; diuina cœlum terraſq; peteſſit Iupiter.*

PETITIO, onis. *actio priuata.* de Cl. 166 a, At ego tibi non ſoluam niſi prius à te cauero amplius eo nomine neminẽ cuius petitio ſit, petiturum. pro Qu. R. 54 a, Et tibi integrã petitionem reliquit.

¶ *Ictus, coniectio, percuſſio.* Orat 219 b, Sed nec oratio facit plagam grauem, niſi petitio fuerit apta. I. C. 100 b, Quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari non poſſe viderentur, parua quadam declinatione, &, vt aiunt, corpore effugi?

¶ *Rogatio.* Qu. de Per. Petitio conſulatus. *id eſt, ambitus.*

PETITOR, oris. *actor.* Part. Sed accuſatorem pro omni actore & petitore appello Attic. 1 b, Petitorum hæc eſt adhuc informata cogitatio. pro Qu. R. 52 a, Petitor. )( *reus.* de Cl. 166 a, Petitor, id eſt, cuius petitio ſit. pro Cecin. 286 a, Prætor nunquam petitori præſtituit, qua actione illum vti velit. pro Qu. 8 a, Poſſumus petitoris perſonam ſuſcipere, accuſatoris deponere. * I V. 153 a, Cum in his rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, non ereptor, neq; poſſeſſor ſoleat eſſe.

PETITVS, a, um. de Ar. 254 b, Petita eſt autoritas veſtra grauitas ampliſſimorum ordinum, conſenſio bonorum, totus deniq; ciuitatis ſtatus.

PETO, tis *poſco, poſtulo, quæſo, contendo, expoſco, imploro.* I. V. 214 b, Iſte petit à rege, & cum pluribus verbis rogat, vt, &c. pro

Qu. 14

Qu. 14 a, Cùm is à me peteret, & ſummè contenderet, vt, &c. Epiſtol. 206 b, Quapropter à te etiam atque etiam pro noſtra ſumma coniunctione, proque tua in me perpetua & maxima beneuolentia maiorem in modum peto atque contendo, vt, &c. I. V. 215 a, Id ſibi vt donaret, rogare & vehementer petere cœpit. I. V. 191 a, Petiuit in beneficij loco & gratiæ, vt, &c. de Orat 98 a, Similiter nunc petes à Craſſo, vt, &c. Epiſtol 178 a, Peto à te, vt eum conſeruatum velis. Academ. 40 a, Quæ docti à Græcis petere mallent, indocti ne à nobis quidem accipiunt. de Inuent. 55 a, Summopere ſapientia petenda eſt. Attic. 85 a, Petere præfecturam alicui. Quint. frat. 316 a, M. Curtius Tribunatum ab Cæſare petiuit. ibidem 317 a, Præſidium firmiſſimum petebamus ex optimi & potentiſſimi beneuolentia ad omnem ſtatum noſtræ dignitatis. Attic. 23 b, Qui me epiſtola petiuit, ad te, vt video, cominus acceſſit. de Finib. 77 b, Eamque mortem ardentiore ſtudio peteret, quàm Epicurus voluptatem petendam putat. pro Cluen. 39 b, & 37 b, Petere mulctam ab aliquo. Orat. 219 b, Petere veniam. Qu. de Pet. 213 b, Petere honores. Epiſtol. 71 b, Literis vtor, non vt ab ijs medicinam perpetuam, ſed vt exiguam doloris obliuionem petam. de Clar. 243 b, Hæc dixi breuius quàm res petebat. de Orat. 154 a, Ex his tantum, quantum res petit, hauriemus. * pro P. Quint. 13 b, A` me nominis eius, quod inficiatus eſſet, diem petiuit. pro C. Corn. 1, Petiuit à me prætore maxima conteſtatione, vt. contr. C. Anton. Cùm præturam peteremus. ibidem. Qui id à me peteres. ad Herenn 31 b, Sæpe, iudices, animaduerti, multos aliqua ex honeſta re, &c. ſibi præſidium petere. Orat. 210 a, Quæ quidem ipſa *iuris ſcientia* auxilium ab eloquentia ſæpe peteret. pro Q. Roſc. 46 a, Tu C. Piſo tali fide, virtute, grauitate, autoritate ornatus, ex aduerſarijs pecuniam petere non auderes. & b, Hîc tu ſi amplius ſeſtertio nummo petiſti, quàm tibi debitum eſt, cauſam perdidiſti. pro Q. Roſc. 53 b, Qui per ſe litem conteſtatur, ſibi ſoli petit. Alteri nemo poteſt, niſi qui cognitor eſt factus. in Vat. 29 a, Qui & T. Claudium tecum communicaſſe, & à te conſilium P. Seſtij accuſandi petiſſe, &c. dixeris. Tuſc. 229 b, Nam vt illic alij corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent. de Natur. 17 b, Non pudet igitur phyſicum, id eſt, ſpeculatorem venatoremq; naturæ, ab animis conſuetudine imbutis petere teſtimonium veritatis? Ep. 230 a, A` te autem pro vetere neceſſitudine etiam atq; etiam peto, vt.

¶ *Appeto, quæro, inuado.* ad Herenn. 29 a, Bonorum inſidiatores latrocinio vitam innocentiſſimi cuiuſque petiſtis. item ibidem, Quos tantopere timeat, eos neceſſe eſt, vt quoquo modo poſſit veneficio petat. & 28 b, Qui ſi fuiſſet homo, nunquam tam crudeliter vitam hominis petiſſet. de Inuent. 46 a, Petere pœnas ab aliquo. pro Qu. R. 45 a, Pecuniam non ex tuis tabulis, ſed ex aduerſarijs petis. Orat. 219 b, Gladiatores & vitando cautè, & petendo vehementer, omnia faciunt vtiliter ad pugnam, & ad aſpectum venuſtè. pro Milon. 170 a, Petere iugulum alicuius. pro Sext. Roſc. 19 b, & 43 b, Petere ſanguinem & vitam alicuius. item, Cuius latus mucro ille petebat? I. C. 99 b, Quotieſcunque me petiſti, per me tibi obſtiti: nunc remp. vniuerſam petis. * pro Mur. 136 b, Etenim ſciebam, Catilinam non latus aut ventrem, ſed caput & collum ſolere petere. Tuſcul. 157 a, Nihil habent hæc duo genera *ignis & aër*, proni, & ſupera ſemper petunt.

¶ *Sumo, facio*, pro Cec. 286 b, Altius initium rei alicuius demonſtrandæ petere.

¶ *Aſſequor.* Orator. 202 a, Qui eloquentiæ principatum petit.

¶ *Suſcipio.* Att 42 a, Fortaſſe alium curſum petiuit.

¶ *Vado, eo.* de Nat. 51 a, Grues loca calidiora petentes, mare tranſmittunt. Attic. 154 a, Crotonem petemus. Epiſtol. 235 a, Per Macedoniam Cyzicum petebamus. Offic. 62 a, Naues Rhodium petentes vidi. pro Planc. 280 a, Iter à Vibione Brunduſium petere contendi. item ibid. Dyrrhachium petere contendi.

PETOR, ris. de Finib. 75 a, Quæ eſt illa laus, quæ poſſit è macello peti? pro Arc. 188 b, Ex his ſtudijs delectatio ſola petitur. de Orat. 98 b, Vt illi vnde peteretur, vetus atque inuſitata exceptio daretur. de Inuent. 59 a, Remotum *genus Argumentationis* eſt, quod vltra quàm ſatis eſt petititur. *id eſt, repetitur.* pro Deiot. 149 a, Vnde pudoris exempla peterentur. * pro Quint. Roſc. 46 b, Pecunia tibi debebatur certa, quæ nunc petitur per iudicem. de Aruſp. 254 b, Hæc enim certè petebantur. *autoritas veſtra, grauitas ampliſſimorum ordinum, conſenſio bonorum omnium, totus denique ciuitatis ſtatus.* de Diu. 98 b, Amphiaraum ſic honorauit fama Græciæ, Deus vt habeatur: atq; vt ab eius ſolo, in quo eſt humatus, oracula peterentur.



PETRINVM, ni. *Leptæ villa fuit.* Epiſt. 92 b.

PETRINI. *ex Petrino.* I. V. 167 b.

PETVLANS, tis. *proteruus, procax.* de Orat. 137 a, Si quis mihi maledicit, petulans & planè inſanus videtur. de Fin. 61 b, Alij appetendo omnia petulantes, alij audaces, proterui. Parad. 119 b, Lapſa eſt libido in muliere ignota, dolor ad pauciores pertinet, quàm ſi petulans fuiſſet in aliqua nobili virgine. pro Mur. 127 a, Nullum eius petulans dictum in vita profertur. pro Syll. 180 b, Audax, petulans, libidinoſus. de Inu. 66 a, Turpis, cupidus, petulans. Qu. fr. 309 b, Vatinius homo petulans & audax. I. P. 81 b. & de L. 166 a, Id nemo tam effusè petulans conatus eſt. de Clar. 187 a, Feruidum quoddam & petulans, & furioſum genus dicendi. Offic. 21 a, Genus iocandi illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum.

PETVLANTER, ſſimè. *licenter.* pro Cæl. 38 b, Maledictio ſi iactatur petulantius, conuicium nominatur. & 45 b, Si proterua petulanter viueret. & 45 b, Petulanter facimus, ſi, &c. Attic. lib. 9, Petulantiſſimè aliquid fieri. Attic. 34 a, Diphilus tragœdus in noſtrum Pompeium petulanter inuectus eſt.

PETVLANTIA, tiæ. *procacitas, proteruitas.*) (. *modeſtia, pudor.* Offic. 25 b, 26 a, Itaq; nec actio rerum illarum aperta petulantia vacat, nec oratio obſcœnitate. Ep. 85 a, Nec in petulantiam incidas. I. C. 109 b, Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia. I. P. 86 a, Hominis furorem & petulantiam fregi. I. V. 68 a, Quibus liberos coniugesque ſuas integras ab iſtius petulantia conſeruare non licitum eſt. pro Font. 281 b, & pro Cecin. 305 a. Turpitudo, quæ à libidine, aut à petulantia nata ſit. * de ſuis conſil. Tarditate modorum & grauitate cantus illorum furentem petulantiam reſediſſe.

† Syntaxis. *Petulans & inſanus. Appetendo petulans. In virgine petulans. Audax, petulans, libidinoſus. Effusè petulans. Feruidum, petulans & furioſum. Petulans maledictio conuicium eſt. Petulanter inuehi. Furorem & petulantiam frangere.*

PETVLVS, a, um. *qui oculum alterum minorem habet, ac ferè clauſum.* de Nat. 17 a.

PEXVS, a, um. *compoſitus.* I. C. 109 a, Quos pexo capillo nitidos videtis.

PHAEACES, cum, *Corcyræi.* L. CORCYRA. de Cl. 170 b, Carmina quæ apud Homerum & in Phæacum, & in procorum epulis canuntur.

PHAENON, *Saturni ſtella.* de Nat. 36 a.

PHAEREVS. Offic. 22 a, Phæreus Iaſon.

PHAETON, *Iouis ſtella.* de N. 36 b.

¶ *Solis filius.* Offic. 71 a, Sol Phaëtonti filio (vt redeamus ad fabulas) facturum ſe eſſe dixit, quicquid optaſſet.

PHALARIS, idis. I. V. 217 a, Ille nobilis taurus [illegible] crudeliſſimus omnium tyrannorum Phalaris [illegible]e dicitur. Phalaridis tauro ſuccenſis ignibus to[illegible] in Piſonem.

PHALARIS *Grammaticus.* in Piſon.

PHALERAE, arum. *equorum ornamenta.* in Verr. 190 a, Q. Rubrium & phalaris ac torque donaſtis. & 206 a, Phaleras pulcerrimè factas, quæ regis Hieronis fuiſſe dicuntur, vtrum tandem abſtuliſti, an emiſti? Attic. 253 a, Plancum ſine phaleris dimiſſum. * I. V. 206 a, Tam te has phaleras à Philarcho Centuripino abſtuliſſe dicebant, quàm alias item nobiles ab Ariſto Panormitano, quàm tertias à Cratippo Tindaritano. Etenim ſi Philarchus vendidiſſet, non ei redditurum te promiſiſſes. ibidem. Cupiſſe te celaſſe de phaleris: cùm abs te appellatus eſſet, negaſſe habere ſeſe: apud alium quoq; eas habuiſſe depoſitas, ne quà inuenirentur: tuam tantam fuiſſe ſagacitatem, vt eas per illum ipſum inſpiceres, vbi erant depoſitæ, &c. Ita ab ſe inuito ablatas phaleras gratis.

PHALEREVS ille Demetrius omnium iſtorum, mea ſententia, politiſſimus. de Orat. 117 b.

PHALERIVS, rij. *Atticæ portus, vbi declamare ſolitus eſt Demoſthenes.* de Fin. 125 a.

PHANIA, niæ. Fam. libro ſecundo, Phania *κωμικὸς μάρτυς. prouerbium.*

PHANTASIA, ſiæ. Academ. 46 a, & 6 a, Senſus iunctos eſſe cenſuit è quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus: quam ille φαντασίαν, nos viſum appellemus licet. Epiſtol. 253 a, Qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας ſpectris Catianis excitari. Attic. 138 b, Deinde emergit rurſus dolor, [illegible] φαντασία.

† Syntaxis. *Ex impulſione extrinſecus oblata, quæ phantaſia eſt, & viſu extant ſenſus.*

PHARMACOPOLA, læ. *vnguentarius.* pro Clu. 25 b, L. Clodius pharmacopola circumforaneus.

PHARSALIA, æ. *Theſſaliæ regio, & campi, Philippi etiam dicta.* in Ant. 262 b.

PHARSALICVS, a, um. pro Deiot. 149 a, Pharſalicum prælium.

PHASELIS, idis Græcè *Φάσηλις, vrbs Ciliciæ, piratarum receptaculum*. I.V. 204 a, Phaſelis illa, quam cepit P. Seruilius, non fuerat vrbs antè Cilicum atq; prædonum.

PHASELVS, li. *myoparo. Erat etiam genus nauigij Campani oblongi, neque ita magni.* Attic. 7 a, Epiſtolam anchoris ſolutis de phaſelo dediſti.* Attic. 231 a, Conſcendens ab hortis Cluuianis in phaſelum epicopum. *Alij epiſcopum legunt.*

PHASELITAE, *à Phaſelide dicti populi.*

PHATNAE, arum. *ſtellæ in Cancri ſigno, quæ Præſepe à Latinis dicuntur.* In Prognoſticis, teſte Priſc.

*Aſt autem tenui quæ candent lumine Phatnæ.*

PHENEATAE, *populi* de N. 70 b.

PHERAE, arum, *vrbs Theſſaliæ nobilis.* de Diu. 91 b.

PHERAEVS, a, um. Offic. 37. de Inu. 80. de Nat. 74.

PHERECIDEVS, a, um. de Diu. 124 b.

PHIDIAS, diæ. de Clar. 185 b, Vt Phidię ſignum ſimul aſpectum & probatum eſt. & 188 b, Mineruæ ſignum ex ebore pulcerrimum Phidiæ.

PHIDITIA, orum. *Lacedæmoniorum conuiuia.* Tuſcul. 247 a, * Victum Lacedæmoniorum in phiditijs nónne videmus? Vbi cùm tyrannus cœnauiſſet Dionyſius.

ΦΙΛΑΥΤΙ'Α. L. AMOR. Attic. 208 a, Niſi fortè me communis *φιλαυτία* decipit.

PHILIPPICAE, arum. Att. 21 a, Philippicæ orationes Demoſthenis. ad Brut. 91 a, Video te delectari Philippicis noſtris: hoc eſt in quinq; epiſtolis additis, quæ in paucis codicibus leguntur.

ΦΙΛΙΠΠΙ'ΖΕΙΝ. L. FACERE *cum aliquo.*

PHILOCTETA, tæ: & PHILOCTETES, tæ. de Fin. 132 a, Ea perferant, quæ Philoctetam videmus in fabulis: qui cùm cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio ſagittarum, cōfigebat tardus celeres, ſtans volantes, vt apud Actium eſt. de Fat. 147 a, Philoctetes ſerpentis morſu vlceratus in inſula Lemno relictus eſt. de Rep. Nimium te labore doleo, & meliorem ciuem eſſe quàm Philoctetā: qui accepta iniuria, illa ſpectacula quærebat, quæ tibi acerba eſſe video. ad Her. 33 b, Non poſſe capi Troiam ſine Philoctetæ ſagittis.

PHILOCTETEVS, a, um. de Fin. 84 b, & Tuſc, 187 a, Philocteteus clamor.

PHILOLOGIA, giæ *ſtudium, vel amor ſermonis.* Epiſt. 264 b, Non eſt enim ſeiunctus iocus à philologia & quotidiana *συζητήσει*. Att. 32 b, Ne & opera & oleum philologiæ noſtræ perierit.

ΦΙΛΟΓΥΝΕΙ'Α. L. MVLIEROSITAS.

PHILOLOGVS, gi. Attic. 207 b, Homines nobiles, ſed nullo mod[illegible]ilologi. Qu. frat. 313 a, Nos autem ita philologi ſum[illegible]l cum fabris habitare poſſimus.

PHILO[illegible]ENSIS. I.V. 191 b.

PHILOMELVM, li. *vrbs Phrygiæ.* Attic. 77. Epiſtol 37 I.V. 191 b.

PHILOSOPHIA, æ. *ſtudium, vel amor ſapientiæ, philoſophandi ratio.* Offic. 33 b, Nec quicquam aliud eſt philoſophia, ſi interpretari velis, quàm ſtudium ſapientiæ. de Leg. 163 a, Sapientia, à cuius amore Græco verbo philoſophia nomen inuenit. de Orat. 85 a, Philoſophia laudandarum artium omnium procreatrix, & quaſi parens. de Orat. 148 a, Omnis optimarum rerum cognitio, atque in ijs exercitatio, philoſophia nominatur. de Finib. 90 b, Ars eſt enim philoſophia vitæ. de Cl. 195 a, Philoſophia mater omnium benefactorum, benedictorum. Tuſculan. 191 a Eſt profectò animi medicina philoſophia. I.P. 95 a, Philoſophia virtutis continet, & officij, & bene viuendi diſciplinam: quam qui profitetur, grauiſſimam mihi ſuſtinere perſonam videtur. de Sen. 77 b, Nunquam igitur ſatis dignè laudari philoſophia poterit: cui qui pareat, omne tempus ætatis ſine moleſtia poſſit degere. de Vniuerſ. 204 a, Quibus ex rebus philoſophiam adepti ſumus: quo bono nullum optabilius, nullum præſtantius, neque datum eſt mortalium generi deorum conceſſu atque munere, neque dabitur. de Diuin. 125 a, In philoſophia nihil debet eſſe commentitijs fabulis loci. Orat. 201 b, In Philoſophia plurimum intereſt, quemadmodum dicas: vbi res ſpectatur, non verba penduntur. Tuſcul. 164 a, Philoſophia commentatio mortis. de Orat. 191 a, Iſta prępotens & glorioſa philoſophia. Orat. 198 a, Sine philoſophia non poſſe fieri eum quem quærimus eloquentem. & ibid. Nec verò ſine philoſophorum diſciplina genus & ſpeciem cuiuſquè rei cernere, neque eam definiendo explicare, nec tribuere in partes poſſumus, nec iudicare quæ vera, quæ falſa ſunt, neque cernere conſequentia, repugnantia videre, ambigua diſtinguere. de Diuinat. 109 a, Philoſophiâ vir bonus & fortis efficitur. 53 a, Tota philoſophia, mi Cicero, frugifera & fructuoſa eſt, nec vlla pars eius inculta ac deſerta eſt. de Orat. 90 b, Philoſophia in tres partes diſtributa eſt: in naturæ obſcuritatem in diſſerendi ſubtilitatem, in vitam atque mores. de Clar 167 b, Philoſophia, non illa de natura, ſed hæc in qua de bonis rebus & malis, deque hominum vita & moribus diſputatur, tum primùm inuenta dicitur. Orat. 200 b, Ineſt enim natura philoſophia in huius viri mente quædam. de Orat. 91 a, Apollonius Rhodius irridebat & contemnebat philoſophiam. de Orat. 123 a, Philoſophiæ, ſicut Zethus ille Pacuuianus, propè bellum indicere. Offic. 34 b, In antiquiſſima nobiliſſimaque philoſophia verſari. de Orat. 152 b, Exercitatio propria duarum philoſophiarum. Tuſcul. 177 b, Philoſophia præparat animos ad ſatus accipiendos: eaq; mandat his, &, vt ita dicam, ſerit, quæ adulta fructus vberrimos ferant. * Academ. 16 a. Tú ne cum tantis laudibus philoſophiam extuleris, eam philoſophiam *Academicam* ſequere, quæ confundit vera cum falſis, ſpoliat nos iudicio, priuat approbatione, ornat omnibus ſenſibus? Epiſtol. 190 b, Niſi me in philoſophiæ portum contuliſſem. Incer. Philoſophiam Dij paucis quibuſdam veram dederunt. Academ. 2 a, Maiore ſtudio, &c. philoſophiæ deditus fuit. ibidem. Qui philoſophiam non ament: reliqui, qui etiamſi hæc non improbent, &c. ibid. Nec philoſophiæ iam vllum authorem requiro. & b, Si quodam in libro verè eſt à nobis philoſophia laudata: profectò eius tractatio optimo atque ampliſſimo quoque digniſſima eſt. ibidem. Si quiſquam vllam diſciplinā philoſophiæ probaret, præter eam, quam ipſe ſequeretur. Ipſa Philoſophia, quæ rationibus progredi debet, quem habebit exitum? Academ. 8 b, Hanc eſſe regulam totius philoſophiæ, conſtitutionem veri, falſi, cogniti, incogniti ibidem. Duo eſſe hæc máxima in philoſophia, iudicium veri, & finem bonorum. Academ. 39 b, Philoſophiam veterem illam à Socrate ortam Latinis literis illuſtrare. ibid. Cùm philoſophiam viderem diligentiſſimè literis Græcis explicatam. Acad. 40 b, Multa admiſta ex intima philoſophia. ibidem, In ijs ipſis antiquitatum procemijs philoſophiæ ſcribere voluimus. ibidem. Philoſophiam multis locis inchoaſti, ad impellendum ſatis, ad docendum parum. Academ. 41 a, Sic philoſophíam Latinis literis perſequitur, nihil vt ijſdem de rebus Græcia deſideret. Academ. 42 b, In quibus (moribus) erat philoſophia ipſa. In qua quod inchoatum eſt, neque abſolutum, &c. de Finib. 49 a, Philoſophiæ vituperatoribus ſatis reſponſum eſt eo libro, quo à nobis philoſophia defenſa & collaudata eſt: cùm eſſet accuſata, & vituperata ab Hortenſio. & b, Qui omninò auocent à philoſophia. de Finib. 64 a, Socrates parens philoſophiæ iure dici poteſt. de Finib. 82 b, Omnis ſumma philoſophiæ ad beatè viuendum refertur. de Fin 90 b, Ars eſt philoſophia vitæ, de qua diſſerens arripere verba de foro non poteſt. de Fin. 91 a, Quanquam ea verba, quibus ex inſtituto veterum vtimur pro Latinis, vt ipſa philoſophia, vt Rhetorica, &c. quanquam Latinè ea dici poterant: tamen quoniam vſu percepta ſunt: noſtra ducamus. ibidem. Qui in philoſodhia tantum proceſſeris. de Fin. 92 b, Cur opera philoſophiæ ſit danda neſcio. de Fin. 107 a, Totam philoſophiam tres in partes diuiſerunt. de Finib 145 a, Omnis authoritas philoſophiæ conſiſtit in beata vita, comparanda. Tuſc 148 a, Cùm omnium artium, &c. ratio & diſciplina ſtudio ſapientiæ, quæ philoſophia dicitur, continetur. ibid. Non quia philoſophia Græcis & literis & doctoribus percipi non poſſet. Tuſc. 149 a, Philoſophia iacuit vſq; ad hanc ætatem, nec vllum habuit lumen literarum Latinarum: quæ illuſtrāda, & excitanda nobis eſt. ibid. Multò ſtudioſius philoſophię fontes aperiemus. & b, Hanc perfectam philoſophiam ſemper iudicaui, quæ de maximis quæſtionibus copioſè poſſet ornateq; dicere. Tuſc. 161 b Philoſophia omnium mater artium quid eſt aliud, niſi, vt Plato ait, donum, vt ego, inuentum Deorum? Hæc nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, tum ad modeſtiam, magnitudinemq; animi erudiuit: eademq; ab animo, tanquā ab oculis, caliginem diſpulit. Tuſcul. 175 a, Difficile eſt in philoſophia pauca eſſe ei nota, cui non ſint aut pleraque aut omnia. ibid. Quanti *fructus* ex vniuerſa philoſophia percipi poſſunt. & b, Eſt philoſophia paucis contenta iudicibus, multitudinem conſultò ipſa fugiens, eiſq; ipſi & ſuſpecta, & inuiſa: vt vel ſi quis vniuerſam velit vituperare, ſecundo id populo facere poſſit. vel ſi in eam, quam nos maximè ſequimur, conetur inuadere. ibid. In ipſa Græcia philoſophia tanto in honore nunquam fuiſſet, niſi doctiſſimorum contentionibus diſſenſionibuſq; viguiſſet. Tuſcul. 176 a, Philoſophia naſcatur Latinis quidem literis ex his temporibus, eamq; nos adiuuemus. Tuſc. 177 a, Efficit hoc

ficit hoc philoſophia, medetur animis, inanes ſolicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. & b, Ne philoſophiā falſa gloria exornes. ibid. Nihil eam prodeſſe. ibid. Cultura animi philoſophia eſt: quæ extrahit vitia radicitus: & præparat animos ad ſatus accipiendos: eaq; mandat his, & (vt ita dicam) ſerit. Tuſcul. 178 a, In eo magiſtra vitæ tota ſecula permanet philoſophia. Tuſc. 191 a, Et profectò animi medicina philoſophia. ibid. De vniuerſa philoſophia quantoperè & expetenda, & colenda eſſet, ſatis dictum eſt in Hortenſio. & b, A quo *Socrate* hæc omnis, quæ eſt de vita & moribus, philoſophia manauit. Tuſcul. 201 a, Cùm virtus maximè expetatur, eiusq; adipiſcendæ cauſa philoſophia quæſita ſit. Tuſcul. 208 a, Vt Medici toto corpore curando minimæ etiam parti, ſi cōdoluit, medentur: ſic philoſophia, cum vniuerſam ægritudinem ſuſtulerit: tamen ſi quis error aliunde extitit. & b, Id ſe effecturam philoſophia profitetur: nos modò curationem eius recipiamus. Tuſcul. 210 a, Illius veræ elegantisque philoſophiæ, quæ ducta à Socrate in Peripateticis adhuc permanſit, & idem alio modo dicentibus Stoicis, &c. nulla ferè ſunt, aut pauca admodum, Latina monumenta. Tuſcul. 227 b, Hunc errorem quaſi radicem omnium malorum, ſtirpitus philoſophia ſe extracturam pollicetur. Demus ergo nos huic excolendos, patiamurque nos ſanari. ibid. Cum philoſophia ex rationum collatione conſtet: ab ea omnia adiumenta & auxilia petamus benè beateque viuendi. Tuſcul 228 a, Quæ in philoſophia tractantur. & b, Huius culpæ & cæterorum vitiorum peccatorumq; noſtrorum omnis à philoſophia petenda correctio eſt. Cuius in ſinum cùm à primis temporibus ætatis noſtra voluntas ſtudiumque nos contuliſſet: his grauiſſimis caſibus in eundem portum, ex quo eramus egreſſi, magna iactati tempeſtate confugimus. O vitæ philoſophia dux, ô virtutis indagatrix expultrixq; vitiorum, quid non modò nos, ſed omninò vita hominum ſine te eſſe potuiſſet? Tu vrbes peperiſti, tu diſſipatos homines in ſoſocietatem vitæ conuocaſti: tu eos inter ſe primò domicilijs, deinde coniugijs, tum literarum & vocum communione iunxiſti: tu inuentrix legum, tu magiſtra morum & diſplinæ fuiſti. Ad te confugimus: à te opem petimus: tibi nos vt antea magna ex parte ſic nunc penitus totosq; tradimus. Tuſcul. 229 a, Quæ & vitæ tranquillitatem largita nobis es: & terrorem mortis ſuſtuliſti. At philoſophia quidem, tantum abeſt vt perinde ac de hominum eſt vita merita, laudetur: vt à plerisque neglecta, à multis etiam vituperetur. Vituperare quiſquam vitæ parentem, & hoc parricidioſe inquinare audet? & tam impiè ingratus eſſe? vt eam accuſet, quam vereri deberet, etiamſi minus percipere potuiſſet. Tuſcul. 230 a, Ab antiqua philoſophia vſque ad Socratem numeri motusque tractabantur. ibid. Socrates primus philoſophiam deuocauit è cœlo, & in vrbibus collocauit, & in domos etiam introduxit: & coëgit de vita & moribus, rebusq; bonis & malis quærere. Tuſc. 232 a, Caue putes vllam in philoſophia vocem emiſſam clariorem, vllúmue eſſe philoſophiæ promiſſum vberius aut maius. Nam quid profitetur ô Dij boni? perfecturam ſe, &c. Sed videro quid efficiat. Tantiſper hoc ipſum magni æſtimo quod pollicetur. Tuſc 235 a, Zeno Citieus aduena quidam & ignobilis verborum opifex, inſinuaſſe ſe in atiquam philoſophiam videtur. Offic. 1 a, Neque id in philoſophia ſolum, &c. feci. & b, De philoſophia libri. ibid. Cùm multa ſint in philoſophia & grauia & vtilia accuratè cópioſèque à philoſophis diſputata. Offic. 33 a, Vereor ne quibuſdam bonis viris philoſophiæ nomen ſit inuiſum: mirenturque in ea tantum me operæ & temporis ponere. & b, Si me ad philoſophiam retuliſſem. Cui cùm multum adoleſcens diſcendi cauſa temporis tribuiſſem. ibid. Tantum erat philoſophiæ loci. Offic. 34 a, Cùm ad philoſophiam cohortamur. & 53 a, Cùm tota philoſophia frugifera, fructuoſa, nec vlla pars eius inculta ac deſerta ſit: tum nullus feracior in ea locus nec vberior, quàm de officijs. Epiſtol. 197 b, Vt philoſophiæ habeam magnam gratiam, quæ non modò me à ſolicitudine abducit, ſed etiam contra omnes fortunæ impetus armat. Epiſt. 247 a, Philoſophiam ad te allegem: qua nnc mihi charior vlla vnquam res in vita fuit, nec hominum generi maius à Deis munus vllum eſt datum. ibid. Philoſophiam illam veram & antiquam, quæ quibuſdam otij eſſe ac deſidiæ videtur, in forum atque in Rempubl. atque in ipſam aciem penè deduximus. Quint. frat. 313 a, Habemus hanc philoſophiam non ab Hymetto, ſed ab area Syra. de Orat. 148 b, Ab Ariſtippo Cyrenaica philoſophia manauit: quā ille, & eius poſteri ſimpliciter defenderant. Ex illis *generibus philoſophorum*, quæ remanent, ea philoſophia, quæ ſuſcepit patrocinium voluptatis, etſi cui vera videatur, procul abeſt tamen ab eo viro, quem quærimus. ibid.



Nec vlla tamen ei philoſophiæ fiet iniuria à nobis. Non enim repelletur inde, quò aggredi cupiet: ſed in hortulis quieſcet ſuis, vbi vult: vbi etiam recubans molliter & delicatè nos auocat à roſtris, à iudicijs, à curia, fortaſſe ſapienter, ac præſertim à Republ. Verùm ego non quæro nunc, quæ ſit philoſophia veriſſima, ſed quæ oratori coniuncta maximé. de Finib. 111 b, Quæ eſt igitur iſta philoſophia, quæ communi more in foro loquitur: in libello ſuo (præſertim cùm quod illi verbis ſuis ſignificent, in eo nihil nouetur: de ipſis rebus nihil mutetur, eædem res maneant) alio modo.

PHILOSOPHICVS, a, um. Tuſc. 251 b, A Bruto impulſi ſumus ad has philoſophicas ſcriptiones. Epiſt. 181 b, Vt hæc φιλοσοφώτερα ſcriberem, tu me impuliſti.

PHILOSOPHOR, aris. *philoſophiam colo.* Tuſcul. 175 a, & de Orat 123 a, Decreui philoſophari, vt Neoptolemus apud Ennium, paucis: nam omnino haud placet. de Finib. 39 a, Quibuſdam totum hoc diſplicet philoſophari. I A. 256 b, Sed iam ſe colligit, & ad extremum incipit philoſophari. de Nat. 3 a, Et cùm minimè videbamur, tum maximè philoſophabamur. de Cl. 195 b, Admirabili quodam ad philoſophandum ſtudio concitatus. Poſtq. 207 a, Cùm Græculis philoſophari. Tuſc. 167 b, Quanquam quid opus ſit in hoc philoſophari, cùm rem non mngnopere egere philoſophia videamus.

PHILOSOPHVS, phi. *phyſicus, naturæ interpres, magiſter virtutis, qui rerum cognitione doctrinaque delectatur.* Tuſcul 229 b, Pythagoræ ingenium & eloquentiam cùm admiratus eſſet Leon, quæſiuit ex eo, qua maximè arte confideret? at ille artem quidem ſe ſcire nullam reſpondit, ſed eſſe philoſophum. de Finib. 52 b, Et tamen à philoſopho ſi afferat eloquentiam, non aſperner: ſi non habeat, non admodum flagitem. de Orat. 103 a, Philoſophus, qui de ſua vi ac ſapientia vnus penè omnia profitetur, is eſt, qui omnium rerum diuinarum atque humanarm naturam cauſasque noſcit, & omnem bene viuendi rationem tenet ac perſequitur. de Orat. 103 b, Philoſophi, qui omnia ſicut propria ſua eſſe atque à ſe poſſideri volunt. de Nat. 75 b, Nos philoſophi eſſe voluimus, rerum autores, non fabularum. de Orat. 114 a, In philoſophos veſtros ſi quando incidi, nullum prorſus verbum intelligo: ita ſunt anguſtis & conciſis diſputationibus illigati. Orat. 201 a, Philoſophorum mos tenuiter diſſerendi. Offic. 52 a, Sed de hoc toto genere commodiùs à quibuſdam optimis viris ad medium ianuæ ſedentibus, quàm ab vllis philoſophis vlla in ſchola diſputatur. de Diuin. 133 a, Sed neſcio quomodo nihil tam abſurdè dici poteſt, quod non dicatur ab aliquo philoſophorum. Tuſcul. 224 b, Philoſophi magiſtri virtutis. * de Orat. 110 b, In gymnaſijs philoſophi garrire cœperunt. Hortenſ. Vt antiquis philoſophis, hisque maximis longeque clariſſimis, placuit. de Orat. 152 b, Dicunt igitur nunc quidem illi *philoſophi*, qui ex particula parua vrbis ac loci nomen habent. de Nat. 59 b, Satis eſt à noſtris & à principe philoſophię Socrate dictnm de vbertatibus virtutis & copijs. Offic. 6 b, Itaq; videndum eſt, ne non ſatis ſit id, quod apud Platonē eſt in philoſophos dictum. quòd in veri inueſtigatione verſentur, quodque ea, quę plerique vehementer expetunt, de quibus inter ſe digladiari ſolent, cōtemnant & pro nihilo ducant, propterea iuſtos eſſe. Nam dum alterum iuſtitiæ genus aſſequuntur in inferenda, ne cui noceant, iniuria, in alterum incidunt. Diſcendi enim ſtudio impediti quos tueri debent, deſerūt. Itaque eos ad Rempub. ne acceſſuros quidem putat, niſi coactos Att. 98 a, Sed, vt philoſophi ambulant, has *literas* tibi redditum iri putabam prius.

PHILOTHEOROS, *qui ſtudio nouas ſemper viſendi terras regionesque tenetur.* Ep. 102 b, *In Britannia non nimis philotheoron te præbuiſti.

PHLEGETON, *fluuius apud inferos.* * de Nat. 68 a, Et illi, qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, Phlegethon, tum Charon, tum Cerberus, Dij putandi.

PHLIASII, *populi.* Attic. 90 b, Phliaſios dici ſciebam. & Tuſcul. 229 b.

PHLIASIVS, a, um. Tuſc. 230 a, Poſt hunc Phliaſium ſermonem.

PHLIVS, untis, *oppidum.* Tuſc. 229 b.

*PHOCCII, *populi.* in Piſ. 100 b.

PHOEBVS, bi. *Sol.* de D. 84 a,

*Quid verò Phœbi fax triſtis, nuncia belli.*

PHOENICIA, ciæ. *regio Syriæ.* I. A. 238 a.

PHOENISSAE, *Euripidis tragœdia.* Offic. 88.

PHOENICES, *populi.* de N. 47.

PHOENIX, *apud Homerum Achillis magiſter.* de Or. 149 a.

PHORCIS, nis. de Vn. 201 b, Saturnus, Phorcis, & Ops fratres, Oceani Terræq; filij.

PHOSPHOROS, *Veneris ſtella.* de Nat. 36 b.

PHRENETICVS, a, um. *demens, inſaniens.* de Diu.97 b, Nec cardiacis hoc tribuendum eſt, nec phreneticis.

ΦΡΟ'ΝΗΣΙΣ. L. PRVDENTIA.

PHRYGIA, giæ. Orat.199 a, Caria, Phrygia, Myſia.

PHRYGIVS, a, um. *Phryx.* Qu. frat. 293 b, Paconius neſcio quis homo, ne Græcus quidem, aut Myſius, aut Phrygius potius. de Diuiu.103 a, Qui ſono quodam vocum & Phrygijs cantibus incitantur. pro Sex. Roſc. 33 a, Phrygium ferrum.

PHRYX, gis pro Flacc. 154 b, Ignotiſſimus Phryx. pro Flacc. 159 b, Prouerbium, Phrygem plagis fieri meliorem.

PHTHIA, thiæ. *Achillis patria.* de D.91 a.

PHTIOTA, tæ. Tuſcul. 152 b, Pherecrates quidam Phthiota ſenex.

PHYLARCHVS, chi. *tribunus. Poteſt etiam gentis nomen eſſe. Arabes enim quidam Phylarchi à Strabone numerantur.* Epiſt.240 a, Iamblichus Phylarchus Arabum.

PHYSICA, cæ. *explicatio naturæ.* de Finibus 105 a, Ad eas virtutes Dialecticam etiam adiungunt, & Phyſicam. ibidem. Phyſicæ quoque non ſine cauſa tributus idem eſt honos.

PHYSICA, orum. *res Phyſicæ, vel naturales.* Orat. 207 b, Oratorem ne phyſicorum quidem eſſe ignarum volo. de Fin. 52 a, Epicurus in phyſicis, quibus maximè gloriatur, totus eſt alienus.

PHYSICE'. *acutè phyſicorum more.* de Nat 63 a, & de Diu. 106 b, Quæ à te phyſicè dicta ſunt.

PHYSICVS, a, um. de Natur.17 b, Phyſicus, id eſt, ſpeculator venatorque naturæ. de Diuin.115 a, Quod video phyſicis placuiſſe, eiſque maximè, qui omne quod eſſet, vnum eſſe dixerunt. de Finib.67 a, Nec de re obſcura loquitur, vt Phyſici. de Diuin.143 a, Si velim geometricum quiddam, aut phyſicum, aut dialecticum explicare. item: Phyſica diſputandi ſubtilitas. de Nat.36 b, Vt plerique dicunt, phyſicæ rationis ignari. de Nat.30 b, Rationibus phyſicis confirmare aliquid. Orat.103 b, Eademque ratione dicantur, & quos φυσικὺς Græci nominant ijdem Poëtæ: quoniam Empedocles phyſicus egregium poëma fecerit. Orat.207 b, Oratorem ne phyſicorum quidem eſſe ignarum volo. de Orat. 89 a, Si ornatè locutus eſt, ſicuti fertur, phyſicus ille Democritus, materies illa fuit phyſici, ornatus verò ipſe verborum oratoris putandus eſt.

PHYSIOGNOMON. de Fat. 142 a. Socratem notauit Zopyrus Phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere.

PHYSIOLOGIA, giæ. *naturæ ratio.* de Diu.99 a, Naturæ ratio, quam phyſiologiam Græci appellant. de N. 6 a, Hunc cenſes primis, vt dicitur, labijs *(al. labris)* guſtaſſe phyſiologiam. de Diuin.116 a, Dum aruſpicinam veram eſſe vultis phyſiologiam totam peruertitis.

PIACVLVM, li. de Leg.181 b, Porco fœmina piaculum pati. *al. dare.*

PIAM, *particula, quæ nominibus quibuſdam ad finem addi ſolet.* L. ALIQVISPIAM, & QVISPIAM.

PICEARIAE, arum. *vectigal picis. Eſt autem pix, humor pinguis ex tædæ ſeu pini combuſta collectus.* de Clar.172 a, Societas, quæ Picearias de P. Cornelio, L. Mummio cenſoribus redemiſſet. *aliàs, picarias, aliàs pecuaria, legebatur.*

PICENTES, *populi.* pro Syl.171 b, Aut doceat Picentes ſolòs non eſſe peregrinos.

PICENTINVS, na, num. Att. 130. Pompeij.

PICENVM, ni. *ora Italiæ.* Att. 123 a.

PICENVS, a, um. de Cl.169 b, Ager Gallicus & Picenus.

PICTOR, oris. Ac. 6 b, Multa vident pictores in vmbris & in eminentia, quę nos non videmus. de Leg.179 a, Digniſſima autem dona habentur, & formæ ab vno pictore vno abſolutæ die. de Clar 179 b, Zeuſis, Polygnotus, Timantes, qui non plus quàm quatuor coloribus vſi ſunt, Etion verò, & Nicomachus, & Protogenes, perfecti pictores fuerunt. de Inuent, 62 a, Itaque Heracleotem Zeuxim, qui tum longè cæteris excellere pictoribus exiſtimabatur, magno pretio conductum adhibuerunt. Is & cæteras tabulas complures pinxit, &c. Helenæ ſe pingere ſimulacrum velle dixit. Quod Crotoniatæ, qui eum muliebri in corpore pingendo plurimum alijs pręſtare ſæpe accepiſſent, libenter audierunt. Putauerunt enim eum, ſi quo in genere plurimum poſſet, in eo magnoperè elaboraſſet, egregium ſibi opus illo in fano relicturũ. & b, Pictori quam *virginem* vellet eligendi poteſtatem dederunt. Ille autem quinq; delegit, &c. qui veriſſimum pulchritudinis habere iudicium debuiſſet. Neq; enim putauit omnia, quæ quæreret ad venuſtatem vno in corpore ſe reperire poſſe. ibid. Ac ſi par nobis huius artis, atq; in illo picturæ ſcientia fuiſſet: fortaſſe magis hoc in ſuo genere opus noſtrum, quàm ille in ſua pictura nobilis eniteret. Ex maiore enim copia nobis, quàm illi, fuit exemplorum eligendi poteſtas. Ille vna ex vrbe, & ex eo numero virginum, quæ tum erant, eligere potuit. Offic.54 a, Vt nemo pictor eſſet inuentus, qui Coæ Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquiſſet, abſolueret: (oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi ſpem auferebat) &c.



PICTVRA, ræ. *tabula.* Orat.200 a, In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà alios nitida, læta, colluſtrata delectant. Tuſc.250 a, Homerum tradunt cæcum fuiſſe: at eius picturam, non poëſin videmus. Acad.6 b, Oculi pictura tenentur, aures cantibus. Tuſc.229 b, Cùm animum ab iſta pictura, imaginibusq; virtutũ ad rem veritatemq; traduxeris. * de Inuent. 62 a, Crotoniatæ, &c. templum Iunonis, quod religioſiſſimè colebant, egregijs picturis locupletare voluerunt. & b, Ac ſi par in nobis huius artis, atque in illo picturæ ſcientia fuiſſet: fortaſſe magis hoc in ſuo genere opus noſtrum, quàm ille in ſua pictura nobilis eniteret. I. V. 200 a, Nego vllam picturam neq; in tabulis, neq; textilem fuiſſe, quin quæſierit, inſpexerit, quod placitum ſit abſtulerit.

PICTVS, a, um. de Clar.188 b, Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. & 192 b, Lyſias, quo quid poteſt eſſe pictius? de Fin.143 b, Qui nunquã philoſophum pictum, vt dicitur, viderũt. Tuſc.240 b, Textile, ſtragulum, magnificis operibus pictum.

PIE'. *religioſè.* de Nat. 11 a, Piè colere Ceos. & 12 b, Piè ſancteq; colere Deum. de Sen.94 a, Memoriam noſtri piè inuiolateq; ſeruabitis. pro Mur.141 b, Illa piè fecit. pro Plan. 280 a, Vt confiteare aliquando, quod faciam, me & gratè & piè facere. pro Mil. 121 b, Metuo enim, ne ſceleratè dicã in te, quod pro Milone dicam piè. Att.96 a, Quintus filius ſuapte piè ſanè currentem animum patris ſui, ſorori tuæ reconciliauit.

† Syntaxis. *Piè ſancteq; Deum colere. Suapte piè currens animus.*

PIERIDES, dum. *muſæ Pieriæ.* de Nat.70 a, Tertiæ Ioue tertio Pierio natæ & Antiopa, quas Pierides & Pieridas ſolent Poëtæ appellare.

PIETAS, tis. de Inu. 82 a, Pietas eſt, per quam ſanguine coniunctis, patriæq; beneuolis officium, & diligens tribuitur cultus. Part. 236 b, Pietas eſt iuſtitia erga parentes. pro Plan. 276 a, Pietas eſt voluntas grata in parentes. de Nat. 24 a, Eſt enim pietas iuſtitia aduerſum deos. pro Plan.265 a, Pietas iudicio meo fundamentum eſt virtutum omniũ. de Som. 128 a, Iuſtitiam cole & pietatem: quæ cum ſit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima eſt. de Nat. 57 a, Ex cognitione Deorum oritur pietas cui coniuncta iuſtitia eſt, reliquæque virtutes. *hic pietas pro religione ponitur.* ꝑ Qu.4 b, Si pietate propinquitas colitur, qui affinem prodit, impius ſit neceſſe eſt. pro S. Roſc.24 b, Quod præclarè à ſapientibus dicitur, Vultu ſæpe læditur pietas. de Orat.123 b, Si pietati ſumma tribuenda laus eſt, debetis moueri, cum Q. Metellum tam piè lugere videatis. de Clar.275 b, Vtinam Gracchus non tam fratri pietatem, quàm patriæ præſtare voluiſſet. pro Dom. 234 b, Nec eſt vlla erga deos pietas, niſi honeſta de numine eorũ ac mẽte opinio. Poſtquam 320 a, Qua ſanctiſſimi homines pietate erga deos immortales eſſe ſolent, eâdem ego erga populum Rom. ſemper ero. Anteq.194 b, Illi, quorum animus eſt religionis pietate defunctus. Offic. 35 a, Deos placatos efficiet pietas & ſanctitas. de Nat.1 b, Pietas, ſanctitas, religio, quæ omnia purè & caſtè deorum numini tribuenda ſunt, ſi animaduertuntur ab his. de Finib.79 b, Nemo pius eſt, qui pietatem cauet. Ep.1 a, Ego omni officio, ac potius pietate erga te cæteris ſatisfacio omnibus. Epiſt.93 a, Hìc tui omnes valent, ſummaq; pietate deſiderant. pro Clu.31 a, Quorũ alter eloquentiæ damnationem illã tacita pietate deplorat. & 54 a, Tu qui pietate ad accuſandum excitatus eſt. de Fin.105 b, Pietas aduerſus deos. Tuſc.173 a, Pietas erga matrem. Part.234 b, & 236 b, Pietas, & charitas, & bonitas quaſi idẽ valere vidẽtur. de Inu. 70 b, Pietas eſt, quę erga patriã, aut parentes, aut alios ſanguine cõiunctos officiũ conſeruare moneat. * de reg. Ptolemeo, Difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis. de N. deor.2 b, In ſpecie fictæ ſimulationis pietatis ineſſe nõ poteſt: cũ qua ſimul & ſanctitatẽ & religionem tolli neceſſe eſt. ibid. Pietate aduerſus deos ſublata fides tollitur. ꝑ M. Marcell.132 b, Vir optimus, & cõmemorabili pietate ac virtute prędituſ. ꝑ Flac.164 a, Nimiæ pietatis & ſummi amoris in patriam nos pœnas ſufferamus. I. A.256 b, Quod verbũ *pijſſimus* omnino nullum in lingua Latina eſt, id propter tuã diuinam pietatẽ nouum inducis. Ep.9 b, Te perſpicere meam in te pietatem. Quid enim dicam beneuolẽtiam? cùm illud ipſum grauiſſimum & ſanctiſſimũ nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis eſſe videatur? Ep.21 a, Non mihi tam mea ſalus curæ fuit, quàm pietas erit in referenda gratia iucunda.

† Syntaxis.

† Syntaxis. *Pietatem colore nimia pietas, & ſummus amor. Pietas & ſanctitas Deum faciunt placatum. Pietas, ſanctitas, religio. Pietate ſumma aliquem deſiderare. Pietas, charitas, bonitas. (contrà potius.)*

PIGER, a, um. *ſegnis ad aliquid agendum.* ad Her. 34 a, Frigus pigrum dicimus, quia pigros facit. Epiſt. 103 a, Quòd mihi interdum piger, interdum timidus in labore militari videbare. & 111 b, Ad literas ſcribendas pigerrimus.

PIGET, bat. *tædet, pœnitet.* de Diu. 94 b, Mea mater, tui me miſeret, mei piget. pro Syll. 184 b, Teipſum iam expletũ huius miſerijs pigeat. prò Dom. 219 a, Me non ſolùm piget ſtultitiæ meæ, ſed etiam pudet. In Sall. 372 b, Quòd ſi eſſes ab illo ortus, nonnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. Att. 75 a, In cupiditatem incubui, nec me piget de Cla. 181 b, Induci ad miſericordiam, ad pudendum, ad pigendum in Sall. 275 a, Neq; piguit quærere, cur ego, &c.

Syntaxis. *Ad pudendum inductus.*

PIGMENTARIVS, rij. Ep. 253 b, Accius pigmentarius valde gaudebat, ſe aduerſarium perdidiſſe.

PIGMENTVM, ti. *color, fucus, ornatus.* de Diu. 85 a, Aſperſa temerè pigmenta in tabella, oris lineamenta effingere (*al. efficere*) poſſunt. de Cl. 103 a, Intelliges nihil illius lineamẽtis niſi eorum pigmentorum, quæ inuenta nondum erãt, florem & colorem defuiſſe. de Or. 125 b, Sententiæ veræ ſine pigmentis fucoq; puerili. * de Diu. 118 a, Habes reſponſionem pigmentorum. Att. 21 a, Meus liber totũ Iſocratis μυρoθήκιον, atq; omnes diſcipulorum eius articulas, ac nonnihil etiam Ariſtotelica pigmenta conſumpſit.

PIGNERATOR, oris. I. V. 153 a, Cùm in his rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, non ereptor neq; poſſeſſor ſoleat eſſe.

PIGNEROR, aris. *pignus aufero, fiduciã accipio.* I. A. 264 a, Etenim Mars ipſe ex acie fortiſſimum quemq; pignerari ſolet. de Rep. lib. 1. teſte Nonio: Sed vt plurimas & maximas noſtri animi, ingenij, conſilij prima ipſa ſibi ad vtilitatem ſuam pigneraretur. *de patria loqui videtur.*

PIGNVS, oris. *fiducia, obſes.* Att. 18 a, Vt nos duo quaſi pignora reipublicæ retineri videremur. I. A. 225 a, Coguntur enim ſenatores non pignoribus, ſed eorum quorum de honore agitur, gratia. ibid. Qui vnquã tanto damno ſenatorem coëgit? aut quid eſt vltra pignus aut mulctã? & 243 b, Vt q̃ primùm illud pignus liberalitatis populi Rom. aſpiciam. I. A. 247 a, Pro libertate hæc omnia proijcias, quæ ſunt pignora iniurię de Pro. 79 a, Quónam me animo eſſe oportet in eos, cuius illi ſalutem ꝓ pignore tradiderunt ad explendas ſuas cupiditates? de Or. 143 a, An tu cùm omnẽ autoritatem vniuerſi ordinis ꝓ pignore putares, eamq; in cõſpectu populi Rom. cõcideres, me his pignoribus exiſtimas poſſe terreri? & ibid. Philippus grauiter exarſit, pignoribusq; ablatis Craſſum inſtituit coërcere. in Ant. 247 b, Magnis & multis pignorib. eum reſpub. obligatũ tenet. Att. 124 a, Minus multa dederãt illi reipub. pignora. in Sal. 274 b, Poſteaquã magna pignora eis dederat, cum quib. ſe coniunxerat. ꝓ Clu. 58 a, Illa tibi ad cõfirmandas inimicitias coniunctionem pignori fore putauit. I. A. 153 b, Magnam pignus ab eo reipub. datum, ſe liberam ciuitatem eſſe velle. pro Cæl. 54 a, Habet ab hoc reſpub. duas accuſationes, vel obſides periculi, vel pignora voluntatis.

† Syntaxis. *Pignora retinere. Filij quaſi pignora. Hoc pro pignore, puto, trado.*

PIGRITIA, tiæ. *negligentia, ignauia, inertia.* Tuſc. 213 a, Definiunt pigritiam, metum conſequentis laboris. Att. 260 b, Noli putare pigritia facere me, quòd non mea manu ſcribam. Off. 6 b Negligentia, pigritia, inertia, ignauia ſic impediuntur. & 20 b, Efficiendum eſt, vt appetitus rationi obediant, eam neq; percurrant, neq; propter pigritiã aut ignauiam deſerant. * Off. 27 b, Ne aut pigritia, aut ignauia, aut aliquid tale appareat.

PIGROR, aris. *grauor.* Att. 222 b, Tu quæſo quicquid noui (multa autem expecto) ſcribere ne pigrere.

PIISSIMVS. I. A. 256 b, Antonius mihi quidem conſtat, &c. nec Lepidi ſocietatẽ violare piiſſimi hominis. Cicero. Tu porrò ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris: & quod verbum omnino nullum in lingua Latina eſt, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis.

PILA, læ. de Or. 91 a, Vt qui pila ludunt. & 103 b, Licet iſta ratione dicamus pila bene, & duodecim ſcrupis ludere, proprium eſſe iuris ciuilis. de Or. 148 a, Pila tali, teſſeræ. in Piſ. 94 b, Iſte claudus, quomodo aiunt pilam tenere, &c. de Sen. 94 b, Retorquere pilam. de Or. 151 a, Tityus præpræclarè pila ludens, Brulla talis.

PILOSVS, a, um. I. P. 77 b, Piloſæ genæ, dentes putridi.

PILVM, li. *genus teli, Romanorum proprium.* I. A. 231 a, Idq; caput fixum geſtari iuſſit in pilo. pro Mil. 123 b, Sparorum pilorumq; multitudo.

PILVS, li. de Nat. 55 a, Munitęque ſunt palpebræ tanquam vallo pilorum. Acade. 21 b, Nullum eſſe pilum omnibus rebus talem, qualis ſit pilus alius. pro Qu. R. 48 a, Hic capite & ſupercilijs ſemper eſt raſis, ne vllum pilũ viri boni habere videatur. Att. 80 a, Interea è Cappadocia ne pilum quidem. Qu. fr. 317 b, Ego ne pilo quidem minus te amabo. * de Nat. 55 a, Quibus *pilis* & apertis oculis, ſi quid incideret, repelleretur, & ſomno conniuentibus.



PINDENISSVS, *oppidum.* Att. 79. 86. Ep. 23. 245.

PINDENTISSAE, *populi.* Att. 78.

PINGENDVS, a, um. de Cl. 177 a, In verbis pingendis, & illuminandis ſententijs.

PINGO, gis. *pictura exprimo.* de Or. 114 b, Vt in pictura, qui hominis ſpeciem pingere perdidicerit, is poteſt cuiuſuis vel formæ, vel ætatis, etiamſi non didicerit, pingere. de In. 62 a, Is & cæteras tabulas pinxit, &, &c. *id eſt, Zeuſis.* Att. 58 a, Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione. de Fin. 79 a, Cleanthes tabulam verbis pingere ſolebat, &c. *id eſt, tabulam voluptatis.* Qu. fr. 315 b, Quadrigis poëticis modò mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, penicillo meo.

PINGOR, ris. Epiſt. 68 b, Neque enim Alexander ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſſimùm pingi, & à Lyſippo fingi volebat.

† Syntaxis. *Pingere ſpeciem hominis, verba. Pictum ſtragulum.*

PINGVIS, gue. *optimus, craſſus, rudis.* de Fat. 141 b, Thebis craſſum cœlum, itaque Thebani pingues & valentes. de Diu. 107 b, Pingue & concretum eſſe cœlum. pro Arch. 190 b, Cordubæ nati poëtæ, pingue quiddam ſonantes atq; peregrinum. Acad. 27 b, Quod ipſi Antiocho pingue videbatur, & ſibi contrarium. de Am. 99 b, Agamus igitur pingui Minerua, vt aiunt.

† Syntaxis. *Pingue & concretum cœlum. Pingue ſonans poëta, & peregrinum.*

PINNA, næ. *penna.* de Nat. 71 b, Minerua, cui pinnarum talaria affigunt. in Arat.

*Atque auis ad ſummam caudam pinnasq; recedit*
*Pinnas, &c.----*

¶ *Eſt & conchæ marinæ genus.* * de Fin. 103 b, At illa, quæ in concha patula prima dicitur, isq; qui erat è concha, quòd eam cuſtodiat, pinnoteres vocatur, in eamq; cùm ſe recepit includitur, vt videatur monuiſſe vt caueret, &c. aliorũ etiam cauſa quædam faciunt. de Nat. 50 b, Pinna verò (ſic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis cùm parua ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi. ibid. Admonita à ſquilla pinna morſu, comprimit conchas.

PINNATVS, a, um. *pennatus, pinniger.* de Nat. 71 a, Pinnatus Cupido. Tuſc. 180 b, Pinnata cauda.

PINNIGER, ra, rum. *penniger.* Ep. 110 b, Pinnigero in corpore, non armigero tela exercere. *aliter, Pennigero.*

PINNOTERES, teris. *ſquilla, conchæ marinæ. id eſt, piſcis genus.* de Fin. 103 b, At illa quæ in concha patula, pinna dicitur: isq; qui enat è cõcha: qui, ꝙ eam cuſtodit, pinnoteres vocatur, in eamq; cùm ſe recepit includitur, vt videatur monuiſſe vt caueret, &c aliorũ etiam cauſa quædam faciunt.

PINNVLA. de N. lib. 2, Pulli cum pinnulis vti poſſunt.

PIO, as. *expio* de Leg. 173 b, Hetruriæ principes fulgura atq; oſtenta pianto. pro Dom. 239 b, Si quid tibi piandum aut inſtituendum fuiſſet religione domeſtica.

PIRAEEVS, ei. *πειραιεύς Græcè portus Athenarum.* Att. 103 a, Venio ad Piræea: in quo magis reprehendendus ſum, ꝙ homo Romanus Piræea dixerim, non Piræeum: ſic enim omnes noſtri locuti ſunt: quàm ꝙ in addiderim. & 97 a, In Piræea cùm exiſſem, &c. de Cl. 169 a, Vt ſemel è Piræeo eloquentia euecta eſt.

PIRATA, tæ. *prædo.* I. V. 248 b, Iſte à piratis ob hunc archipiratã pecunias accepit. & 68 b, Vrbes piratis prędonibusq; patefactæ. Off. 73 b, Nam pirata non eſt ex perduellium numerò definitus, ſed communis hoſtis omnium. ꝓ S. R. 43 a, * Quis prædo fuit tam nefarius? quis pirata tam barbarus? vt cùm integram prædã ſine ſanguine habere poſſet, cruẽta ſpolia detrahere mallet. I. V. 204 b, Adſciuerunt illud ſibi oppidum piratę, primò cõmercio, deinde etiam ſocietate. ibid. Hæc ciuitas iſti prædoni ac piratæ Sicilienſi Phaſelis fuit, &c. per iſtos quæ volebat, in nauem clã imponenda, occultè exportanda curabat: nauem denique maximam, quam onuſtam furtis in Italiam mitteret, apud iſtos faciendam ædificandamq; curauit.

PIRATICA, cæ. Poſtquam. 206 a, Is profectò egeſtate coactus piraticam feciſſet.

PIRATICVS, ca, cum. I. V. 250. 254. 255.

PISAE, arum. *oppidum.* Qu. fr. 310 a.

*PISAVRENSIS, ſe. de Clar. 189 b, T. Accius Piſaurenſis.

PISAVRVM, ri. *oppidum.* de Cl. 189 b.

PISCATOR, oris. Off. 63 b, Tũ Pythius piſcatores ad ſe cõuocauit, & ab ijs petiuit, vt ante ſuos hortulos poſtera die

piſcarentur: dixitq; quid eos facere vellet. * ibid. Proſe quiſq; quod acceperat afferebat.ibid. Num feriæ quędam piſcatorum eſſent, quòd eos nullos videret. ibid. Hic piſcari nulli ſolent.

PISCATVS,tus. de Fin. 69 b, Piſcatu, aucupio, venatione, his omnibus exquiſitis, vitantes cruditatem.

PISCICVLVS, li. * Acad. Piſciculos exultantes videmus. * de Nat. 50 b, Cùm piſciculi parui in concham hiantem innatauerint.

PISCINA, næ. *lacuna, in qua piſces viui ſeruantur.* Qu. frat. 326 b, Magna vis aquæ vſq; ad piſcinam publicam. Att. 22 b, Si mulli barbati in piſcinis ſint. Qu. fr. 318 b, Intelligo mirifica ſuauitate te villam habiturum piſcina & ſalientibus additis, palæſtra, & ſylua viridicata. * Att. 17 a, Vt amiſſa Repub. piſcinas ſuas fore ſaluas ſperare videantur. Att. 28 b, Non modò de Cynico conſulari, ſed ne de iſtis quidem piſcinarum Tritonibus poterit ſe iactare. Qu. fr. 328 b, Imagines iſtæ, & palæſtra, & piſcina, & Nilus multorum Philotimorum eſt, non Diphilorum.

PISCINARIVS, a, um. *qui piſcinis delectatur.* Att. 18 b, Beatos homines (hos piſcinarios dico amicos tuos) non obſcurè nobis inuidere. & 29 a, Mihi verò vt inuideant piſcinarij noſtri, &c.

PISCIS, ſcis. de N. 52 a, Piſces, vt aiunt, oua cum genuerint, relinquunt. de Senect. 86 a, Piſces hamo capiuntur. I. P. 94 a, Menſa extructa non conchylijs aut piſcibus, ſed multa carne. * Hortenſ. Primus balneolas ſuſpendit, incluſit piſces. de Fat. Allatus eſt fortè Scipioni accipenſer, qui admodum rarò capitur, ſed eſt piſcis, vt ferunt, in primis nobilis. de N. 51 a, Quæ *aues* cum emerſiſſent, piſcemq; cepiſſent: vſq; eò premere earum capita mordicus: dum illæ captum amitterent, id quod ipſa inuaderet. ibid. Ad quas *ranas marinas* quaſi ad eſcam piſces cùm acceſſerint, confici à ramis atq; conſumi. Off. 63 b, Antepedes, Pythij piſces abijciebantur. ibid. Tantúmne piſcium? ibid. Syracuſis quicquid eſt piſcium.

¶ *Signum cæleſte.* de N. 48 a, & in Arat. Quem propter *arietē*,

*Piſces, quorum alter paulum prælabitur ante,*
*Et magis horriferis Aquilonis tangitur alis.* in Arat.
*At poſitum poteris ſupra cognoſcere piſces,*
*Et pedibus ratum ſummo natum Ioue Perſeum,*
*Quos humero retinet defixo corpore Perſeus.* ibid.
*Ipſe autem labens multis Equus ille tenetur*
*Piſcibus.----* ibid. de piſtrice.
*Hanc aries tegit & ſquamoſi corpore piſces.* ibid.
*----Proceraque vincla videbis,*
*Quæ retinent piſces caudarum parte locata.* ibid.
*Voluitur inferior capricorno piſcis ad Auſtrum,*
*Piſtricem obſeruans, procul illis piſcibus hærens.*
*At propè conſpicies expertes nominis omnes*
*Inter piſtricem & piſcem, quem diximus, Auſtri,*
*Stellas ſub pedibus ſparſas radiantis Aquarij.* ibid.
*Exin ſquamiferi ſerpentes ludere piſces,*
*Quêis comes eſt aries.----*

PISCOR, aris. Off. 63 b, Tum Pythius piſcatores ad ſe conuocauit, ab ijs petiuit, vt ante ſuos hortulos poſtera die piſcarentur.

PISIDAE, arum. *Piſidij, populi.* de Di. 80 b, & 99 b,

PISIDIA, diæ. *regio.* de Diu. 99 b.

PISIDII, iorum. *Piſidæ.* de D. 85 b, Cilices, Pamphylij, Piſidij.

PISISTRATVS, ti. *tyrannus clemens Athenis.* Att. 115 a,

PISTOR, oris. *qui panem conficit.* I. P. 94 a, Piſtor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola atque de cupa. pro Sext. R. 41 a, Mitto haſce artes vulgares, coquos, piſtores, lecticarios, &c. de Fin. 69 b, Optimis cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, &c.

PISTRINVM, ni. *locus vbi frumentum tundebatur mola truſatili.* de Or. 89 a, Oratorem in iudicia & in conciunculas, tanquam in aliquod priſtinum detrudi & compingi videbā. & 121 b, Tibi mecum in eodem eſt priſtino Craſſe viuendum. Qu. fr. 302 b, Tradere aliquem in cuſtodiam, vel in publicum, vel in piſtrinum.

PISTRIX, cis. *cetus, bellua marina.* * in Arat.

*Andromedam tamen explorans fera quærere piſtrix*
*Pergit, & vſq; ſitam validas Aquilonis ad auras*
*Cærula veſtigat, finita in partibus Auſtri.*
*Hanc aries tegit & ſquamoſi corpore piſces,*
*Fluminis illuſtri tangentem corpore ripas.*
ibid. *Piſtricis terga.* ibid. *Piſtricis ſpina.* ibid.
*Exinde exiguæ tenui cum lumine multæ*
*Inter piſtricem fuſæ ſparſæq; videntur*
*Atque gubernaclum ſtellæ.----* ibid.
*Voluitur inferior capricorno piſcis ad Auſtrum,*
*Piſtricem obſeruans, procul illis piſcibus hærens.*
*At propè conſpicies expertes nominis omnes*
*Inter piſtricem & piſcem, quem diximus, Auſtri*
*Stellas.----* ibid.
*Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit.*

PITHO. L. SVADA.

PITVITA, tæ. *vnus ex quatuor corporis humoribus, aquæ ſimilis.* Tuſc. 213 b, Cùm pituita redundat, aut bilis in corpore. * Tuſc. 160 a, Sanguinem, bilem, pituitam, &c. videor poſſe dicere, vnde concreta & quomodo facta ſint.

PITVITOSVS, a, um. de Fat. 141 a, in alijs locis homines ſunt pituitoſi, & quaſi redundantes. in alijs exiccati atque aridi.

PIVS, a, um. *qui pietatem colit.* Off. 70 a, Ipſi patriæ conducit, pios habere ciues in parentes. de Leg. 172 b, Deos piorū & impiorum habere rationem. pro Cor 60 b, Nihil eſt aliud in fœdere, niſi vt pia & æterna pax ſit. de Fin. 79 b, Nemo pius eſt, qui pietatem cauet. pro Seſt. 3 b, Pius dolor & iuſta iracundia. de Somn. 128, Quare tibi Publi & pijs omnibus retinendus eſt animus in cuſtodia corporis. pro S. R. 29 a, Oreſtes ne pius quidem ſine ſcelere eſſe potuit. I. A. 256 b, Tu porrò ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris: & quod verbum omnino nullū in lingua Latina eſt, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis.

† Syntaxis. *Pia & æterna pax*

PLACABILIS, l. *exorabilis.* I. V. 127 b, Omnia habuit æquiora & placabiliora, quàm animum iudicis. Att. 229 a, Vt eo te placabiliorē præbeas. Or. 199 b, Tu eos etiam quos cōtra ſtatutis, æquos placabileſq; dimittis. Att. 268 b, Præbere ſe placabilem alicui. ad Her. 28 b, & 38 a, Placabilis, exorabilis. )( *implacabilis, inexorabilis*

PLACABILITAS, tis. *clementia lenitas, manſuetudo.* Off. 18 a, Nihil laudabilius nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atq; clementia.

PLACANDVS, a, um. Att. 5 b, Primùm tibi de noſtro placando, aut etiam penè reſtituendo polliceor. de Ar. 258 a, Noſtræ ſunt inter nos iræ diſcordiæq; placandæ.

* PLACANS, tis. de Diuin. 121 b,
*Aurigeris Diuûm placantes numina tauris.*

PLACATE, tiùs. *patienter, humaniter, placidè.* Epiſt. 78 b, & 90 a, Omnia humana placatè & moderatè feramus. Ep. 90 a, Remiſſiùs & placatiùs quotidie aliquid ferre.

PLACATIO, onis *pax venia.* de Nat. 61 a, Noſtra ciuitas nūquam ſine placatione deorum immortalium tanta eſſe potuiſſet. de Diu. 115 b, 116 a, Quæ tam ſubita facta & Deorum tanta placatio?

¶ *Moderatio, tranquillitas.* Tuſc. 22 a, Perturbatio animi, placatione abluatur.

PLACATVS, a, um. *placabilis, pacatus, tranquillus, quietus.* Att. 68 a, Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quantum erat frater meus in ſororem tuam. Tuſc. 231 b, Sic animi quietus & placatus ſtatus cernitur. item: Alteros tibi iam placatos eſſe intelligo, alteros nunquā iratos fuiſſe. Tuſc. 169 b, Placatiſſima quies. de Fin. 63 b, Placata tranquilla, quieta, beata vita. Quin. de Pet. 212 a, Tamen hi poſſunt abs te placati æquique diſcedere. pro Mar. 133 b, Dij vel placati, iam vel etiam ſatiati eſſe debent. Poſtq. 198 a, Si mihi placata & tranquilla omnia fuiſſent. Or. 202 b, Res placatæ & minimè turbulentæ. Off. 35 a, Deos placatos pietas efficit & ſanctitas. de N. 62 b, Tu Deciorum deuotionibus placatos eſſe deos cenſes?

† Syntaxis. *Mitis & placatus homo in aliquem. Quietus & placatus animi ſtatus. Placata quies. Placata tranquilla. quieta, beata, vita. Placatus æquuſq;. Placatæ ac minimè res turbulentæ.*

PLACENTIA, æ. *vrbs, & colonia Rom.* in L. Piſonem, apud Aſconium Pedianum.

PLACENTINVS, a, um. de Clar. 170. & 180 a, T. Tinca Placentinus. & I. A. 182.

PLACEO, cis. *non diſpliceo, ſatisfacio, arrideo, iucundus ſum, videtur, probatur, cordi eſt.* Att. 235 b, Cùm ſcripſiſſem ad Brutum de optimo genere dicendi, non modò mihi, ſed etiam tibi ſcripſit, ſibi illud, quod mihi placeret, non probari: quare ſine quæſo quemq; ſibi ſcribere: ſuam cuiq; ſpōſam, mihi meam: ſuum cuiq; amorem, mihi meum: non ſcitè, hoc enim Attilius poëta duriſſimus. item ibi. Meum mihi placebat, illi ſuum. de Or. 11c a, Ego nunquam mihi minus q̄ heſterno die placui. Attic. 149 b, Video tibi non probari, quæ ne mihi quidem placebant. Att. 204 a, Expecto quid iſtis placeat de epiſtola ad Cæſarē. & 208 a, Volo Dolabellæ valde deſideranti placere, ne reperio quid. Qu. fr. 310 a, Longilius mihi aiebat, ſe velle nobis placere. pro Do. 224 a, Nonne fieri poterat, vt populo de Cyprio rege placeret? de exulibus Bizantijs diſpliceret? Att 276 a, Hoc mihi in te placuit. de Off 43 b, Quod ſcribere nō auderem, niſi idem placeret Panætio. Ep. 256 b, Videbis, quid Lyſoni quid medico placeat.

PLACET, bat. *ſcitum eſt.* ad Heren. 6 a, Ita nobis placitum eſt, vt ſcriberemus, &c. D. Brut. Ep. 167 a, Cùm in his verſarer an-

rer anguſtijs, placitum eſt mihi, vt poſtularem legationem, &c. item: Placitum eſt mihi, vt Brunduſium ducerem hanc copiam quam habeo mecum. Epiſt. 114 a, b, & Att. 129 a, De prouincijs placitum eſt, vt coram Pompeio ageretur. pro Sext. R. 35 b, Si dijs immortalibus placet. de Diu. 103 a, Vt doctiſſimis ſapientiſſimisq; placuit. & ibid. Nam nõ placet Stoicis, &c. Acad. 25 a, Duo placet eſſe Carneadi viſorum genera. de Finib. 54 b, Vtrum igitur percurri omnem Epicuri diſciplinam placet? an, &c. item ibi Igitur agam ſic, vt ipſi autori huius diſciplinæ placet. item ibi. Vt placet, inquam. Epiſtol. 3 a, Itaque poſtridie placuit, vt breuiter ſententias diceremus. de Orat. 97 b, Poſtea mihi placuit, eoque ſum vſus adoleſcens, vt explicarem, &c. pro Cluent. 32 b, Canutio placuit repentè iudices pronunciare.

PLACIDE. *leniter, placatè.* Or. 205 a, Placidè ſedateq; loqui. I. V 126 a, Placidè ferre aliquid. Tuſc. 184 b, Placidè & ſedatè ferre dolorem.

PLACIDVS, a, um *placatus, tranquillus.* Tuſc. 237 b, Semper in animo ſapientis eſſe placidiſſimam pacem. & 211 a, Placida quietaq; conſtantia. pro Cecin. 290 a, Aliquem iratum placidum ac mollem reddere. de Sen. 79 b, Placida ac lenis ſenectus. de Or. 125 a, Oratio placida, ſummiſſa lenis.

† Syntaxis. *Placidè ſedateq;. Placida, quietaq; conſtantia. Placidum ac mollem reddere. Placida, ſubmiſſa, lenis oratio.*

PLACO, as *lenio, mitigo, placatum efficio, reconcilio, expio, procuro.* Ep. 202 b, Is ad me Romam literas miſit, vt te ſibi placarem. I. C. 180 a, Quos ego non tam vlciſci ſtudeo, quàm ſanare & ipſos placare reipubl. I. A. 213 b, Iam verò ipſe ſe placabit & leniet prouinciæ Galliç. de Fin. 58 b, Et animos quaſi concordia quadam placet ac leniat *temperantia.* pro Dom. 241 b, Cùm diuinum numen ſcelere violatum precibus placare cogeretur. pro Font. 290 a, Galli humanis hoſtijs deos placant. Tuſc. 179 b, Hæc dextera lernam tetram mactata excetra placauit. pro Deiot. 145 a, Nemo vnquam te placauit inimicus, qui vllas reſediſſe in te ſimultatis reliquias ſenſerit. de Leg. 174 a, Impius ne audeto placare donis iram deorum. Qu. fr. 300 a, Quoſcunque de te queri audiui, quacunq; potui ratione placauit. A. 225 a, Placa animum & mitiga. de Nat. 3 a, Qua in cauſa beneuolos obiurgatores placare poſſumus. pro Dom 222 a, Placaui odia improborum. pro Font. 283 b, Placare animos iudicum.

PLACOR, ris. de Nat. 62 b, Quæ autem tanta eorum fuit iniquitas, vt placari populo Romano non poſſent, niſi viri tales occidiſſent? in Clod. Quibus iſte facilè à ſe Deos placari poſſe arbitrabatur.

† Syntaxis. *Placare & lenire. Placare & mitigare.*

*PLAETORIANVS, a, um. Att. 80 a, Incendium Plętorianũ.

PLAGA, gæ *vulnus, percuſſio.* I. V. 263 a, Deco mercedem vulneris atque plagæ conſtitui nefas eſſe. Tuſc. 183 b, Qui bene inſtituti ſunt, accipere plagam malunt, quàm turpiter vitare. de Nat. 15 a, Grauiorem plagam accipiebat, vt leuiorem repelleret. Epiſt. 136 b, Hæc eſt leuior plaga ab amico, quàm à debitore. Tuſc. 187 a, In profundenda voce venit plaga vehementior. pro Mur. 135 a, Illa plaga eſt iniecta petitioni tuæ maxima. pro Fl. 159 b, Phrygem plagis fieri meliorem. I. V. 269 a, Crepitus plagarum. in Vat. 33 a, Infligere plagam mortiferam alicui. I. A. 212 a, Luculentam tamen ipſe plagam accepit. Orat. 219 b, Sic nec oratio facit plagam grauem, niſi. *pro Seſt. 12 b, Si non fuiſſet accipianda plaga mihi inſanabilis, illi mortifera, quam Reipub. impoſuiſſet. *Tuſc. 187 a, Sic vox, ſic curſus, ſic plaga hoc grauior, quò eſt miſſa contentius.

¶ *Regio.* de Diu. 114 b, Quod ante oculos eſt, non vident, cœli ſcrutantur plagas.

¶ *Impulſio.* de Fat. 144 b, Motus extra pondus & plagam, cùm atomos declinat interuallo minimo & 149 b, Atomi vim quandam habens à Democrito impulſionis, quam ille plagam appellat, ab Epicuro grauitatis & ponderis.

¶ *Numero multitudinis, retia.* I. V. 266 b, Si ex his laqueis te exueris, in illas tibi maiores plagas incidendum eſt. Acad. 37 a, Plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt. Off 65 b, Tendere plagas. Epiſt. 198 b, Conijcere aliquem in alicuius plagas.

† Syntaxis. *Plaga & vulnus. Plagam accipere, repellere. Plaga venit maior. Plagam inijcere, infligere, imponere, facere.*

PLAGIARIVS, a, um. *qui liberum hominem vendit vel emit. item qui ſeruum ſeruámue à domino auertit, fugam ſuadet, emit venditue neſciente domino. Fieri autem poteſt hic, vt ſit cognomen Licinij eius, de quo loquitur Cicero.* Qu. fr. 300 b, Licinium plagiarium cum pullo miluino tributa exigere.

PLAGIOSIPPVS. ad. Her. 34 a.

PLANE, niùs, iſsimè. *clarè, apertè.* )( *obſcurè.* de Or. 95 b, Planè & lucidè loqui. de Aruſp. 249 b, & de Fin. 94 a, Planè & perſpicuè dicere aliquid. Ep. 104 b, Quàm planiſſimè res illa ſcribi potuit. I. V 240 a, Apertiſſimè & planiſſimè explicare aliquid. pro Qu. R. 52 a, Planiùs & apertiùs dicam. Topi. 222 a, Quo planiùs accipiatur. de Fi 166 a, Sed illud dixiſti bene Latinè, parum planè. de Diuin. 128 b, Demoſthenem ſcribit Phalereus, cum Rho dicere nequiret, exercitatione feciſſe, vt planiſſimè diceret. in Piſon 90 a, Quod omnes leges planiſſimè vetant. Ep. 26 a, De Occella parum planè ad me ſcripſeras. de Fin. 52 a, Nam & complectitur verbis quod vult, & dicit planè quod intelligam. I. A. 212 a, Gladiatorem appella, vt appellant hi qui planè & Latinè loquuntur.

¶ *Omnino, prorſus.* de Clar. 184 a, Nec illi hoc planè atque omnino defuit. de Orat. 98 a, Neque omnino, &c. neq; planè, &c. de Clar. 196 b, Quod iam propemodum, vel planè potius effeciſti. de Clar. 191 a, Perfectè, planeq; eruditus. Att. 110 b, Aenigma Oppiorum planè non intellexi. Att. 39 b, Te rogo vt planè ad nos aduoles. ad Attic. 205 a, Quod conueniſti, &c. feciſti planè bene. de Orat. 94 a, Res penitùs cognitæ, planeq; perſpectæ. ad Her. 30 b, Fieri poteſt, vt non planè par ſit numerus ſyllabarum. Epiſt. 40 a, Illud planè moleſtè tuli, quòd videbam, &c. Epiſt. 105 b, Planè enim intelligo, te, &c. Epiſt 5 b, & 21 a, Cauſa Alexandrina videtur ab illo planè eſſe depoſita. Att. 128 b, Explicari mihi tuum conſilium planè volo, vt penitùs intelligam. de Leg. 166 b, Sed ego planè vellem me arbitrum inter eos datum.

† Syntaxis. *Planè & dilucidè. Apertè & planè. Planè & omnino. Propemodum, vel planè potius. Perfectèq; planeq; eruditus.*

PLANETAE, tarum. *inerrantes ſtellæ ſeptem.* Tuſc. lib. 1, Planetarum motus tarditate & celeritate diſſimilimi. *Hortenſ. Omnibus planetis in eundem recurrentibus locum. Tuſc. 241 b, Cùm totius mundi motus conuerſionesq; perſpexerit: ſyderaq; viderit innumerabilia, &c. ſeptem alia ſuos quoque tenere curſus, multum inter ſe aut altitudine aut humilitate diſtantia, quorum vagi motus rata tamen & certa ſui curſus ſpatia definiant. Horum nimirum aſpectus impulit illos veteres, & admonuit vt plura quærerent.

PLANGOR, oris. *eiulatus, ploratus.* Orat. 209 a, Plangore & lamentatione compleuimus forum. I. A. 176 b, Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plauſu reijciebat. ad Her. 21 a. Fœmineo plangore vti.

*PLANGVNCVLA, æ *puſilla πλάγγων, id eſt, puppa.* Att. 98 b, In his *rebus* inuentæ ſunt quinque plangunculæ matronarum, in quibus vna ſororis amici tui. *Alij legunt lagunculæ, alij imagunculæ.*

PLANICIES, ei. *æquor, campus.* *I. V. 225 a, Quo in *loco* ſummo eſt æquata agri planicies, & aquæ perennes: tota verò omni aditu circumciſa atq; dirempta eſt. Quam circa lacus lucíq; ſunt plurimi, & lectiſſimi flores omni tempore anni. de Diu. 80 a, Aſſyrij propter planiciem multitudinemq; regionum, quas incolebant, cùm cœlum ex omni parte patens atque apertum intuerentur: traiectiones motusq; ſtellarum obſeruauerunt.

PLANTA, æ. *ſurculus, ſtirps.* de Sen. 88 a, Malleoli, plantæ, ſarmenta, vites, traduces, propagines, nónne ea efficiunt, vt quemuis cum admiratione delectent.

¶ *Pes.* in Arat.

*Hunc Orionis ſub læua cernere planta Serpentem poteris.*——

† Syntaxis. *Plangor & lamentatio. Aequa agri planicies.*

PLANVS, a, um iſsimus: *æquabilis.* )( *montoſus.* de Nat. 35 a, Duæ formæ præſtantes ſunt, ex ſolidis globus, ex planis circulus aut orbis. pro Cec. 294 b, Aequus & planus locus. cont. Rull. 85 b, Capua planiſſimo in loco explicata. de Vn. 198 a, Si vniuerſitatis corpus planum & æquabile explicaretur. *2. Acad. Quid tam planum videtur quam mare? Ex quo etiam Aequor illud poëtæ vocant.

¶ *Apertus.* pro S. R. 27 a, Atque id obijcere, quod planum facere non poſſis. I. V. 73 b, & 269 b, Cùm præſertim planum facere multis teſtibus poſſim, C. Verrem dixiſſe, &c. ad Her. 7 a, Se planum facturum, ab eo maleficium non abeſſe. Top. 229 b, Oratio plana & euidens.

† Syntaxis *Aequus & planus locus. Planum ſpero facere.*

PLANVS, ni *nebulo.* pro Clu. 32 a, Hic ille planus improbiſſimus, quæſtu iudiciario paſtus.

PLASMA. Attic. 149 b, Sed ſit hoc πλάσμα, magnas habet certè copias. *aliter σύλλημα.*

PLATALEA, læ. *genus auis, quam Plateam vocat Plin.* de Nat. 50 b, Legi etiam ſcriptum eſſe auem quandam, quæ Platalea nominaretur: eam ſibi cibum quærere aduolantem ad eas aues, quæ in mari mergerent: quæ cum emerſiſſent, piſcemq; cepiſſent: vſque eò premere eorum capita mordicus, dum illę captum amitterent: id quod ipſa inuaderet. Eademq; hæc auis ſcribitur conchis ſe ſolere complere: easq; cum ſtomachi calore concoxerit, euomere: atque ita eligere ex eis quæ ſunt eſculenta.

PLATANVS, ni. *arbor.* de Orat.87 a, *Me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis, quàm illa, cuius vmbram ſecutus eſt Socrates: quæ mihi videtur non tam ipſa aquula, quæ deſcribitur, quàm Platonis oratione creuiſſe. ibid. Omnes in ijs ſedibus, quæ erant ſub platano, conſediſſe dicebat. de Diuin.121 b,

*Sub Platano vmbrifera, fons vnde emanat aquai,*
*Vidimus immani ſpecie tortuque draconem.*

ibid. Platani ramus.

PLATO onis. de Opt.244 a, Diuinus autor Plato. de Diu.97 a, & 96 b, Platoni in cunis paruulo dormienti apes in labellis conſederunt, reſponſum eſt, ſingulari illum ſuauitate orationis fore. de Clar.175 b, Quis vberior in dicendo Platone? Iouem ſic, vt aiunt philoſophi, ſi Græcè loquatur loqui. Or.197 b, Ille non intelligendi ſolùm, ſed etiam dicendi grauiſſimus autor & magiſter Plato. Orat. 202 b, Longè omnium quicunq; ſcripſerunt, aut locuti ſunt, & copia dicendi, & grauitate princeps Plato. Tuſc.152 b, Ariſtoteles longè omnibus (Platone ſemper excipio) præſtans ingenio. de Nat.32 a, Plato quaſi quidam deus philoſophorum. Att.63 b, Deus ille noſter Plato in πολιτείᾳ. Qu. fr. 295 b, Princeps ingenij & doctrinæ Plato. Tuſc.156 a, Errare mehercule malo cum Platone, quàm cum iſtis vera ſentire. & ibid. Ego quoq; cum ipſo non inuitus erraueriim. de Clar.181 b, Plato mihi vnus erit inſtar omnium. *Antimachi poeta.* Or.203 a, Platonis locutio potius poëma putandum quam comicorum poëtarum. Acad. 47 b, Platonem ex Academia vetere numeramus: cuius in libris nihil affirmatur, & in vtramq; partem multa diſſeruntur: de omnibus quæritur, nihil certi dicitur. pro R. P. 126 a, Plato iniquitate Dionyſij Siciliæ tyranni, cui ſe ille commiſerat, in maximis periculis inſidijsq; verſatus eſt. Orat. 200 b, Plato exagitator omnium Rhetorum. ibid.203 a, De oratione Platonis & Democriti. de Or.144 a, pro Platone. de Leg.184 a, Contra Platonem. de Or.104 a, & 104 b, In illa commentitia Platonis ciuitate. de Nat.1, Plato in Timæo & in Legibus, mundum deum eſſe ait, & cœlum, & aſtra & terram, & animos, & eos quos maiorum inſtitutis accepimus. Tuſc quæſt.lib.1, Plato pro immortalitate animæ tot rationes attulit, vt velle cæteris, ſibi certe perſuaſiſſe videatur. 1. Famil Plato quantum in repub. contendendum exiſtimârit. ibid. Cur Remp. non attigerit. 1. ad Quint. Frat Plato quando Reſpub. fore beatas putauerit. Academ. quæſt. edit.1 lib.2, Plato ex materia in ſe omnia recipiente, mundum eſſe factum cenſet à Deo ſempiternum. de Fin.lib.1, Plato in muſicis, geometria, numeris, aſtris ſe contriuit. de Fin. lib.5, Plato beatum dicit, cui in ſenectute contigerit, vt ſapientiam, veraſque opiniones aſſequi poſſet. 2 de Leg. Plato eadem dicit de immortalitate animorum, & reliqua poſt mortem tranquillitate bonorum, pœnis impiorum. Acad.quæſt. edit.2 lib.1. Plato in ideis ſeu ſpeciebus diuinum quiddam eſſe dixit. Tuſcul. quæſt lib. 1, Plato in iram & cupiditatem, duas partes animi locis diſcluſit: iramque in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit. 1. de Leg. Plato Crete, cum Clinia & Lacedæmonio Megillo, æſtiuo die in cupreſſetis Gnoſiorum & ſpacijs ſyluestribus de inſtitutis rerumpublicarum, ac de optimis legibus diſputat. Offic. 1, Plato Syracuſium Dionem erudiuit. Or. Plato omnium Rhetorum exagitator, vnum Iſocratem mirabatur. 3. de Orat. Plato Dionem Syracuſium omnibus doctrinis expoliuit. 1. de Leg. Plato ſic fecit, quem tu admiraris, quem omnibus anteponis, quem maximè diligis. Tuſc.quæſt.lib.1, Plato triplicem finxit animam. Tuſcul quæſt.lib. 2, Plato poëtas è ciuitate, quam finxit, eduxit Diuin.lib. 1, Plato iubet ſic ad ſomnum proficiſci corporibus affectis, vt nihil ſit, quod errorem animis perturbationemque afferat. de Nat. deor. 1, Plato Ariſtotelis magiſter. 3. de Orat. Plato non linguæ ſolùm, ſed etiam animi ac virtutis magiſter. de Senect. Plato vno & octogeſimo anno ſcribens mortuus eſt. de Nat deor.1, Plato in Timæo patrem huius mundi nominari negat poſſe: in legum autem libris, quid ſit omnino Deus, inquiri oportere non cenſet. Diuin. lib. 1, Plato negat ſine furore quenquam poëtam magnum eſſe poſſe. 1 de Orat. Plato oratores irridens, ſummus ipſe orator eſt Tuſc q.lib.1, Plato principatum animæ, id eſt, rationem, in capite ſicut in arce poſuit. 1. de Orat. Plato in geometria & muſica præſtantiſſimus. Tuſcul quæſt. lib. 1, Plato ægritudines, iras libidineſque ſemotas à mente & diſcluſas putat. Tuſcul. quæſt. lib. 1, Plato nihil putat eſſe, quod oritur & interreat. Tuſcul.quæſt.lib.1, Plato id ſolum eſſe putat, quod ſemper tale ſit *id eſt, quod æternum eſt, neque mutabile, neque corruptibile.* 2 de Leg. Plato iuſta funerum reijcit ad interpretes religionum, quem nos morem tenemus. Acad.quæſt.edit.lib.2,16, Plato perfectiſſimam diſciplinam reliquit, Peripateticos & Academicos. Acad.quæſt.ed.2.lib.1, Plato Speuſippum, ſororis filium, philoſophiæ quaſi hæredem reliquit. 3 de Leg. Plato Titanum è genere ſtatuit eos, qui, vt illi cœleſtibus, ſic hi aduerſentur magiſtratibus 1 ad Quint. frat. Plato Sardianus, Epicureus. Tuſc. quæſt.lib.1, Plato de animorum æternitate non ſolùm ſenſit idem quod Pythagoras, ſed rationem etiam attulit. 2. de Leg. Plato vir doctiſſimus, idemque grauiſſimus, omniumque princeps de repub. cùm ſcripſit, idem & ſeparatim de legibus eius ſcripſit. Acad. quæſt. ed.2. lib. 1, Plato varius & multiplex & copioſus fuit. Cat. Plato Athenienſis Tarentum venit, L. Aemilio, App. Claudio Coſs. 2 de Legib. Plato ſepulcrum altius vetat extrui, quàm quod quinque diebus abſoluerint: nec è lapide excitari plus, nec imponi, quàm quod capiat laudem mortui inciſam quatuor heroicis verſibus. Academ. quæſt ed.1.lib 2, Plato omne iudicium veritatis, veritatemque ipſam, abductam ab opinionibus & à ſenſibus, cogitationis ipſius & mentis eſſe voluit. de Natur.d. Plato ſine corpore vllo deum vult eſſe, vt Græci dicunt ἀσώματον, Diuinat lib.1, Plato & Socrates, vt rationem non redderent, autoritate tamen reliquos minutos philoſophos vincerent. Acad quæſt. ed. lib. 2, Plato & Socrates tollendi ex eorum numero, qui negarunt quicquam ſciri aut percipi poſſe. Orat. Platonis amplitudo Ariſtotelem à ſcribendo non deterruit. Orat. Platonis frequens auditor Demoſthenes. 10 ad Attic. Platonis de tyrannis auguria. 2. de Leg. Platonis ſummi viri autoritas de ſepulcris, à quo funerum ſumptus præfinitur ex cenſibus, à minis quinque vſque ad minam. Acad quæſt.ed.2.lib.1, Platonis authoritate, vna & conſentiens duobus vocabulis philoſophiæ forma inſtituta eſt, Academicorum & Peripateticorum. de Nat. deor. 2, Platonis diſcipulus quidam Pamphilus, cuius auditorem ſe fuiſſe Sami dicebat Epicurus. de Nat. Deor.1, De Platonis inconſtantia longum eſt dicere. 2. de Leg. Platonis leges de ſpulcro ex agro culto non ſumendæ. Tuſcul. quæſt.lib.1, Platonis liber qui eſt de animo. *is alio nomine Phædon dicitur.* 3. de Orat Platonis libri mirabiliter ſcripti. de Nat. deor 1. Platonis de Timæo deus opifex, ædificatorque mundi. Orat. Platonis oratio funebris, quotannis certo die Athenis recitabatur. 2. de Leg. Platonis oratio omnis de legibus perorata vno æſtiuo die. ad Att. 1, Platonis politia. de Natur. deor. 1, Ex eadem Platonis ſchola Ponticus Heraclides. 9 Fam. Platonis verecundia. 2 de Leg. Platoni proſus aſſentior, ne agri conſecrentur. 2 de Legib. Platoni aſſentior, nihil tam facilè in animos teneros ac molles influere, quàm varios canendi ſonos. 3. de Legib. Platoni noſtro placet muſicorum cantibus mutatis, mutari ciuitatum ſtatus. pro R.P. Virum vnum totius Græciæ facilè doctiſſimum Platonem. 1. Famil. Apud Platonem noſtrum ſcripta diuinitùs. Tuſcul. quæſt. lib. 5, Apud Platonem ſæpe hæc oratio vſurpata eſt, vt nihil præter virtutem diceretur bonum. 2 de Legib. Platonem audiant impij, qui vetat dubitare, qua ſit mente futurus Deus, quando aliquid ei ab impijs donatur: cùm vir nemo bonus ab improbo donari velit. Offic. 1, Equidem & Platonem exiſtimo, ſi genus forenſe dicendi tractare voluiſſet, grauiſſimè & copioſiſſimè potuiſſe dicere. Tuſcul. quæſt. lib. 1, Platonem ferunt, vt Pythagoreos cognoſceret, in Italiam veniſſe, & in ea cùm alios multos, tum Archytam, Timæumque cognouiſſe & didiciſſe Pythagorea omnia. de Nat. d. 1, Platonem auunculum Speuſippus ſubſequens. 1. Famil. Platonem ego autorem vehementer ſequor. * pro Mur. 139 a, Noſtri illi à Platone & Ariſtotele, moderati homines & temperati, aiunt, &c. *id eſt, Platonici & peripatetici.*

PLAVDENDO. I.A.207 b, Attic.251 b, Populus Romanus manus ſuas non in defendenda libertate, ſed in plaudendo conſumit.

PLAVDENS, tis. Qu. fr. 309 b, Dijs hominibusq; plaudentibus. Tuſc. 242 b, Quod quidem me plaudente dicit.

PLAVDO, dis. *aſſentior, approbo, plauſum alicui do, vel tribuo.*) (*reclamo.* Attic. 34 a, Inimici erant equitibus, qui Curioni ſtantes plauſerant.* de Amic. 100 b, Stantes plaudebant in re ficta.

PLAVDITVR. Att. 34 a, Huic ita plauſum eſt, vt ſalua rep. Pompeio plaudi ſolebat ibid. 219 a, Propter malum vicinum, ne Victoriæ quidem plauditur. *aliter, plodiitur.*

PLAVSIBILIS, le. I.V.57 a, Cenſorium nomen iam populare atque plauſibile factum eſt. Tuſc. 201 b, Tantum admonebo, quoniam hæc plauſibilia non ſunt, vt in ſinu gaudeant.

PLAVSTRVM, ſtri. *ploſtrum, currus.* de Diu. 92 b, Se interfectum in plauſtrū à caupone coniectum eſſe. * ibid. Priuſquā plauſtrū ex oppido exiret. ibi. Quid eſſet in plauſtro.

PLAVSVS, ſus. *applauſus, admurmuratio, vox, clamor, indicium, teſti-*

*teſtimonium, ſtudium populi ſpectatorum.* Tuſc. 229 b, Qui nec plauſum, nec lucrum quærunt. & 188 b, Plauſum captans. Att. 34 a, Cæſar cùm veniſſet mortuo plauſu, Curio filius eſt inſecutus. de Sen. 90 b, Quibus à cuncto conſenſu plauſus eſt multiplex datus. Att. 33 a, Huic plauſus maximi impertiuntur. Att. 124 a, In cauſa fœdiſſima plauſus quærere. Att. 231 a, Præſertim tantis plauſibus tanta approbatione infimorum. Att. 274 b, Maximo clamore & plauſu in roſtris collocatus ſum. Qu. fr. 320 a, Ille plauſus, illi datur, quodammodo nobis videtur dari. de Ar. 256 a, Qui eius effrenatos plauſus etiam proſequebantur. *aliter perſequebantur.* de Di. 93 a, Idq; frequentiſſimo theatro, incredibili clamore & plauſu comprobatum eſt. I. A. 176 b, Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plauſu reijciebat. de Diu. 120 a, Galli cantu plauſuq; premunt alas. * pro Q. Gall. Quantos is plauſus & clamores mouet. pro Seſt. 25 a, Theatrales gladiatorijque conſeſſus dicuntur omnino ſolere leuitate nonnullorum emptos plauſus & exiles, & raros excitare. ibid. Plauſum immortalitatem, ſibilum mortem videri *ei* neceſſe eſt. ibid. Cum audito SC. ore ipſi atque abſenti Senatui plauſus eſt ab vniuerſis datus: deinde cùm Senatoribus ſingulis ſpectatum è Senatu redeuntibus. ibid. Ea populus Rom. non ſolùm plauſu, ſed etiam gemitu ſuo comprobauit. ibid. Venit & ſe populo dedit, non plauſus cupiditate. pro Seſt. 26 b, Tantus eſt ex omnibus ſpectaculis vſque à Capitolio, tantus ex fori cancellis plauſus excitatus. I. A. 159 b, Quid Pompeij ſtatuæ, plauſus infiniti? &c. parùmne hæc ſignificant incredibiliter conſentientem populi Rom. vniuerſi voluntatem? Quid Apollinarium ludorum plauſus, vel teſtimonia potius & indicia populi Rom. vobis parua eſſe videbantur? ibid. Vt in illo apparatiſſimo ſpectaculo ſtudium populus Rom. tribueret abſenti: deſiderium liberatoris ſui perpetuo plauſu & clamore leniret. I. A. 160 a, Qui iſtos plauſus, cum à popularibus ciuibus tribuerentur, ſemper contempſerim. ibid. Non plauſum illum, ſed iudicium puto.

† Syntaxis. *Mortuo plauſu venire. Plauſum dare, impertire, alicui. Clamor & plauſus. Excitatus plauſus. Gallorum plauſus & cantus.*

PLAVTVS, *Poëta.* * de Clar. 170 a, Plautus P. Claudio, L. Portio Conſulibus mortuus eſt, Catone Cenſore. Her. 12 b, Infirma ratio eſt, &c. velut apud Plautum.

PLEBECVLA, læ. * Att. 13 a, Illa concionalis hirudo, miſera & ieiuna plebecula, me ab hoc Magno vnicè diligi putat. Att. 257 b, Videtur mihi & plebeculam vrbanam, & (ſi fidem fecerit) etiam bonos viros, ſecum habiturus.

PLEBEIVS, a, um. pro Seſt. 6 a, Veſtitus aſper, purpura illa plebeia ac penè fuſca. Epiſt. 139 a, Verumtamen quid tibi ego videor in epiſtolis? nónne plebeio ſermone agere tecum? & ibidem, Quid tibi venit in mentem, negare Papyrium quenq; vnquam niſi plebeium fuiſſe? fuerunt enim patricij minorum gentium. Tuſc. 159 b, Licet concurrant plebei omnes phiſophi: ſic enim hi, qui à Platone & Socrate & ab illa familia diſſident, appellandi videntur. * De plebeia fece ſellulariorum.

PLEBES, bis. *plebs.* de Leg. 185 b, Plebes quos pro ſe contra vim auxilij ergô decem creâſſit, tribuni eius ſunto.

PLEBICOLA, læ. *popularis.* contra Rull. 83 a, Plebicola tribunus. & pro Seſt. 28. Vt plebicola videretur.

PLEBISCITVM, ti. *vt populi ſcitum, tribunitia rogatio.* de Orat. 126 b, Plebiſcitis multotiens conſularem dignitatem minui. de Fin. 75 b, P. Scæuola, trib. pleb. tulit ad plebem, velléntne de ea re quæri: quo plebiſcito decreta à ſenatu eſt conſuli quæſtio Cn. Scipioni. ad Heren. 5 b, Ex plebiſcito vetari facere aliquid. pro Do. 222 a, Hoc plebiſcitum eſt? hæc lex? hæc rogatio eſt? * Att. 50 b, Si quid in hac rogatione ſcriptum eſt, quod per leges plebíſue ſcita, hoc eſt, quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare, ſine fraude ſua non liceat, non licuerit.

PLEBS, bis. *plebes, vulgus, turba, infima multitudo.* de Clar. 169 a, Cum plebs prope ripam Anienis conſediſſet, eumque montem occupauiſſet. Tuſc. 172 a, In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domeſticos. Att. 53 a, Gradus templorum ab infima plebe completi erant. * pro C. Cornel. 1, Plebem ex Maniliana offenſione victam & domitam eſſe dicit. con. Rull. 82 b, Agros deſertos à plebe atq; à cultura hominum liberorum eſſe non oportere. ibid. Exturbari & expelli plebem ex agris, non conſtitui & collocari. Totus enin ager Campanus colitur & poſſidetur à plebe optima & moleſtiſſima. Quod genus hominum optimè moratum, optimorum aratorum & militũ, ab hoc plebicola tribuno plebis funditus eijcitur. pro Mil. 120 a, Plebem & infimam multitudinem, quæ P. Clodio duce fortunis veſtris imminebat, eam, quò tutior eſſet vita



noſtra, ſe feciſſe commemorat, vt non modò virtute flecteret. ibid. Cùm ne plebem muneribus placârit.

PLECTOR, ris *punior.* de Or. 135 a, Aemilius fecit, plectitur Rutilius. pro Cluent. 19 b, Et ſine inuidia culpa plectatur, & ſine culpa inuidia ponatur. de Am. 11 a, Cùm multis in rebus negligentia plectimur, tum maximè in amicis deligendis. Offic. 38 a, Iure igitur plectimur. de Leg. 193 a, Vt in ſuo vitio quiſque plectatur, vis capite, auaritia mulcta, honoris cupiditas ignominia ſanciatur. Off. 18 a, Cauendum eſt, ne iiſdem de cauſis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. Ep. 180 a, Plecteris ergo, inquiunt.

† Syntaxis. *Culpa plectitur ſine inuidia. Negligentia plecti, iure, in ſuo vitio.*

PLECTRVM, ctri. *inſtrumentum, quo citharœdi chordas lyræ plectunt, id eſt, percutiunt.* de Nat. d. 56 a, Itaq; plectri ſimilem linguam noſtri dixêre, chordarum dentes.

PLENE. *planè, perfectè, cumulatè.* de Diu. 108 b, Quæ vt plenè eſſet, cumulateq; perfecta, de diuinatione ingreſſi ſumus dicere, &c. Off. 10 a, Quoniam viuitur non cum perfectis hominibus, pleneq; ſapientibus. Qu. fr. 297 b, Si hoc plenè vitare non potes. de Cl. 105 a, Perfectè planeq, eruditus. * Incer. Plenè Sentiam.

PLENITVDO, nis. *magnitudo.* ad Heren 30 b, Cùm in altero longior aut longiores, plenior aut pleniores ſyllabæ eiũt, vt longitudo aut plenitudo harum multitudinem alterius exæquet.

† Syntaxis. *Plenè, cumulateq; perfectus. Plenè ſapiens homo. Perfectè, pleneq; eruditus.*

PLENVS, a, um: nior, ſsimus. *refertus, confertus, completus, repletus, oppletus, frequens, frequentatus, redundans, affluens, cumulatus, integer, perfectus.)(.inanis, exilis, enectus.* Ac. quæſt. 29 b, Leucippus plenum & inane dixit eſſe, &c. I. V. 115 b, Domus plena cælati argenti optimi, multæq; ſtragulæ veſtis precioſiſſimorumq; mancipiorum. pro Pomp. 10 a, Portus pleniſſimus nauium. pro Font. 276 b, Referta Gallia negociatorum eſt, plena ciuium Romanorum. de Cla. 174 b, Peracutum & artis plenum orationis genus. Tuſc. quæſt. 241 b, Omnia honeſta plena gaudiorum ſunt. Acad. 28 b, Turpiſſimum eſt & pleniſſimum temeritatis. Poſtquam 206 b, Somni, ſtupri, vini plenus. de Prouin. 73 a, Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? Ep. 179 b, Homo plenus officij. in Verr. 226 b, Ornamentis fanorum plena domus, villæ refertæ. Ep. 262 b, Itaque habui noctem plenam timoribus. pro Seſt. 7 b, Ocioſa vita, conferta & plena voluptatibus. de Sen. 77 a, Vir fide plenus. Ep. 153 a, Literæ grauiſſimis verbis ſententijsq; plenæ. Acad. lib. 2, Alabaſter plenus vnguenti, Nonius. de Orat. 88 a, Deinceps omnia plena conſiliorum, inania verborum videmus & 90 a, Orator plenus & perfectus is eſt, qui de omnibus rebus poſſit variè & copioſè dicere Off. 1 a, Orationem autem Latinam profectò legendis noſtris efficies pleniorem. de Offic. 13 a, Ea neſcio quomodo quaſi pleniore ore laudamus. Attic. 45 a, Ex tuis literis plenus ſum expectatione de Pompeio. de Cla 175 b, Nemo plenior & vberior ad dicendum fuit. de Orat. 144 b, Aotonium ieiuniorem, Craſſum pleniorem aut ſuauiorem audiui. de Clar. 192 a, Subſellia grandiorem & pleniorem vocem deſiderant. Epiſt. 194 a, Ingredi pleno gradu. ad Her. 30 b, Syllaba longior & plenior. de Orat. 147 a, E plenum. ad Her. 12 a, Perfecta & plena argumentatio. de Fin. 114 b, Perfecta & Plene ſententia.)(. *curia.* de Somn. 127 a, Numerus plenus. Tuſc. 241 b, Ex perpetuis pleniſque gaudijs vita beata exiſtit. pro Mil. 106 a, Vt haberet plenum annum atque integrum ad præturam gerendam. de Orat. 111 a, Quid plenius, quàm omni genere cumulata oratio? Orat. 211 b, Si & plenum eſt, fit imminutum. de Diuinat. 114 b, Iecur plenum.)(. *Iecur exile.* * Att. 26 a, Epiſtola plena nõ modò actorum, ſed etiam opinionum tuarum. con. C. Anton. Caput Plenum animæ & ſpiritus. de reg. Ptolem Difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis. 2 Acad Quibus etiam alabaſter plenus vnguenti putere videatur.

† Syntaxis. *Peracutum & artis plenum orationis genus. Turpiſſimum & pleniſſimum temeritatis. Stupri plenus. Inimicorum plenus, officij. Confertum & plenum ornamentis. Alabaſter vnguenti plenus. Orator plenus & perfectus. Ad dicendum plenus & vberior. Plenior & grandior vox. Pleno gradu ingredi. Pleno ore laudare. Plena ſententia, numerus, gaudium.*

PLERA, *pro Pleraque.* de Leg lib. 3, Minores magiſtratus partiti iuris plures in plera, ſunto.

PLERIQVE, pleræque, pleraque. *maior pars.* I. A. 212 a, de N. 36 b, Vt pleriq; dicunt phyſicæ rationis ignari. de Or. 97 a, Eſt enim magni laboris, quem pleriq; fugimus. Ep. 77 a, Pleriq; eorum, quibus cum vivo neceſſariò. de Inu. 66 a, Partes generum pleræque. Tuſc. 216 a, Pleræq; quæſtiones. de Fin. 127 a, Theophraſtum adhibemus ad pleraque

Orat,

Orat. 204 b, Pleraque ex illis conueniunt huic tenuitati.

PLERVNQVE. *magna vel maiore ex parte, maiore parte, magnam partem, maximam partem, perſæpe ferè, maiorem partem.* Acad. quæſt. 5 a, de Diu. 111 a, Fortuita ſunt, quæ plerunque, nõ ſemper eueniunt. & 107 a, Aut ſemper aut plerunque. de Clar. orat. 167 b, Sententia aptis conſtricta verbis cadit plerunque numeroſè. ad Att. 76 b, Multis locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo maneo plerunque. de Fin. 59 b, Plerunque improborum facta primò ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo & fama, tum, &c. Epiſt. 229 a, Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus, ſed plerunq; neceſſarijs, vt hoc tempore. Off. 10 a, Fortis animus & magnus in homine non perfecto, nec ſapiente, feruentior plerunque eſt.

† Syntaxis. *Id plerunque non ſemper fit.*

PLORATVS, tus *plangor, eiulatus.* Tuſc. 179 b, * Heu virginalem me ore ploratum edere. Att. 76 b, Audiuimus, &c. ciuitatum gemitus ploratus.

PLORO, as. *ploratum edo.* pro Dom. 214 b, Senatum pro me plorare & ſupplicare prohibuerunt. Att. 242 a, Plorando feſſus ſum.

PLOSTRVM. ſtri. *plauſtrum.* I.V. 86 b, * Omnia ſigna ex fanis, ex locis publicis, palàm, ſpectantibus omnibus, ploſtris euecta aſportataq; eſſe.

PLVIT, bat. *imber effluit.* de Diu. 220 b, Sanguinem pluiſſe ſenatui nunciatum eſt. Top. 224 a, Pluuia & pluendo coniugata.

PLVMA, mæ. de N.d. 50 a, Pluma aliàs, aliàs ſquama videmus obductas. in Ara.

*Quem rutila fulgens pluma præteruolat ales.* Att. 133 a, Coſſ. qui pluma aut folio faciliùs mouentur. * de Fin 94 a, Alia nullam ob vtilitatem quaſi ad quendam ornatum *videntur a natura eſſe donata*, vt cauda pauoni, plumæ verſicolores columbis.

PLVMATVS, a, um. *pennatus.* de Nat. 48 b,

*Extrema nitens plumato corpore taurus.* in Arat.

PLVMBEVS, a, um. *hebes, rudis, obtuſus.* Tuſc. 163 a, Niſi planè in phyſicis plumbei ſumus. de Fin. 117 a, O' plumbeum pugionem. Att. 10 b, Cùm illum plumbeo gladio iugulatum iri diceret.

PLVMEVS, a, um. *plumis refertus.* Tuſc. 200 b, Collocemus in culcitra plumea.

PLVRIMVM. *multum.) ( minimum.* de In. 62 a, Zeuſis muliebri in corpore pingendo, plurimum alijs præſtabat. Epiſt. 6 a, Alterum mihi, vt te plurimum diligam facere neceſſe eſt. Par. 225 a, Vt quiſq; quod plurimi eſt poſſidet, ita ditiſſimus habendus eſt. pro S R. 19 b, Qui apud me dignitate plurimum poſſunt. de Inu 47 b, Habere plurimum dignitatis de Or. 95 a, Vt in quoq; oratore plurimum eſt, ita mexime is pertimeſcit. de Or. 67 a, Caput eſt quàm plurimum ſcribere. pro R.P. 128 b, An tum credebat inductus vſuris, vt haberet quàm plurimum?

† Syntaxis. *Vt in quoque oratore plurimum eſt, ita is maximè timet Ille plurimi eſt, habet plurimum.*

* PLVRIMVS, a, um. pro M. Font. Equites numero plurimi è Gallia.

PLVS, ris, plures, plura. *magis, amplius, præter, vltrà, antè.* Attic. 92 a, Pompeium mehercule plus plusq; indies diligo. de Fin. 221 a, Alter valet plus quotidie, alter videt. de Inu. 66 a, Nam ſæpe virtus, &c. plus proficiat ad miſericordiam quàm humilitas, &c. Att. 102 b, Tantum, & plus etiam. de Orat. 85 a, Nec autoritate quiſquam apud me plus te valere poteſt. Attic. 133 b, Caue putes hoc tempore plus me quenquam cruciari, quòd, &c. de Nat. 2 a, Fieri non poteſt, vt plus vna vera ſit. Acad. 20 a, Sentio in columba plures videri colores, nec eſſe plus vno. Att. 162 a, Ego te nimio plus diligo. Epiſt. 217, Affuit, ſed non plus duobus aut tribus menſibus. de Nat. 21 a, Moleſtum eſt, vno digito plus habere. Orat. 202 a, Nec plus vno. pro S. R. 16 b, Nunquam Romæ plus triduo fuit. Attic. 143 a, Dimidio plus ſcripſit Clodia. in Verr 164 b, Addicitur medimnis MM. dimidio ferè pluris quàm anno ſuperiore. pro Seſt. 21 b, Tribunum plebis plus viginti vulneribus acceptis iacentem vidiſtis. pro Quin. 7 a, At tecum anno plus vixit. ad Her. 25 a, Quiſquis enim audierit de arte paulò plus, omnia videri poterit. de Am. 107 a, Neque verendum eſt, ne plus æquo quid amicitia congeratur. Att. 193 a, Non plus annum poſſum aſſequi, quod volo. ibid. 68 a, Vt hoc noſtrum deſiderium, ne plus ſit annuum. ibid. 95 b, Hoc eſt, non plus annum obtinere prouinciam? Tuſc. 182 b, Ferre plus dimidiati menſis cibaria. de Leg. 157 a, Alius alio plus habet virium. de Inu. 58 b, Vultis autem pecuniæ plus habere. pro Seſt. 27 b, Nemo Carthaginenſium pluris fuit Annibale, conſilio virtute, rebus geſtis. Att. 80 a, & 254 a, Quod pluris eſt, quàm omnia. Topic. 228 a, Eloquentia pluris eſt, quàm iuris ciuilis ſcientia. de Prou. 71 b, Qui hoc etiã ſe pluris eſſe quàm collegas putat, quòd, &c. Off. 32 b, Conſideratè agere pluris eſt, quàm cogitare prudenter. Att. 195 b, Mihi conſcientia pluris, quàm hominum ſermo. pro Qu. R. 50 b, Ager nunc multo pluris eſt, quàm tunc fuit. I. A. 207 a, Hic pluris habetur, quàm L. Trebellius. de N. 64 b, Arrogantis eſt, pluris ſe putare quã mundum. Ep. 152 b, Pluris putare quàm alios. Parad. 125 a, Hæc pluris æſtimanda ſunt, quàm illa, &c. Epiſt. 32 b, Ex quo tempore tu me diligere cœpiſti, quotidie pluris feci. de Aruſp. 244 b, Itaq; cum nunquam à me eſſe accuſandum putaui, non plus quàm ſtipitem illum, qui, &c. de Diu. 103 a, Alij quos prudentes poſſumus dicere, diuinos nullo modo poſſumus, non plus quàm Mileſium Thalem, qui, &c. pro Cl. 41 b, Hoc pluribus verbis dicere non debeo pro Pom. 7 a, Non poſſunt in ciuitate multi res amittere, vt non plures ſecum trahant. ad Heren. 30 a, Qui cum plures eſſent, paucis nobis exequari non potuerunt. Ep. 3 a, Perſpiciebant enim in Hortenſij ſententiam multis partibus plures ituros. de Inu. 53 b, Hoc non plus quàm in duas partes poſſe diſtribui puto 229 a, Verbáne plus, an ſententiæ valere debeant. Att. 98 b, Neuter quempiam omnium pluris facere videtur, quàm me. & 118 a, Facio pluris omnium hominum neminem. Off. 55 b, Pluris putare quod vtile videatur, quàm quod honeſtum, turpiſſimum eſt. de Leg. 169 a, Ego verò cùm licet plures dies abeſſe, amœnitatem hanc ſequor. de Leg. 182 a, Hoc Plus, inquit, Ne rogum facito. * Incer. Plure venit. *id eſt, maiori pretio.*

Syntaxis. *Plus plusq; indies te diligo. Tantundem, & plus etiam. Nimio plus te diligo. Vno digito plus habere, moleſtum eſt. Anno plus morari. Non plus æquo cupis. non plus annum aſſequar. Quæſo, ne plus ſit annua prouincia. Id pluris eſt quàm omnia. Pluris ſe putare, æſtimare, quàm. Hoc plus, Ne rogum facito.*

PLVSCVLVM. *paulò plus.* Ep. 67 b, Amoriq; noſtro pluſculum etiam quàm concedit veritas, largiare. de Or. 117 b, Cauſæ in quibus pluſculum negotij eſt. *id eſt, paulò plus.*

PLVSQVAM. *vltraquam, amplius antè.* pro Fl. 148 a, Græci ſemper accuſatori pluſquam ad rogatum reſpondent. de Or. 94 a, Iſta quæ exiſtimas pluſquam ipſam artem poſſe prodeſſe.

PLVTEALIS, le. * Attic. 5 b, Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere, & putealia ſigilla duo. *Alij putealia ſigillata, alij putealia ſigilla, alij ſignata.*

PLVTIA, æ *locus in Sicilia.* I.V. 193.

PLVTO, onis. *Dis pater, orcus.* de Nat. 68 a, Dis, apud Græcos πλούτων.

PLVTONIVS, a, um. de Diu. 97 a, Mortifera, plutonia terra in Aſia.

PLVVIA, viæ. *imber.* Attic. 246 b, Equidem etiam pluuias metuo, ſi prognoſtica noſtra vera ſunt: ranæ enim ῥητορεύουσιν.

PLVVIVS, a, um. pro Mur. 120 a, Tu ſcis vt aquæ pluuiæ arceantur. Top. 224 a, Aqua pluuia nocens.

POCVLENTVS, a, um. *quod in potum ſumi poteſt.* de Nat. 54 b, Ea pars oris, qua eſculentis & poculentis iter natura patefecit. *Alij potulentis legunt.*

POCVLVM, li. *ſcyphus.* pro Cl. 23 b, Cui cùm ipſe poculum dediſſet, ſubitò illa in media potione exclauauit, ſe maximo cum dolore mori. Tuſ. 169 a, Cùm venenum obbibiſſet reliquum ſic è poculo eiecit, vt id reſonaret. pro Clu. 24 a, Iam exhauſto illo poculo mortis. de Senect. 86 b, Pocula vt in Sympoſio Xenophontis, minuta atque rorantia. pro Fl. 163 b, Nam iſte magnitudine poculorum bibẽdoq; totam Aſiam ſuperauit. I. A. 162 b, Si in tuis illis immanibus poculis hoc tibi accidiſſet. I. V. 89 b, Poſcunt maioribus poculis. * I.V. 208 b, Habere cum perbona toreumata, in his pocula duo quædam: quæ Heraclea nominantur, Mentoris manu ſummo artificio facta. Quod vbi iſte audiuit, ſic cupiditate inflammatus eſt non ſolum inſpiciundi, verum etiam auferendi, vt Diodorum ad ſe vocaret ac poſceret. Ille qui illa non inuitus haberet: reſpondit ſe Lilybei non habere: Melitæ apud quendam propinquum ſuum reliquiſſe. pro Clu. 53 a, Quæ deinde interceptio poculi? ibid Quem ſtatim epoto poculo mortuum eſſe dixiſtis. pro Clu. 54 a, In pane datum venenum. Faciliúsne potuit, quàm in poculo? &c. Facilius fallere in pane ſi eſſet animaduerſum, quàm in poculo? cùm ita confuſum eſſet, vt fecerni nullo modo poſſet? Tuſc. 163 b, Cùm penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum. Tuſc. 169 a, Cui poculum traditum ſint. de Senect. 86 b, Me vero & magiſteria delectant à maioribus inſtituta, & is ſermo, qui more maiorum à ſummo adhibetur magiſtro in poculo: & pocula ſicut in Sympoſio Xenphontis minuta atque rorantia.

† Syntaxis. *Poculorum magnitudine & bibendo cunctos Græci ſuperant, ille Græciam ſuperat. Poſcere maioribus poculis.*

POPA-

PODAGRA, græ. *dolor artuum, dolores pedum.* de Fin. 127 a, Arceſilas cùm podagræ doloribus arderet, &c. Tuſc. 148 b, Qui complures annos doloribus podagræ crucientur maximis. * Hortenſ. In dolore podagræ nihilo fortior. * Ep. 98 a, Si quid conſtitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas.

† Syntaxis. *Doloris ardor, remiſſio, cruciatus.*

POEMA tis. *poëtæ opus.* Acad. 40 b, Atq; ipſe varium & elegãs omni ferè numero poema feciſti. Orat. 203 a, Platonis locutio potius poema putandum, quam comicorum poetarum: apud quos niſi quòd verſiculi ſunt, nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis. Qu. fr. 320 a, Componere poema ad aliquem. Att. 13 b, Lucullus Græcum poema condidit. de Or. 103 b, Empedocles phyſicus egregium poema fecit. I. P. 94 b, Is poema fecit ita feſtiuum, ita concinnum, ita elegans, nihil vt fieri poſſit argutius. de Diu. 94 b, O poema tenerum & moratum, atq; molle. Qu. fr. 312 b, Non mehercule quiſquam μυσοπώτυγος libentius ſua poemata legit, quàm ego te, &c. ibid. 125 b, Opus eſt ad poema quadam animi alacritate. Offic. 55 a, Quod in poematibus & in ſcripturis vſu venit de Diu. 131 b, Non eſſe autem carmen illud furentis, ipſum poema declarat: eſt enim magis artis & ſcientiæ, &c. de Leg. 156 b, Alias in hiſtoria leges obſeruãdas putare, alias in poemate. Quippe cùm in illa ad veritatem, Quinte, referantur, in hoc ad delectationem pleraque. ad Heren. 24 a, & 25 a, Cùm ex orationibus aut poematibus elegeris exempla. *alter, poematis.* Chariſius lib. 1, ſic ait: Itaq; Cicero pro Gallio, poematorum: & in oratore, poematis dixit. * de Opt. 243 a, Poematis tragici, comici, epici, meliti etiam ac dithyrambici, quod *genus* magis eſt tractatũ à Latinis, ſuum quodvis eſt diuerſum à reliquis. Att. 59 b, De poemate quod quæris, quid ſi cupiat effugere? Qu. fr. 320 a, Poema ad Cæſarem quod compoſueram, incidi.

† Syntaxis. *Poema omni numero elegans, varium, componere ad aliquem, condere, facere, feſtiuum, concinnum, argutum, tenerum, moratum, molle. Poematorum.*

POENA, næ. *ſupplicium, animaduerſio, damnum, incommodum, mulcta.*)(*beneficium, commodum.* pro Corn. 58 b, 59 b, de L. 185 a, Cùm magiſtratus iudicaſſit per populum mulctæ, pœnę certatio eſto. Att. 177 a, Nos ſtultitię noſtræ grauiſſimas pœnas pendimus reipub. de Nat. 76 a, Péndere pœnas ſceleris. pro Seſt. 25 a, Omnes hi reip. pœnas aut præſenti morte, aut turpi exilio dependerunt. Tuſc. 179 b, Expendere pœnas alicui. de Orat. 218 a, Quicunq; rempub. violaſſent, ab omnibus eſſe ei pœnas perſolutas. Anteq. 195 b, Itaq; illi ſuorum ſcelerum conſcientia cruciati, mihi abſenti & populo Rom. pœnas dabunt. de Ar. 252 b, Cùm eas pœnas des, quæ ſunt ſolæ hominũ ſceleri à dijs conſtitutæ. Tuſc. 279 a, Cùm adhuc ſtyli pœnas dem. cont. Rull. 72 b, Pœnam ſine prouocatione, animaduerſionem ſine auxilio dari cuipiam. pro Dom. 249 a, Is pœnam hãc maternæ temeritatis tulit, vt præberet, &c. ibid. b, Et grauiſſimas pœnas affinitatis impuriſſimæ ſuſtinuit. Poſtq. 198 a, Suſtinere pœnam ſempiternam. pro Fl. 154 b, Pœna falſarum & corruptarum literarum Romæ grauis eſt. pro Flac. 194 a, Summi amoris in patriam viciſſim nos pœnas, ſi ita placet, ſufferamus. pro Pom. 6, a, Is adhuc pœnam nullam ſuo dignam ſcelere ſuſcepit. Offic. 64 b, Quæ qui inficiatus eſſet, duplicem pœnam ſubibat. item, Et ſubire pœnam dupli. pro Seſt. 28 a, Si ſcelus eſt amare patriam, pertuli pœnarum ſatis. de Leg. 179 a, Plus pœnarum habui quàm petiui. Qu. fr. 309 a, Teneri ea pœna, quę eſt de vi. de N. 78 a, Luere pœnas. pro Dom. 122 a, Pœna in ciues Rom. nominatim ſine iudicio conſtituta. Att. 144 b, Itaque dedo Pœnas temeritatis meæ. Att. 150 b, Perſequi pœnas alicuius. *id eſt, vlciſci pœnas illius.* Anteq. 297 a, Si malui inimicorum cupiditati, quàm reipub. & legitimę authoritati pœnas ſufferre. de Cl. 187 a, Is in manifeſto facinore deprehenſus, pœnas legibus & iudicio dedit. Attic. 227 a, Vereor ne nobis idus Martiæ nihil dederint præter lætitiam, & odij pœnam, & doloris. & 282 a, In animaduerſione pœnaq; duriorem eſſe. cont. Rull. 84 b, Perferre omnes acerbiſſimas pœnas impiorum. de In. 73 a, Sumere pœnas. I. V. 269 b, Repetere pœnas ab aliquo. pro S. R. 29 a, Furiæ quæ parentum pænas à filijs repetũt. Anteq. 195 b, Si à me luxuries & ſtupra Caſſij pœnas repetunt. de Inuen. 46 a, Petere pœnam ab aliquo. Attic. 12 a, Petere pœnas ſui doloris ab ab aliquo. Epiſtol. 13 a, Iudicio perſequi pœnam ab aliquo. I. V. 154 a, Pœnam octupli commiſſam perſequi. pro Seſt. 28 a, Pœnam domeſtici ſanguinis expeto. pro Mur. 135 a, Morbi excuſationi pœna addita eſt. de Ar. 252 b, Pœna quæ ſequeretur illud ſcelus. Off. 64 b, A iuriſconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. de Or. 102 a, Innocẽtiam iudiciorum pœna liberare. pro Plan. 268 a, Noli obſeruantiam ſancire pœna. pro Corn. 62 a, Aliquem mulcta & pœna mulcto. Off. 36 b, Tantaq; pœna eos afficiamus, quantum æquitas humanitasq; patitur. Ep. 266 b, Non poteris effugere huius culpæ pœnam. pro Dom. 213 b, Quæ te tanta pœna tuorum ſcelerum ac flagitiorũ vexat? vt arbitreris. pro Corn. 58 a, Hanc pœnam fœderibus aſcribere, vt nullus populus fœderatus ciuitate donari poſſit, niſi fundus factus ſit. Offic. 18 a, Cauendum eſt, ne maior pœna quàm culpa ſit. I. P. 89 b, Deorum immortalium hæ ſunt in impios pœnæ certiſſimæ coſtitutæ. ibid. 90 a, Aliquem pœnas patriæ dijsq; immortalibus, eas quæ grauiſſimæ ſunt, furore atq; inſania péndere. ibid. b, Grauiſſimę legum pœnæ. pro Lig. 139 a, Ea pœna in qua adhuc Q. Ligarius eſt, non videris eſſe contentus. I. P. 99 a, Et pœnam quæ tanto facinori deberetur, ſubire. & 100 a, Non in eo cui facta eſt iniuria, ſed in ijs qui fecerunt ſceleris ac conſcientiæ pœna remanſit. in Anton. 232 a, Mors naturæ pœna eſt, iracundiæ tormentum atq; cruciatus. ibid. 337 a, Is pœnas dijs hominibusq; meritas debitasq; perſoluet. Off. 68 a, Prætores conſcripſerunt edictum cum pœna atq; iudicio. de Amic. 103 b, Is pœnas reipublicæ graues iuſtasq; perſoluit. de Leg. 174 a, Periurij pœna diuina exitium, humana dedecus. ibid. 183 a, Pœnaq; eſt, ſi quis buſtum violârit. pro Mil. 104 b, Qui non pœnam cõfeſſioni, ſed defenſionem dedit. & ibid. 118 a, Vobis veſtro in conſpectu feræ, ſed tamen iuſtæ & debitæ pœnæ ſunt. * de Prou. conſ. 71 b, Quam pœnam ſi tum aliorum opibus euolarunt: at aliam multò maiorem grauioremq; ſubierunt. Quæ enim homini grauior pœna accidere potuit? quàm non credi literis? pro Seſt. 9 a, Equites Rom. daturos illius diei pœnas. de Fin. 58 b, Legũ iudiciorumq; pœnis obligantur. pro C. Corn. 1, Niſi pœna acceſſiſſet in diuiſores. de Conſolat. Vt ſcelerum pœnas lueremus. de Leg. Octo pœnarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, mors, ſeruitus. * pro Dom. 222 a, Vt ne pœna.

† Syntaxis. *Pœnas alicui péndere, depéndere, expéndere, perſoluere, imponere. Dare pœnas alicui. Sceleris, impudentiæ, ſtyli pœnas dare, ſuſtinere. Falſarum & corruptarum literarum pœna. Pœnas ſufferre, ſuſcipere nullam ſuo dignam ſcelere. Pœnam ſubire duplicem, dupſici habere, perferre. Pœna teneri ea quæ eſt de vi. Luere, dedere, perſequi, id eſt, vlciſci pœnas. Iudicio & legibus dare pœnas. Animauerſio, pœnaq;. Impiorum pœnas perferre. id eſt, ab impijs. Pœnas ſumere, repetere, petere, perſequi iudicio ab aliquo. Pœna octupli commiſſa. Pœna & mulcta mulctare. Pœna afficere. Pœna flagitiorum vexari. Deorum in impios pœnæ. Subire pœnam. Merita & debita pœna. Edictum cum pœna atq; iudicio. Si quis buſtum violârit, pœna eſto.*

POENITENS, tis I. A. 240 b, Optimus eſt portus pœnitenti, mutatio conſilij.

POENITET, bat. *tædet, piget, dolore affici.* Att. 146 a, Non pœnitet me conſilij de tua manſione. de Orat. 145 a, Memet mei pœnitet. Epiſt. 78 a, Suæ quemq; fortunæ pœnitet. de Inu, 63 a, Quòd ſi, &c. neq; eos, neq; alios induſtriæ noſtræ pœnitebit. pro Dom. 16 b, Quarum rerum ſi quem pœnitet, cum victoriæ populi Rom. neceſſe eſt pœnitere. Epiſt. 23 a, Vt eos ineptiarum ſuarum pœniteret. ibid. 27 a, Huius me conſtantiæ puto fore, vt nunquam pœniteat. pro Planc. 275 b, Vide quam me verbi tui pœniteat, non modò, &c. de Ar. 254 a, Et eo feciſſe ſe autore dicebat, cuius autoritatis neminem poſſet pœnitere. de Somn. 128 a, Ipſa verò terra ita mihi parua viſa eſt, vt me imperij noſtri pœniteret. Epiſt. 8 a, Me meæ fortunæ nõ nimis pœnitet. Orat. 212 b, Niſi fortè ſic loqui pœnitet. de Or. 115 b, Efficiunt, vt me non didiciſſe minus pœniteat. Attic. 178 a, Me pœnitet quòd te offenderim. Attic. 122 a, Etſi ſolet eum, cum aliquid furioſè fecit pœnitere. de Inuen. 67 a, Vtrum id facinus ſit, quod pœnitere ſit neceſſe. pro Mur. 139 a, Sapientem nihil pœnitere. Tuſc. 144 a, Sapientis eſt proprium, nihil quod pœnitere poſſit, facere. & 238 b, Sequitur vt nihil pœniteat, nihil deſit. Attic. 102 b, & 101 b, Ego illi, quòd de ſua ſententia deceſſerit, pœnitendum puto. Epi. 128 a, Conſilij noſtri, niſi eos pœniteret, nobis pœnitendum putarem. de Fin. 87 a, Sæpiusq; relinquit cauſas pœnitendi, quàm recordandi. Tuſc. 216 b, Tanta vis fuit pœnitendi. Academ. lib. 3, Quòd ſi liceret, vt ijs qui in itinere deerrauiſſent, ſic vitam deuiam ſecutos corrigere errorem pœnitendo, felicior eſſet emendatio temeritatis. Orat. 208 b, Quæ qualiacunq; in me ſunt, me enim ipſum non pœnitet quanta ſint, ſed apparent. Att. 195 b, Quòd me ipſe per literas conſolatus ſum, non pœnitet me quãtum profecerim. Offic. 1 a, Tam diu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit. pro Mil. 117 a, Viri fortis eſt, ne ſupplicijs quidem moueri, vt fortiter feciſſe pœniteat. Att. 37 b, Tædet ipſum Pompeium vehementerq; pœnitet. I. A. 159 a, Num huiuſce, cùm pro ſa-

lute reipub. tanta geſſiſſes, fortunæ te, num gloriæ pœnitebat? I.A. 186 b, Quos certò ſcio dignitatis vxorum ſuarum non pœnitere.* Hortenſ. Vt calculum reducas, ſi te alicuius dati pœnitet. pro Cæl. 38 b, Id nunquam tam acerbè feret M. Cælius, vt eum pœniteat non deformem.

† Syntaxis. *Memet mei pœnitet, tuæ victoriæ, meæ fortunæ. Nihil quod pœnitere poſſit, facias. Conſilij tui tibi pœnitendum eſt. Errorem pœnitendo corrigere. Pœnitens, pœnitendi cauſa, pœnitendo.*

POENVLVS, li. de Fin. 118 b, *Zenonem appellat Pœnulum, id eſt Pœnum. Citium enim Zenonis patriam, quæ in Cypro eſt, Phœnices qui & Pœni dicti ſunt, tenuêre. autor Diogenes Laertius.*

POENVS, ni. de Nat. 76 a, Cur Pœnorum crudelitati Reguli corpus eſt præbitum? I. V. 150 b, Vt Hiſpanis & pleriſq; Pœnorum. de Ar 248 b, Pœni præter cęteras nationes calliditate valent. Ac. 24 b, Homo acutus, vt Pœnus, & valde ſtudioſus.

POESIS, ſis. *poëtria, poëma.* Tuſc. 325 a, Anacreõtis tota poeſis eſt amatoria. de Orat. 152 a, Claris coloribus picta vel poeſis eſt, vel oratio. Tuſc. 250 a, Homeri picturam, non poeſim, videmus.

POETA, tæ. *poëticæ peritus.* de Or. 90 b, Eſt enim finitimus oratori poeta, numeris aſtrictior paulò, verborum autem licentia liberior. Orat. 203 a, Poeta virtutes oratoris perſequitur, cùm verſu ſit aſtrictior. Tuſc. 148 b, Antiquiſſimum è doctis apud Græcos eſt genus poetarum de Clar. 107 b, Poetas ante Homerum fuiſſe. Tuſc. 240 b, Neminem adhuc cognoui poetam, qui ſibi non optimus videretur. de Diu n 97 b, Negat ſine furore Democritus quenquam poetam magnum eſſe poſſe. pro Ar. 189 a, Cæterarum rerum ſtudia & doctrina, & præceptis, & arte conſtant: poeta natura ipſa valet, & mentis viribus excitatur, & quaſi diuino quodam ſpiritu afflatur: quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat poetas, quod quaſi deorum aliquo dono & munere commendati nobis eſſe videantur. de Orat. 126 a, Sæpe audiui poetam, bonum neminem (id quod à Platone & Democrito in ſcriptis relictum eſſe ferunt) ſine inflammatione animorum exiſtere poſſe, & ſine quodam afflatu quaſi furoris. de Orat 160 a Poetæ quos neceſſitas cogit & numeri, & modi, ſic verba verſu includunt, vt nihil ſit ne ſpiritu quidem minimo breuius aut longius quàm neceſſe eſt pro S. R. 26 a, Hæc conficta à poetis arbitror eſſe, vt effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamq; imaginem noſtram vitæ quotidianæ videremus. de Ar. 258 a, Quis vnqum tam immanem Charybdim poeta fingendo exprimere potuit? pro Planc. 271 b, Quæ ſcripſit grauis ille & ingenioſus poeta. de Orat. 114 a, Poetas Græcos omnino quaſi alia quadam lingua locutos non conor attingere. Tuſc. 180 b * Studioſè equidem vtor noſtris Poetis. Sed ſicubi illi defecerunt, &c. ibid. Sed vidésne Poetæ quid mali afferant? Lamentantes inducunt fortiſſimos viros: molliunt animos noſtros: ita ſunt deinde dulces, vt non legantur modò, ſed etiam ediſcantur. Sic ad malam domeſticam diſciplinam vitamq; vmbratilem & delicatam cùm acceſſerunt etiam Poetæ, neruos omnis virtutis elidunt Rectè igitur à Platone ducuntur ex ea ciuitate. ibid. Sed quid Poetis iraſcimur? de Fin. 58 b, Poetarum euolutio. pro Q. Gall. Quidam poeta nominatus, cum facit Euripidem & Menandrum inter ſe differẽtes, quantos is plauſus & clamores mouet? 2. de Glor. Apud eundem poetam Aiax agit vt ſepeliatur Incer. Iis tantummodo poetis percurrendis, qui λυρικοὶ à Græcis vocantur. de Orat. 145 a, Atque id primum in poetis cerni licet, quibus eſt proxima cognatio cum oratoribus, quàm ſint inter ſeſe Ennius, Pacuuius, Accius diſſimiles: quàm apud Græcos Aeſchylus, Sophocles Euripides: quanquam omnibus par penè laus in diſſimili ſcribendi genere tribuatur. de Clar. 165 a, Poetas nobiles poetarum æqualium morte doluiſſe. Top. 225 a, Vt Homerus propter excellẽtiam commune poetarum nomen efficit apud Græcos ſuum. de Opt. 243 a, Oratorum genera eſſe dicuntur tanquam poetarum: id ſecus eſt. Nam alterum eſt multiplex pro Arch. 190 b, Cùm ei libellum malus poeta de populo ſubieciſſet. ibid. Qui ſedulitatem mali poetæ duxerat aliquo tamen præmio dignam. ibid Vt etiam Cordubæ natis poetis pingue quiddam ſonantibus atque peregrinum, tamen aures ſuas dederet. & 191 a, Quare in qua vrbe imperatores propè armati poetarum nomen & Muſarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices à Muſarum honore & à poetarum ſalute abhorrere. de Fin. 63 b, An ille tempus aut in poetis euoluendis, conſumeret, in quibus nulla ſolida vtilitas eſt, omniſq; puerilis delectatio? Tuſc. 148 b, Serò à noſtris poetæ vel cogniti vel recepti. ibid. Quod is in prouinciam poetas duxiſſet. ibid. Quò minus ergo honoris erat poetis, eò minora ſtudia fuerunt. Nec tamen ſi qui magnis ingenijs in eo genere extiterunt, nõ ſatis Græcorum gloriæ reſponderunt. Tuſc. 240 b, Muſicorum verò perſtudioſum accepimus: poetam etiam tragicum: quàm bonum nihil ad rem. Att. 235 a, Nemo vnquam neque poeta neque orator fuit, qui quenquam meliorem quàm ſe arbitraretur. Hoc etiam malis contigit. & b, Attilius poeta duriſſimus. Qu. fr. 299 a, Vt tanquam poetæ boni & actores induſtrij ſolent, ſic tu in extrema parte & concluſione muneris ac negotij tui diligentiſſimus ſis.

ΠΟΙΗΤΙΚΑ L. BONVM, & EFFICIENS.

POETICA, cæ: *vel* POETICE, ces. *ars ipſa & ratio faciendorum verſuum.* de Inuen. 50 a, Tuſcul. 148 b, Serius poeticam nos accepimus. Tuſcul. 224 b, O' præclaram emendatricem vitæ poeticam. Orat. 214 b, Poetica & verſus inuentus terminatione aurium, obſeruatione prudentum. de Orat. 159 a, Hæc duo à poetica ad eloquentiam traducenda ſunt.

† Syntaxis. *Poeta verſu aſtrictior, natura valens, mentis viribus excitatus, diuino afflatus ſpiritu, animo inflammatus, furoris afflatu præditus. Poetica & verſus inuentus aurium terminatione.*

poſita. & 9 b, Nulla res in vſu militari poſita, quæ huius viri ſcientiam effugerit. Parad. 126 a, Qui poſſeſſiones incertas atq; in caſu poſitas habent Att. 263 a, In te poſitum eſt, vt noſtrę ſolicitudinis finem quamprimùm facere poſſimus. pro Qu. 1 b, Illi quorum vita in alterius manu poſita eſt. de Orat. 92 b, Id ſi difficile nobis eſt, ſit tamen in re poſitum atq; natura. Quint. frat. 296 a, Hoc non eſt poſitū in labore aliquo, ſed in quadam animi inductione & voluntate. Poſtquam. 194 b, Atque id non in ipſius, ſed in aliorum voluntate poſitum eſt. Att. 231 b, Omne conſilium in fortuna poſitum videtur. Orat. 199 a, Fortunæ omnes Græciæ in eo poſitæ non ſunt. cont. Rull. 70 b, Cæteri fructus, qui in ſpe huius legis poſiti ſunt. Att. 279 a, Potentia in vi poſita eſt & armis. de Or. 101 a, Omnia enim ſunt poſita ante oculos, collocata in vſu quotidiano. pro Cecin. 291 a, Eſt hæc res poſita, quæ ab aduerſario non negatur, Cecinnam pulſum eſſe &c. de Or 128 b, Argumentum ſimul atq; poſitum eſt, arripitur de Finib. 96 a, Quo poſito atq; approbato, &c. de Fin. 64 b, Hoc poſitum in Phædro à Platone, probauit Epicurus. de Leg. 163 a, Ius in natura poſitum eſt. de Diu. 99 b, Portētorum vim verba ipſa prudenter à maioribus poſita declarant quia enim, &c. Orat. 198 a, Poſitū ſit igitur in primis, quod pòſt magis intelligetur, non poſſe effici quem quærimus eloquentem. ad Her. 13 b, Quod in aperto delicto poſitum eſt. I C. 119 b, Vt aliqua in vita formido improbis eſſet poſita. Attic. 2 a, Hermathena tua poſita ita bellè eſt, vt totum gymnaſium ἀνάθημα eſſe videatur. Offic. 11 a, Quod ab Ennio poſitū in vna re, transferri in multas poteſt. I. V. 243 a, Aedilitas alicui data, rectè collocata, & in loco poſita. * I. A. 251 a, Illa ornamenta in virtute & induſtria poſita lucent. Attic. b, Omnia poſita putamus in Planci liberalitate. con. conc. Q. Met. Ad Senatum adduci iuſſi: in Senatu ſunt poſiti. Protag. Indignitas voluptatis ad moleſtiam in magnitudine aut longitudine alterutrius poſita. Acad. Nullo prorſus commodo extrinſecus poſito. pro Marc. 136 a, Arma ab alijs poſita, ab alijs erepta ſunt. Orat. 198 a, Poſitum ſit igitur inprimis, qđ poſt magis intelligetur, ſine philoſophia non poſſe effici, quem quærimus, eloquentem. I. V. 60 a, Quæ in mundo poſita ſunt. I V. 243 a, Vt hæc ipſa ædilita, &c. rectè collocata, & iudicio populi digno in loco poſita eſſe videatur. pro Flac. 146 b, Vt omnia Reipub. ſubſidia totū ſtatum ciuitatis, omnem memoriam temporū præteritorum ſalutē præſentium, ſpem reliquorum, in veſtra poteſtate, in veſtris ſententiis, hoc vno iudicio poſitā eſſe & defixam putetis. pro Flac. 155 b, Cuſtos T. Aufidio prætore in frumento eſt poſitus *Hermippus*. pro Seſt. 7 a, Cùm is præter ſpem in altiſſimo gradu alienis opibus eſſet. & 27 a, Neq; eos in laude poſitos videmus. pro Cornel. 58 b, Sed totum hoc in ea fuit poſitum ſemper ratione atq; ſententia. de Prouin. 69 b. Theſſalonicenſes poſiti in gremio imperij noſtri. I A. 172 b, Haſta poſita pro æde Iouis Statoris. I. A. 201 a, Quanquam in memoria gratorum ciuium, tanquam in luce poſita *virtus* lætetur I. A. 215 b, Quæ eſt igitur in medio belli cauſa poſita? de Fi. 111 b, Sed primum poſitum ſit, noſmet ipſos commendatos eſſe nobis. Q. de petit 206 a, Quod ad tabulam quos poneret nō habebat Ep. 20 b, In quo *honore eius* omnia mea ſtudia poſita eſſe decreui. Q. fr. 318 a, Subgrande cubiculum & hybernum altum valde probaui, quòd & ampla erant, & loco poſita ambulationis vno latere.

† Syntaxis *Incertum, & in caſu poſitum. In te poſitum eſt, vt. Vita eius in tua manu poſita Hoc non eſt poſitum in aliquo labore, ſed in quadam animi inductione & voluntate poſitum. Poſitum & defixum. Poſitum ante oculos, collocatum in vſu quotidiano. Ponamus igitur imprimis. Hoc in aperto delicto poſitum.*

POSSESSIO, nis. *ius poßidendi.* de Diu. 124 b, Antiquiorem Deiotaro fuiſſe laudem & gloriam, quàm regnum & poſſeſſiones ſuas Offic. 50 a, L annorum poſſeſſiones mouere iniquum putabat. contra Rull. 82 b, Ep 104 b, Si me audies, has paternas poſſeſſiones tenebis. pro Qu. 17 a, Bonorum poſſeſſio ſpectatur non in aliqua parte, ſed in vniuerſis quæ teneri & poſſideri poſſunt Parad 135 a, Poſſeſſiones vacuas recordari contr. Rull 61 b, Vtrum hanc ſyluam in relictis poſſeſſionibus, an in cenſorum paſcuis inueniſtis? contr. Rull. 79 b, Decedere de poſſeſſione. I. C. 108 a, Aliquid de poſſeſſione detrahere, ac fidem acquirere. ad Brut. 91 a, Prouinciæ poſſeſſione pulſi ſumus contr. Rull. 82 a, Remouere & deijcere aliquem de poſſeſſione. p Qu. 15. Qui ex edicto meo in poſſeſſionē venerit. &, Eſſe in poſſeſſione. pro Cec. 288 b, Eſſe in poſſeſſione bonorū. *id eſt, eſſe in bonis.* de Orat. 127 a, Vbi ſenſi me in poſſeſſione iudicij & defenſionis meę conſtitiſſe. pro Quin 16 a, Proficiſci in poſſeſſionē. Att. 54 b, Vi conari in poſſeſſionem venire. I. A. 189 a, Hodie in poſſeſſionem libertatis pedem ponimus. I. V. 63 b. & pro Qu. 14 b, Mittere in poſſeſſionem bonorum alicuius. Topic. 224 b, & I. A. 172 a, Dare poſſeſſionē ſecundum tabulas. Ep. 107 b, Hæreditatum poſſeſſiones datæ. item, Dare poſſeſſionem bonorum alicuius ex edicto. Epiſt. 156 b, Reſpub. in poſſeſſione victoriæ permanebit. Att. 18 a, Retinere aliquē in ſua poſſeſſione. pro Syl. 180 b, Exturbare homines è poſſeſſionibus. Ep. 198 b, Deturbari nō ſolùm ſpe, ſed certa re & poſſeſſione. & 170 b, Si iſta pax perditum hominem in poſſeſſionem impotentiſſimi dominatus reſtitutura eſt. Ep. 137 a, & 104 b, Occupare poſſeſſionem laudis. pro Milon. 115 b, Pellere aliquem poſſeſſione. & 116 a, Cedere alicui poſſeſſione hortorum. Att. 87 b, In edicto ineſt de poſſeſſionibus hæreditatum, de ſoluendis bonis. & 104 a, Voluptarias poſſeſſiones volet Sylius. Offic. 47 a, Iuris ciuilis cognitionem atq; interpretationē in poſſeſſione principes retinuerunt. de Fat. 140 b, Quamobrem, quoniam vtriuſq; ſtudij noſtra poſſeſſio eſt, vtro frui malis, optio tua ſit. de Am. 106 b, Amicitiarum ſua cuiq; permanet ſtabilis & certa poſſeſſio. * pro C. Cornel. 1, Bonorum poſſeſſionem ex edicto ſuo P. Scipioni dediſſet. Oecon. 1, Non minorem fœminæ quam viro, earum rerum *memorię & diligentiæ*, tribuit poſſeſſionem natura. de Orat. 153 a, Non vt iure aut iudicio, aut vi deniq; recuperare amiſſam poſſeſſionem, ſed vt ex iure ciuili ſurculo defringendo vſurpare videantur. de Orat. 154 a, Noſtra eſt omnis iſta prudentiæ doctrinæq; poſſeſſio: in quam homines quaſi caducam atq; vacuam, abundantes otio nobis occupatis volauerunt. cont. Rull. 63 b, Vt poſſeſſionis inuidiam pecunia commutent. & 83 a, Decemuirûm ſatellitibus agri Cāpani poſſeſſio tota tradetur.

¶ *Prædia, bona.* Par. 124 a, Diues eſt, cui tanta poſſeſſio eſt, vt liberaliter poſſit viuere & 126 a, Callidi rerū æſtimatores prata & areas quaſdam magni æſtimant, quòd ei generi poſſeſſionum minimè quaſi noceri poteſt. de Orat. 152 b, De noſtra poſſeſſione depulſi in paruo prædiolo relicti ſumus. & 88 b, Aut te ex iure manu conſertum vocarent, quòd in alienas poſſeſſiones tam temerè irruiſſes. I. A. 198 a, Hic pecunias noſtras æſtimabat, poſſeſſiones notabat & vrbanas & ruſticas. Offic. 27 a, Nec verò tanquā in poſſeſſionem ſuam venerit, excludat alios contr. Rull. 89 a, Etiámne ſi vi eiecit, ſi clàm aut precariò venit in poſſeſſionem. cont. Rull. 79 b, Qui latitudinem poſſeſſionum tueri non poſſunt. I. C, 108 a, Qui magno ære alieno maiores etiam poſſeſſiones habent.

POSSESSIVNCVLA, læ. Att. 212 a, * Affirmo, mihi maiori offenſioni eſſe quàm delectationi poſſeſſiunculas meas.

† Syntaxis. *Poſſeßiōes mouere, tenere, recuperare. Poſſeßio caduca & vacua. Decedere de poſſeßione. Aliquē remouere de poſſeßione, deijcere, pellere. In poſſeßionē libertatis pedē ponere. In poſſeßione retinere. E poſſeßionib. exturbare. Re & poſſeßione deturbare, nō ſolū ſpe. Poſſeßione hortorū cedere alicui. In alienas irruere poſſeßiones.*

POSSESSOR, oris. de Orat. 135 a, Mortuus rapitur, vide, inquit, ſi potes eſſe poſſeſſor. I. A. 198 a, b, Tantum quiſq; habebat poſſeſſor, quantum diuiſor reliquerat Antonio. * Incer. Omnium virtutum poſſeſſores pauperes nominabimus? pro Quint. 5 a, Iſte homo acerrimus bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor, annum & ſex menſes nihil petit, quieſcit, conditionibus hunc, quoad poteſt producit: à Cn Dolabella deniq; prætore poſtulat, vt ſibi Quintius iudicatum ſolui ſatis det, ex formula, Quod ab eo petet. contra Rull. 63 b, Si conſenſerint poſſeſſores non vendere. ibidem. Locupletatis aut inuidiæ aut peſtilentiæ poſſeſſoribus.

POSSIDENDVS, a, um. Att 87 b, De poſſeſsionibus hæreditatum, & de poſsidendis bonis. de Orat. 135 a. Bona eius cenſeo publicè poſsidenda. I. V. 117 b, Huic omnia bona vtenda ac poſsidenda tradiderat.

POSSIDEO, es. *teneo.* de Or. 68 a, Itaq; neq; hoc poſſum dicere, me omnino ignorare quid poſsideas, neq; planè noſſe ac vidiſſe. pro Qu. R. 47 b, Plus fidei, quàm artiū, plus veritatis, quàm diſciplinæ poſsidet in ſe. pro Flac. 157 a, Hanc fiduciam commiſſam tibi tenes hodie ac poſsides. pro Dom. 235 b, Cùm forum armatis cateruis perditorū hominum poſsideres. I. V. 122 a, Cùm iſte calumnię licentiam ſua autoritate poſſediſſet. de Inu. 58 a, Sin inuerecundum animi ingenium poſsidet, tamen accuſes: non enim probus eſt. de Orat. 103 b, Neq; ea vt ſua poſſediſſe, ſed vt aliena libaſſe. pro S R. 29 a, Magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſsidet religionem paternus maternusq; ſanguis. pro Quint. 4 b, Poſtulat à Burieno prætore Næuius, vt ex edicto bona poſsidere liceat. & 13 a, Si ex edicto poſſediſti, quæro, cur bona non venierint. I. A. 233 b, Poſsidere bona alterius ſine teſtamento.

POSSIDEOR, ris. de Or. 103 b, Philoſophi qui omnia ſicut propria ſua eſſe, atq; à ſe poſsideri volunt. pro Qu 17 a, Omnia quæ teneri ac poſsderi poſſunt. cont. Rull. 62 b, Agri qui ab Hiempſale poſsidentur.

POSSVM, tes. *licet, valeo, polleo, poteſtas eſt, poteſtatem habeo, poteſtate*

*teſtate valeo, facultas eſt, facultatem, vim habeo, potis ſum, facultas, poteſtas datur, optio & poteſtas mea eſt, mihi liberum eſt, nulla eſt recuſatio, facultas fert.* Ep. 15 b, Si mihi integra omnia ac libera fuiſſent. & 16 a, Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima. Attic. 61 b, Et quo animo conſules ferant hunc ὄχλον, (*al.* σκυλμὸν) reſcribas ad me quantum potes & vales. *al. potes. Valde*, &c. Ep. 82 a, Cum hac exceptione quantum valeam, quantumq; poſſim. Att. 121 b, Semper enim ſi potero. Ep. 103 a, Si te Cæſari commendaui & tradidi, vt grauiſſimè diligentiſſimeque potui. pro Dom. 232 a, Dico igitur, & quàm poſſum maxima voce dico. de Nat. 52 a, Aues nidos conſtruunt, eosq; quàm poſſunt molliſſimè ſubſternunt. Ep. 244 b, Quàm potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi. Att. 15 b, Sic tueor, vt poſſum, concordiã. I. A. 165 a, Ego nihil prætermiſi, quantũ facere enitiq; potui, quin, &c. Attic. 281 b, Nullis literis aſſequi poſſum, vt exprimam. de Orat. 88 b, Hoc tu ſi potes, tua quanquam propria, nõ communi oratorũ facultate potes. de Or. 124 b, Hæc res tantum poteſt in dicendo, vt ad vincendũ nulla plus poſſit. Orat. 203 a, Hoc ad obtinendas cauſas poteſt plurimũ. pro Qu. 1 a, Ego qui neq; vſu ſatis, & ingenio parum poſſum. & ibid. Quæ res in ciuitate duæ plurimũ poſſunt, hæ contra nos ambæ faciunt hoc tẽpore, ſumma gratia & eloquentia. Epiſt. 57 b, Reſpub. quæ minimum nunc quidẽ poteſt, ſed poſſit neceſſe eſt. pro Qu. 12 b, Qui per vim & ſcelus poſſunt plurimum. pro Sex. Roſc. 19, Qui apud me & amicitia, & beneficijs, & dignitate plurimum poſſunt. pro Cec. 285 a, Si quantũ in agro audacia poteſt, tantũ in foro impudentia valeret, &c. I. A. 174 a, An ille me vicit? at ne potuit quidẽ. cont. Rull. 79 b, Ager, in quo oliuetum non eſt, ſed fieri poteſt. Ep. 230 a, Poteſt fieri vt fallar. Qu. frat. 326 a, Sed tamẽ quod fieri poterit, non negligam. Att. 39 b, Quare item atq; eo ſi poteſt acrius, te rogo, &c. Ep. 3 b, Nos dignitatem noſtram, vt pòteſt, in tanta hominũ perfidia retinebimus. Attic. 245 a, Tenere non potui quin declararẽ. in Sal. 272 b, Iam dabo operam quàm maximè potero, vt breue id faciã. Att. 136 b, Tota res Brunduſina iam quomodo habeat, diutius neſcire non poſſum. I. A. 208 b, Quamobrem Quir. conſilio quantũ potero, labore plus penè quàm potero excubabo, vigilaboque pro vobis. de Sen. 84 b, Conuiuium ad multam noctem, quàm maximè poſſumus, vario ſermone producimus. de Amic. 95 b, Vt quoad poſſem, & mihi liceret, à ſenis látere nunquã diſcederem. At. 132 a, Facere nõ poſſum, vt nihil ad te dem literarum. de Orat. 112 a, Non poſſum quin exclamẽ. pro Planc. 281 a, Quid enim poſſum aliud, niſi mœrore? p Font. 281 a, Aut quoniam id quidẽ non poteſt, &c. & ibid. Aut ſi non poterit, &c. Or. 207 b, Erit igitur hæc facultas in eo, vt definire rem poſſit. Ep. 2 b, Quod cõmodo reipub. facere poſſis.* I. V. 177 b, Plusq; aliquãto apud te pecuniæ cupiditas, quàm iudicij metus poſſet. pro P. Opp. Multum poſſe ad ſalutẽ alterius, honori multis: parum potuiſſe ad exitium, probro nemini fuit. pro C. Cornel. 1. Alter nihil vnus poteſt contra multos. Tuſc. 184 a, Quò facilius oratio progredi poſſit longiús. & b, Nihil dolet, niſi pes: poſſunt oculi: poteſt caput, latera, pulmones: poſſunt omnia. Attic. 176 a, Ita omnibus rebus vrgeor, quas ſuſtinere vix poſſum, vel planè nullo modo poſſum.

† Syntaxis. *Dum integra, liberaq; ſunt omnia, ſoluta. Si poßis, & valeas. Quantum valeo, quantumq; poſſum. Hoc parum in ciuitate poteſt. Per vim & ſcelus poſſe, amicitia, virtute. Ego (vt poteſt) id eſt, vt fieri poteſt. Quàm maximè poßis. Non poſſum, quin exclamem.*

POST, POSTERIVS. *poſtea, poſt hoc, vel poſt id tempus, ſub, poſterius, ſecundum.*) (*antè, à fronte.*

¶ *Ordinis ratio.* Epiſt. 98 b, Vt initiò mea ſponte, pòſt autem inuitatu tuo mittendum duxerim. de Fin. 94 b, Non ineſt in primis naturæ conciliationibus honeſta actio. conſequens enim eſt, & pòſt ſequitur. Attic. 88 b, de Leg. 159 b, Sed hæc poſterius, & coràm fortaſſe commodiùs. pro Qu. 3 b, Poſterius, inquit, iſta videbimus, nunc, &c. de Clar. 191 b, Ipſe Thucydides, ſi poſteriùs fuiſſet, multo maturior fuiſſet, & mitior.

¶ *Temporis.* Att. 84 b, Quoad mecum, &c. poſt, &c. I. V. 69 b, Primò, &c. pòſt, &c. Ep. 11 b, Paucis pòſt diebus quàm Luca diſceſſerat. pro Flacc. 158 a, Pecunia recuperata eſt multis pòſt annis. de Cl. 184 b, Anno pòſt, & deinceps reliquis annis. & 94 b, Ita recepi me biennio pòſt. Orat. 296 a, Pòſt aliquanto. I. C. 123 a, Pòſt autem aliquanto. pro Cęl. 41 a, Cur tanto pòſt potius quàm continuò queri maluit? * de Orat 135 b, Paucis pòſt diebus cùm ad Naſicam veniſſet Ennius. pro Marc. 135 b, Qui multis pòſt ſeculis de te iudicabunt.

¶ *Loci.* pro Mil. 207 a, Partim cædere incipiunt eius ſeruos, qui pòſt erant.

* POST. *præpoſitio.* de Orat. 134 a, Cùm aliquot poſt annos Maximus id oppidum recepiſſet. Orat. 208 a, Poſt omnia perorationẽ concludere. pro S. R. 39 b, Aliquot poſt mẽſes is occiſus eſt. I. V. 98 b, In omnibus ſtatui ius, quo poſt eam legem populus vtatur. ibid. Poſt te prætore multi teſtamenta eodem modo fecerũt. I. C. 121 b, Cauſa eſt poſt vrbem conditam hæc inuenta ſola. de Aruſp. 246 b, Nego vnquam poſt ſacra conſtituta tam frequens collegium iudicaſſe. & 257 a, O poſt hominũ memoriã fortiſſimi atq; optimi Conſules. ibid. Quam *domum* Senatus vnam, poſt hanc vrbem conſtitutam, ex ærario ædificandam, à pontificibus liberandam, à magiſtratibus defendendam, à iudicibus puniendã putaret. pro Cornel. 60 a, Pauci poſt genus hominum natum reperti ſunt. de Diu. 101 a, Sexennio poſt Veios captos. Attic. 79 a, Caſtra paucos poſt dies habuimus. & 86 a, Hic magiſtratus multis annis poſt Decẽviros inſtitutus. I. V. 72 a, Ex accuſatione perficiam, vt nemo vnquam poſt hominum memoriam paratior, vigilantior, compoſitior ad iudicium veniſſe videatur. I. P. 93 b, Inſtant poſt hominum memoriam paratiſſimi magnificentiſſimiq; ludi.

POSTEA. *pòſt, poſthæc, præterea, poſterius, tum inde, ſecundũ ea reliquo tempore.* pro S. R. 34 a, Quid poſtea? quid tum inde? de Inu. 81 b, Poſtea aliquanto: *id eſt, aliquanto pòſt.* de Clar. 165 b, Poſteaq; proſperæ res deinceps multæ conſecutæ ſunt. pro S. R. Nónne cogitas te à ſectoribus huc aduectũ eſſe? quid poſtea? pro Cecin. Poſtea, cur Ebuti de iſto potius fundo, quàm de alio Cecinnæ denunciabas? in Verr. 214 b, Iubet iſte poſterius illos ad ſe reuerti.

POSTEAQVAM. *poſtquam.* I. V. 136 b, Poſteaquã ego veni, &c. repẽte ille abijt. de Diu. 123 a, Quid ergo Aius iſte loquẽs, quãdo eum nemo nôrat, aiebat & loquebatur? poſteaquã & ſedem & aram inuenit, obmutuit. Ep. 49 a, Poſteaquam mihi renunciatum eſt, &c. grauiter moleſteq; tuli. Ep. 60 a, Poſtea verò quàm profectus es, &c. velim, &c.

† Syntaxis. *Quid poſtea? Quid tum inde? Poſtea, cur, &c. Poſtea verò quàm.*

POSTERI. orum. *poſteritas, qui inferioris ſunt ętatis.* Acad. 18 b, de Cl. 195 b, Dicendi genus quod fuerit in vtroq;, orationes vtriuſq; etiam poſteris noſtris indicabunt. Qu. fr. 298 b, Poſterorũ erit verius iudicium, obtrectatione & maleuolentia liberatum. pro Dom. 233 b, Vt apud poſteros noſtros coniurationis autor fuiſſe videar.* contra Rull. 73 a, Veſtri poſteri de vobis prædicabunt. Poſtq. 203 b, Poſteris veſtris cunctisq; gentibus, digniſſimus ea ciuitate videar. pro Marc. 135 b, Obſtupeſcent poſteri certè triumphos audientes & legentes tuos. de Finib. 127 a, Horum poſteri meliores illi quidem, &c. ſed ita degenerant, vt ipſi ex ſe nati eſſe videantur. Att. 228 b, *Antonij.* Non eſſe tradendas poſteris inimicitias.

POSTERIOR, us.) (*ſuperior, prior.* de Cl. 168 a, Thucydides paulo ætate poſterior. de Or. 160 a, Paria eſſe debent poſteriora ſuperioribus. Acad. 12 a, Ita priori poſterius, poſteriori ſuperius coniungitur. de Clar. 191 b, Ipſe Thucidides ſi poſterius fuiſſet, multo maturior & mitior fuiſſet. I. A. 240 a, Poſteriores cogitationes (vt aiunt) ſapientiores ſolent eſſe.

¶ *Minus charus.* Att. 156 b, Horum vtriq; ſemper reipub. ſalus poſterior ſua dominatione & domeſticis commodis fuit. pro Rabir. 91 a, Suam ſalutem poſteriorem ſalute cõmuni ducere. I. A. 247 a, Nihil vita antiquius exiſtimare, omnia libertate poſteriora ducere.

¶ *Sceleſtius.* I. P. 94 a, Nihil iſto eſt poſterius, nihil nequius.

POSTERITAS, tis. *poſteri.* Att. 191 b, Domini innumerabiles fieri poſſunt in infinita poſteritate. Tuſc. 155 b, Optimus quiſque poſteritati maximè ſeruit. I. A. 170 b, Huius rei ne poſteritas quidem omnium ſeculorum immemor erit. in Cat. 103 b, Non vereor, ne quid parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in poſteritatem redundet. I. V. 176 a, Salus vrbis in poſteritatem iſtius auaritia interijt. pro Rabir. 96 b, Spe poſteritatis fructuq; duci. Ep. 17 a, Idque me non modò, vt tu ſentias, ſed vt omnes gentes etiam, vt poſteritas omnis intelligat, eſſe facturũ.* pro Marc. 135 b, Illa vita eſt tua, quæ vigebit memoria ſeculorum omnium, quam poſteritas alet, quam ipſa æternitas ſemper intuebitur.

¶ *Futura tẽpora.* pro Arch. 191 a, Commemorationẽ nominis noſtri, non cũ vitæ tẽpore dimittendã eſſe, ſed cũ omni poſteritate adæquandam: *& ibid. de immortalitate multa.*

† Syntaxis. *Infinita poſteritas. Inuidia tibi magna in poſteritatem redundabit. Intelliget poſteritas.*

* POSTERIVS. *poſteà.* de Clar. 191 b, Thucydides ſi poſterius fuiſſet. pro M. Tull. A quo metuiſſe ſe dicat, ne ipſe poſterius occideretur. vide POST.

POSTERVS, a, um. *conſequens.* de Fin. 97 a, Sed in cęteris artibus, cùm dicitur artificiosè, poſterum quodãmodo & cõſequens putandum eſt, quod illi ἐπιγεννηματικὸν appellant. & ibid. Verùm hæc non in poſteris & in conſequentibus,

ſed in

ſed in primis continuò peccata ſunt. de Fin. 127 a, Hæc in poſterum gratiora, theatra, porticus, noua templa. pro Cl. 25 a, Cùm is apud mulierculam quandam pernoctaret, & ibi diem poſterum commoraretur. pro Syll. 177 a, Nox ea quę conſeçuta eſt poſterum diem nonarum Decembr. IV. 116 b, Poſtero die mane. & 136 a, Poſtero anno. Part. 236 a, Prouiſio poſteri temporis. pro Deiot. 147 b, In poſterū, inquit, diem diſtulit. Ep. 151 a, Differre rem in poſterum. Attic. 284 a, & 167 b, Diſtulimus ſermonem in poſterum. pro Muræn. 138 a, Sapiens, ac multum in poſterum proſpiciens. I. A. 190 b. contra Rull. 84 b, Multum in poſterum prouidens. Ep. 22 a, Longè in poſterū proſpicere. pro Cl. 19 b, Ad poſterum: *id eſt, in poſterum.* * pro C. Cornel. 1. Auſpicatus poſterus annus. * I. V. 98 b, Hoc ſi in poſterum edixiſſes. & 157 b, In poſterum fructu illo commodoque rei frumentariæ populum Rom. priuares. pro Dom. 217 b, Quod idem in poſterum de extraordinarijs poteſtatibus libertatem ademiſſes. Attic. 145 b, Ad poſterum bellum ἄσπονδον ſtrui exiſtimo.

† Syntaxis. *Poſterum & conſequens. In poſterum audies, differre rem. Sapiens, & in poſterum proſpiciens. Longè in poſterū proſpicere. Ad poſterum.*

Poshabitvs, a, um, *neglectus.* Tuſc. 254 b, cont. Rull. 66 b, Hoc honore ex nouis hominibus primùm me multis poſthabitis affeciſtis. Tuſc. 228 a, Vt omnibus rebus poſthabitis, totos ſe collocarent, &c.

Posthac. *deinceps, deinde.* )( *antehac, hoc tempore.* Attic. 34, Poſthac ad te ſcribam planius. & 102 a, 103 b, Poſthac neque hercule antea negligentes fuimus. Epiſtol. 137 a, Item poſthac ſi quid opus erit, facies vt ſciam. & 65 b, Poſthac ad ludos venies, noſque viſes. I. C. 122 b, & 117 a, Id ne vnquam poſthac accidere poſſit prouidendum eſt. I. A. 175 a, Caput autem literarum, ſibi cum illa nihil poſthac futurum.

Posthaec. *deinde.* Attic. 222 a, Inde ambulauit in littore, poſthæc in balneum. de Inuent. 50 a, Primùm nati vitam, &c. deinde ſuum conſilium, &c. poſthæc, quid Soſiam velit facere.

Posthvmvs, mi. *qui ex ea quam pater grauidam reliquerat, natus eſt: id eſt, poſt humatum patrem.* de Or. 99 b, Qui eſſet ſecundum poſthumum & natum & mortuum hæres inſtitutus. pro Cec. 295 a, M. Curius, qui hæres inſtitutus eſſet ita mortuo poſthumo filio, cùm filius non modò mortuus, ſed ne natus quidem eſſet.

Postilla, *pro poſtea.* de Diu. 89 a, Poëtæ.

Postis, is. *hoſtij vel ianuæ tabula, ſeu latus portæ.* pro Dom. 225 a, Qui parietibus, qui tectis, qui poſtibus meis bellum intuliſti. pro Dom. 237 a, An putatis, ſi is poſtem tenuerit, & aliquid dixerit, domum vniuſcuiuſque conſecrari poſſe? Attic. 46 b, Caput legis Clodium in curiæ poſte fixiſſe, &c. item, Poſtem teneri in dedicatione templi oportet: ibi enim poſtis eſt, vbi templi aditus, & valuæ ambulationis.

Postliminivm, nij. Top. 223 b, Cùm ipſius poſtliminij vis quæritur, & verbum ipſum notatur, in quo Seruius noſter nihil putat eſſe notandum, niſi poſt, & liminium. illud productionem eſſe verbi vult, vt in finitimo, legitimo, æditimo, non plus ineſſe timum, quàm in meditullio tullium. Scæuola autem P. filius iunctum putat eſſe verbum, vt ſit in eo & poſt & limen: vt quæ à nobis alienata ſunt, cùm ad hoſtem peruenerint, ex ſuo tanquam limine exierint: hinc cùm redierint pòſt ad idem limen, poſtliminio videantur redijſſe. ibid. Poſtliminio redeunt hæc, homo, nauis, mulus clitellarius, equus, equa. de Orat. 121 a, Ei quem pater patratus dediderit, ſi is receptus non ſit, poſtliminium eſſe. & 100 a, Quem pater patratus dediſſet, ei nullum eſſe poſtliminium. & ibid. Poſtliminio redire. pro Cecin. 304 a, Si non accipiunt, vt Mancinum Numantini, retinet integram cauſam, & ius ciuitatis. pro Corn. 60 a, Non ſolùm dedicatione, ſed etiam poſtliminio fit ciuitatis mutatio. * pro Corn. 60 b, Quod ſi ciui Romano licet eſſe Gaditanum ſiue exilio, ſiue poſtliminio, ſiue reiectione huius ciuitatis.

Postmeridianvs, a, um, *pomeridianus.* de Orat. 144 b, Inclinato iam in poſtmeridianum tempus die. Tuſc. 191 b, & Att. 203 b, Literæ matutinæ & poſtmeridianæ. de Fin. 124 a, Poſtmeridiana ambulatio.

Postmitto, tis. *poſtpono, omitto.* pro Cecin. 49 a, Quod in alicuius agreſtis periculo non poſtmitteret, id homo eruditus in inſidijs doctiſſimi hominis diſſimulandum putaret?

Postpono, ſui. *poſthabeo.* Epiſtol. 265 a, Sed omnia poſtpoſui, dummodo præceptis patris parérem. Cicer. filius.

Potqvam. *vbi, vt, ſimul, ſimulac, ſimulut, ſimulatq;.* de Pro. 70 a, Quò ille poſtquam nihil à miſeris extorquere potuit, cohortes in hyberna miſit. Ep. 97 a, Me voluiſſe etiam reliquis omnibus poſtquam non potuerim, mihi ipſi finem feciſſe. Att. 185 b, Vndecimo die poſtquā à te diſceſſeram, hoc literularum exaraui egrediens è villa. Attic. 92 a, Nihil habebam noui, quod pòſt accidiſſet, quàm dediſſem ad te liberto tuo literas.



Postremò. *poſtremùm, nouiſſimè* de Nat. 22 a, Quæro igitur primùm, &c. deinde, &c. poſtremò, &c. & ibid. Deus quid appetat, ad quam denique rem motu mentis vtatur, poſtremò quomodo beatus ſit.

Postremùm. *poſtremó.* de Orat. lib. 3. Vt veſtigium illud ipſum, quo ille poſtremùm inſtitiſſet, contueremur.

Postremvs, a, um. *vltimus, extremus, nouiſſimus.* Orat. 201 b, De firmiſſimis alia prima ponet, alia poſtrema, inculcabitq; leuiora. Attic. 89 b, Reſpondebo primùm poſtremæ tuæ paginę. Ep. 14 a, Ego autem cùm illa ſequor, quę paulò antè propoſui, tum hoc non in poſtremis, de quo cœperam exponere.

¶ *Peſſimus.* Attic. 285 a, Brut. & pro S. R. 41. a, Poſtremi homines: *id eſt, nequiſſimi.* I. A. 192 a, Seruitus eſt poſtremum malorum omnium.

Postridie. *poſtero die.* Epiſtol. 38 b, Hæc ſcripſi poſtridie eius diei: id eſt, poſtridie non. Octob. Epiſt. 112 b, Poſtridie eius abſolutionis in theatrum Centurionis Hortenſius introijt. Att. 153 a, Venatio, quæ poſtri. lud. Apollinar. futura eſt. Ep. 38 b, Hæc ſcripſi poſtridie eius diei. Ep. 170 b, Lupus noſter cùm Romam ſexto die Mutina veniſſet, poſtridie me mane conuenit. item: Iudices adeſſe iubentur poſtridie. I. A. 172 b, Tantum vini in Hippiæ nuptijs exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet poſtridie vomere. Att. 211 b, Ego vt conſtitui adero, atq; vtinam tu quoque eodem die: ſin (quid enim multa?) vtiq; poſtridie. Quint. frat. 10 b, Poſtridie quàm tu es profectus, multa nocte veni ad Pompeium. Attic. 137 a, Eam mihi Philotimus poſtridie quàm à te acceperat, reddidit.

† Syntaxis. *Poſtridie eius diei. Poſtridie eius abſolutionis. Poſtridie Bacchanalium.*

Postvlatio, onis. *poſtulatum.* pro Mur. 135 a, Conceſſit ſenatus poſtulationi tuæ. Att. 105 a, Eſt illa quidem impudens poſtulatio opinione valentior. de Aruſp. 248 b, De re ſcriptum eſt, poſtulationes decretas eſſe Ioui, Saturno, Neptuno, Telluri, dijs cœleſtibus. & 251 a, Eodem oſtento telluri poſtulatio debetur. de Inuent. 75 a, In deprecatione ignoſcendi poſtulatio continetur. Qu. frat. 313 a, De te eſt honorifica mentio facta, cùm te vnum dicerent poſtulationi L. Seſtij Panſæ reſtitiſſe. * pro Sex. Roſc. 19 b, Si vobis æqua & honeſta poſtulatio videtur: ego cōtra breuem poſtulationem affero. I. V. 138 b, Quæ tamen omnia nouas iniurias habent, ſed poſtulationum formulas inuſitatas. Ep. 115 b, *Cœlij.* Inter poſtulationem & nominis delationem vxor à Dolabella diſceſſit.

Postvlatvm, ti. *poſtulatio.* I. A. 245 a, Reliquum eſt, vt accipiantur & remittātur poſtulata per literas. pro Fl. 161 a, Legati Apollonienſes omnia poſtulata de iniurijs vnius Deciani detulerunt. Ep. 185 a, Legati vltrò ab illo ad nos intolerabilia poſtulata retulerunt. Attic. 112 a, Poſtulata hæc ab eo interpoſita ſunt, quo, &c.

Postvlatvr. Ep. 3 a, Poſtulatum eſt, vt Bibuli ſententia diuideretur. I. V. 56 a, Efflagitatur, poſtulatur, poſcitur. * pro C. Cornel. 1. Poſtulatur apud me prætorem primum de pecunijs repetundis.

Postvlatvs, a, um. Qu. fr. 308 b, Seſtius à Nerio de ambitu eſt poſtulatus. I. V. 25 b, Poſtulatus fuiſti lege Licinia.

Postvlo, as. *peto, poſco, deſidero, requiro.* Anteq. 196 a, Illud à vobis poſtulo, petoq;, vti, &c. Epiſt. 40 b, Omnia volo à me poſtules & expectes. Ep. 37 b, Atque hoc tamen te ſcire volo, me de iſto ſumptu nihil decreuiſſe, niſi quod principes ciuitatum me poſtulaſſent. pro Cor. 62 a, Gaditani à ſenatu de fœdere poſtulauerunt. Att. 105 a, Cæſari quod poſtularet concedendum eſſe. Qu. frat. 198 a, Poſtulare & expectare aliquid magnum ab aliquo. Att. 156 b, Nec iam recuſat, ſed quodam modo poſtulat vt appelletur tyrannus. Orat. 208 a, Vt cauſæ natura & temporis ratio poſtulabit. de Offic. 45 a, Ludi poſtulantur ab ædilibus, à populo. pro Quin. 2 b, Tamen quia cauſa poſtulat, non flagitat, præteribo. Attic. 92 a, Ratio quidem & opinio hominum poſtulat fratrem. Ep. 70 b, Non intelliges duplicari ſolicitudines, quas eleuare tua te prouidentia poſtulabat. de Orat. 137 b, Res hoc poſtulat, vt. Ep. 28 a, Vt tua fides poſtulat. de Inuen. 59 a, Longius quàm res poſtulat. de Orat. 93 b, Nam quod tu non poteris aut neſcies, quis noſtrûm tam impudens eſt, qui ſe ſcire aut poſſe poſtulet? Offic. 58 b, Geometræ ſolent non omnia docere, ſed poſtulare, vt quædam ſibi concedantur, quo facilius, quæ velint, explicent. * de Fin. 49 a, Difficilem quandam temperantiam poſtulant in eo quòd.

¶ *Accuſo.* Epiſt.122 b, Ego Appium eadem lege poſtulaui. Qu. frat. 320 b, Gabinium tres adhuc factiones poſtulant. & ibid. Lentulus, qui iam de maieſtate poſtlauit. de Amic. 111 a, Neque quicquam niſi honeſtum & rectum alter ab altero poſtulabit. pro S. R. 31 a, Poſtulare ſeruos in quæſtionem. Poſtq. 208 a, Poſtulare aliquem de vi: *id eſt, deferre, vel accuſare.* Epiſtol. 116 a, Pylius de repetundis eum poſtulauit.

¶ *Imploro.* Attic. 38 b, Poſtulare fidem publicam, &c. *id eſt, implorare.*

* POSTVLOR, aris. I. V. 56 a, Iudiciorum leuitate ordo quoque alius ad res iudicandas poſtulatur.

† Syntaxis. *Hoc te poſtulo: &, à te. Te de hoc poſtulo. A te omnia poſtulo & expecto. Poſtulo, non flagito. Poſtulant geometræ, non docent. Poſtulare aliquem de maieſtate.*

POTANDI. Tuſc. 252 a, Aut fruatur cum alijs voluptate potandi.

POTANS, tis de Fin. 78 a, Clamat virtus, M. Regulum beatiorem eſſe, quàm potantem in roſa Thorium.

POTATIO, nis. *perpotatio.* de Diu. 104 a, Si modò temperatis eſcis, modicisq; potationibus eſt affectus. * pro Q. Gall. Heſterna potatione oſcitantis.

POTATVR. I. A. 173 a, Totos dies potabatur.

POTATVS, a, um. Tuſc. 230 a, Sic Stoicorum iſta magis guſtata, quàm potata delectant.

* POTE vide POTIS.

POTENS, tis: ſſimus. *valens, qui in magna potentia eſt, magnas vires magnas opes habens, ſumma poteſtate præditus, magnis opibus præditus, opibus & copijs affluens.* de Inuent. 83 a, Ampla & potens ciuitas, opibus valens. Attic. 279 a, Potens homo, vel potentiſſimus potius. pro Pom. 4 a, Duo potentiſſimi reges. Epiſt. 136 a, Ne quid temerè dicam faciámve contra potentes. ad Herenn. 13 b, Si quis potens & factioſus, &c. pro Cæl. 41 b, Homo potens gratioſus, diſertus. ꝓ Dom. 223 a, Cùm tu florens ac potens per medium forũ popularis volitares. ꝓ Plan 266 a, M. Druſus tribunus plebis homo potentiſſimus. & 226 b, Potentiſſimus & clariſſimus ciuis C. Claudius. Offic. 47 b, Vir fortunatus & potens. Att. 275 a, Infinita tribuere potentibus. pro Cor. 61 a, Præpotens terra mariq; Charthago. de Diu. 232 b, Aeacidæ bellipotentes magis, quàm ſapientes potentes: *aliter, ſapientipotentes.* de Diu. 117 a, & de Fin. 76 b, Rerum omniũ præpotens Iupiter. Att. 93 b, Potentiſſimorum hominum contumaciam nunquam tuli.

† Syntaxis. *Præpotens rerum omnium Deus. Terra mariq; præpotens Carthago.*

POTENTIA, tiæ. *poteſtas, vis, opes, magnæ opes.* Inu. 83 a, Potentia eſt, ad ſua cõſeruanda, & alterius obtinenda idonearũ rerum facultas. Attic. 279 a, Potentia in vi poſita eſt & armis. pro Cec. 298 b, Nimia iſta quæ dominatur in ciuitate potentia, in hoc ſolo genere quieſcit: quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, quàm deniq; digitum proferat, nõ habet. ꝓ Planc. 264 a, Potentia vix ferenda. Offic. 59 a, Hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ. I. A. 148 b, Opes violentas & minimè ferendam potentiam cõcupiſcere. Offic. 68 a, Qui omnia honeſta negligunt, dummodo potentiam cõſequantur. ad Her. 2 a, Si vim, ſi potentiã aduerſariorum proferemus. ꝓ Dom. 229 b, Quæ nec vis temporum, nec potentia magiſtratuum, nec vniuerſi populi Rom. poteſtas labefactare poſſit. ꝓ Mur. 129 b, Erant in magna potentia, qui cõſulebantur. Offic. 2 b, Tum autem cõſultant, conducat id nec ne ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam, &c. ad Attic. 102 a, De ſua potentia dimicant homines. item: Conciones illæ quibus quotidie meam potentiam inuidioſè criminabatur. * pro Cęc. 298 b, Non eſt aditus ad huiuſcemodi res neq; potentiæ cuiuſquam, neq; gratiæ. Ep 79 a, Togati potiùs potentiam, quàm armati victoriam ſubiſſemus.

POTENTIA, *vrbs agri Piceni.* de Aruſp. 258 b, & pro Marc. 133 a.

† Syntaxis. *Conſequi potentiam. Vis & potentia. Eſſe in magna potentia. Potentia eſt facultas. ecce genus.*

POTESSE, *id eſt, poſſe.* in Arat. *vt à Virgilio Poteſtur.*

POTESTAS, atis. *facultas, copia, optio, ditio, imperium, magiſtratus, ius, iuriſdictio, vis poteſtatis, manus.* de Inu. 64 b, Si fuiſſe alijs quoq; cauſa faciendi videbitur, aut poteſtas alijs defuiſſe demonſtranda eſt, aut facultas: poteſtas, ſi aut neſciſſe, aut non affuiſſe, aut conficere aliquid non potuiſſe dicetur: facultas, ſi ratio, adiutores, adiumenta, & cætera quæ ad rem pertinebunt, defuiſſe alicui demonſtrabuntur. * pro C. Cornel. 1, Ex promulgatione trinundinum dies ad ferendum poteſtasque veniſſet. ibid. Vt omnino ne illius poteſtate abalienemur. de Legib. 176 a, Augur poteſt à ſummis imperijs & ſummis poteſtatibus comitia tollere. & 185 a, Ni par maiórve poteſtas podulúſve prohibeſſit.



¶ *Poteſtatem dare, tradere, permittere, ferre, &c.* Epiſt. 151 b, Vt primùm poteſtas data eſt augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermiſi, &c. Qu. fr. 305 a, Ita mihi poteſtas detur in patria moriendi. de Inu. 62 b, & 69 a, & 72 b, Et pictori quam vellet eligendi poteſtatẽ dederunt. I. V. 104 a, & pro Clu. 51 b, Simulac poteſtas primùm data eſt, adeunt. ꝓ Quint. 16 b, Alicui vix reſpirandi poteſtatem dare. Att. 53 b, Lex, qua Pompeio poteſtas rei frumentariæ daretur. cont. Rul. 70 b, Si vobis ex omni populo poteſtas deligẽdi eſſet data. ꝓ Dom. 222 a, Hanc vos tribuno poteſtatẽ dabitis. Ep. 60 b, Priuare aliquem poteſtate faciendi aliquid. pro Flac. 146 b, Populus omnẽ poteſtatem ſuã de bonis tradit vobis pro Cor. 62 b, Deferre poteſtatem alicui tribuendorũ beneficiorum. cont. Rul. 73 b, Decemuiris corrumpendarum tabularum publicarum magna poteſtas permittitur. pro Flac. 151 a, Publicæ literæ retentę ſunt in accuſatorum poteſtate. pro S. R. 31 a, Cui ne quęrendi quidem de patre poteſtas permittitur. Poſtquã. 204 b, & I. V. 63 a, & 187 b, Permittere alicui poteſtatẽ faciendi aliquid. * pro C. Cor. 2, Nõ ſilentio, fauente nobilitate, nullo interceſſore cõparato, populo Rom. dedit cooptandorum ſacerdotũ poteſtatem. pro Flacc. 146 b, Confirmationem autoritatis ſuæ veſtræ poteſtati permiſſam eſſe ſentit.

¶ *Poteſtatem eſſe, &c.* de Aruſp. 246 a, Populus Rom. cuius eſt ſumma poteſtas omnium rerum. Epiſtol. 5 a, Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, quibus rectè dem, non prætermittam. & 16 b, Quocunq; tempore mihi poteſtas præſentis tui fuerit, tu eris, &c. de Pro. 69 a, Quotieſcunq; ei locus dicendi & poteſtas fuit. Anteq. 195 a, Vos ego appello, quorum de me maxima eſt poteſtas. de Cl. 190 a, Comprehenſio verborum nullius oratoris æquè in poteſtate fuit. pro Qu. 8 a, Cui poteſtas eſſet agendi quotidie. Att. 85 b, Et poteſtas fuit auferendi omnem pecuniam ex edicto meo. pro Dom. 223 ab, Nec eorum cuiuſquã tibi poteſtas fuit. & 229 a, De agris ratum eſt: fuit enim populi poteſtas. pro Corn. 60 a, Vt ſi Gaditani ſciuerint de aliquo, &c. magna poteſtas ſit ciui noſtro mutandę ciuitatis. Att. 264 b, Tota poteſtas eius rei tua eſt. & 55 b, Mea poteſtas eſt. in Vat. 37 a, An erit hæc optio & poteſtas tua? vt dicas, &c. Att. 25 b, Si deferetur, erit quędam noſtra poteſtas. pro Cluen. 33 a, Quæ tum erat poteſtas: *id eſt, quod tum fieri poterat.* de Clar. 181 b, Cui eligendi poteſtas eſt. Acad. 3 a, Integra nobis eſt iudicandi poteſtas.

¶ *In poteſtate eſſe.* contr. Rul. 83 a, Qui in ſua poteſtate eſt. pro Cæl. 40 b, Tabulas, qui in patris poteſtate eſt, nullas cõfecit. de Fat. 142 a, Nam nihil eſſet in noſtra poteſtate, ſi, &c. Att. 50 a, Lentulus totus eſt in Pompeij poteſtate. Aca. 10 b, Aſſenſio, quæ eſt in noſtra ſita poteſtate. pro Mur. 144 a, Huiuſce rei poteſtas omnis in vobis ſita eſt, iudices, &c. Antequam 194 a, In eorum poteſtate noſtra ſita eſt ſalus. pro Qu. 1 b, Omnes quorum in alterius manu vita poſita eſt, magis cogitant, quid poſſit is, in cuius ditione ac poteſtate ſunt, facere, quàm, &c. pro Pom. 10 a, Veſtros portus in prædonum fuiſſe poteſtate ſcitis. I. A. 206 a, Is in veſtra poteſtate erit, qui in ſua nunquam fuit? quid enim ille vnquam arbitrio ſuo fecit? ſemper tractus, quò libido rapuit, quò leuitas, quo vinolentia. * pro Flacc. 146 b, Vt omnia Reipubl. ſubſidia, totum ſtatum ciuitatis, omnem memoriam temporum præteritorũ, ſalutem præſentium, ſpem reliquorum, in veſtra poteſtate, &c. poſitam eſſe & defixam putetis.

¶ *Habere poteſtatem.* pro Cor. 62 a, Si præmij tribuẽdi poteſtatẽ nullã haberemus. Ante. 195 b, Ego nõ modò loquẽdi liberè in iudicio, ſed conſiſtendi quidem in ciuitate habeo poteſtatẽ. pro S. R. 22 a, Sylla belli gerendi poteſtàtẽ ſolus habet. & 23 a, Vos, qui ſummã poteſtatẽ habetis. Qu. frat. 295 b, Habere ſummã poteſtatẽ in aliquo loco. in Sal. 274 a, Pater tuus qui in eo tẽpore ſummã tui poteſtatẽ habuit. de Ar. 256 b, Sylla regalem habuit poteſtatẽ. de In. 81 a & Ep. 74 a. Habere poteſtatẽ faciendi teſtamẽti. de Inu. 72 b, Habere poteſtatẽ iudicãdi. I. V. 75 b, & 96 a, Proinde quaſi exſcribendi poteſtatẽ non haberet. Att. 264 a, Cùm Coss. & lege & S. C. ſtatuendi poteſtatẽ haberent. item, Theſeus ter optandi à patre habuit poteſtatẽ. Anteq. 197 a, Liberũ ſpiritum ducendi nullam habeo poteſtatem. I. A. 137 a, Ius poteſtatemq; imperandi habeo. de Aruſp. 246 b, Pontifices poteſtatem habent iudicum. in Ant. 153 b, Dictatura, quæ vim iam regiæ poteſtatis obſederat.

¶ *Poteſtatẽ facere, cõcedere, fieri.* Qu. fr. 302 b, Cũ p̃tores dieb⁹ aliquot adiri nõ poſſent, nec poteſtatẽ ſui facerẽt. I. A. 219 b, Q. Mutius faciebat omnibus ſui conueniendi poteſtatem. & 242 b, Concedere alicui poteſtatem peccandi. I. C. 113 a, Si quid de his rebus dicere vellet, feci poteſtatẽ. I. V. 234 b, Niſi minatus eſſem, tabularum poteſtas mihi facta non eſſet. & 79 a, Iudices ſubſcribendi mihi fecerunt poteſtatẽ. Poſtq. 214 a, Scio me tibi inſtaurãdæ cædis poteſtatẽ feciſſe,

feciſſe. pro S. R.30 b, Facio tibi poteſtatem interpellandi. I.A.160 a, Quæ poteſtas ſi mihi ſæpius fiet, vtar: ſi minus, &c. Anteq. 197 a, Neq; mihi libera loquendi facta eſt poteſtas. I. V.214 b, Neq; ſe alijs videndi poteſtatem eſſe facturum. & 61 b, Quotiens ille tibi poteſtatem optionéq; facturus ſit, vt eligas, vtrum velis. Att. 210 b, Vt fieret tuis deſcribendi poteſtas.

¶ *Formulæ variæ.* Att.257 a. pro Clu.55 b, Habere aliquē in ſua poteſtate. I.V. 131 b, Quadruplatorum quicquid erat, habebat in poteſtate. pro Syl.178 b, Vt oppidum & Pompeianos in ſua poteſtate haberet. de Fin.82 b, Si modò ſit aliquid eſſe beatū, id oportet totū poni in poteſtate ſapiētis. pro Cec.304 a, Si pater vendidit eum quem in ſuā poteſtatem ſuſceperat, ex poteſtate dimittit. pro Dom.228 b, In te P.Fonteius vitæ necisq; poteſtatē haberet, vt in filio. I.C.110 a, Gladiatores quanquam, &c. poteſtate tamen in veſtra cōtinebuntur. in Verr.96 a, Tenere aliquem in ſua poteſtate & ditione. Qu.frat.297 b, Tenere motū animi in ſua poteſtate. I.V. 106 b, Venire in arbitrium ac poteſtatē alicuius. Brut.91 b, In poteſtatē hoſtium veniendum eſt. contr. Rull. 81 a, Redigere aliquem in ſuam ditionem ac poteſtatem. de Or.115 a, Mentes eorum qui cū aliqua ſtatuendi poteſtate audiant, mouere poſſe. I V 206 b, Per poteſtatem auferre aliquid alicui. de Leg. 160 b, Ijſdem imperijs & poteſtatibus parére. pro Font 281 b, In poteſtatibus, in imperijs gerendis verſatus. ad Her. 10 b, Miſericors in poteſtatibus. & 18 b, Quemadmodum habuerit. In poteſtatibus gerendis animū. pro Pom.7 a, Quicquid in hac poteſtate prætoria poſſum, &c. pro Cl.33 a, L. Quintius illud iudicium pro poteſtate dimitti iuſſit. Tuſc.163 b, A' magiſtratu aut ab aliqua poteſtate legitima euocatus. I.A. 156 a, Qui togatus in rep cū poteſtate & imperio verſatus eſt. I C.115 b, Hanc vrbem deorū immortalium nutu atq; poteſtate adminiſtrari. pro Dom.235 a, Vir ſumma poteſtate præditus. Tuſc.quæſt.192 a, Qui igitur exiſſe ex poteſtate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non ſunt in poteſtate mentis. & 216 a, Itaq; iratos dicimus exiſſe eſſe poteſtate: *id eſt*, de conſilio de ratione, de mente, quorū poteſtas in totum animū eſſe debet. & 141 a, Duo præfecti fabrûm Pompeij in meam poteſtatē venerunt, & à me miſſi ſunt. pro Pom. 10 a, Cùm duodecim ſecures in hoſtium poteſtatem peruenerunt. I. A.203 b, Cæſar equites, ſagittarios, elephantos, in ſuam populiq; Rom. poteſtatē redegit. de Leg. 184 b, Idq; in repub. noſtra maximè valuit, quòd ei regalis poteſtas præfuit. & 186 a, Gerere poteſtatem. & 187 b, Sylla tribunus plebis. ſua lege iniuriæ faciendę poteſtatē ademit. * ad Her.18 b, Diuitię an paupertas fuerit, & quæ poteſtates, quæ gloriæ. pro Dom.217 b, Et quod idem in poſterum de extraordinarijs poteſtatibus libertatem ademiſſes. de N.31 b, Omnium rerum poteſtate domiuatuq; digniſſimus. & 78 a, Improborum proſperitates ſecundęq; res redarguunt vim omnem Deorum ac poteſtatem. Ep. 245 b, Compulſi in meam poteſtatem peruenirent. Q frat. 290 b, Quòd eodem tempore eſſe intelligerem etiam fortunæ poteſtatem in nos prorogatam.

† Syntaxis. *Poteſtatem alicui dare, tradere, permittere, deferre. Cùm mihi tui præſentis fuerit poteſtas. Integra mihi eſt eligendi poteſtas. Summam habere poteſtatem, ius, poteſtatemq;. Facere, concedere alicui poteſtatem. In poteſtatem ſuſcipere, redigere. In poteſtate tenere, continere In poteſtatem venire, & arbitrium Ex poteſtate facere. Pro poteſtate aliquid imperare. Per poteſtatem facere. Poteſtatem gerere. Ab aliqua legitima poteſtate vocatus. Nutus & poteſtas. Imperium & poteſtas. Vis & poteſtas Dei. Vir dignus poteſtate & dominatu rerum omnium. Amentes ex poteſtate exeunt In mentis eſſe poteſtate.*

POTIENDI. dum. de Sen.85 a, Voluptatis auidæ libidines temerè & effrenatè ad potiundum incitantur. de Fin.61 a, Voluptates quarum potiendi ſpe inflammati faciunt, &c. Tuſc.246 b, Secūdum genus cupiditatum, nec ad potiendum difficile cenſet, nec verò ad carendum.

* POTIENS, tis. Tuſc.199 b, Vt natura ijs voluptatibus potiens, dolore caret.

POTIO, onis *potus*. pro Clu.23 b, & 25 b, Cui cùm ipſe poculum dediſſet, ſubitò illa in media potione exclamauit, ſe maximo cum dolore mori. & 54 a Medicus prima potione mulierem ſuſtulit. de Fin 56 b, Cum cibo & potione fames ſitisque depulſa eſt. Tuſc.200 b, Demus ſcutellam dulciculæ potionis.* de Nat.23 b, Quem cibum, aut quas potiones, &c. adhibebis ad Deos? & 37 b, Nec his eſcis aut potionibus veſcuntur *Dij*. pro Deiot. 147 a, At id fieri potuit primò occultius in potione, vel in cibo: deinde etiam impunius eſt.

POTIOR, ris. *teneo. fruor, impero, poſſideo.*) (*careo* de Finib.32 a, Cleāthes ſolē dominari & rerū potiri putat. Ep 9 a, Quod ij qui potiuntur rerū, pręſtaturi vidētur. & 73 a, Ciuitates quę rerū potitæ ſunt. ꝓ S.R.29 b, Dum ea ciuitas rerū potita eſt. ad Her. 32 a, Athenienſium potiti ſunt Spartiatæ. Ep. 7 a, Si exploratum tibi ſit poſſe te illius regni potiri. I. A. 247 a, Vincamus odium, paceque potiamur. de Sen. 87 a, Si etiam non abundè potitur ſenectus voluptatibus, nō omnino caret. Attic.109 b, An cuncter & tergiuerſer, & ijs me dem, qui tenent, qui potiuntur? de Inuent.74 a, Si eo portu potiti eſſent *nautæ*. Offic.44 a, Omni Macedonū gaza potitus eſt Paulus.* de Fin 61 b, Nam & præterita gratè meminit, & præſentibus ita potitur.

† Syntaxis. *Dominari, & rerum potiri. Ciuitas quę rerum potitur. Romani Carthaginenſium potiti ſunt. Pace potiri. Non abundè potitur, non caret. Cæſar tenet, potitur.*

POTIOR, us: ſſimus. *antiquius, longius, charius, melius, prius.* ꝓ Mur. 124 a, Non quo mihi potior ſit officij mei, quàm huiuſce ſalutis defenſio. I. A.228 b, Mors quę ciuibus Rom. ſemper fuit ſeruitute potior. Ep.180 a, Res eſt potior oratione. Tuſc.224 b, Filius plus pollet, potiorq; eſt patre. de Fin.51 a, Qui hæc legere aſſueuerit, iudicabit nulla ad legendum his eſſe potiora. Att. 251 b, Si quid eiuſmodi acciderit, ne quid tibi ſit fama mea potius. de Or. 150 b, Illa ſemper potiora duxiſti, quę ad ſapientiā ſpectarēt. de Am. 99 a, Itaq; ciues potiores ſunt quàm peregrini, propinqui quàm alieni, &c. Top.221 b, Topice, quę ad vſum potior erat. I.V.98 a, Quid potius? Ep.144 b, Nemini cōcedo, qui tibi potior vetuſtate neceſſitudinis poſſit eſſe. de Som.126 b, Cùm in Africam veniſſem, nihil mihi fuit potius, quàm vt Maſiniſſam conuenirem regem. de Inu 45 b. ad Her 33 a, In comparatione per contentionem, vtrum potius aut quid potiſſimum ſit, quæritur. Att.92 a, Primùm quod videtur eſſe bonus: nemo igitur potior.

† Syntaxis. *Nihil mihi eſt potius, quàm vt, &c. Quid potius, aut quid potiſſimum.*

POTIS eſt, *pro Poteſt.* in Arato.

*Hic caput ad ſuperas potis eſt demergere partes,*
*Infera lumborum nunquam conueſtiet vmbra.*

De Clar.180 a, Hoſpes non pote minoris: *id eſt, non poteſt minoris addici aut vendi.* Tuſc.183 a, Neq; ſanguis vllo potis eſt pacto profluens conſiſtere.

POTISSIMVM. *maximè, quàm maximè, potius, præcipuè.* de Inu. 48 a, Quanquā præſtat honeſtas incolumitati, tamen vtri potiſſimùm cōſulendum ſit, deliberatur. Offic.18 a, Vt ſi nautæ certarēt, quis eorū potiſſimùm gubernaret. ꝓ Mur. 126 b, In equis triumphantium prætextati potiſſimùm filij ſedere ſolent. de Ar.246 b, De hoc igitur loco ſacro videntur potiſſimùm aruſpices dicere. pro Mil.105 b, Ex cōſularibus te creauit potiſſimùm. ꝓ Cæl.44 a, Exiſtat igitur aliquis ex hac ipſa familia, & potiſſimùm cæcus ille, &c. de Leg.160 a, Nam ſi hoc nō probas, à Deo cauſa ordienda potiſſimùm. pro Cæl.50 b, Cur enim balneas publicas potiſſimùm conſtituerat? pro Dom.214 b, Ego eos potiſſimùm damnare debui. Epiſt.56 b, & 55 b, Quærenti mihi quid ad te potiſſimùm ſcriberem.

POTITVRVS, a, um. Tuſ.168 a: Et ego doleam, ſi ad decem millia annorum gentem aliquam vrbem noſtram potituram putem.

* POTIVNDVS, a, um. Parad.118 a, An quiſquā in potiundis voluptatib⁹ gloria ſeſe & prędicatione effert? *al. extollit.*

POTIVS. *citius, prius.* de Or.138 a, Oratio in qua nō vis potius, ſed delectatio poſtulatur. Att 159 b, Conamur opus magnum, ſed tamen nihil eſt quod potius faciamus. Tuſ. 186 a, Zeno Eleates perpeſſus eſt omnia potius, quàm cōſcios delendæ tyrannidis indicaret. Offic. 14 a, Nec verò imperia expetenda, ac potius nō accipienda interdū. Att. 106 a, Depugna, inquit, potius, quàm ſeruias. de Cl.192 b, Magnus homo, vel potius ſummus. I. A. 198 b, Quæ eius feſtinatio? niſi vt ad vrbem potius exercitum maximum adduceret? I.V 94 a, Vel potius, ſiue adeò atq; adeò, idem. Att.19 a, Quod potius ſit.

POTIVSQVAM. *priuſquam, antequam.* pro Mil.121 b.

POTO, as. *bibo, perpoto.* de Cl.191 b, Si potare velis, de dolio tibi hauriendum eſt. * pro M.Font. Galli poſthac dilutius potabunt.

* POTVLENTA, orum. *quæ in potum ſumuntur.* de Nat.54 b, Ea pars oris, quæ eſculentis & potulentis iter natura patefecit. *Alij poculentis legunt.*

POTVS, a, um. *hauſtus.* de Clar.168 a, Themiſtocles excepit ſanguinem tauri patera, & eo poto mortuus côncidit.

¶ *Qui bene bibit.* pro Mil. 112 a, Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis ducis. Epiſtol. 105 b, Domum bene potus redieram.

POTVS, tus, *potio.* de Diu.95 a, Cum ea pars animi, quæ, &c. ſit immoderato obſtupefacta potu atq; paſtu.

PRAE. *propter.* I.A.250 a, Quorum ille nomen præ metu ferre non poterat. Att.148 a, Non herculè præ lacrymis poſſum reliqua ſcribere. & 175 a, Præ fletu & dolore. & 181 a, Præ ſolicitudine ac ſtomacho multa ſcribere nō poſſum.

pro

pro Planc.280 a, Præ mœrore loqui non poſſum. & 265 b, Idem poſtea præmandatis requiſitus. I. V. 128 a, Præ cupiditate officij ſui rationem non habet. & 179 a, Præ lucro prædaq; nullius habere rationem. Att.36 a, Præ multitudine: *id eſt, propter multitudinem.* Tuſc. 170 b, Solem præ iaculorum multitudine non videbitis, & ſagittarum vmbra, ad Attic.95 a, Præ cura iocari non poteram.

¶ *Ratione habita.* contra Rull.85 b, Romam, &c. præ ſua Capua irridebunt, illam copiam cum hac per riſum per iocum ( *NB. Hæc nouem verba in vulgatis codicibus non reperiuntur* ) contemnent, agros noſtros cum ſuis conferendos ſcilicet non putabunt. Offic.61 b, Illa præclara in quibus publice vtilitatis ſpecies præ honeſtate contemnitur. de Am. 96 a, Qui in ipſa ſenectute præ cæteris floruiſſet. de Clar. 191 b, Hegeſias vero illos Atticos præ ſe pene agreſtes putat, Attic.138 a, Illa nihil fuerunt præ his de victoria gratulationibus. I.V. * Ipſe conſul in hac cauſa præ me, minus etiam quam priuatus erit. I.V. 140 a Omnia pericula pro ſalute ſua leuia duxerunt Epiſt.48 b, At contra nobis non tu quidem vacuus moleſtijs, ſed præ nobis beatus *videris.* de Fin. 122 b, Diuitiæ nec magnum bonum, & præ rectis honeſtiſque contemnendum. pro Sext.Roſc.41 b, Hominem præ ſe neminem putare. ad Heren.30 b, Præ ſe neminem ducere hominem. in Verr. 116 b, Præ ſe alios pro nihilo ducere. L. PRAE ME FERO. * Academ. Academicos pre illis modeſtos cautoſq; homines viſum iri Epicuro.

† Syntaxis. *Præ ſtomacho nihil omnino dico. Præ ſe cunctos aſpernatur Pompeius.*

PRAEBENDVS, a, um. Offic.9 a, Vti ſeruis vt mercenarijs ad operam exigendam, & iuſta præbenda.

PRAEBEO, bes. *impertio, adhibeo, exhibeo, præſto.* de Nat. 49 a, Aer vitalem & ſalutarem ſpiritum præbet animantibus. de Clar.187 a, C. Coſconius eam verborum copiam ſi quam habebat, præbebat populo. pro Ar.188 a, Hæc ſtudia rebus aduerſis perfugium ac ſolatium præbent. Attic.141 a, Vt quam leniſſimum me præberem. & 228 b, Si duriorem te eius miſeræ & afflictæ fortunæ præbes. Qu. frat. 301 a, In literis mittendis te nimium inexorabilem, exorabile præbuiſti. & 323 b, Animum præbeo ad illius perniciem moderatum. Offic.38 a, Socij ſpectatores ſe ocioſos præbuerunt Leuctricæ calamitatis. pro S. R. 20 a, Te magnopere quæſo, vt qualem te antea P. R. præbuiſti, talem te nobis hoc tempore impertias. pro Cecin.290 a, Qui & in re miſericordem ſe præbuit, & in teſtimonio religioſum. Epiſt. 73 b, Teq; virum præbeas. & 254 a, Præbere ſe hominem in malis. & 129 b, Præbere ſe dignum ſuis maioribus. & 61 b, & 133 a, Præbere ſe æquum iudicem alicui. I.V. 241 a, Præbere ſe patientem atque impigrum. Att 121 a, Præbere ſe ſuperbum. & 168 b, Præbere ſe placabilem alicui. Orat. 101 b, Præbere ſe miniſtrum alicui in aliqua re. Offic.48 b, Præbere ſe moderatum in aliqua re. pro Planc.278 b, Præbere ſe gratum bene meritis. de Diu.9 b, Offic.26 b, Appetitum rationi obedientem præbeamus. Qu. fratr.309 b, Præbere ſponſalia genero * cont. C. Anton. Cui ſpectaculum eiuſmodi tua crudelitas præbuit. I.V. 93 a, Cum te in oppidis & ciuitatibus amicorum nõ legatum populi Romani, ſed tyrannum libidinoſum crudelemque præbueris. ad Quirit.208 a, Cum is inimicus, qui ad perniciem meam vocem ſuam cõmunibus hoſtibus præbuiſſet, ſpiritu duntaxat viueret. pro Deiot.151 b, Eandem aſſiduitatem tibi ſe præbuiſſe poſtridie. Epiſt. 102 b, Quod in Britannia non nimis φιλοθέωρον te præbuiſti.

PRAEBEOR, eris. de Natur.76 a, Reguli corpus Pœnorum crudelitati eſt præbitum. * I. V. 201 b, Vt veſtem emeret. præbebatur enim legibus. Anteq.194 b, Aures non obtuſæ criminatione, ſed vacuæ præbebuntur.

† Syntaxis. *Aer vitalem & ſalutarem ſpiritum præbet. Præbere ſe lenem, ſuperbum, durum, virum. Animum moderatum præbere. Præbitum corpus crudelitati hoſtium.*

PRAEBITOR, oris. Offic. 44 a, Vt Macedones non te regem ſuum, ſed miniſtrum & præbitorem putent.

PRAECAVENDVM. de Fin.132 a, Quibus abeſt ad præcauendum intelligendi aſtutia.

PRAECAVEO, es. *ante caueo, declino, vito.* pro Pl.269 a, Prouidete ante, & præcauete, Anteq. 195 a, Præcauete, ne, &c.

PRAECAVETVR. Att.22 b, A me ita præcautum atq; prouiſum. de Inu.74 a, Aut niſi feciſſet, præcaueri potuiſſet. Tuſc.201 b, Cum videtur præcaueri potuiſſe, ſi prouiſum eſſet.

PRAECAVEOR, ris. I.V.121 b, Res mihi præuiſa atque præcauta eſt pro S.R.37 b, Mala quæ difficillime præcauentur.

† Syntaxis. *Hæc ſunt ſatis prouiſa & præcauta. Præcaueatur periculum.*

PRAECELLENS, tis. *excellens, præſtans.* pro Corn.59 b, Vir & animo & virtute præcellens. I.V. 223 a, P. Scipio, vir omnibus rebus præcellentiſſimus.

PRAECELSVS, a, um. excelſus. I.V. 225 a, Præcelſus atque editus locus.

PRAECENTIO, onis. *cantus qui aliquem vel aliquid præcedit.* de Ar,248 b, Tui ſacerdotij ſunt thenſæ, curricula, præcentio, &c.

PRAECEPS, pitis. *inconſideratus, ruens, periculoſus, ſubitus.* de Orat.162 b, Sol ipſe iam præcipitans me hæc præcipitem pene euoluere coegit. Acad.17 b, Vt tamen in præcipitem locum non debeat ſe ſapiens committere. de Arm. 256 a, Ille demens, & iampridem ad pœnam exitumq; præceps & deuius pro Mil.118 a, Aliquis præceps amentia. I.V. 270 a, Præceps amentia ferebare. ad Her.26 b, Vt enim præcipitem perturberis ex ea ciuitate. *Alij deturbetis, alij proturbetis legunt.* I.P.94 b, Lubricum genus orationis, adoleſcenti non acriter intelligenti ſæpe præceps. Attic. 145 b, Subitus diſceſſus, & præceps profectio. in Verr. 215 b, Antiochus præceps ex prouincia exturbatus eſt. Attic.36 a, Progreſſum præcipitem, inconſtantem reditum videt. in Verr.77 b, & pro Clu.54 a, Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum. pro Cecin.296 b, Si ſaxis aliquem de fundo præcipitem egeris. & 294 b, Qui non adhibita vi manu demotus & actus præceps intelligatur. de Am. 113 a, Obſequium, quo, &c. amicum præcipitem ferri ſinit. Oct. 330 a, O mea calamitoſam & præcipitem ſenectutem. pro Flac. 156 b, Homo volubilis præcipiti quadam celeritate dicendi. pro Dom.231 a, Nullo labore tuo præcipiti furori reſtitiſſem. de Orat.143 b, Propter tot tantoſq; tamq; præcipites caſus. pro Planc.260 a, Sed ego cæcum me & præcipitem ferri confitear in cauſa, ſi, &c. de Diuin. 84 a, *Præcipites cœli partes.* * pro Flac.166 a, Qui non illam viam vitæ, quam ante precipitem & lubricam eſſe ducebat, huic planæ & ſtabili præponendam eſſe arbitretur.

† Syntaxis. *Præcipitem multa euoluere ſole præcipiti. In locum præcipitem ſe committere. Præceps & lubrica via. Ad pœnam præceps, Conſilio præceps ac deuius. Præcipitem perturbare ex ciuitate, & exturbare. Præcipitem agi conſcientia. Saxis aliquem de fundo præcipitem agere. Præceps caſus, cœli pars.*

PRAECEPTIO, onis. *præceptorum explicatio, doctrina.* Offic.2 a, Itaq; propria eſt ea præceptio Stoicorum.* ad Heren. 1 a, Hanc rationem præceptionis accommodari ad exercitationem oportere. & 37 b, Quam facile præceptione rhethorica res ſimplex multiplici ratione tractetur. de Natur. 41 b, Lex eſt recti præceptio, prauiq; depulſio.

PRAECEPTOR, oris. *doctor, magiſter.* de Orat. 148 a, Neque diſiuncti doctores, ſed ijdem erant viuendi præceptores atque dicendi. I.A.163 a, Hunc tu autorem & præceptorem omnium conſiliorum, totiuſq; vitæ debuiſſes habere. Epi.69 b, Hoc fortiorem me puto, quam teipſum præceptorem fortitudinis. de Inu.50 b, Quos habuerit Artium liberalium magiſtros, quos viuendi præceptores.

PRAECEPTRIX, cis. *magiſtra.* de Fin.58 a, Sapientia præceptrice in tranquillitate viui poteſt.

PRAECEPTVM, pti. *monitum, admonitio, inſtitutum, iuſſum, via, ratio.* Epiſt.70 a, Tuis monitis præceptiſq; omnis eſt abijciendus dolor. Orat.207 a, de Fin. 126 b, Ariſtoteles tradidit plurima præcepta diſſerendi. de Ora,91 b, Qui dicendi præcepta tradunt. Tuſcul 187 b, Dare præcepta de aliqua re, de Orat. 115 b, Precepta de re militari cuipiam dare. & 122 b. Philoſophi nulla dant præcepta dicendi de Clar.189 a, Diſciplina Hermagoræ dat rationes certas & & præcepta dicendi, quæ habent ordinem, & quaſdam errare in dicendo non patientes vias. Orator 210 a Præcecepta, & quaſi vias, quæ ad eloquentiam ferant, tradere. Offic.1 a, Te abundare oportet præceptis inſtitutiſq; philoſophiæ. pro Flac. 166 a, Huic puero viuendi præcepta dabitis. Offi.43 a, b, Etiam hoc præceptum officij diligenter tenendum eſt de L.171 b, Neque medicorum præcepta dici vere poſſunt, ſi qua inſcij imperitiq; pro ſalutaribus mortifera conſcripſerint. * de Orat. 96 b, Non negabo, me iſta omnium communia & contrita præcepta didiciſſe. Frag.epiſt.philoſophiæ quidem præcepta noſcenda. Tuſcul. 159 a, Hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet vt ſe quiſque noſcat. de Fat. 142 a, Si eſt diuinatio: qualibuſnam a præceptis artis proficiſcitur? Præcepta appello, quæ dicuntur Græce θεωρήματα. Non enim credo nullo præcepto aut cæteros artifices verſari in ſuo munere: aut eos, qui diuinatione vtantur, futura prædicare. Sint igitur Aſtrologorum precepta huiuſmodi. *Alij perceptis, & percepta legunt.* de Fat.143 a, Docet Chaldæos, quo pacto eos exponere præcepta oporteat. Offi.2 a, Qui nullis officij præceptis tradendis philoſophum ſe audeat dicere? ibi. Neque vlla officij præcepta firma, ſtabilia, coniuncta naturæ tradi poſſunt.

† Syntaxis. *Monitis præceptiſque tuis. Rationes & præcepta. Via ac præcepta. Præcepta & inſtituta.*

Praecerpo,pis.*præripio*.in Ver.218 b,Non præcerpo fructum officij tui.

Praecertatio,onis. *decertatio*. ad Her. 35 b, Mihi tecum præcertatio non eſt,ideo quòd,&c.

Praecido, dis. *incido, ſeco, amputo, perſeco, præcludo*. de Inu. b,Præcidere manum alicui gladio. Offic.24 b,Amicitiam magis decet ſenſim diſſuere, quàm repentè præcidere. pro Rab.96 a,Præcidere fiſtulas,quibus aqua ſuppeditatur alicui loco.ad Her.41 a,Præcidere & abſcindere ſermonem, vt hic, qui, &c.I. V.139 a, Iam tibi maximam partem defenſionis præcideris.& 80 a,Præcidere alicui ſpem faciendi aliquid.ad Her.41 a,Per abſciſſionem,ſi cùm incipimus aliquid dicere,præcidimus.I.V.148 b,Præcidere ſibijpſi licentiam libertatemq; viuendi.I.P.90 b,Is ſibi ipſe reditum pręcidit.Acad.33 b,Præcíde,inquit,ſtatue aliquãdo quod libet.Att.158 b,Naues præcidere aut incendere.* Atti.121 b.Nũquam reo cuiquam, &c. tam præcisè negaui, quàm hic mihi planè ſine vlla exceptione præcidit.

Praecidor,ris.de Diu 87 a,Cotem nouacula poſſe præcidi.Tuſcula.239 a, Cinna collegæ ſui conſulis C.Octauij præcídi caput iuſſit.I.V.253 b,Cleomenes ancoras præcídi imperat.

† Syntaxis.*Amicitiam repentè præcidere.Præcidere & abſcindere ſermonem, ſpem alicui. Abſciſſio ſermonem præcídit.*

*Praecingor,eris.*cingor*.in Clod.Cùm ſtrophio accuratè præcingere.

Praecino,nis.*prænuncio,prædico*. de Aruſp.248 a, Nouo aliquo motu magnum aliquid deos hominibus pręmonſtrare & præcinere.Tuſcul.q 210 a,Quòd Deorum puluinaribus,& epulis magiſtratuum fides præcinunt: *id eſt,tibicines cum fidibus præeunt.*

Praecipio,pis. *prænoſco,præſentio*. pro Mur. 124 b, Quòd ſi è portu ſoluentibus ij, qui iam in portum ex alto inuehuntur,præcipere ſummo ſtudio ſolent, & tempeſtatum rationem & prædonum & locorum. Offic.16 b,Ingenij magni eſt,præcipere cogitatione futura.

¶ *Mando*. de Senect.82 b, Quod ſi exequi nequeas, poſſis tamen Scipioni præcipere,& Lælio.de Orator.96 a, Et de hoc vno minimè eſt facile præcipere. & 113 a, Præcipere de eloquentia.Epiſto.70 a, Nos erimus etiam in omni deſperatione fortes vt tu tamen idem hortaris & præcipis. & 9 a,Vt tute mihi præcepiſti. * de Offic 42 b,Extant epiſtolæ & Philippi,&c quibus præcipuunt,vt.

¶ *Antecapio*.in Anton 256 b,Pręcipias licet gaudia,omnes te dij oderunt.

Praecipitans,tis. *ruens, cadens*. pro Dom.221 a, Tuus præcipitans iam & debilitatus tribunatus. de Orat 160 a, In amni præcipitante numerum notare non poſſumus. Mil. 122 b, Vrgere iacentes, aut præcipitantes impellere, inhumanum eſt. Attic.47 a, Me certè ad exitium præcipitantem retinuiſſes.pro Syl.167 a,Reſpubl.præcipitans. & 184 a,Præcipitanti reipub.ſubueni.pro Cluent.32 a, Præcipitantem igitur impellamus,& perditum proſternamus. * de Orat.162 b, Sol ipſe iam præcipitans me hæc præcipitem penè euoluere coëgit.

*Praecipitaturus,a,um. de Finib. 131 b, Si quando his *paruis* ludentes minamur præcipitaturos alicunde, extimeſcunt.

Praecipitatus,a,um.pro Cec.294 a, Qui ſe præcipitatos ex locis ſuperioribus dicerent.

Praecipito,tas.*præcipitem ago,celeriter deſcendo,ruo*. Tuſcu. 217 b,Vt ſi poſſe putet eum,qui ſe è Leucade pręcipitauerit,ſuſtinere ſe,quum velit. Academ.17 b, Suſtinenda potius omnis aſſenſio, ne præcipitet, ſi temerè proceſſerit. de Leg.170 b,Fibrenus ex eo loco præcipitat in Lirem. de Somn.129 a,Loca vbi Nilus præcipitat ex altiſſimis montibus de Natur.19 a,Præcipitare iſtuc quidem eſt,non deſcendere.

Praecipitor,ris. pro Dom. 232 b,Præcipitari ex altiſſimo dignitatis gradu.

† Syntaxis. *Præcipitat Fibrenus in Lirem. Vbi Nilus præcipitat ex montibus.*

Praecipue`.*potiſſimum,vel maximè*. Part.240 a, & de Orat. 87 b, Hæc vna res in omni libero populo, maximeque in pacatis ciuitatibus præcipuè ſemper floruit. cont. Rul.78 a,Nihil ſibi appetit præcipuè Pompeius, vult ſe in cõmuni atq; eodem quo cæteri iure viuere.pro Syl.183 a. Neq; ego nunc præcipuè de conſularibus diſputo: vniuerſi ſenatus communis eſt iſta laus.pro Rab.91 a, Labor in hoc defendendo præcipuè meus eſt: ſtudium verò conſeruãdi hominis,commune mihi vobiſcum eſſe debet.Epiſt.58 b,Nihil tibi præcipuè timendum eſt.Epiſtol.218 b,Sed vereor ne quia complures tibi præcipuè commendo, exæquare videar ambitione quadam commẽdationes meas. Quint.fratr.295 b,Nos iſti hominum generi præcipuè debere videmur.de Leg.179 a,Color albus præcipuè decorus Deo eſt.de Fin.88 a,Ergo homini,qui cæteris animantibus præſtat, præcipuè à natura nihil datum eſſe dicemus? Epiſt.21 a,In mea ſalute præcipuè ſum ab illo adiutus.Epiſt.38 a,In quibus vnum illud te præcipuè rogo, vt, &c. de Diu.85 a.

*Ritè igitur veteres,&c. -----*
*Præcipuè ingenti coluerunt numine diuos.*

De Orat.122 a,Diligentia præcipuè colenda eſt nobis. Ep. 176 b,Vicetini M.Brutum præcipuè obſeruant.

Praecipuus,a,um. *peculiaris,proprius*.)( *communis*. Epiſt.59 a, Attic. 179 a, Tum communibus malis,tum præcipuis oppreſſus ſum pro Syl.169 a,Tum cõmunibus, tum præcipuis patris tui periculis cõmouebatur.de Pro.69 a, Præcipuum illum & proprium ſenſum doloris mei à ſententia dicenda amouebo. pro Syl.168 b, Quod mihi conſuli præcipuum fuit præter cæteros,id iam priuato cum cęteris eſt commune.

¶ *Inſignis*.pro Dom.215 a, An meæ partes in ea cauſa non præcipuè fuerunt. pro Pomp.15 a, & pro Mil.116 b, Qui in hoc bello etiam præcipuo iure eſſe deberet. Epiſt,47 a, In communibus miſerijs præcipuo quodam dolore angi. de Finib.71 b,Nam ſunt in animo præcipua quædã.Planc. Epiſtol.149 a,Niſi in multitudine optimorum ciuium impetus animi mei fuerit ſingularis,& opera præcipua, nihil volo,&c.Anteq.197 a, Cùm præcipuũ nobis obſidem ſui animi,veſtram reliquirit libertatem.Offic.3 b,Ingeneratq; in primis præcipuum quendam amorem in eos qui procreati ſunt. pro Lig.141 b, Vt enim cætera paria ſint,&c. hoc certè præcipuum Tuberonis fuit, quòd, &c. ad Attic. 247 a, Domus publico omni præcipuo, & humano, & diuino iure munita. * de Fin. 101 a, Sic in vita non ea, quæ primario loco ſunt,ſed ea,quæ ſecundum locum obtinẽt, προηγμένα,id eſt,producta nominentur. Quæ vel ita appellemus,vel promota,vel remota,vel præpoſita,vel pręcipua, & illa reiecta. ibid. Neceſſe eſt nec bonum eſſe nec malum hoc,quod præpoſitum vel præcipuum nominamus.Itaque id definimus, quod ſit indifferens cum æſtimatione mediocri.

Praecise'.*breuiter*.)(.*plenè,perfectè*.de Nat.40 b,Prouidentia mundum adminiſtrari præcisè dicitur, plenè autem & perfectè,prouidentia deorum mundum adminiſtrari. Attic.121 b,Nunquam ego cuiquam,&c. tam præcisè negaui, quàm hic mihi planè ſine vlla exceptione pręcídit.

Praecisio, onis. *ornamentum quoddam*. ad Heren. 33 b, Pręciſio eſt, cùm dictis quibuſdam, reliquum quod cœptum eſt dici, relinquitur audientium iudicio. de Orator.161 b.

Praecisus,a,um. *diminutus,ereptus*. Att.282 b, Oppreſſa ab impijs ciuitas opitulandi poteſtate pręciſa. de Orator. 111 a,Hîc Catulus,Pręciſa,inquit,mihi quidem dubitatio eſt,quoniam,&c. I.V.181 b, Tibi pręciſa defenſio eſt. Qu. frat.313 a,Tenedia libertas ſecuri Tenedia pręciſa eſt. * de Inuen.69 b,Agitis,cui manus pręciſa eſt,iniuriarum.

Praeclare`.*rectè,probè,optimè*. I.A.209 b,& 188 a. Pręclarè igitur facitis tribuni plebis, &c. Epiſt.52 a, Ego eũ te eſſe,qui,&c.pręclare memini.ibid.206 a,Et ſi non ſum neſcius,quę tua poteſtas ſit, tibi negocium datum eſſe à C. Cęſare,non iudicium præclarè intelligo.pro Sext Roſc.24 b,Quod pręclarè à ſapientibus dicitur, Vultu ſępe lęditur pietas.de Clar.169 b,Vir excellens pręclarè. de Offic.10 a, Viuitur cum ijs in quibus pręclarè agitur,ſi ſint ſimulacra virtutis.

Praeclarus,a,um.*eximius,egregius, commemorandus, glorioſus*. Epiſt.7 b, Minimè miror te tuis pręclaris operibus lętari.de Orat.89 a,Multi erant pręterea pręclari in philoſophia,& nobiles. de Orator.117 a,Genus dicendi magnificum atq, pręclarum. Orat.198 a, Cùm pręclara quędam & magnifica didiciſſet.pro Dom.239 b, Pręclara volũtas, atque omni laude digna.de Orat.95 b, Egregia quędam & pręclara indoles. pro Sext.Roſc.19 b, Opima atq; pręclara pręda. pro Seſt.23 a, Res pręclara iuuentuti ad diſcendum.I.V.74 a,O` cõmemoranda iudicia,pręclaramq; exiſtimationem noſtri ordinis.in Ant.192 a,Pręclara & luculenta reclamatione veſtra factum Martialium comprobauiſtis.Offi.14 a,Ea quę eximia pleriſque & pręclara videntur,parua ducere.pro Sext.Roſc.40 b,Pręedium pręclarum & propinquũ.*I V.253 a,Pręclara claſſis in ſpeciem. I.A.258 b,Maxima pręclariſſimaq; pugna.& 195 b, Idque Reipu.pręclarum,fuiſſe tam multos,tum multò ipſis glorioſius eſt.

† Syntaxis. *Pæclare facere,meminiſſe. Vir præclarè excellens. In philoſophia præclarus & nobilis. Præclarum & magnificum. Egregia & præclara indoles. Præclara & opima præda. Præclara & luculenta reclamatio.*

Praecludo,*claudo,intercludo,præcido*. I.V. 270 b, Omnem orbem terrarum ciuibus noſtris iſta defenſione pręcluſeris.pro

ris.pro Planc.280 a, Nam maritimos exitus præcludebat hyemis magnitudo. I.Piſ.88 a, In perpetuum tibi curiam præcluſiſti.

PRAECLVDOR,ris.*impedior*.Anteq.195 a, Animus præcluditur ad exponendam rei indignitatem.

PRAECLVSVS,a,um.I V.139 b, Omnes tibi aditus miſericordiæ iudicum præcluſi ſunt. Anteq. 193 b, Cùm aditus cuſtodi patriæ præcluſus ſit.& ibid.Cùm ciuibus præcluſa ſit expectatio incolumitatis.

† Syntaxis. *Exitum,curiam alicui præcludere. Præcluditur ad eloquendum animus.Præcluſa cunctis ſpes euaſionis.*

PRAECO,onis.*buccinator,prædicator.*I.V.156 a,Si palàm præco iuſſu tuo prædicaſſet,non decumas frumenti,ſed dimidias venire partes. pro Qu.9 a, De quo homine præconis vox prædicat, & precium conficit, huic, &c. ibid. cuius victus veſtitusq; neceſſarius ſub præcone cũ dedecore ſubiectus eſt.Offic.50 b,Haſtam in foro ponere,& bona ciuium voci ſubijcere præconis. pro Flac.153 a, Citat præco maxima voce legatos Acmonenſes.Offic.63 a,Si domini iuſſu præco ita prædicet,Domum peſtilentẽ vendo. cont. Rul.66 a,Itaq; me non ſingulæ voces præconum, ſed vna voce vniuerſus populus conſulem declarauit. pro Dom. 223 b, Vt Cyprius rex cum omnibus bonis ſub præcone ſubijceretur.de Nat.77 a,Per præconem vendere aliquid. pro Seſt.16 a,Et præconi publico ſubijceretur. ad Her. 41 a,Illi præco faciebat audientiam. I.V.124 a, Dicit vnus & alter breuiter,nihil interogatur,præco dixiſſe pronunciat. de Orat.105 b,Iuriſconſultus præco actionum. pro Arch. 90 a, O fortunate,inquit,adoleſcens,qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris. * de Lege agraria, Veniet ſub præcone tota Propontis. cont.Rull.85 a, Erant hoſtiæ maiores in foro conſtitutæ quæ ab his prætoribus de tribunali, ſicut à nobis conſulibus de conſilij ſententia probatis, ad præconem & ad tibicinem immolabantur. pro Planc.266 a,Conſuli P.Naſicæ præco Granius,&c. inquit. I.A.172 b, Bona Cn. Põpeij Magni voci acerbiſſimæ ſubiecta præconis.Epi.69 a, Verecundiores eſſe præcones ludorum gymnicorum: qui cùm cæteris coronas impoſuerunt victoribus, eorumq; nomina magna voce pronunciauerunt, cùm ipſi ante ludorum miſſionem corona donentur,alium præconem adhibeant,ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe prędicent.

† Syntaxis. *Præco prædicat. Sub præcone victum alicuius ſubijcere. Præconis voci bona ſubijcere. Præco maxima voce citat. Per præconem vendi. Facta à præcone audientia.*

PRAECOGNITVS,a, um. *præſentio*. Epiſtol. 153 a, Si latro pręcognito noſtro aduentu rurſus in Italiam ſe recipere cœperit.

PRAECONIVM,nij. *ars præconis*. pro Qu.18 a, Cuius vox in pręconio quęſtum pręſtitit. Epi.91 b, Facere pręconium. Att.207 a, Ligarianam pręclarè vendidiſt: poſthac quid ſcripſero,tibi pręconium deferam.

¶ *Laudatio*.pro R P.130 a,O meum miſerum & acerbum, pręconium.de Orat. 116 b, Stultitię ſuę quàm plurimos teſtes domeſtico pręconio colligere.pro At.189 b,Omnes mandari verſibus ęternum ſuorum laborum pręconium facilè patiuntur.Epi.68 b,Vt mihi non ſolùm pręconium tributum,ſed etiam graue teſtimonium impartitum clari hominis magniq; eſſe videatur.

PRAECORDIA,orum.*iecur*. Tuſcul.152 b,Iram in pectore, cupiditatem ſubter pręcordia locauit.

¶ *Inteſtina*. de Fin. 146 b, Annulus in pręcordijs piſcis inuentus eſt.

¶ *Animus*.Tuſc.169 a, Cùm iam in precordijs conceptam mortem contineret.in Arat. *Hunc tegit obſcurus ſubter præcordia veſper.*

PRAECVLTVS.*antecultus,præparatus*.* Partit.236 b,Sunt alij quidam perfecti animi habitus, & ad virtutem quaſi pręculti & pręparati rectis ſtudijs & artibus.

PRAECVRRENTIA.*primordia, antecedentia*. Part.230 b, Vt primordia rerum,& quaſi pręcurrentia, in quibus ineſt aliquid argumenti. * de Or.123 b,Nam & coniuncta quęrimus,&c. conſentanea,& quaſi pręcurrentia. & 124 a, Ex cõſentaneis & pręcurrẽtib.&repugnãtib.*argumẽta ducũtur.*

PRAECVRRO,ris.*anteeo,ſupero*.Acad.47 b.Neq; hoc quicquã eſt turpius quàm cognitioni & perceptioni aſſertionẽ approbationẽq; pręcurrere.de Ora 120 a,Auditio & cogitatio,quę ſtudio & diligẽtia pręcurrit ętatem.Or.214 a.Hoſum vterq; Iſocratẽ ętate pręcurrit. Offic.20, Efficiendum autem eſt,vt appetitus rationi obediant,eamq; neq; pręcurrant,neq; propter pigritiam aut ignauiam deſerant. de Am.108 a,Ita pręcurrit amicitia iudicium,&c. Qu. de Pet. 209 a,Vt homo iners,&c.hominẽ plurimorũ ſtudio atque omnium bona exiſtimatione munitũ pręcurrat, ſine magna neglegẽtia fieri non poteſt.de Diu.104 b, Certis rebus certa ſigna pręcurrunt.I.C.122 b,Atq; hęc non vt vos, qui mihi ſtudio penè præcurritis,excitarem,locutus ſum, ſed, &c.de Orat.164 b,Cui quanquam faueo,tamen illum ætati ſuæ præſtare cupio : vobis verò in tanto minorem præcurrere vix honeſtum eſt.

† Syntaxis.*Aetatem præcurrens diligentia. Præcurrit ætate Platonem Democritus. Certis rebus certa ſigna præcurrunt. Aliquem ſtudio præcurrere.*

PRAECVRSIO,onis.*anteceſſio,prægreſſio*. de Fat.149 a, Nõ fieri aſſenſiones ſine præcurſione viſorum.Top.225 b, * Alia præcurſionem quandam adhibent ad efficiendum.

PRAECVRSOR,oris.*excurſor,prodormus*. I.V.257 b. * Quę iſte in decumis,in rebus capitalibus,in omni calumnia, præcurſorem habere ſolebat & emiſſarium.

PRAEDA,dæ.*rapina*.contra Rull.77 b,Accumulat aurum ex præda,ex manubijs,ex coronario,&c.I.V.174 a,Maximos quæſtus prædasq; feciſſe. pro Dom.243 a, Præda conſulum ex meis fortunis crudeliſs.capta. Ep.188 b, Spes prædæ & rapinarum.in Salu.274 b,Prædæ loco magiſtratum accipere.* cont.Rull.78 a,Si eſt æquum,prædas ac manubias ſuas imperatores non in monumenta Deorũ immortalium,neq; in vrbis ornamenta conferre : ſed ad Decemuiros tanquam ad dominos reportare. de Fini.59 b, Quas *cupiditates* nulla pręda vnquam improbè parta minuit, ſed auget potius atque inflammat.de Leg.agr.Prædam,manubias,ſectionem, caſtra deniq; Decemuiri vendent. I.V. 105 a,Sibi nullam prædã eſſe.& 190 a, Quã ex præda aut manubijs eſt abs te donatio conſtituta. & 204 a, Quibus non modò parcant *prædones*,verùm etiam pręda quos augeant. cont. Rull.63 a, Quod ad quemq; peruenit, peruenerit,ex præda,ex manubijs, ex auro coronario.de Prou. 74 b,Illum arbitrabar ſine hoc ſubſidio pecuniæ retinere exercitum pręda antè parta,& bellum conficere poſſe.Offic. 41 a, Ille qui archipirata dicitur, niſi æquabiliter prædam diſpertiat.ibid. Aequabilis prædæ portio.

PRAEDATOR,oris.*prædo*.I.3.108 b,Quos in eodem genere prędatorum direptorumq; pono.

PRAEDIATOR,oris.*iuris prædiatorij peritus*. pro Cor.64 a,Q. Scæuola,cùm de iure prædiatorio conſuleretur,conſultores ſuos nonnunquam ad Furium & Caſſelium prædiatores reijciebat. Att.190 b, Apuleius prædiator liberalis eſt. * Att.189 b,Neq; eò minus,vt ſcribis,procuratores Cornificij,& Apuleium prediatorem videbis.

PRAEDIATORIVS,a,um. *quod ad prædia poſſeſſionesq; pertinet*.pro Cor.64 a,Cùm Q.Mutius de iure prædiatorio cõſuleretur,&c *id eſt,de iure poſſeſſionum.*

PRAEDICABILIS, le. *prædicandus,gloriandus, præ ſe ferendus*. Tuſc.238 a, Nec in miſera vita quicquam eſt prædicabile aut gloriandum.

PRAEDICANDVS,a,um.Tuſc.238 a,Si beata vita glorianda,& prædicanda,& præ ſe ferenda eſt.

PRAEDICANS.tis.Epiſt.70 a,Ignoſces mihi de me ipſo aliquid prædicanti.

PRAEDICATIO, onis. *celebratio, commemoratio*. pro Arch. 190 b,Philoſophi in eo ipſo in quo prædicationem nobilitatemq; fugiunt, prædicari de ſe ac nominari volunt. Attic.149 a,Tua prędicatione factum eſt,vt tantum ei debere videreris.de Aruſp.247 a,Nec vereor,ne hæc mea veſtrorum beneficiorum prædicatio nõ grata potius, quàm arrogans videatur.Q.fr.298 a,Si in mediocri ſtatu ſermonis ac prædicationis res tuæ eſſent, nihil abs te eximium poſtularetur.cont.Rull.75 b,Quæ prædicatio præconi acerba futura eſt. * I.V.66 b,Homo vita atq; factis omnium iam opinione damnatus,pecuniæ magnitudine ſua ſpe ac prædicatione abſolutus. I.V. 179 a, Cogit Scandilium Apronio ob ſingularem improbitatem atq; audaciam, prædicationemq; nefariæ ſocietatis H-S.v millia mercedis nomine ac præmij dare. pro Dom.218 b, Quæ prædicatio de laude mea fuit? Parad.118 a, An quiſquam in potiundis voluptatibus gloria ſeſe & prædicatione effert? *al.extollit.*

† Syntaxis.*Prædicationem & nobilitatem fugere. Status mediocris ſermonis ac prædicationis.*

PRAEDICATOR,oris. *laudator,præco, buccinator*. prò Cor.55 b,Qui volunt me eſſe ſui facti & prædicatorem & autorem. * Ep.11 a, Pompeio plurimum, te quidem ipſo prædicatore ac teſte,debebam.

PRAEDICO,as.*canto,decanto,celebro,commemoro,glorior, perſono,dico*. de Orat.108 b, Erantq; multi,qui libenter id quod dixi,de illis oratoribus prædicarent. I.Piſ.79 b,Mihi iſta licet de me vera cum gloria prædicare.I.A.237 b, Multa & honoratè & honorificè & grauiter de aliquo prædicare. I.V.156 a,Si palàm præco iuſſu tuo prædicaſſet.Attic.143 a, Prædicat enim palàm. pro Dom.231 b, De ſeipſo glorioſius prædicaret.pro Qu.Roſ.48 a,De hoc, vt exiſtimabas,prædicabas.Ep.69 a,Ne ipſi *præcones ludorum gymnicorum*, ſua voce ſe victores eſſe prædicent.de Aruſp.255 a,In

ipſum Pompeium autorem (vt prædicare eſt ſolitus) conſiliorum ſuorum inuehi cœpit. in C. 102 a, Mihi inimico, vt prædicas, tuo. de Orat. 136 a, Ego de te oratore ſic prædico, vnum te eſſe, &c pro Planc. 269 b, Auus tuus. P. Naſica tibi ædilitiam prædicaret repulſam. pro Quint. 9 a, De quo homine præconis vox prædicat. * cont. C. Anton. Quid ego, vt violaueris prouinciam prædicem? pro Pom. 8 a, Quam *Medeam* prædicant in fuga fratris ſui membra in his locis, qua ſe parens perſequeretur, diſſipauiſſe.

PRAEDICOR, aris. de Opt. 244 b, Atq; ita prædicaretur, cũ donari virtutis ergô. pro Arch. 189 b, Themiſtocles dixit ſe eius vocem libentiſſimè audire, à quo ſua virtus optimè prædicaretur. & 190 a, Noſtra *laus* ſæpe feretur & prædicabitur. & ibid. b, Omnes ipſi illi philoſophi, &c. in eo ipſo, in quo prædicationem nobilitatemque deſpiciunt, prædicari de ſe & nominari volunt.

† Syntaxis. *Multa de aliquo cum gloria prædicare. Honoratè, honorificè, & grauiter prædicare. Omnes de ſe prædicari volunt.*

PRAEDICO, cis. ex *Præ & Dico. antedico, cano, præcino, moneo, prænuncio, præſignifico, teſtificor, antè prædico, portendo, oraculum edo, præmonſtro.* I. C 99 a, Quos ego iam multis ac ſummis viris ad me venturos id temporis eſſe prædixeram. de Ar. 248 a, Aruſpices bellum non obſcurè nobis paulo antè prædixerunt. & 256 a, b, Cùm dij immortales monent de optimatium diſcordijs, de clariſſimorũ ciuium diſſenſione prædicunt: cum principibus cædem portendunt, in tuto collocant Clodium. de Diuin. 80 a, Intelligere & prædicere futura. de Diu. 126 a, Scylax totum Chaldaicũ prædicendi genus repudiauit. in Verr. 73 a, Moneo, prædico, antè denuncio. Epiſt. 83 b, Nihil aduerſi accidit non prędicente me.

PRAEDICOR, ris. de Diuin. 111 b, Solis defectiones prædicuntur in multos annos.

PRAEDICTIO, onis, *prædictum, diuinatio, ſignificatio, vaticinatio, præſenſio.* Epiſto. 83 b, Quare quando vt augures & aſtrologi ſolent, ego quoque augur publicus ex meis ſuperioribus prædictis conſtitui apud te autoritatem augurij & diuinationis meæ, debet habere fidem noſtra prædictio. de Diuinat. 119 b, Omnis enim prædictio mali tum probatur, cùm ad prædictionem cautio adhibetur. (*al. adiungitur.*) & 100 a, Quis rex vnquam fuit, qui non vteretur prædictione diuina? de Nat 27 a, Prædictiones & præſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant? de Aruſpic. 248 a, Fatorum veteres prædictiones Apollinis, vatum libris contineri putarunt. * de Diuin. 80 b, Ex quo genere ſæpe ariolorum etiam & vatum furibũdas prædictiones audiendas putauerunt. & 126 b, Chaldæis in prædictione & in notatione cuiuſq; vitæ ex natali die minimè eſſe credendum.

PRAEDICTVM, cti. *prædictio* de Diu. 126 b, Panætius, qui aſtrologorum prædicta reiecit. & ibidem. 129 a, Qui hæc Chaldæorum natalitia prędicta defendunt. de Leg. 165 b, Ad deos placandos alij ſacerdotes conſtituti, ad interpretanda alij prædicta vatum. * de Leg 176 b, Augùrum prædictis multa incredibiliter vera cecidiſſe. Epiſtol. 83 b, Ego quoque augur publicus ex meis ſuperioribus prædictis conſtitui apud te autoritatem augurij & diuinationis meæ.

PRAEDICTVS, a, um. pro Dom. 237 b, Si omnia veteribus & prædictis inſtitutis acta eſſe dicerem. de Natur. deorum 57 a, Defectiones ſolis & lunæ cognitæ prædictæque in omne poſterum tempus. de Aruſp. 250 b, Id totum in iſtius ludis prædictum atque reſponſum eſt.

† Syntaxis. *Prædictio & notatio ex natali vitæ die. Prædictio & præſenſio futurarum rerum. Natalitia Chaldæorum prædicta. Vatum prædicta. In omne poſterum tempus prædictum id eſt.*

PRAEDIOLVM. lib. de Orator. 152 b, * Quoniam à noſtra poſſeſſione depulſi, in paruo & eo litigioſo prędiolo relicti ſumus. Atticar. 252 b, Quod temporis in prædiolis noſtris & bellè ædificatis & ſatis amœnis conſumi potuit.

PRAEDISCO, ſcis. de Orato. 97 a, Quæ in foro agenda ſunt, exercitatione quaſi ludicra prædiſcere & meditari.

PRAEDITVS, a, um. *cumulatus, ornatus, decoratus, inſtructus, armatus, affectus, auctus amplificatus, confectus.* pro Cælio 52 a, Adoleſcens rectiſſimis ſtudijs atq; optimis artibus præditus. in Anton 169 a, Adoleſcens ſumma ſpe & animi & ingenij præditus. pro Pomp. 13 b, Vir ſummis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenij præditus. Qu. Hortenſius. & 16 a, C. Curio ſummis veſtris beneficijs, maximiſque rebus geſtis, ſummo ingenio & prudentia præditus. pro Cl. 28 a, Homo ſumma religione & autoritate præditus. pro Sext. Roſc 44 a, Homo ſapiens & iſta autoritate & poteſtate præditus, qua tu es. pro Milo. 165 b, Homo ſapiens, & alta quadam mente præditus. de Orato. 85 b, Summi homines, & ſummis ingenijs præditi. de Am. 110 a, Venandi vel pilæ ſtudio præditus. de Vniu. 200 b, Siderum errores multitudine infinita, varietate admirabili præditi. pro Cluent. 35 a, Vir magna prudentia & exercitatione præditus. contra Rull. 84 a, Homines diuina mente & conſilio præditi. pro Flac. Adoleſcens optima ſpe præditus, ſummæ dignitatis. pro Dom. 221 a, Vir ſingulari virtute, conſtantia, grauitate præditus. Epiſtol. 47 a, Sapientia præditus propè ſingulari. pro Arch. 187 b, Aliquis ſumma ingenij præditus gloria. & ibidem. Homo mediocris, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditus. Orator. 199 a, Sed tamen eos ſtudio optimo, iudicio minus firmo præditos docere non alienum eſt. in Verr. 78 b, Homo omnibus ornamentis præditus. Tuſcul. 162 a, Mẽs eſt motu prædita ſempiterno. de Inuent. 58 b, Perſpicuo & grandi vitio præditum poſuimus exemplum. Tuſcul. 236 a, Non vt paruo metu præditus ſit, ſed vt nullo. in Ver. 65 b, In me homine paruis opibus & facultatibus prædito. & 161 a, Homo illa autoritate & ætate præditus. in Verrem 220 b, Vir ſummo magiſtratu præditus. pro Domo 235 a, Vir ſumma poteſtate præditus. & ibidem. Singulari bonitate & modeſtia præditus. Atticar. 119 b, Aliquis præditus ampliſſimo ſacerdotio. in Verrem 257 b, Cùm eum videres illa autoritate & miſeria præditum. & 129 b, Amentia præditus atque audacia. de Inuent. 62 a, Puer præditus magna dignitate. in Verrem 56 a, Homo ſingulari cupiditate, audacia, ſcelere præditus. pro Flacc. 147 a, Præditus leuitate, egeſtate, perfidia, audacia. de Natur. deorum 5 b, Mundus animo & ſenſibus præditus. & 24 b, Imagines diuinitate præditæ. & 60 a, Deos membris humanis eſſe præditos. pro Sext. Roſcio 12 a, Aliquis miſer, luctu præditus. ad Heren. 14 b, Mortuum deformatum, tumore præditum, decoloratum corpore conſtat eſſe. de Inuent. 76 a, Quidam neque eo nomine, neque numero præditi, vt digni ſint, qui aut, &c. * pro Dom. 240 b, Virgo ſanctiſſimo ſacerdotio prædita. Epiſto. 48 a, Neque te tali vel ſcientia vel natura præditum hortabor. pro C. Cornel. 1, Adoleſcens ſumma nobilitate, eximia virtute præditus. pro M. Scau. Summo ingenio prędítus. ibidem. Illa humanitate & ſapientia præditus. Horten. Bona mente præditus. ad Herenn. 14 b, Mortuum deformatum, tumore præditum, corpore decoloratum conſtat fuiſſe.

† Syntaxis. *Rectiſſimis ſtudijs præditus. Spe animi & ingenij præditus. Magna vir exercitatione præditus. Vitio præditus, metu, magiſtratu, ætate, amentia, luctu.*

PRAEDIVM, dij. *fundus, poſſeſſio, regnum.* Epiſtol. 206 b, 207 a, M. Laberio C. Albinus prædia in æſtimationem acceperat, quæ prædia Laberius emerat à Cæſare. Atticar. 113 b, Scripſi me tamen in prædijs meis eſſe. Attic. 171 a, In quos ſumtus abeunt fructus prædiorum. & 247 b, Mercedes dotalium prædiorum. pro Sext. Roſc. 25 a, Tot prædia, tam pulcra, tam fructuoſa pater filio ſuo colenda ac tuenda tradiderat. * pro Sext Roſcio 25 a, Hunc in prædia ruſtica relegârat. Hortenſ. Nam & prædijs quæſtuoſiſſimis, amicis iucundiſſimis, quantum libuit, abundauit, & illis omnibus aptiſſimè ad ſalutem corporis vſus eſt. Incert. Multorum in terris prædiorum domini. pro Sext. Roſcio 25 a, Quid ſi conſtat, hunc non modò colendis prædijs præfuiſſe, ſed certis fundis patre viuo frui ſolitum eſſe? in Verrem 105 a, Vbi illa conſuetudo in bonis prędibus prędijsque vendendis omnium conſulum? ibidem. Prædibus & prædijs populo cautum eſt. in Verr. 193 a, Habet idem in nummis; habet idem in vrbanis prædijs. pro Cornel. 66 b, Simul illud neſciebat, prædiorum nullam eſſe gentem: emptionibus ea ſolere ſæpe ad alienos homines, ſæpe ad infimos, non legibus tanquam tutelas, peruenire. pro Flacc. Ad hæc prædia incenſa dedicauiſti.

† Syntaxis. *Pædium in æſtimationem accipere. Prædia vrbana, ruſtica, belle ædificata, amœna, dotalia, fructuoſa.*

PRAEDO, onis *prædator, pirata.* Tuſculan. 189 b, Si cui nauiganti, quem prædones inſequantur, Deus dixerit, Eijce te de naui. in Verrem 168 b, & ad Herrenn. 12 a, Vrbes piratis prædonibusque patefactæ. * cont. C. Anton. Atque vt iſtum omittam in exercitu Syllano prædonem. Horten. Quum in prædonum Hetruſcorum manus incidiſſent. de Orat. 143 a, Tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimoniũ dignitatis. I. V. 67 a, Adduxi hominẽ, &c. prædonẽ iuris vrbani. & 204 a. Feciſti itẽ vti prædones ſolẽt: qui cùm cõmunes hoſtes ſint omniũ: tamẽ aliquos ſibi inſtituũt amicos, quibus nõ modo parcãt, verũ etiam præda quos augeant. & b, Vt & exeuntes è Cicilia prædones ſæpe ad eam *vrbẽ* neceſſariò deuenirẽt: & cùm ex hiſce ſe locis reciperent, eodẽ deferentur: adſciuerunt illud ſibi oppidũ piratæ. ibid. Hæc ciuitas iſti prædoni ac piratæ Sicilienſi Phaſelis fuit, &c. per iſtos quæ volebat, in na-

naucm

uem clam imponēda, occultè exportāda curabat: nauem deniq; maximam, quam onuſtam furtis in Italiā mitteret, apud iſtos faciendam ædificandamq; curauit. I.V.254 a, Quem ab illis prædonibus Locrenſes poſteà pubilcè redemerunt. & b, Prædonum aduentum ſignificabat ignis è ſpecula ſublatus. pro Pomp.10 a, Cum aut hyeme, aut referto prædonum mari nauigaretur. ibid. Quam prouinciam tenuiſtis à prædonibus liberam per hoſce annos? ibid. A' prędonibus captas eſſe vrbes ſociorum. ibid. Cùm duodecim ſecures in prędonum poteſtatem peruenerint. ibid. Cum veſtros portus in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis. An verò ignoratis, portum Caietæ, &c. à prædonibus eſſe direptum? Ex Miſeno autem eius ipſius liberos, qui cum prædonibus anteà ibi bellum geſſerat, à prædonibus eſſe ſublatos? pro Pomp. 10 b, Claſſis à prædonibus capta atq; oppreſſa eſt. ibid. Omnes qui vbiq; prædones fuerunt, partim capti interfectique ſunt, partim vnius huius imperio ac poteſtati ſe dederunt. pro Dom.218 a, Grex prædonū impuriſſimus. & 241 b, Si nemo vnquam prædo tam barbarus atq; immanis fuit, qui cùm fana ſpoliaſſet, deinde aram aliquam in littore deſerto ſomnijs ſtimulatus, aut religione aliqua conſecraret, non horreret animo, cùm diuinum numen ſcelere violatum placare precibus cogeretur. Qua tandem iſtum perturbatione mentis omnium templorum atque tectorum, totiusq; vrbis prædonem fuiſſe cenſetis? de Natu.76 b, Prædones multi ſæpe pœnas dant: nec tamen poſſumus dicere, non plures captiuos arcerbè quàm prædones necatos.

† Syntaxis. *Pirata prædoque. Omnium tectorum prædo.*

PRAEDOR, aris. *prædam facio.* I.V.103 a, Verres omnibus in rebus apertiſſimè prædatus eſt. & 189 a, Tuus apparitor de aratorum bonis prædabitur. I.A 193 a Sed ſpes rapiendi atq; prædandi cæcat animos eorum. Offic.66 a, Nemo id agere debet, vt ex alterius prædetur inſcitia.

PRAEEO, is. *anteeo.* pro Dom.240 a, Adeſte, vt mihi præeatis, poſtemque teneatis. de Fin.138 b, Ad quorum vſum iam corroborati natura ipſa præeunte deducimur. pro Milo. 102 a, Qui heſterna etiam concione incitati ſunt, vt vobis voce præirent, quod iudicaretis.

PRAEFANDVS, a, um, Epiſt.140 b, Nos autem ridiculè ſi dicimus, ille patrem ſtrangulauit, honorem non præfamur: ſin de Aurelia aliquid, aut Lolia, honos præfandus eſt. de Finib. 71 a, Cætera addit, quæ ſi appelles, honos præfandus ſit.

PRAEFARI, ris, fatur. *præloqui.* de Diui.101 a, Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum fauſtumq; eſſet, &c. pręfabantur. de Vniu.201 b, Quæ de Deorum natura, &c. pręfati ſumus, hunc habeant terminum.

PRAEFATIO, onis. *exordium.* I.V.190 b, Quæ porrò præfatio tuæ donationis fuit?

PRAEFECTVRA, ræ. *ea erat Romanis (vt Feſtus ait) in qua & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam reſpub. niſi quòd legibus à Romanis in ſingulas præfecturas præfecti mittebantur quotannis, qui ius dicerent.* pro Planc. 262 b, Tu es è municipio antiquiſſimo Tuſculano: hic eſt è præfectura Atinati, non tam priſca. Atti.82 b, Pręfecturam petiuit, negaui. de Nat.27 a, Cùm P. Vacienus è præfectura Reatina rediret. pro Rab.85 a, Quid omnis præfectura, regio, vicinitas veſtra? quid ager Picenus vniuerſus? vtrum tribunitium furorem, an conſularem autoritatem ſecutus eſt? Att.85 a, Ego tamen quas per te Bruto promiſeram præfecturas, M. Scaptio, &c. detuli. ibid. Vt quot vellet præfecturas ſumeret, dum ne negotiatori. Itaque duas ei præterea dederam: ſed ij quibus petierat, de prouincia deceſſerant. & b, Vt præfecturam Scaptio deferrem. Id verò per te exceperamus, ne negotiatori. ibid. Si præfecturam negotiatori denegatam quereretur.

PRAEFECTVS, cti. *præpoſitus, quicunque alicui rei vel negocio præfectus eſt.* I.P.98 a, Cùm hyberna legato præfectoque tradidiſſes, euertiſti miſeras ciuitates. Att.70 b, De quinq; præfectis quid Pompeius facturus ſit, faciam vt ſcias. Cl. 44 a, Tu es præfectus morib⁹. Poſtq.207 a, His vtitur quaſi præfectis libidinum ſuarum. pro Mar.132 a, Nihil tibi ex iſta laude centurio, nihil præfectus decerpit.* I.V.63 b, Ab hac muliere præfectus Antonij quidam ſymphoniacos ſeruos adducebat per iniuriam, quibus ſe in claſſe vti velle dicebat. I.V.254 a, Apolonienſis nauis capitur, & eius præfectus Anthropinus occiditur. ibidem. Reliqui præfecti nauium, cùm in terram imperator exiſſet, cùm ipſi neque repugnare, neq; mari effugere vllo modo poſſent, appulſis ad Pelorum nauibus Cleomenem perſecuti ſunt.

PRAEFERO, fers. *antefero, præ me fero.* I.V.225 a, Quas tædas ſibi cum ipſa præferret, orbem omnium peragrârit terrarum. Antequam 193 b, Vos dij, &c. qui meę menti lumina prætuliſtis. I.C.100 a, Cui adoleſcentulo non ad libidinem facem prætuliſti? pro Syl.174 b, Vos mihi in tantis tenebris erroris & inſcientiæ clariſſimum lumen prætuliſtis. Quint. frat.292 a, Maiora præferant faſces illi ac ſecures dignitatis inſignia, quàm potentiæ. pro Sext. Roſc.32 b, Auaritiam præfers, qui, &c. *I.V. 217 a, Siniſtra manu retinebat *ſignum Dianæ* arcum, dextra ardentem facem præferebat.

¶ *Antepono.* de Orator.140 a, Præferre ſe alijs. Attic.150 a, Præferre aliquem omnibus. de Clariſs.173 b. pro Pomp. 173 b, Præferre ſalutem reipubl. ſuis commodis. * de Fin. 53 b, Cùm ipſi naturæ patrioque amori pętulerit ius maieſtatis atque imperij.

¶ *Orno* I.A.208 b, Quem vos à ſe ortum hominibus nobiliſſimis omnibus honoribus prætuliſtis.

¶ *Oſtendo.* Epiſt.148 a, Præferre ſenſus apertè: *id eſt, oſtendere quod eſt in animo.*

PRAEFEROR, ris. in Verrem 240 a. Faſces prętoribus præferuntur.

PRAEFICIENDVS, a, um. pro Pomp.9 a, Imperator tantis rebus pręficiendus.

PRAEFICIO, cis *præpono.* de Legib.183 b, Et huic procurationi certum magriſtratum prefecerat. pro Flacc. 149 b, Tum ſeditioſos homines reipublicę pręficiebant. Epiſtol. 84 a, Cęſar Brutum Gallię pręfecit. & 26 a, Nec erat ſuperior honore vllus, quem pręficerem. Attic.262 b, Pręficere aliquem alicui negocio. Atticar.156 a, In ipſa Italia quem cuique regioni aut negocio pręfeciſſet, pro Pomp. 13 b, Pręficere aliquem imperatorem alicui bello. pro Domo 231 a, Pręficere aliquem ducem exercitui. I.V.137 b, & Epiſt.167 a, Aliquem curatorem pręficere, qui ſtatuis faciendis pręeſſet. Epiſt.16 a. pro Dom.238 b, Pręficere aliquem alicui negocio. Poſtquam.207 b, 209 a, Tu me comitijs pręrogatiuę primum cuſtodem pręfeceras. pro Planc.272 a, Pręficere aliquem pecori. de Natur. deor.8 b, Ariſtoteles Deum pręfecit mundo. I.V. 248 a, Vt is eam pecuniam tractaret, quem ipſe pręfeciſſet. de Diuin.111 a, Nec locus nec materia inuenitur, cui diuinationem pręficere poſſimus pro Dom.217 a, Cuius pecunię deportandę M. Catonem pręfeciſti.

PRAEFICIOR, ris. Att.82 b, Primùm contendam à Qu. fratre, vt ſe pręfici patiatur.

† Syntaxis. *Præficere aliquem negocio, aliquem imperatorem exercitui. Deum præfecit mundo Ariſtoteles.*

PRAEFIDENS, tis. *confidens.* Officior.18 b, Homines ſecundis rebus effrenatos, ſibique pręfidentes. de Orator.158 a, Exultantem te & pręfidentem tibi repriment validę legum habenę, atque imperij inſiſtent iugo.

PRAEFINIO, nis. *præſtituo, præſcribo.* Tuſcul.232 b, Tu verò, vt videtur: nam pręfinire non eſt meum. Epiſtol.96 a, Sed eo vidiſti multum quod pręfiniſti, quo ne pluris emerem. de Leg.179 a, Sed ego cętera non tam reſtrictè pręfinio. I.V.271 b, Neq; de illo quicquam tibi pręfinio, quo minus ingenio mecum contendas. de Pro.76 b, Pręfinire diem alicui.

PRAEFINIOR, ris. de Legib.183 b, A' Platone ſumtus funerum pręfinitur ex cenſibus, à minis quinqua ad minam.

PRAEFINITVS, a, um. Epiſtol.86 a, Calend. Ianuarias tibi pręfinitas eſſe. pro S.R.40 a, Deinde aliquanto poſt eam diem venerunt, quę dies lege pręfinita eſt. cont. Rull.62 b, Quod ſuperior parte legis pręfinitum fuit, id rurſus liberum infinitumq; fecerunt.

PRAEFRACTE *pertinaciter.* Offic.69 b, Cato nimis pręfractè vectigalia defendebat: *id eſt, pugnaciſſimè.*

PRAEFRACTVS, a, um. *pertinax, pugnax.* Orat.200 b, Thucydides pręfractior, nec ſatis (vt ita dicam) rotundus, * Hortenſ. Ariſto Chius, pręfractus, ferreus.

PRAEFVLCIO, cis. *præmunio, ſuſtento.* Attic.75 b, Per fortunas illud pręfulci & pręmuni queſo, vt ſimus annui.

PRAEFVLGEO, ges. *præter multum fulgeo.* ad Heren.22 a, Ne aut obcęcentur tenebris imagines, aut ſplendore pręfulgeant.

PRAEGESTIO, ſtis. *valde geſtio, cupio.* pro Cęl.51 b, Pręgeſtit animus videre iam primum, &c.

PRAEGNANS, tis *plenus, grauidus.* de Diuin.88 b, Cùm mater pręgnans hunc ipſum Dionyſium aluo contineret, ſomniauit, &c. pro Clu.24 a, Is vxorem ſuam interrogauit, eſſétne pręgnans? eaq; ſe eſſe reſpondit. de Orator.100 a, Paterfamiliâs qui vxorem pręgnantem in prouincia reliquiſſet.

PRAEGREDIENS, tis. *præiens, antecedens.* I.A.246 a, Sequentes alij, alij pręgredientes amici.

PRAEGRESSIO, onis, *præcurſio.* de Fat.149 a, Nihil fieri niſi pręgreſſione cauſę.

PRAEGVSTATOR, oris. *qui cibos principis prægustat: quod & ad alia transfertur.* pro Dom.218 a, * Pręguſtatori libidinum

num tuarum omnes mancipes, omnes horreorum claues lege tua tradidiſti.

PRAEIVDICATVS,a,um.pro Cluent.18 a,Primùm poſtulo id, quod æquiſſimum eſt, vt ne quid huc præiudicati afferatis. & 27 a, Res ſemel atque iterum præiudicata. de Natur. deorum 4a, Tantum opinio præiudicata poterat, vt etiam ſine ratione valeret autoritas. pro R. P. 127 b, Quaſi præiudicata res ad has cauſas deferri ſoleat.

PRAEIVDICIVM,cij.*iudicij conceptum ſpecimen.* in Ver. 56 b, De quo non præiudicium, ſed planè iudicium factum putatur. in Verr.181 b, Cùm hoc diceret Metellus, præiudicium ſe de capite C. Verris per hoc iudicium nolle fieri. de Inuent. 69 b, Exceptio extra quam in reum capitis præiudicium fiat. & ibidem. Non oportet in recuperatorio iudicio eius iudicij, de quo inter ſicarios quæritur, præiudicium fieri. pro Cluent.19 b, & 29 b, Præiudicia de aliquo facta eſſe à iudicibus. pro Muræ. 138 a, Iudicium accuſatoris in reum pro aliquo præiudicio valere. pro Planc. 270 b, Cur non eius damnatione aliquid ad hoc iudicium præiudicij comparaſti? Attic.87 b, Nimis graue præiudicium in ordinem noſtrum.* I.V.182 a, De quo homine præiudicum noluerit fieri per recuperatores. ibid. Si Apronium abſolutum iri putaret: nihil erat quod vllum præiudicium vereretur.

¶ *Præiudicium (inquit Aſconius) eſt res, quæ cùm ſtatuta fuerit, affert iudicaturis exemplum, quod ſequantur.* L. IVDICATVM.

PRAEIVDICO, cas. *præiudicium facio.* de Legib 193 b, Qui magiſtratu abierint, apud cenſores edant & exponant, quid in magiſtratu geſſerint, deque iis cenſores præiudicent. pro Cl. 54 a, Vt per illum, qui attulit venenum, de hoc præiudicaretur. I. V. 182 a, De aliquo homine non modò præiudicare, ſed etiam grauiſſimè iudicare. de Inuent. 69 b. Satiſne cauſæ ſit, quare de aliquo maiore maleficio præiudicetur. Atticar.275 a, Quod nondum ſenatus cenſuit, nec pop. Rom. iuſſit, id arroganter non præiudico, neque reuoco ad arbitrium meum.

PRAELABOR,ris. de Nat.48 a, *Piſces quorum alter paulò prælabitur antè.* & in Arat.

PRAELIGATVS, ta, tum. *obligatus.* de Inu.81 a, Os autem obuolutum eſt folliculo, & præligatum.

PRAELIOR, aris. *prælio dimico, prælium facio vel committo, rem gero, certo, pugno.* Antequam. 195 b, Hoſtibus in ipſa acie, cùm præliantur, licet loqui. de Diuin.91 b, Eudemus prælians ad Syracuſas óccidit. Atticar. 10 b, Acriter & vehementer præliatus ſum.

PRAELIVM, lij. *dimicatio, certamen, pugna, acies.* Epiſtol.81 a, Præliorum exitus ſunt incerti. Epiſtol.252 b, Prælio facto. Tuſculan.218 a, Prælium rectum hoc fieri. de Orator. 134 a, Salinator ex arce Tarentina multa prælia præclara fecit. de Diuinat.96 b, Cùm hoc calamitoſum prælium fieret. de Natur. deorum 27 a, Cùm A. Ppſthumius cum Octauio Manilio prælio dimicaret. de Diuinat. 96 b, Prælium committo. Atticar. 131 a, Committere prælium cum aliquo. pro Sext. Roſc. 43 b, & I.A.215 b, Prælium commiſſum. de Pro. 75 b, Prælijs frango, & prælijs decerto. pro Mar. 133 b, Vidimus tuam victoriam præliorum exitu terminatam. pro Pomp.8 b, Noſter exercitus prælijs vſus erat ſecundis. Offic.8 b, Cæſar ſecundum prælium fecit. pro Mil. 118 a, Clodius cum prælium commiſiſſet, vulnus accepit. Orator. 199 b, Thucydides res geſtas & bella narrat & prælia. Epiſtol. 131 b, Scribis prælia te mea cauſa ſuſtinere. * Frag, epiſt. Scriptum erat equeſtre prælium valde ſecundum: quin potius aduerſum. ad Heren. 39 a, Ibat in prælium corpore tauri validiſſimi, impetu leonis acerrimi ſimilis. I.C. 110 a, In huiuſmodi certamine ac prælio nónne, etiamſi hominū ſtudia deficiant, Dij ipſi immortales cogant ab his præclariſſimis virtutibus tot & tantia vitia ſuperari? pro Deiot. 149 a, Poſt Pharſalicum prælium ſuaſor fuiſſem armorum non deponendorum, ſed abijciendorum. Attic. 12 a, Subijcere eiſdem prælijs.

† Syntaxis. *Prælio facto. Prælio dimicare, frangere, decertare. Prælium inire, committere. Certamen ad prælium.*

PRAELOQVOR, ris. *prædico.* Epiſt. 122 a, Vix hæc erat prælocutus. Cælij.

PRAELVCEO, ces. *lucem vel lumen præfero.* in Saluſt. 272 b, Ego meis maioribus virtute præluxi. de Am. 100 a, Amicitia bona ſpe prælucet in poſterum.

PRAEMANDO, as. Epiſt. 65 b, Dicitur mihi tuus ſeruus anagnoſtes fugitiuus Vardaci eſſe, de quo tu nihil mihi mandaſti: ego tamen terra mariq; vt conquireretur, præmandaui. Vatinii.

PRAEMATVRVS,a,um. *præproperus, immaturus, intēpeſtiuus.* Planc. Epiſtol.148 a, Quòd præmatura denunciatio boni ciuis imparati quàm eſſet periculoſa, ex caſu collegæ videbam.



PRAEMEDITATIO, onis. *meditatio, prouiſio.* Tuſculan 186 b, Pręmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum. Tuſcul. 196 b, Accipio à Cyrenaicis hæc arma contra caſus & euentus, quibus eorum aduenientes impetus diuturna pręmeditatione frangantur. ibidem. Malè reprehendunt præmeditationem rerum futurarum.

PRAEMEDITATVS, a, um. *meditatus, cogitatus, domo allatus, paratus, præparatus.* Offic.42 b, Craſſus oſtendit id ſe in foro optimè iam præmeditatum facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari. ad Herenn.7 b, Accuſator dicet eum præmeditatum fuiſſe, quod ſibi eſſet vſu venturum. * Tuſculan.197 b, Neque vetuſtate minui mala: nec fieri præmeditata leuiora.

PRAEMEDITOR, aris. Atticar. 92 b, Ex qua forma Reipubl. me fingere poſſim, & præmeditari, quo animo accedam ad vrbem. ad Herenn. 7 b, Accuſator dicet eum vſq; adeò præmeditatum fuiſſe, quòd ſibi eſſet vſu venturum, vt, &c. I. A. 232 a, Sapientis eſt, quicquid homini accidere poſſit, id pręmeditari, ferendum modicè, ſi aduenerit eſſe.

PRAE me fero. præ te fers, præ ſe fert. *præ me gero, profiteor, demonſtro, indico, confiteor, vultu promtum habeo & lingua.* de Natur. deorum 4 b, Tantam facultatem conſecutum eſſe me confiteor: ſecutum eſſe præ me fero. Atticar. 127 b, Semper præ me tuli, nihil me malle, quàm pacem. Orator. 210 b, Fortaſſe cæteri doctiores, ego ſemper me didiciſſe præ me tuli. de Natur. deorum 35 a, & Epiſtol. 18 a, Noli quæſo præ te ferre, vos planè expertes eſſe doctrinæ. Tuſculan. 190 b, Poëtæ, qui cùm magnam ſpeciem doctrinæ ſapientiæque præ ſe tulerunt, audiuntur, &c. I. A. 166 a, Ille, qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit pro Mil. 109 b, Præ ſe ferre & confiteri facinus. Atticar. 136 b, Ὑπόθεσιν aut hanc habent, eamque præ ſe ferunt. & 260 b, Sum ab illo alienatus, idque præ me fero. Tuſculan. 238 a. In miſera vita nihil prædicabile, glorioſum & præ ſe ferendum. I. A. 183 a, Reliquum eſt Quirites, vt vos in iſta ſententia, quam præ vobis fertis, perſeueretis. de Orator. 194 a. Actio præ ſe motum animi fert. Attic. 28 a, Clodius Sampſiceramno negat, cæteris præ ſe fert & oſtentat. contr. Rull 66 a, Vocem vnam præ vobis indicem veſtrarum erga me voluntatum tuliſtis. de Orator. 137 b, Vna ex tribus his rebus pro nobis eſt ferenda, vt nihil aliud niſi docere velle videamur. Atticar. 263 b, Atticum quanti facias, præ te ſoles ferre. Offic. 40 b, Niſi ſpeciem præ te boni viri feras. de Inuent. 65 a, Affectionis ratio perſpicuam præ ſe gerit coniecturam. Academ. 45 a, Is præ ſe probitatem quandam fert.

† Syntaxis. *Præ ſe ferre, & confiteri culpam. Præ te ſemper apertè tuliſti.*

PRAEMISSVS, a, um. Att. 275 b, & I. C. 102 a, Pilius in Macedoniam cum equitatu præmiſſus eſt.

PRAEMITTO, is. Attic. 161 b, Antonius præmiſit mihi odioſas literas hoc exemplo.

PRAEMITTOR, ris. Attic. 112 a, Fannius cum imperio in Siciliam præmittitur.

PRAEMIVM, mij. *merces, fructus, beneficium.*) ( *pœna, ſupplicium.* Attic. 282 a Solon rempub. duabus rebus contineri dixit, pręmio & pœna. de Or. 106 b, Legibus & pręmia propoſita ſunt virtutibus, & ſupplicia vitijs. de Natur. 77 a, Rectè factis præmia, peccatis ſupplicia deberi. Tuſculan. 173 a, Ita ſacerdos precata à dea dicitur, vt illis pręmium daret pro pietate, quod maximum homini dari poſſit à Deo. I. C. 119 a, Poſtremò hodierno die præmia legatis Allobrogū dediſtis ampliſſima. pro Rab. 97 a, Quod ei præmium dari par fuiſſet? pro Ar. 199 b, Tribuere pręmium alicui. I. V. 82 a, Ei præmia poſtea tamen liberaliter tribuit. pro Flacc. 146 a, Quod enim eſſet præmium dignitatis, quod populus Rom. cùm huius maioribus ſemper detuliſſet, huic denegaret? I. C. 116 b, Quibus pro tantis rebus nullum præmium virtutis, nullum inſigne honoris, nullum monimentum laudis poſtulo pro S. Roſc. 36, Quam ob cauſam à Chryſogono tantis præmijs donabantur? pro Ar. 186 b, Itaq; eum Neapolitani ciuitate cæteriſque præmijs donauerunt. pro Corn. 59 a, Qui nulla conditione huius ciuitatis præmijs affici poſſet. de Pro 96 b, Prouinciæ, quas peſtiferi illi conſules pro euerſę reipub. præmiis occupauerūt. pro Dom. 236 a, Cùm mihi ſumma & quotidie maiora præmia in repub. fore putabas. Tuſcul. 238 a, Xerxs e præmium propoſuit, qui inueniſſet nouam voluptatem. de Leg. 139 a, pro Corn, 62 b, Elicere vel inuitare aliquem præmijs ad faciendum aliquid. pro Quint. 13 b, Quaſi eximio pręmio ſceleris expoſito cupidiſſimè cōtendere. de Orato. 101 a, Cùm verus iuſtus & honeſtus labor honoribus, præmijs, atque ſplendore decoratur. Antequam.

tequam. 194 a, Inimici qui tuis te præmijs oppugnent. I. P. 82 b, Totam rempub. prouinciæ præmio vendidiſti. Acad. 1, Licebat enim celeriùs legis præmio: id eſt, beneficio pro Cluent. 38 a, Eos qui in eodem genere in quo ipſi offendiſſent, alios reprehendiſſent, ad præmia legis venire oportere. pro Rab. 97 a, Non ſupplicium deprecarer, ſed præmium poſtularem. Antequam. 193 a, Repetere officij præmium & fructum. de Orat. 86 a, Amplis præmijs ad perdiſcẽdum commoueri. Brut. 289 b, Tributum quod ex centeſima collatum impudenti cenſu locupletum, in duarum legionum præmijs conſumitur. I. P. 93 a, Minimè fructum laborum, præmia periculorum contemnere debuiſti. & 99 a, Mitto ereptam libertatem populis, ac ſingulis qui erant affecti præmijs nominatim. I. A. 263 b, Atque vtinam omnibus ciuibus ſoluere nobis præmia quæ promiſimus, liceret. in Ant. 246 b, Quæ præmia militibus promiſimus nos republica recuperata tributuros, ea cumulatè, cùm tempus venerit, cenſeo perſoluenda. pro Cæl. 52 a, & pro Milon. 112 b, Magnis & amplis præmijs aliquem afficere. & ibi. Perſoluere meritum prę̨mium alicui. pro Mil. 120 b, Ex omnibus prę̨mijs virtutis, ſi eſſet habenda ratio prę̨miorum, ampliſſimum eſſe prę̨miũ gloriam. † Syntaxis. *Præmium tibi pro pietate Deus det, tribuat, deferat, non deneget. Præmio donari, affici, elici, decorari. Prę̨mium & fructus officij. Præmia tibi Deus merita perſoluat.*

PRAEMOLESTIA, ſtiæ. Tuſ. 223 b, Alij autem metum præmoleſtiam appellabant, quòd eſt quaſi dux conſequentis moleſtiæ.

PRAEMONEO, nes. Attic. 131 a, Quod putaui & præmonui, fit vt Cæſar te implicet. I. V. 76 b, Me vt magnopere cauerem, præmonebat.

*PRAEMONEOR, eris. de Aruſ. 245 b, Reperietis ex hoc toto prodigio atque reſponſo, vos ex iſtius ſcelere ac furore ab impendentibus periculis maximis propè iam voce Iouis Optimi Maximi præmoneri.

PRAMONSTRO, as. *prænuncio, monſtro.* de Diuin. 82 b.

*Atque etiam ventos præmonſtrat ſæpe futuros*
*Inflatum mare.* ----

PRAEMVNIO, nis: & nior, ris. *præfulcio, præparo.* Attic. 75 a, Per fortunas illud præfulci & præmuni, quæſo, vt ſimus annui Orat. 209 b, Præmunire anté.

*PRAEMVNIOR, iris. pro Cæl. 41 a, Quæ ex acuſatorum oratione præmuniri iam & fingi intelligebam. de Legib. 163 a, Quæ præmuniuntur omnium reliquo ſermoni diſputationiq; noſtræ.

PRAEMVNITIO, onis. *præparatio.* de Orato 137 a, Sine præmunitione acerbè inuehi in aliquem. & 163 a, Præmunitio eſt etiam ad id quod aggrediare.

PRAENESTE, *oppidum.* de Diuin 126 b, Nuſquam fortunatiorem, quàm Præneſte, fortunam eſſe.

PRAENESTINVS, a, um. de Diuina. 126 b, Præneſtinarum ſortium nomen.

PRAENOMEN, nis. *nomen, quo honoris & differentiæ cauſa vtebantur Romani. vt Marcus, prænomen fuit Tulli Ciceronis. quod idem intelligitur de alijs.* I. A. 352 b, Omnes habent tantam ſimilitudinem inter ſe, vt in eorum prænominibus errem. Epiſt. 119 a, Quod ſine prænomine familiariter ad me epiſtolam miſiſti, primùm addubitaui, num à Volumnio ſenatore eſſet, &c. ad Heren. 12 a, Aliquis cui prænomen ſit Decimo de Ar. 250 a, Q. Claudia,

PRAENOSCO, ſcis. *præſentio.* in Arat.

*Hoc ſignum veniens poterunt prænoſcere nautæ.*

de Diuin 98 a, Futura prænoſcere dij poſſunt.

PRAENOTIO, onis. *prima notio, antecepta animo rei informatio.* de Nat. 10 b. 11 a, Hãc nos habemus ſiue anticipationem, vt antè dixi, ſiue prænotionem deorum. ſunt enim nouis rebus noua ponenda nomina: vt Epicurus ipſe πρόληψιν appellauit, quam antea nemo nominârat.

PRAENVNCIO, as. *præmonſtro, prædico.* de Diuinat. 82 b, Eſt enim natura quædam, quę tum obſeruatis longo tempore ſignificationibus, tum aliquo inſtinctu inflatuque diuino futura prænunciat.

PRAENVNCIVS, a, um. de Nat. deorum. Stellæ magnarum calamitatum prænunciæ. Pro Mur. 134 b, Inquiſitio canditati prænuncia repulſæ. in Arat. Aurora prænuncia ſolis.

PRAEOCCVPO, as. *antè occupo, anteuerto, anticipo.* I. A. 224 b, Quas partes ipſe mihi ſumſeram, eas præoccupauit oratio.

PRAEPANDENS. *aperiens, pandens.* in Arat. 387.

* *Et poſt hyberni præpandens temporis ortus.*
*Admonet.* ſcil *ſignum Pleiadum.*

PRAEPARATIO, onis. *prouiſio, præmeditatio.* Offic. 15 a, In omnibus negocijs, priuſquam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens. Tuſculan. 196 a, Multum prodeſt prouiſio animi, & præparatio ad minuendum dolorem.



PRAEPARATVS, a, um. *paratus.* de Orator. 205 b, Si is non præparatis auribus inflammare rem cœpit, furere videtur. de Diuin. 133 b, Iam Pythagoras & Plato, quo certiora in ſomnis videamus, præparatos quodam victu atque cultu proficiſci ad dormiendum iubent. & 105 b, Qui ſe tradet ita quieti præparato animo tum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranqullitatem accommodatis. de Legib. 157 b, Hiſtoria nec inſtitui poteſt, niſi præparato ocio, nec exiguo tempore abſolui. de Inuent. 52 a, Impijs apud inferos pœnas eſſe præparatas. * Occon. 1, Præparatis idoneis locis.

PRAEPARO, as. *præparationem adhibeo, præmunio, præfulcio.* Offic. 3 b, Ad vitam degendam præparat *homo* res neceſſarias. Quint. frat. 328 a, Appius miſcet, Hircius præparat. pro Cælio 45 a, Habes hortos ad Tyberim, ac diligenter eo loco præparaſti, quò omnis iuuentus natandi cauſa venit.

PRAEPAROR, ris. de Leg. 161 a, Sunt enim hæc minora, quàm illa ipſa, quorum cauſa præparantur.* Occonom. 1. Vt ex hac eadem ſocietate mortalibus adiutoria ſenectutis, nec minus propugnacula præparentur. Hortenſ. Literis talibúſque doctrinis antè excoli animos, & ad ſapientiam concipiendam imbui & præparari decet.

PRAEPEDITVS, ta, tum. *impeditus, irretitus.* pro Rab. 94 b, Qu. Sceuola confectus ſenectute, & præpeditus morbo.

PRAEPES, tis. *celer, citus.* * de Diuinat. 120 a, *Præpetibus pennis.* & b,

*Et ſimul ex alto longè pulcherrima præpes*
*Læua volauit auis: ſimul aureus exoritur Sol.*
*Cedunt ter quatuor de cœlo corpora ſancta*
*Auium, præpetibus ſeſe pulchriſque locis dant.*

PRAEPONDERO, as. *ponderis plus habeo, perpendo, examino, pondero* Offic. 55, Qui omnia metiuntur emolumentis & commodis, neque ea volunt præponderari honeſtare, &c.

*PRAEPONENDVS, a, um. de Fin. 88 b, Quod ſi in ipſo corpore multa voluptati prę̨ponenda ſunt, vt vires, valetudo, velocitas, pulchritudo? Quid tandem in animis cenſes?

PRAEPONO, nis. *antepono, præfero, antefero, antiquior mihi eſt, præficio.* I. A. 223 b, Qui ſalutem populi Rom. vitæ ſuæ prę̨poſuit. pro Rab 95 a, Præponere amicitiam patriæ. Attic. 103 a, Non enim hoc vt oppido præpoſui, ſed vt loco. *id eſt, in* Epiſt. 26 a, Cælium præpoſui prouinciæ. pro Pomp. 16 a, Ille quem bello prædonum præponeretis. I. V. 55 a, Præponere vnum alteri. de Orat. 138 a, Præponere principia cauſis proportione.

PRAEPONOR, ris. Orator. 212, Noti ſunt & naui, quibus In præponitur. contra Rull. 67 b, Vt nobiliſſimis hominibus longè præponerer.

* PRAEPORTANS, tis. *præferens.* Arat.

*Scorpius infeſtus præportans flebile acumen.*

PRAEPOSITIO, onis. *orationis pars vna,* Orator. 212 a, Vna præpoſitio eſt Ab vel Abs: eáque nunc tantùm in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium: in reliquo ſermone mutata eſt. Topic. 224 b, Præpoſitio In, priuat verbum ea ui, quam habebat.

PRAEPOSTIO. *alio modo.* de Fin. 101 b, Neq; tamen illa prę̨poſitio tali, ad eum, quem dixi, finem pertinebit.

PRAEPOSITVS, a, um. *præfectus.* I. P. 256 a, Qui nauibus præpoſiti fuerant. de Diui. 96 a, & pro Nilo. 105 b, Sacerdos quæ præpoſita erat oraculo. I. V. 57 a, Hoc non dico, me omnibus patronis eſſe præpoſitum. de Orator. 112 a, Domitius iſti quæſtioni prę̨poſitus eſt, &c. Epiſt. 114 b, Aliquem alicui muneri eſſe prę̨poſitum. item: Prę̨poſitus eſt ſapiens imperator. de Fin. 122 b, Prę̨poſitum ex eo credo appellatum eſt, quòd prę̨ponatur alijs. Atticar. 225 b, Aurelius, qui eſt prę̨poſitus ab Hircio. pro Cecin. 296 a, Tuus libertus nullo tuo prę̨poſitus negocio. pro Lig. 137 b, Cùm is prę̨poſitus Africę eſt. de A. 1249 b, Omne ſeruitium in alteram ſcenam immiſſum alteri prę̨poſitum. de Finib. 101 a, προηγμένα, id eſt producta nominentur. Quę vel ita appellemus (id erit verbum è verbo) vel promota & remota, vel, vt dudum diximus, prę̨poſita vel prę̨cipua: illa reiecta. ibidem. Neceſſe eſt, nec bonum eſſe, nec malum hoc, quod prę̨pòſitum vel prę̨cipuum nominamus. Itaque id definimus quod ſit indifferens cum ęſtimatione mediocri. de Finib. 101 b, Non aliqua eſſent prę̨poſita. ibidem. Qui ita talus erit iactus, vt cadat rectus, prę̨poſitum quiddam habebit ad finem. ibidem. Sic ea, quę ſunt prę̨poſita, referuntur illa quidem ad finem: ſed ad eius vim naturamque nihil pertinent. ibidem. Hęc quę propoſita dicimus, partim ſunt per ſe ipſa prę̨poſita, partim quòd aliquid efficiunt, partim vtrunque. de Finib. 102 a, Alia ob eam rem prę̨poſita dicentur, quòd ex ſe aliquid efficiant, vt pecunia. Alia autem ob vtranque rem. ibid. Hanc, quam dixi, bonam famam, ipſam propter ſe

præpoſitam, & ſumendam eſſe dixerunt. de Finib. 122 a, Sed dicam græcè *πρoηγμένα*, Latinè autem producta. Sed præpoſita aut præcipua malo, &c. Itaque illa non dico me expetere, ſed legere: non optare, ſed ſumere. de Finib. 122 b, Si illam pecuniam in rebus præpoſitis, quam ſi in bonis duxero. ibidem. Quid? bonum negas eſſe diuitias? præpoſitum eſſe dicis? Quid? Adiuuas? auaritiámne minuis? Quod ſi verbum ſequimur, primum longius verbum præpoſitum quàm bonum.

PRAEPOSTERE`. *peruersè, perperam.*)(. *ordine.* Atticar. 17. Vt præpoſterè tecum agam, mox referam me ad ordinem. Attic. 113 b, Omneis arbitror mihi tuas literas redditas eſſe: ſed primas præpoſterè, reliquas ordine.

PRAEPOSTERVS, a, um. *peruerſus.* de Orator. 146 b, Ne quid perturbatum ac diſcrepans aut præpoſterum ſit. pro Cl. 32 a, Itaque vt erat ſemper præpoſterus atque peruerſus, initium facit à Bulbo. pro Dom. 241 b, Iſte omnia prępoſteris verbis pronunciauit. pro Syl. 184 b, O' præpoſteram gratulationem. Epiſt. 253 b, Præpoſteros habes tabellarios, qui cùm à me diſcedunt, flagitant literas: cùm ad me veniunt, nullas afferunt. de Im. 111 a, Præpoſteris vtimur conſilijs, & acta agimus de Orator. 147 a, Non diſceptis ſententijs, non præpoſteris temporibus, non confuſis perſonis, non perturbato ordine. I. P. 99 b, Noſter hic prępoſterus imperator, &c. pro R. P. 128 b, Quid tam peruerſum præpoſterúmve excogitari poteſt.

† Syntaxis. *Præpoſterum, perturbatum, diſcrepans. Homo præpoſterus & peruerſus. Præpoſterus imperator.*

PRAEPOTENS, tis. *omnipotens.* pro Cornel. 61 b, Præpotens terra marique Carthago. de Diuinat. 117 a, Rerum omnium præpotens Iupiter. pro R. P. 129 b, Clarus ac præpotens vir. de Natur. deorum 41 a, Natura deorum præpotens & excellens. de Orator. 101 a, Siue quem iſta præpotens & glorioſa philoſophia delectat. de Finib. 76 b, Non ſolùm callidus, verumetiam præpotens, vt M. Craſſus. Offic. 22 a, Itemque in ſermonibus alium quidem videmus, quamuis præpotens ſit, efficere, vt vnus de multis eſſe videatur. de Leg. 160 b, Præpotens Deus.

¶ *Præpotentes, viri principes.* de Amic. 106 b, Multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles.

PRAEPROPERVS, a, um. *præmaturus, nimis celer.* Epiſtol. 88 b, Cognoui præproperam feſtinationem tuam. & 160 b, Atticar. 1 a, Fuit hæc illius præpropera prenſatio.

PRAEREPTVS, a, um Epiſtol. 72 b, & pro S. R. 28 b, Ne iſtius quidem laudis ita ſum cupidus, vt alijs eam præreptam velim.

PRAERIPIO, pis. *præcerpo, antefero.* Offic. 68 a, Marius præripuit collegis popularem gratiam. I. A. 259 a, Ne deorum immortalium beneficium feſtinatione præripuiſſe videamur Offic. 22 a, Facilè celare, tacere, diſſimulare, inſidiari, præripere hoſtium conſilia Epiſtol. 72 b, Præripere aliquid conſilio. Attic. 154 b, Alterum mihi eſt certius: non præripiam tamen, ſed expectabo conſilium tuum. de Ar. 244 b, Præripere alicui deſponſam iam & deſtinatam laudem.

PRAEROGATIVA, uæ. *quaſi ſpecimen, tanquam præiudicium. Aſcon. 64 a, Prærogatiua ſignificat aliquid aut dictum, aut factum liberaliter ab eo, qui nobis benefacturus eſt, ante ipſum beneficium nobis præſtitum.* I. V. 81 a, Dedit enim prærogatiuam ſuæ voluntatis eiuſmodi, vt iſti pro prærogatiuis iam reddidiſſe videatur. I. Piſ. 81 b, Is cui primam comitijs dederas tabulam prærogatiuæ. Poſtquam 208 a, Tu me comitijs prærogatiuæ primum cuſtodem præfeceras. de Diuinat. 101 b, Prærogatiuam maiores omnes iuſtorum comitiorum eſſe voluerunt. de Diuinat. 120 a, Is qui in prærogatiua referenda ſubirò concidiſſet. in Ant. 176 a, Sortitio prærogatiuæ. Epiſtol. 247 a, Si triumphi prærogatiuam putas ſupplicationem. Quint. frat 316 b, Non dico ὑπερβολῶς, vel centies H-S. conſtituunt in prærogatiua pronunciare.

PRAEROGATIVVS, a, um. *quod primò rogatum eſt, vt centuria prærogatiua: id eſt, quæ prima ferebas ſuffragia.* pro Muræn. 133 b, Tanta illis comitijs religio eſt, vt adhuc ſemper omen valuerit prærogatiuum. de Diuin. 115 b, Prærogatiuum omen iudiciorum. pro Planc. 269 a, Vna centuria prærogatiua. & ibid. Non exigua pars populi, ſed vniuerſus populus voluntatem ſuam declarauit.

PRAEROGATVS, a, um. *primùm rogatus.* pro Planc. 269 a, Cuius in honore non vnius tribus pars, ſed comitia tota comitijs fuerint prærogata.

PRAERVPTVS, a, um. I. V. 265 b, Qui aliqua promontoria, aut prærupta ſaxa tenuiſſe dicuntur.

PRAES, dis. *ſponſor, qui pro altero ſe obligat, in cauſa præſertim pecuniaria.* Attic. 203 b, Plancus præs pro Flaminio eſt H-S XX. in Ver. 106 b, Prædibus acceptis de H-S DLX. in Verr. 99 b, Aut pro præde litis vindiciarum cùm ſatis accepiſſet, ſponſionem faceret. Epiſtol. 28 b, Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, vt & mihi & populo cautum ſit. & 75 b, Prædes Valeriani tenentur. I. A. 175 a, Ne L. Plancus prædes tuos venderet. I. V. 105 a, Vbi illa conſuetudo in bonis, prædibus prædiſque vendendis. Attic. 205 a, Præs aliquando factus eſſet in his quidem tabulis. Attic. 86 a, Cùm ſex libris tanquam prædibus me ipſum obſtrinxerim. Attic. 44 a, Egi per prædem, illi daret. Atticar. 191 a, Opinor Antonium propter prædes ſuos accurriſſe pro R. P. 124 a, Sunt lites æſtimatæ A. Gabinio, nec prędes dati. & 129 b, Si aut prædes dediſſet Gabinius, aut tantum ex eius bonis, quanta ſumma litium fuiſſet, popul⁹ recepiſſet, quamuis magna ad Poſthumum ab eo pecunia perueniſſet, non redigeretur. * I. V. 105 a, Prædibus & qrædijs populo cautum eſt.

PRAESAGIO, gis. *præſentio.* de Diui 94 a, Is igitur, qui antè ſagit quàm oblata res eſt, dicitur res præſagire. *id eſt, futura antè ſentire.* & ibid. Præſagitabat animus fruſtra me i. e, cùm exirem domo. Epiſt. 120 a, Exiguitas copiarum receſſum, non dimicationem mihi tuam præſagiebat. de Amic. 98 a, Qui idem quaſi præſagiret, &c.

PRAESAGITIO, onis. de Diuinat. 94 a, Ineſt igitur in animis præſagitio extrinſecus iniecta, & incluſa diuinitùs. & ibidem. 106 a, Cum vterer, qua ſoleo, præſagitione diuina.

PRAESCRIBO, bis. *definio, præfinio, præſtituo, voce præeo.* de Natur. deorum 3 b, Arbitramur nos ea præſtitiſſe, quæ ratio & doctrina præſcripſerit. & 16 b, Natura homini pręſcripſit, vt nihil pulcrius quàm hominem putaret. Epiſtol. 78 b, Simus agitur ea mente, quam ratio & veritas præſcribit. Tuſculan. 231 a, Etſi iniquum eſt præſcribere mihi te, quemadmodum à me diſputari velis. Attic. 153 a, Mcóne, inquam, arbitratu? an tibi, inquit, ego præſcribam? pro Font. 283 b, Vt maiorum iura moréſq; præſcribunt. pro Pomp. 4 a, Facilè intellexi. Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid alijs præſcriberetis. pro Flacc. 159 b, Qui plura etiam reſpondebit, quàm tu ei antè præſcripſeris. in Vat. 31 b, Ac tibi iam inde præſcribo, ne permiſceas. de Senectu. 82 b, Præſcribere iura ciuibus. de Diuinat. 134 a, An Aeſculapius poteſt præſcribere per ſomnium curationem valetudinis? Neptunus gubernantibus non poteſt? de Finib. 64 b, Omnis quæ via quadam & ratione habetur oratio, præſcribere primùm debet, &c. pro Dom 239 b, Pręſcribere enim ſe arbitratur, vt ſine ſtudijs diſſenſionis ſententię dicerentur. Atticar. 129 a, Sed nihil pręſcribo. de Senect. 80 b, Senatui, quę ſunt gerenda, pręſcribo.

* PRAESCRIBOR, eris pro Cęci. 299 b, Veſtra autoritate hoc conſtituetur, hoc pręſcribetur. de Finib. 185 b, Vt in actionibus pręſcribi ſolet.

PRAESCRIPTIO, onis *præſcriptum.* Academ. 35 b, Hęc norma, hęc regula, hęc pręſcriptio eſt naturę Tuſculan. 213 b, Intemperantia eſt à recta ratione defectio, ſic auerſa à pręſcriptione rationis, vt &c, pro Cęl 46 b, Dummodo illa in hoc genere pręſcriptio moderatióque teneatur. pro Rabir. 91 b, Quanquam in hac pręſcriptione ſemihorę patroni mihi partes reliquiſti. de Inu. 49 b, Hęc ideo diligentius inducitur pręſcriptio. vt, &c.

† Syntaxis. *Norma, regula, præſcriptum. Præſcriptio, moderatioq; tuenda.*

PRAESCRIPTVM, ti. *præſcriptio, formula, norma, regula, certa quædam & definita lex.* de Inu. 84 a, Cuius rei certum quiddam pręſcriptum videtur in perpetuum dari poſſe. de Inuent. 79 a, Ex communi pręſcripto ciuitatis vnamquamque rem adminiſtrare. pro Clu. 48 b, Omnia legum imperio & pręſcripto fieri videbitis. de Orat. 124 b, Plura homines iudicant odio aut amore, &c quàm veritate aut pręſcripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus. Orat. 200 a, Quid eſt quòd pręſriptum aliquod aut formulam exprimas? Offic. 19 a, Hęc pręſcripta ſeruantem licet magnificè viuere.

† Syntaxis. *Legum imperium & præſcriptum. Præſcriptum & formula.*

PRAESCRIPTVS, a, um. *decretus.* Aacad. 3 Neque vt omnia quę pręſcripta & quaſi imperata ſunt, defendamus, neceſſitate vlla cogimur. Atticar. 253 a. Cùm ei pręſcriptum eſſet, ne ſine Seſtij noſtri ſententia ageret. pro Font. 278 b, Si hoc iudices pręſcriptum lege aut officio putatis, teſtibus credere. I. C. 112 b, Atque ita ſibi præſcriptum eſſe, vt mitterent, &c. Attic 69 b, Nondum huc erat allatum, quomodo Cæſar ferret de autoritate præſcripta. ad Herren. 10 b, Quæ de neceſſitudine præſcripta ſunt. *id eſt, antè ſcripta ſunt.*

† Syntaxis. *Præſcripta & imperata, Conſtituere, & præſcribere.*

**PRAESENS**,tis.*arbiter,teſtis,inſpectans,inſtans.* de Orat.94 a, Hic eſt vnus homo ex omnibus, quo ego præſente minimè ineptus eſſe vellem pro Cecinn.299 b, Nam ipſo præſente de eius virtute timidius dicerem. de Inuent.61, Ipſe interfuit & præſens vidit.pro Dom.221 a, Aderat præſens M.Bibulus,&c.Epiſtol.21 b,Præſens tecum egi, cum, &c. itemque petiui ſæpius per literas, &c. Attic.14 b, Sed hoc præſenti tibi commodius exprimam.Epiſt.16 a. Cùm mihi poteſtas tui præſentis fuerit. Attic.219 b,Ex eo cognoui creationem teſtibus præſentibus ſexaginta duobus. I. C.121 a, Cùm eum præſentem atque audientem vita priuandum eſſe dixit.Epiſto.3 a, Amorem tui abſentis omnes tui præſentes cognoſcent.& 145 b, Si facultas mihi tui præſentis eſſet.Offic.31 b,Neque ſolùm viui atq; præſentes ſtudioſos dicendi docent,ſed,&c.de Orator.109 b, Eorum qui illos viderunt, viuorum & præſentium memoria teſte.de Natur.deorum 62 a,At enim præſentes videmus deos, vt apud Regillum, &c. pro Qu.14 a, Agere geſtum præſente Roſcio.I.V,78 b,& Epiſt.112 b, Me præſente & me inſpectante hoc factum eſt.Attic.24 b, Pro eo libro tibi præſentem pecuniam ſolui imperaui.pro C.24 b, Is pecuniam præſentem,non debitam mulieri ſoluit. Offi. 3 a, Bellua ad id ſolùm quod adeſt, quodque præſens eſt: ſe accommodat.de Finib.66 a,Corpore nihil niſi præſens, & quod adeſt,ſentire poſſumus.pro Planc.280 b,Præſentem alicui gratiam refero.de Diuin.134 a,Atqui ne ſi nauigare quidem velim, ita gubernarem, vt ſomniauerim: præſens enim pœna ſit.Off.45 b,Quod præſens tanquam in manu datur,iucundius eſt. pro Dom.215 b, Erat igitur præſens caritas & futura fames. de Diuin.93 b, Animus meminit præteritorum, præſentia cernit, futura prouidet, I.C.115 b, Illud verò nónne ita præſens eſt,vt Iouis nutu factum videatur?I.C.102 a,Magna tempeſtas inuidiæ nobis ſi minus in præſens,at in poſteritatem impendet. Atti. 284 a In præſens.)(.*in poſterum*,Epiſtol.13 b, Hæc ad te in præſenti ſcripſi,vt ſperes,&c.*id eſt,in præſentia.* de Amic.96 a,Vt tanquam à præſentibus coram haberi ſermo videretur. Qu.frat.310 b, Cætera (vt tu ſcribis) præſenti ſermoni reſeruentur.I.A.231 a,Populari agros nō ad ſpem conſtituendæ rei familiaris,ſed ad præſentem paſtum mendicitatis ſuæ. * I. V. 225 b, Multis ſæpe in difficilimis rebus præſens auxilium eius oblatum eſt.

¶ *Magnus,alacer.* Offi.16 b,Præſentis animi vti conſilio. de Orat.116 b,Animus acer & præſens.*id eſt,paratus.* Tuſcul. 154 a,Hercules tantus & tam præſens deus.*id eſt, propitius.* Attic.241 a,Præſentes ad nocendum vires habere. *id eſt, efficaces.* Attic. 16 b, Quanquam animus eſt præſens,tamen voluntas ipſa medicinam efficit.

† Syntaxis. *Qui præfuit,& præſens vidit.Præſentem cum aliquo agere.Præſente & inſpectante. Quod adeſt, & quod præſens eſt. Quod præſens tanquam in manu datur. Animo præſenti, acri & præſenti.Deo præſente,id eſt,propitio,ſecundo, fortunante. Reſeruare præſenti ſermoni. Vis præſens,id eſt,efficax.*

¶ In rem præſentem venire: *id eſt,in locum. de quo lis & controuerſia eſt,quod tunc fit,cùm fundus aut alia poſſeſſio deſignanda eſt,& certis finibus circumſcribenda, vt certius de ea iudicari poſſit.* Offic.7 a,Vt conſtitueris te cuipiam aduocatum in rem præſentem eſſe venturum.de Orator 107 a, An verò ſi de re ipſa, ſi de finibus, cùm in rem præſentem non venimus,ſi de tabulis & præſcriptionibus controuerſia eſt, &c.pro Cecinn.288 a,Placuit de amicorum ſententia cōſtituere,quo die in rem præſentem veniretur.

**PRAESENSIO**,onis.*præſagitio.* Top.247 b, Atque etiam per exta inuenta præſenſio *ineſt in rebus.* de Natur. 27 a, Prædictiones & præſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant? * de Natu.deor.62 b,Vnus iſte modus eſt, qui eſt ſuſceptus ex præſenſione rerum futurarum & 63 b.De præſenſione diximus.de Diuin.80 a, Verſari quandam inter homines diuinationem, quam Græci μαντικὴν appellant,id eſt,præſenſionem & ſcientiam rerum futurarum.

***PRAESENSVS**,a, um.de Diuinat.106 a,Mihi,&c. ſatis eſt non modò plura *ſigna*,ſed pauciora diuinè præſenſa & prædicta reperiri. ibid. Si vnum aliquid ita ſit prædictum præſenſumque.

**PRAESENTIA**,tiæ.*conſpectus,aſpectus.* de Natur.27 a, Præſentiam ſæpe diui ſuam declarant.& 59 b, Deorum præſentiæ quales ſuprà commemorauit, declarant. Epiſtol.95 a, Præſentiæ tuæ deſiderium meo labore minuam. I. C. 100 b, Alicuius aſpectum præſentiamq; vitare.

*¶ IN PRAESENTIA. *in præſenti,in præſens, in præſens tempus,in hoc tempore præſenti.)(.in poſterum,in poſteritatem,poſt, poſtero die breui tempore.* I.V.257 a, Quid ergo? iſte homo ex eiuſmodi ciuitate adoleſcens nobiliſſimus, teſtis relinquetur? In præſentia,inquit Cleomenes,quoniam ita neceſſe eſt.Sed pòſt aliquid videbimus,ne iſte nobis obſtare poſſit.pro Dom.215 a,Res erat non opinione dubia, ſed in præſentia, atque ante oculos propoſito periculo. in Vatin.123 a,Sopater cùm hoc illi improuiſum accidiſſet, commotus eſt ſane: neque in præſentia Timarchidi quid reſponderet habuit.de Finib.129 a,Hæc in præſentia nota eſſe debebunt. Tuſcul.247 b, Veſtræ cœnæ non ſolùm in præſentia,ſed etiam poſtero die iucundæ ſunt. Att.111 b,Spero etiam in præſentia pacem nos habere. & 130 b, *Pompeij.* Quot in præſentia cohortes contra te habeat Cæſar: ſed quantas breui tempore equitum & peditum copias contracturus ſit.Atticar.247 a,Hoc video in præſentia eſſe.

¶ *Vis,virtus,fortitudo.* pro Mil.113 a, Videbant præſentiam animi.

**PRAESENTIO**,is.*cogitatione præcipio,præſagio, futura ante ſentio,præcognoſco.* de Na b,Cùm talem eſſe Deum certa notatione animi præſentiamus. pro Rab.96 b, Sapientiſſimi cuiuſq; animus præſentit in poſterum. pro Ar.191 a,Si nihil animus præſentiret in poſterum. de Diuinat.106 a, Multa diuina præſenſa & prædicta reperiri. & 129 a, & 87 b,Furore diuino incitatus animus futura præſentit.

† Syntaxis. *Deus præſentiam ſuam declarat. Aſpectus & præſentia alicuius. Periculum in præſentia & ante oculos. Animi præſentia.*

**PRAESEPIA**,ium. *luſtra,ganea.* I.Piſ.88 b, Verùm audis in præſepibus,audis in ſtupris,&c.

**PRAESERTIM**.*cum primis,præcipuè, maximè, nec minimè.* Attic.73 b,Meditare aduerſus Brutum cauſam meam, ſi hæc cauſa eſt,contra quam nihil honeſtè dici poteſt: præſertim cum integram rem cauſamque reliquerim. pro Flac. 145 b b,Facis iniuſtè Læli,ſi putas,&c. præſertim quo tua negligentia factum arbitrere.de Am.98 b,Itaque non tam iſta me ſapientiæ fama delectat, falſa præſertim,quàm quòd,&c.Epiſtol.Ego tibi in hac præſertim imbecillitate magiſtratuum præſtare nihil poſſum.de Cl.184 b,Admiror tantam fuiſſe obliuionem,in ſcripto præſertim. Antequam.193 a,Liceat ex hac flāma euolare, præſertim qui, &c.Tuſc.232 a Proprijs enim & ſuis argumentis tractanda quæque res eſt,tanta præſertim.

**PRAESES**,dis *cuſtos, vindex, antiſtes.* I.V.274 a, Mercurius iuuentutis cuſtos & præſes. contra Rull.69 a, Tribunus plebis præſes cuſtosque libertatis. pro Dom.242 b, Vos qui huic vrbi & reipubl. præſides eſtis.* pro Dom 242 a, Dij immortales ſuorum templorum cuſtodem ac præſidem ſceleratiſſime pulſum cùm viderent. pro Seſt.26 b, Senatum Reipubl. cuſtodem,præſidem,propugnatorem collocauerunt de Diuin.80 a,Verſari quandam inter homines diuinationem,quàm Græci μαντικὴν appellant, id eſt,præſenſionem & ſcientiam rerum futurarum.

† Syntaxis. *Cuſtos & præſes libertatis. Cuſtos, præſes, propugnator.*

**PRAESIDENS**.tis. pro Mil.121 b, Vobis huic iudicio præſidentibus Milo eijcietur? I.Vat.32 b,Præſidentibus in templo duobus conſulibus.

**PRAESIDEO**,es.*cuſtos vel præſes ſum.* pro Syl.183 b,Vos dij patrij, qui huic vrbi atque imperio præſidetis.I.V.274 b, Deæ,quæ cunctæ Siciliæ præſidetis. pro Pomp.17 a, & I. C.118 b,& I. A.250 a,Dij qui huic loco temploque præſident.I. A.163 b,Senatus ille, qui quondam florens orbi terrarum præſidebat.I.A.201 b,Gallia,quæ ſemper præſidet atq; præſedit huic imperio liberatique communi,meritò vereque laudetur.

**PRAESIDIVM**,dij.*ſtatio.* I.A.57 b, Armati in præſidijs multis in locis collocabuntur.de Cl.184 b,Q.Catulum in præſidijs reipub.collocemus.Attic.284 a, Quinto filio negocium dedit Antonius, vt eum dictatorem efficeret,præſidium occuparet, &c. de Senect.92 a, Vetatq; Pythagoras iniuſſu imperatoris,id eſt Dei,de præſidio & ſtatione vitæ decedere.pro Cæl.52 a,Viri à muliere in præſidio balnearum locati.

¶ *Comitatus,cuſtodes.* Epiſt.139 a, Domus vt propugnacula,& præſidium habeat,Philotimo dicetis.Attic.236 b,Vtriq; non ſine cauſa præſidium habent,ego autem vtraq; arma timeo.pro Sext.Roſc.20 b,Ad iudicium cum præſidio venire.pro Sext Roſc.19 a,Aliquem ſatis firmo præſidio defendi.Att.136 b, Italiam totam armis præſidijsque teneri.pro Pom.10 a,Quis locus tam firmum habuit præſidium,vt tutus eſſet? & ibid b,Atque hæc tria frumentaria ſubſidia reipublicæ firmiſſimis præſidijs claſſibúsque muniuit. Epiſtol. 28 a, & Attic. 130 b, Coss.præſidia omnia deduxerunt.*id eſt,ex oppidis.* Epiſtol. 8 a, Itaque omnia præſidia,quæ magna & firma parauerant, dimiſi. Epiſtol.7 a,Firmare aliquem locum præſidijs. cōtra Rul. 63 b,Italiā præſidijs cōfirmare,colonijs occupare.& 64 b, Si præſidiū non proponitur (*al. præponitur*) huic vrbi, iſta colonia,ſed opponitur. con. Rul.81 a,Totam Italiam ſuis præſidijs obſidere & occupare cogitat.& ibid. Præſidijs in-

terclusum teneo.I.C.97 b,Nihílne te, &c.nocturnum prçſidium palatij,&c.mouerunt.item, Illa colonia meo iuſſu,meis prçſidijs,custodijs,vigilijsq; eſt munita. * Q.frat. 317 a,Statui ad nullam medicinam Reipubl. ſine magno prçſidio accedere.

¶ *Spes,ſecuritas,auxilium.* pro Syl.176 b, Ego tectus præſidio firmo amicorum, Catilinæ copias repreſſi. & 182 a, Vbi erit illud fortiſſimum præſidium pudoris? pro Muræ. 129 a, Omnia hæc noſtra, &c.latent in tutela ac præſidio, bellicæ virtutis. pro Mur. 143 a, Deijci de vrbis præſidio, & de cuſtodia ciuitatis deturbari. pro Rab. 91 a,Munire præſidia reip.& ibid.Perfugium & præſidium ſalutis reip. I. V. 190 a, Claſſis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum, præſidiumq; prouinciæ piratarum manibus incenſa eſt. pro S.R.37 a,Qui fidem lædit, oppugnat omnium commune præſidium. Ora.218 b,Vbi libido dominatur,innocentiæ leue præſidium eſt.ad Bru. 189 a, Ferre prçſidium labenti rei.pro Pomp.17 b,Præſidia periculis & adiumenta honoribus quærenda. Tuſc.175 b,Is magnum ſibi præſidium ad beatam vitam comparat.de Orat.87 a,Gracchi omnibus vel naturæ,vel doctrinæ præſidijs ad dicendum parati.ad Heren.30 a,Qui ſibi firmius in virtute, quàm in caſu præſidium collocauit. & 31 b, Petere præſidium ſibi ex aliqua re.Bru.283 a,Omne præſidium eſt in puero.* de Amic.105 a, Vt mulierculæ magis amicitiarum præſidia quærant quàm viri. pro M.Scau. Poſſe virtutem ſine præſidio fortunæ,quò contendiſſet,labore & conſtantia peruenire.pro Quin.1 b, Si tu iudex nullo præſidio fuiſſe videbere contra vim & gratiam ſolitudini atq; inopiæ. pro Marc.134 b,Quin.Reſpubl multa perderet & ornamenta dignitatis & præſidia ſtabilitatis ſuæ.

† Syntaxis. *In præſidijs collocare milites.Propugnaculum,præſidium. Vrbem armis,præſidioque tenere. Vrbs firmum habet præſidium,eſt firmata,præſidijs obſeſſa & occupata. Præſidijs intercludere aliquem.Perfugium & præſidium. Tutela & præſidium virtutis. De præſidio deijci. Præſidio tegi firmo. Pudoris præſidium. Præſidium ferre,comparare ſibi. Præſidio eſſe.Omne præſidium eſt in puero.De præſidio & ſtatione vitæ decedere.*

PRAESIGNIFICO, as. *prænuncio.* * de Diu.97 b.& 129 b, Aut non cenſent Dij eſſe ſuæ maieſtatis præſignificari hominibus,quæ ſunt futura.

PRAESTABILIS,le.*præſtans.*de Orat.140 b, Res magnitudine præſtabiles,aut nouitate primæ.de Natur.29 b, Nihil melius mundo,nihil præſtabilius, nihil pulchrius de Am. 115 b, Virtute excepta nihil amicitia præſtabilius. de Ar. 213 a,Alicuius præſtabilis inſignisque virtus.de Pro,77 a, Præſtabilis dignitas.de Senect.83 a, Homini natura nihil mente præſtabilius dedit.in Vat.31 a,Quæro, vtrum tandem putes melius fuiſſe & præſtabilius, me naſci,an te. * Incer.Quanto eſt præſtabilior animus corpore.

*PRAESTANDVS,a, um. pro Sest.17 a,Dixit eam ſententiam cuius inuidiam capitis periculo ſibi præſtandam videbat. Offic.63 a, Sin autem dictum non omne præſtandum eſt,quod dictum non eſt,id præſtandum putas? Epiſtol.78 b, Vt nihil in vita nobis præſtandum præter culpam putemus? ad Q frat.292 a, Horum non modò facta ſed etiam dicta omnia præſtanda nobis ſunt.

PRAESTANS,tis: tior, ſſimus. *excellens, antecellens, præſtabilis, egregius, eximius, habens præſtantiam.* Tuſcul.135 b, Præſtantia dici debent,quę habent aliquam comparationem. pro Planc.266 a,Q.Scæuola vir omnibus ingenio, iuſtitia, integritate præſtans.Tuſcul.152 b,Longè præſtans omnibus ingenio & doctrina.Acade.42 a, Duo præſtantiſſimi ſtudio atque doctrina,Xenocrates & Ariſtoteles.pro Seſt. 22 a,Qui virtute & conſilio præſtanti extiterunt. pro Cor. Bal.56 a,Homo grauitate & prudentia præſtans. de Orat. 155,Vir literis doctrinaq; præſtans,in Vat.30 b, Quid ergo homo imperitiſſime ſolidæ laudis ac verę dignitatis præſtantius mihi potuit accidere, quàm, &c. de Orato.103 b, Platonem in illis artibus præſtantiſſimum fuiſſe aiunt de Nat.13 a,Natura excellens & præſtans. de Natu. 11 a,Nam præſtans deorum natura pietate coleretur.Epiſtol 98 b,In manū tuam iſtam & victoria & fide præſtantem.*pro Marc.131 b, Quis eſt ille aut nobilitate,aut probitate,aut optimarum artium ſtudio, aut innocentia, aut vllo genere laudis præſtantior? & 132 a,Aduerſarium nobilitate,ingenio,virtute præſtantem non modò extollere iacentem.Tuſcul.237 a, Præſtans valetudine, viribus, forma,acerrimis integerrimisque ſenſibus. de Vniuer.199 a, Earum *medietatum* eadem parte præſtantem extremis, eademque ſuperatam,alteram pari numero præſtantem extremis,pariq; ſuperatam.

†Syntaxis. *Res magnitudine præſtabilis.Virtus præſtabilis. inſignisq;. Melius ac præſtabilius.Omnibus longè præſtans pietate. Literis,doctrinaque præſtans.In poëtica præſtans.*

PRAESTANTIA,tiæ.*excellentia.* de Fin. 132 b, Homo habet præſtantiam mentis,cui tota illius natura pareat.de Diui. 135 a,Dij immortales rerum omnium præſtantia excellentes. de Orat.128 a, Quidam intollerantius ſe iactnat, & æqubilitatem communis iuris præſtantia dignitatis aut fortunæ ſuæ tranſeunt. Offic.20 a, Nobis autem perſonam impoſuit ipſa natura magna cum excellentia præſtantiaque animantium reliquorum de Am.109 b,Qui aliquam præſtantiam virtutis, ingenij fortunæ, conſecuti ſunt. * Academ.42 b,In partibus *ponebant eſſe* ſenſus integros,& præſtantiam aliquam partium ſingularem. de Finib. 133 a, Quarum *virtutum* eſt excellens in animorum laude præſtantia.

† Syntaxis. *Excellens præſtantia.Excellentia præſtantiaq; præditus Cæſ.omnium Romanorum.*

PRAESTAT, bat. *melius eſt, conducit.* pro Seſt. 28 b, Multo mihi præſtat in eandem recidere fortunam,quam,&c.I.P. 82 b,Emori potius quàm ſeruire præſtat.Atti.225 b, Mori millies præſtitit,quàm hæc pati. de Natur.75 b, Tacere præſtat philoſophis quàm loqui.

*PRAESTATVRVS,a,rum.*præſtiturus.*Epiſt.9 a,Otium nobis exoptandum eſt,quod ij,qui potiuntur rerum,præſtaturi videntur.Epiſtol.172 a,*Bruti.*Vtrumque me præſtaturum ſpero,ne aut Ventidius elabatur, aut Antonius in Italia moretur.Epiſtol.194 a,*Trebonij.*Cui nos & charitate, & amore tuum officium præſtaturos non debes dubitare.Attic.142 a, *Balbi.* Quam beneuolentiam me herclè te præſtaturum confido.

PRAESTIGIAE,arum. *quas Plinius incantamenta vocat.* de Natur.74 b,Doli,machinæ,fallaciæ præſtigiæ ſine ratione eſſe non poſſunt. pro R.P.128 a, Illinc omnes præſtigiæ, omnes fallaciæ,&c.nata ſunt.I.V.212 a, Non per præſtigias,ſed palàm totum oppidum compilauit Verres. Aca. 12 b,Quaſi præſtigijs quibuſdam & captionibus depelli ab ijs, quæ clara ſunt.de Fin.132 a,Ex eiſdem verborum præſtigijs regna vobis nata ſunt.

*PRAESTINGVO,is.*perſtringo.* ad Heren.39 b,Exiſtimat ſe gemmæ nitore & auri ſplendore aſpectus omnium præſtinguere.*Alij.perſtringere legunt.*

*PRAESTINGVOR,eris.Atticar.289 a, Qui ſplendore falſi honoris obiecto aciem boni ingenij præſtingui (*al.perſtringi*) poſſe confidunt.

PRAESTITVO,tuis *præfinio, præſcribo,dico.* I.V. 106 a, Diem præſtituit operi faciundo cal. Decembris. pro Cec.286 a, Prætor nunquam petitori præſtituit,qua actione illum vti velit. de Inuen.78 a, Lex quibus diebus proficiſceretur, præſtituebat.pro Qu.5 b,Præſtituere tempus alicui,quam diu dicat.

*PRAESTITVRVS,a,um,*præſtaturus.* Epiſt 86 b, Se præſtituros nihil ex eo te offenſionis habiturum.

PRAESTITVTVS,a,um.Tuſc.168 b,Natura dedit vſuram vitæ tanquam pecuniæ, nulla præſtituta die. Attic.221 a, Scis enim dies illorum præſtitutos fuiſſe.

PRAESTO,as.*excello, antecello, præſtanti virtute & conſilio exiſto, præcurro, ſto, tueor ſupero.* de Clariſs.185 b, Hortenſius ſuos inter æquales longè præſtitit.de Inuent.62, Zeuſis muliebri in corpore pingendo alijs præſtabat.de Orator. 101 a,Maiores noſtri prudentia cæteris gentibus præſtiterunt.de Inuent.63 a,Ariſtoteles, &c. tantum inuentoribus ipſis ſuauitate & breuitate dicendi præſtitit. de Orat. 145 b,Qui multum omnibus gloria præſtitiſſet. de Finib. 88 a,Homo cæteris animantibus plurimum præſtat.& 134 a,Longè multúmque præſtat mens atque ratio expletioni naturæ.de Ora.155 b,Piſiſtratus literis doctrináq; præſtitit.de Natu.53 a, Ratio eſt quæ præſtat omnibus.de Orat. 124 a, Bona exiſtimatio diuitijs præſtat.de Finib.117 b,Virtus præſtat omnibus rebus. de Orat.134 a, Socrates in hac ironia longè lepóre omnibus præſtitit. de Orat.155 a,Cato vtroque in genere & laborauit & præſtitit. de Cl. 173 b,Mutius augur iuris ciuilis intelligentia,atque omni prudentiæ genere præſtitit.& ibidem Nemo his viris gloria præſtitit. de Cl. 188 a, Orator præſtat minutis imperatoribus.Qu frat.291 b,De legatis, honore & dignitate & ætate præſtat Tubero. de Amic.88 a, Namque hoc præſtat amicitia ꝓpinquitati,quod,&c.de L.170 a,Sed neceſſe eſt charitate eam præſtare, qua reipubl. nomen vniuerſæ ciuitatis eſt, pro qua mori, &c. dabemus. *ſic enim legendum eſt, non vt antea, charitatum. loquitur enim de duabus patrijs, naturæ ſcilicet, & ciuitatis: hancque charitate alteri anteponit: idcirco eam dicit charitate præſtare,id eſt, excellere.*Tuſ.230 a,Contemplatio rerū longè omnibvs ſtudijs præſtat.de In.70 b,Pacta præſtant legibus.ad Heren.10 a, Pactum præſtat iuri.de Cl.182 b, Quid præſtat intelligens imperito? magna re & difficili, ſiquidē,&c.& ibi.Prçſtat etiam illo doctus auditor indocto, quòd,&c.I Piſ.86 b, Si meum illud turbulentiſſimum tempus tuo trāquilliſſimo præſtat,quid conferam reliqua? Attic.110 b, Quę conditio non

tio non huic fugæ præſtitit? de Inuen.43 a, Præſtare & antecellere.)(humiliorem & infirmiorem eſſe de Claris 179 a, Is totidem annis mihi ætate præſtabat.* Hort. Nec in philoſophia cuiquam ceſſit, & vitæ grauitate præſtitit. de Inu. 43 a, Qui quare homines beſtijs præſtent, ea in re hominibus ipſis antecellat. de Amic. 100 a, Cumq; plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum pręſtat omnibus quod.

¶ *Exequor perficio, abſoluo, facio, ſeruo, efficio, præbeo, exhibeo.* de Natur. 3 b, Arbitramur nos ea præſtitiſſe, quæ ratio & doctrina præſcripſerit. de Nat. 10 b, 11 b, Neq; herculè in ijs ipſis rebus, quæ, &c. eam voluntatem, quam expectâram, præſtiterunt. Attic. 82 b, Præſtare fidem ſuam alicui. Top. 224 a, & de Diu. 124 b, Præſtare fidem alicui. & 72 b, Præſta te eum, qui mihi à teneris vnguiculis es cognitus. Epiſt. 72 b, Sapientia quam tu à puero præſtitiſti. ibid. 40 b. & 55 b, Præſtare alicui memoriam & beneuolentiam. & 134 a, Præſtare diligentiam & virtutem alicui. & 65 b, Vt tuam conſuetudinem & liberalitatem in me defendendo mihi pręſtes. de Leg. 158 b, Iuriſconſulti ius ciuile eatenus exercuerunt, quo ad populo præſtare voluerunt. I.A. 223 a, Præſtare debitum honorem patri. de Orator. 88 b, Satis id eſt magnum, quod potes præſtare. Attic. 142 a, Vt vtriq;, vt vis, tuam beneuolentiam pręſtare poſſis, quam mehercle te præſtaturum confido. Epi. 11 b, Vt officium meum memoremq; in benemeritos animum fidemq; fratris mei præſtarem. pro Cec. 285 b, Præſtare fidem ſuam ac diligētiam in agenda cauſa. de Cl. 175 b, Præſtare pietatem parentibus & patrię. pro Flac. 152 b, Quidam mare tutū pręſtiterunt. ad Bru 90 b, Omnia Brute præſtiti reip. quę pręſtare debuit is, qui, &c. & ibi. Fides, vigilantia, patriæ charitas: hæc ſunt enim, quæ nemo eſt, quin præſtare debeat Att. 170 b, Præſtare beneuolentiam alicui. de Orat. 112 a, Præſtare ſuum munus. ad Brut. 289 a, Vix videor, quod promiſi, præſtare poſſe. de Orat. 155 a, Iidem & in ſenatu, & ad populum & in cauſis amicorum, & domi, & militię, conſilium ſuum fidemq; pręſtabant. pro Qu 18 a, Is cuius vox in præconio quęſtum præſtitit. I.P 96 b, Cùm Pompeius, &c, Senatui ſententiam pręſtaret. pro Pomp. 14 b, Omnes ſocios in vltimis oris autoritate noſtri imperij ſaluos pręſtare poteramus. & 17 b, Pericula facilè (vt hominem pręſtare oportet) innocentia tecti pellemus. I.C. 123 b, Habetis conſulem, qui & ea quę ſtatueritis, quo ad viuet, defendere, & per ſe ipſum pręſtare poſſit. Anteq. 195 a, Proinde in meo periculo ſalutē integram pręſtare communem. pro Planc. 280, Cùm omnia illa municipia tunc iter tutum multis minitātibus magno cum ſuo metu pręſtiterint. de Finib 83 a, Iſtam voluptatem perpetuam quis poteſt pręſtare ſapienti? * Frag. epiſtol. Tu ſi meam fidem pręſtiteris. pro Marc. 136 b, Cùm id ſolicitudine, cura, labore, tandiu pręſtiterim. pro Dom. 216 a, Quem annonam pręſtare oportere dicebant? Epiſt. 55 b, Tu verò vt intelligas homini amiciſſimo te tribuiſſe officium, re tibi pręſtabo. Epiſt. 147 b, *Planci.* Vt quę Reipubl. boniſq; omnibus polliceremur, exitum pręſtaremus. Att. 141 b. *Balbi.* Si togatus vrbana officia ſibi pręſtitiſſem, quę etiam illis, ſi vellem, pręſtare poſſem. Itaq; nunc Romę omnia negocia Lentuli procuro, ſuſtineo, meumque officium, fidem, pietatem ijs pręſto.

¶ *Polliceor, recipio, curo.* Epiſtol. 57 a, Quod de te ſperare, de me pręſtare poſſum. & 4 b, Ego tibi à vi, hac pręſertim imbecillitate magiſtratuum pręſtare nihil poſſum. Attic. 141 b, Pręſtabo, ſi Cęſarem bene noui, eum tuę dignitatis rationem habiturum Qu fr at 327 b, Ego Meſſalam Cęſari pręſtabo. Attic. 279 a, Pręſtare ſe acerrimum propugnatorem libertatis. de Pro. 79 a, Me non ingratum eſſe pręſtabo pro Flac. 152 a, Prędones nullos fore quis pręſtare poterat? Qu. fra 291 b, Vt hac cuſtodia prouincię, non te vnum, ſed omnes miniſtros imperij tui ſocijs & ciuibus & reip pręſtare videare. Attic. 93 a, Quem tamen ego pręſtare non poteram. Qu fr 318 b, Pręſtabo ſumptū nuſquam melius poni poſſe. pro Pomp. 13 a, Felicitas, quam pręſtare de ſeipſo nemo poteſt, meminiſſe & commemorare de altero poſſumus. I.A. 244 a, Quis igitur mihi pręſtat Lentonem vno capite eſſe contentum? * Epiſt. 4 b, Ego tibi à vi, in hac pręſertim imbecillitate magiſtratuum pręſtare nihil poſſum: vi excepta poſſum confirmare, &c. Qu. fra. 291 b, Atq; inter hos *quæſtores* eos, &c. duntaxat finibus his præſtabis, quos antè pręſcripſi.

¶ *Inſtauro.* Offic. 64 b, Quicquid enim ineſt prędio vitij, id iuriſconſulti ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, pręſtari oportere. Offi. 65 a, * Emptori damnum pręſtari (*al. præſtare*) oportere.

¶ *Fideiubeo* de Orat. 120 a, Impetus populi, quos pręſtare nemo poteſt. Epi. 73 a, Id eſt vt cōmunem & incertum caſum, quem neq; vitare quiſquam noſtrûm, neq; pręſtare



vllo pacto poteſt, ſapienter ferres. Brut. At. 287 a, Illū conſulem hic conſularis pręſtare videtur. Epiſt. 103 b, Vltima expectato, quę ego tibi & iucunda & honeſta pręſtabo. & 66 b, De Dionyſio ſi me amas, confice: quamcunq; ei fidem dederis, pręſtabo. de Ora. 94 a, Perge verò Craſſe, inquit Mutius: iſtam enim culpam, quam vereris, ego pręſtabo. de Orat. 98 a, Quicquid eſt incommodi in mācipio, id ſi venditor ſcit, neq; declarat, pręſtare debet. Top. 222 a, In pariete communi demoliendo, qui damni infecti promiſerit, non debebit pręſtare, quod fornix vitij fecerit. Attic. 111 b, Si quid offendimus in genere noſtro, quod quidem ego pręſtare non debeo.

¶ *Probo.* pro Seſt. 11 a, Quę quidē ea cōdiditione geſſerā, vt meū factū ſemper omnes boni pręſtare tueriq; deberent.

¶ *Obligationis* pro Mur. 124 b, Is periculum iudicij pręſtare debet, qui ſe nexu obligauit. 115 a, Nihil eſt ſapientis pręſtare, niſi culpam.

* PRAESTOR, aris. Tuſc. 197 a, Cùm nulla eſt, cùm id, quod ab homine nō potuerit pręſtari, euenerit Offi. 64 b, Quicquid ineſt prędio vitij, id, &c. pręſtari oportere. & 65 a, Emptori damnum pręſtari (*al. præſtare*) oportere. Epiſt. 184 b, Mea tibi tamen beneuolentia fideſq; pręſtabitur.

† Syntaxis. *Longè, multumq; (vide ſynonomiam) mens præſtat. Virtute, & multis virtute, & in virtute præſtare. Præſtans intelligens imperito. Quid illi tu præſtas? Aetate alicui præſtare. Præſtare fidem, memoriam, beneuolentiam, conſuetudinē ſuam, debitum honorem. Præſtare re, exitu, &c. Omnia amicis, præſtanda. Præſtare ſaluum amicum, iter alicui tutum. Quid poſſum tibi de me præſtare? Præſtare alicuius culpam, damnum. Nihil ſapienti præſtandum, præter culpam, niſi culpam.*

PRAESTO *paratus, in promptu.* I.V 112 b, Quadruplatores ad fretū pręſtò fuerunt. & 122 a, Conſtitui cum hominibus, quo die Meſſanę mihi pręſtò eſſent. Att. 61 a, Macroni vix videor pręſtò eſſe poſſe. & ibid. Dionyſius nobis pręſtò fuit. I.P. 91 a, Togulę lictoribus ad portam pręſtò fuerunt. de Clar. 195 b, Quibus quidē cauſis tu etiam pręſtò fuiſti. Ep. 53 b, Vt ad omnia, quę tui velint, ita ſim Pręſtò, vt, &c. Ep. 53 a, Si ille labor meus priſtinus, ſi ſolicitudo, ſi officia, ſi operę, ſi vigilię deſeruiunt amicis, & pręſtò ſunt omnib. Ep. 58 b, De mea autem in te voluntate ſic velim iudices, me opera & conſilio, ſtudio quidem certè rei, famę, ſaluti tuę pręſtò futurū. de In. 74 b, Hoſtię ad ſacrificium pręſtò nō fuerūt. de Leg. 192 b, Eſt boni auguris, meminiſſe maximis reip. tēporibus pręſtò eſſe debere pro Deio. 138 a, Is tibi victori nō ſolùm ad hoſpitiū, ſed etiā ad periculū, atq; ad aciē pręſtò fuit. * I. V. 92 a, Niſi id ad nutum tuū pręſtò fuerit. Oecō. 1, Quod alteri de eſt, pręſtò plerūq; eſt alteri.

† Syntaxis. *Præſtò eſſe alicui, cauſæ, ad cauſam. Præſtò amicis eſſe ad conſilium, ad hoſpitium, ad præſidium, ad aciem, ad periculum. Perſpice Lector, vim inuentionis.*

PRAESTOLOR, aris *expecto.* Att. 31 a, In Formiano tibi pręſtoler vſq; ad III non. Maias. & 49 a, Ego huic ſpei & expectationi quę proponitur, maximè tamen volui pręſtolari apud te in Epeiro I.C 102 a, Qui tibi ad forum Aurelium pręſtolarentur armati. *hoc verbum reliqui autores accuſatiuo iungunt.*

PRAESTRINGO, gis. *hebeto, fallo.* I.V. 62 a, Periculum eſt, ne metu ipſo pręſtringat aciem ingenij. de Diui. 93 b, Quorum vtrunq; pręſtringere aciem mentis ſolet. de Nat. 74 b, Omnes meos dolos, fallacias, Pręſtigias pręſtrinxit commoditas patris. *Poëtæ.* I.A. 240 a, Sed quaſi per caliginem perſtrinxerat aciem animi, D. Bruti ſalus.

PRAESVLTOR, oris. *princeps Saliorum. Erāt autem Salij, Martis ſacerdotes, à aliendo dicti. quidam præſulem vocant.* de Diui. 92 a, Cuidam dormienti viſus eſt venire qui diceret. pręſultorem ſibi non placuiſſe ludis. de Diu. 136 b, Peruulgatum iam illud de pręſultore ſomnium.

PRAESVM, es. *præſideo, præpoſitus ſum, præfectus ſum.* I. V. 137 b, Aliquē curatorē pręficere, q ſtatuis faciendis pręeſſet & 245 a, Pręeſſe alicui rei faciūdę. pro S R. 26 a. I P. 98 b, Cum pater armis faciēdis tuus pręfuiſſet. i. V. 252, Pręeſſe nauibus & claſſi. Ep. 17 a, Pręeſſe prouincię. 184 a, Pręeſſe exercitui. 200 b, Pręeſſe legionib. Ep 216 b, Achaię ciuitates felices ſunt, quòd tu ijs pręſis. & 26 a, Frater meus trienniū Aſię pręfuit. de Or. 155 b Hi omnes pręter Thalem ciuitatibus ſuis pręfuerunt. Q fr. 290 a, Nihil negocij eſt cōtinere eos, quibus pręſit. I.V. 188 b, Prouincia in qua tu trienniū pręfuiſti pro Dom. 134 b, Qui ſacerdotijs pręſunt. de Arch. 246 b, Qui ſacris pręſunt. Off 16 a, Qui rogati reip pręſūt. I.V. 71 b Metellus huic quęſtioni pręfuturus eſt. de Diui. 94 b Cùm C. Coponius pretorio imperio claſſi Rhodię pręeſſet de Orat. 88 a, & de Natu 4 b, Auſpicia quibus ego & tu Craſſe pręſumus. de Orato. 88 b, Id niſi hîc in tuo regno eſſemus, non tuliſſem, multiſq; pręeſſem, qui, &c. de Natur. 101 a, Cognitio iuris ciuilis prodeſt ijs qui ei præſunt. & 105 a, Et Clariſſimi viri ei ſtudio etiam hodie præſunt.

† Syntaxis. *Princeps philoſophiæ, Plato. Te ſignifero, & principe, Sicilia princeps applicuit ſe ad pop. Rom. Eloquentia, & in eloquentia princeps. Qualitates principes, & ex ijs ortæ. In orando princeps. Princeps ex omnibus. Cæſ. vicit, &c. Princeps cogendi exercitus. Diſciplinarum, publici conſilij. in Senatu ſententiæ princeps. Dux & princeps, Inuentor ac princeps. Exordium ſit omnium princeps. Longè omnium princeps. Salutis princeps, ac mentis publicæ Senatus. Cæſ. ciuitatis longè princeps. Vir princeps orbis terræ Cæſ. Autor, princeps, dux. Profiteri ſe principem Senatui. Princeps ille venit. Ex omnibus princeps. In periculo princeps. Principem octauum ducere.*

PRINCIPALIS, le, *princeps: vt municipalis.* de Fat. 148 b,



Cauſarum aliæ ſunt perfectæ & principales, aliæ adiuuantes & proximæ. & ibidem. Aſſenſio non poteſt fieri niſi commota viſo: & ad id viſum proximam cauſam habet, non principalem. de Fat. 142 a, Non ſequitur tamen, vt ſedere eos & ambulare principalibus cauſis definitum ſit.

PRINCIPATVS, tus. *dominatus, primæ.* de Nat. 31 b, Principatum id dico, quod Græci ἡγεμονικὸν vocant, quo nihil in quoque genere nec poteſt nec debet eſſe præſtantius. de Nat.9 a, Theophraſtus menti diuinum tribuit principatū. Offic.47 a, Eloquentiæ ergo à maioribus noſtris eſt in tota dignitate principatus datus. I.A. 238 a, Caſſio mea ſententia dominatum & principatum dedi. *id eſt, eum plus quàm cæteros ornaui. Rectius dari legitur.* I. A. 161 a, Cæſar qui tibi detulerat ex latronibus ſuis principatum. Orat.202 a, Qui eloquentiæ principatum petet. Tuſcul. 152 a, Tenere principatum. de Nat.35 b, Sol, qui aſtrorum obtinet principatum. Ep.15 b, Delere principatum ſummorum virorum. I. A.241 a, Gallia huius belli feret principatum. Attic 200b, Sermo ita inducitur cæterorum, vt penes ipſum ſit principatus. Orat 329 b. M. Antonius concupierat regium principatum. Offic.3 b, Huic veri videndi cupiditati adiuncta eſt appetitio quædam principatus. Offic.13 a, In hac elatione animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus innaſcitur. * pro M.Scau. Curia illa de grauiſſimo principatu patris fortiſſimoq; teſtatur. de Fin. 101 a, Quorum ordo proximè accedit, vt ſecundus ſit ad regiū principatum. de Nat.31 b, Omnem naturam, &c. habere aliquē in ſe principatum: vt in homine mentem, in bellua quiddam ſimile mentis, vnde oriantur rerum appetitus. In arborum autem & earum rerum, quæ gignuntur è terra, radicibus ineſſe principatus putatur. ibidem. Illud in quo ſit totius naturæ principatus. ibid. In qua *parte* mundi ineſt principatus. de Sen.90 b, Vt quiſq; ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet.

¶ *Initium.* de Vniu.195 b, An mundus ab aliquo temporis principatu ortus eſt?

† Syntaxis. *In tota dignitate principatus pietati datur. Dominatum & principatum alicui dare. id eſt,* primas laudes. *Principatum ex laboribus ſuis alicui deferre. Regius principatus. Belli principatum ferre, tenere.*

PRINCIPIO, *primò, initio, primum omnium.* de Diuin. 124 a, Ius augurum diuinationis opinione principiò conſtitutū eſt, poſtea reipub. cauſa conſeruatum ac retentum. de Or. 101 b, & 138 b, Nam ſi quæreretur, &c. conſtituendum putarem principiò, quis eſſet, &c. de Finib. 52 a, Principiò inquam in phyſicis, quibus maximè gloriatur, primùm totus eſt alienus. Offic. 3 a, Principiò generi animantiū omni eſt à natura tributum, vt. &c. Offic.25 b, Principiò corporis noſtri magnam natura ipſa videtur habuiſſe rationem. Tuſc.lib.2 C.Marius ruſticanus vir cùm ſecaretur, principiò vetuit ſe alligari.

PRINCIPIVM, ij. *initium, primordium, origo.* de Fato 149 a, Qui protruſit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. de Senect. 93 b, Animus ſemper agitatur, cuius motus nec principium nec finem habet. de Nat.6 a, Cuius principium aliquod ſit, eius neceſſe eſt eſſe extremum. in Vat.31 b, Omnium rerum magnarum à dijs immortalibus principia ducenda ſunt. de Nat.1 a, Scientia eſt cauſa id eſt principium philoſophiæ, pro Cæl.49 b, Cuius criminis ego neque principium inuenire, neque euoluere exitum poſſum. pro Pomp.4 a, Cuius orationis difficilius eſt exitum, quam principium inuenire. Brut 91 b, Natum omnino eſt principium à me. Epiſt 67 b, A' principio coniurationis vſq; ad reditum noſtrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici poſſe. Orat.216 b, Ad exitum à principio ferri, & à capite ita fluere, vt ad extremum veniens conſiſtas. de Fin. 114 a, A' principio inſtituere aliquid, idq; perficere. de Nat. 1 b, An à principio dij omnia fecerint. pro Cornel. 63 a, Gaditani à principio ſui generis ac reipubl. fluxerunt. pro Dom. 241 a, Dixi à principio me, &c. & de Clar. 178 b. de Diu. 126 a, Non poteras hoc à principio dicere? Top.127 a, A' principio diuidere. Att. 89 b, A' principio audire amiciſſimè monentem. Off.7 a, & 11 b, Ea quæ propoſui in principio. de Or.95 a, Exalbeſcere in principijs dicendi. de Or.102 b, Quod in principio fieri in omnibus diſputationibus oportere cenſeo. de Or.128 b, In vtroq; aūt genere dicendi & principia tarda ſunt, & exitus tamē ſpiſſi & ꝓducti eſſe debent de Som.130 b, Cęteris quę mouētur, hic fons, hoc principiū eſt mouēdi. pro Corn.56 b, Qui pueritię tempus extremū principium habuit bellorū atq; imperiorum maximorū. de Fin.138 b, Omnium rerū principia parua, ſed ſuis progreſſionibus vſa augētur. * pro C.Corn.1, Ponam principiū iuſtiſſimę libertatis Caſſiam legem. de Or.131 a, Omnia quę fiunt, quęq; aguntur acerrimè, lenioribꝰ principijs

cip ijs natura ipſa prætexuit. Partit.232 b, Si complectare à principio genus naturamq; cauſæ. pro Syl.180 a, De principio ſtuduit animus occurrere magnitudini criminis. de Prouinc.76 a, Nemo ſapienter de Repub. noſtra cogitauit iam inde à principio huius imperij. de Nat.32 a, Ab animis principium motus eſſe ductum putat. *Plato.*

¶ *Cauſa efficiens, autor, primum.* Tuſc.159 b, Principij nulla eſt origo: nam ex principio oriuntur omnia, ipſum autẽ nulla ex re alia naſci poteſt. de Clar.183 b, Omnium cauſarum vnum eſt naturale principium. * Tuſc.159 b, Nec eſſet id principium, quod gigneretur aliunde. Quod ſi nunquam oritur, ne occidit quidẽ vnquã. Nam principium extinctũ nec ipſum ab alio renaſcetur: nec à ſe aliud creabit: ſiquidem neceſſe eſt à principio oriri omnia. Ita fit vt motus principium ex eo ſit, quod ipſum à ſe mouetur. Id autem nec naſci poteſt, nec mori.

¶ *Rudimentorum, ſeminarij, elementi ratio.* Off.62 a, Ea habemus principia naturæ, quibus parére debeamus. de L.159 b, Nũc iuris principia videamus. & 163 a, Quocirca vereor committere, vt non bene prouiſa & diligenter explorata principia ponantur. Off.51 b, Hoc autẽ eſt principium vrbis, & quaſi ſeminarium reip. de Fin.110 a, Principijs à natura datis, &c. & 1 b, His initijs tanquã ſeminibus à natura datis, &c. Off 3 a, Principia & cauſas rerum videt. Acad 29 b, Principia rerum ex quibus omnia conſtant. * Acad.29 b, Tantum de principijs rerum, è quibus omnia, videam' quẽ probet. de Fin.52 b, Eumq; motum atomorũ nullo à principio, ſed ex æterno tempore intelligi conuenire.

¶ *Pars prior, prœuia.* pro Clu.20 a. Principijs cognitis multo faciliùs extrema intelligetis. * Orat.217 a, In quo quæſitũ eſt, in totóne circuitu illo orationis, an in principijs ſolũ, an in extremis, an in vtraq; parte numerus tenendus ſit.

¶ *Exordium.* ad Herenn.1 b, Exordium eſt principium orationis, per quod animus auditoris aut iudicis conſtituitur vel apparatur ad audiendum. ibid. Exordiorum duo ſunt genera, principium, quod Græcè προοίμιον appellatur: & inſinuatio, quæ ἔφοδος nominatur. Principium eſt, cùm ſtatim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. Id ita ſumitur, vt, &c. ibidem. A' beneuolentia principium conſtituemus. ad Herenn. 2 a, Licebit rectè vti vel non vti principio. ibidem. Si principio vti nolemus, à lege, ſcriptura, aut ab aliquo firmiſſimo noſtræ cauſæ adiumento principium capere oportebit. & b, Inter inſinuationẽ & principium hoc intereſt, quòd principium huiuſmodi debet eſſe. de Inuent. 46 b, Exordium in duas partes diuiditur, in principium & inſinuationem. Principium eſt oratio perſpicuè & protinus perficiens auditorem beneuolum, aut docilem, aut attentum. ibidem. In admirabili genere cauſæ, &c. principio beneuolentiam comparare licebit. ibidem. Præteriri principium poterit. de Inuent. 47 a, In obſcuro genere cauſæ per principium dociles auditores efficere oportebit. & b, Quæ de principio & inſinuatione dicenda videbantur, hæc ferè ſunt. Nunc quiddam breue communiter de vtroque præcipiendum videtur. de Orat. 137 b, Principia habere hanc vim magnoperè debent, vt ad eorum mentes, apud quos agetur, mouendas permanare poſſint. ibidem. Principia dicendi ſemper cum accurata, & acuta, & inſtructa ſententijs, apta verbis, tum verò cauſarum propria eſſe debent. Prima eſt enim quaſi cognitio & commendatio orationis in principio. de Orat.138 a, Hæc *principia* in dicendo non extrinſecus aliunde quærenda, ſed ex ipſis viſceribus cauſæ ſumenda ſunt. ibidem. Quo principio ſit vtendum, ſic & facilè repetietur. Sumetur enim ex ijs rebus. ibidem. Omne principium aut rei totius, quæ agetur, ſignificationem habere debebit: aut aditum ad cauſam, & munitionem: aut quoddam ornamentum & dignitatem. ibidem. Cauſis principia proportione rerum præponere. de Orator. 138 b, Multa principia ex eo genere gignuntur. ibidem. Et attentum commonent Græci vt principio faciamus iudicem, & docilem: quæ ſunt vtilia, ſed non principij magis propria quàm reliquarum partium. Faciliora etiam in principijs. ibidem. Illuſtriora ſunt quæ in principijs quàm quæ in medijs cauſis dicuntur aut arguendo aut refellendo. Maxima autem copia principiorum ad iudicem aut alliciendum aut incitandum ex ijs locis trahitur, &c. quos tamen totos in principio explicare non oportebit, ſed tantum impelli primò iudicem leuiter. ibidem. Connexum autem ita ſit principium conſequenti orationi, vt non tanquam citharædi proœmium affictum aliquod, ſed cohærens cum omni corpore membrum eſſe videatur. Nam nonnulli cum illud meditati ediderunt. Partit. 230 b, Principia vel non longa, vel ſæpe nulla. & 231 a, Sumenda principia ad beneuolentiam conciliandam. & 232 a, A' principijs primum ordiar. Quæ quidem ducuntur aut ex perſonis, aut ex rebus ipſis. Sumuntur autem trium rerum gratia. & b, Multa ex his poterunt ad principiorum pręcepta transferri.

PRIOR, us. *habitudine primus.* Academ.12 a, Priori poſterius, poſteriori ſuperius non iungitur. de Fin.105 b, Quid poſterius priori non conuenit? I. P. 79 a, Me quæſtorem in primis ædilem priorem, prętorem primum populus Romanus fecit. de Natur.26 b, Primùm, &c. deinde, &c. tum, &c. poſtremò, &c. nos autem quæ priora duo ſunt ſumamus: tertium & quartum puto in aliud eſſe tempus differenda.

¶ *Abſolutè, primus.* de Natur. 18 a, Itaque in illis ſelectis eius ſententijs, quas, &c. hæc, vt opinor, prior ſententia eſt, quòd, &c. pro Quint.1 b, Priore loco cauſam dicere. I.V.265 a, Indignum hoc video videri omnibus iudices, & id iam priore actione, cum hæc teſtes dicerent, intellexi, *id eſt, prima.*

¶ *Primus honoris gradus.* de Clar. 272 a, Etſi vtriq; primas, priores tamen deferunt Lælio.

¶ *Superior, tranſactus.* Ep.17 a, Quod de Quint. fratris negocio ſcribis, te priore æſtate conficere non potuiſſe, &c. pro Planc. 270 a. Et ais prioribus comitijs Tarentinam tibi à Plancio eſſe conceſſam. *id eſt, ſuperioribus.* Ep.180 b, Anno priore.

PRISCE'. *priſco more, horridè, aſperé.* pro Cæl. 44 a, Seuerè, & grauiter, & priſcè agere cum aliquo. )( . *remiſſè, leniter, vrbanè.*

PRISCVS, a, um, *caſcus, vt ait Ennius: antiquiſſimus, heroicus.* pro Planc.232 b, Tuſculan. 153 b, Itaque illud erat inſitum priſcis illis, quos caſcos Ennius appellat. de Natur. 67 b Ioues quoque plures in priſcis Græcorum literis inuenimus. de Ar 250 a, Priſca illa ſeueritas, &c. pro Dom. 238 a, Verbis priſcis & penè ſolennibus bona alicuius conſecrare. de Orator. 101 a, Verborum priſca vetuſtas. de Vniuerſ.201 b, Credendum eſt veteribus & priſcis, vt aiunt viris, qui, &c. de Orator. 146 b, Illud quod loquitur, priſcum viſum iri putat. de Clar. 172 a, Verba paulò magis priſca.

† Syntaxis. *Priſca vetuſtas. Veteres & priſci viri. Verbum paulò magis priſcum.*

PRISTINVS, a, um. *vetus, antiquus.* Ep.5 b, Vt priſtinam tuã dignitatem & gloriam conſequare. pro Mil. 101 b, Vetus conſuetudo fori. & priſtinus mos iudiciorum immutatus eſt. Anteq.94 a, Vt ego ad priſtinum ſtatum récidam. pro S. R. 43 b, Veſtra priſtina bonitas & miſericordia. ℘ Clu. 56 a, Mulier incenſa odio priſtino. pro Syll.172 a, Ille labor meus priſtinus, &c.

PRIVANS, tis. στερητικός. Part. 224 b, Sunt enim alia cõtraria, quæ priuantia licet appellemus Latinè, Gręcè appellantur στερητικά.

PRIVATIM. *propriè* )( . *publicè.* pro Quin.3 a, Nec ſocietas tibi quicquam debet, nec priuatim Quintius debuit. Epiſt. 56 b, Nulla enim me ipſum priuatim pepulit inſignis iniuria. pro S.R. 37 a, Si hanc ei rem priuatim Sex. Roſc. mandauiſſet, &c. Anteq. 192 b, Beneficia quæ ſingulis ciuibus priuatimq; dantur. * pro C. Corn.1, Dum priuatim dicũt. ibi. Cùm bis iuraſſet, ſemel priuatim à patre, iterum publicè à lege coactus.

† Syntaxis. *Singulis priuatimq; dicere.*

PRIVATIO, onis. *amotio, diminutio, ſpoliatio.* de Fin.70 b, Quia dolori non voluptas contraria eſt, ſed doloris priuatio. & 56 b, Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem. * ibid. Doloris omnis priuatio rectè nominata eſt voluptas.

PRIVATVS, a, um: tius. *ſuus, domeſticus, proprius.* )( . *publicus, cum poteſtate vel imperio.* pro Seſt. 8 b, Pro me vno ciue & bonos omnes priuato cõſenſu, & vniuerſum ſenatum publico cõſilio mutaſſe veſtem. ℘ Quint.3 a, Res quę ipſius erant priuatæ. & ibid. Priuata domus. de Finib.90 b, Verbis in dicendo quaſi priuatis vtuntur ac ſuis. Attic 106 a, Illud priuatius non aſcribis, &c. *id eſt, magis ad me pertinens.* pro Dom.222 a, XII tabulę vetant, leges priuatis hominibus irrogari. de Ar.248 b, Tua tum virtus eadem fuit, quæ in priuato quondam proauo tuo. de Inuent.50 b, In fortuna quæritur, priuatus an cũ poteſtate ſit. de Sen.81 b, Vita priuata & quieta. * de Clar.168 b, Cum ſublatis in Sicilia tyrannis res priuatæ longo interuallo iudicijs repeterentur. * Offic. 5 a, Vt communibus pro communibus vtatur, priuatis autem vt ſuis. Sunt autem priuata nulla natura, ſed aut vetere occupatione, &c. aut victoria, &c. aut lege, aut pactione, conditione, ſorte. ibid. Priuatarum poſſeſſionum deſcriptio.

¶ *Orbatus.* pro R.P.126 a, Demetrius aſpide ad corpus admota, vita priuatus eſt.

† Syntaxis. *Verba priuata dicere, & ſua. Id erit priuatius. Vita priuata & quieta.*

PRIVERNAS,tis.*à Priuerno oppido*.de Or.129 a,Teſtificatur pater,ſe tibi Priuernatem fundum reliquiſſe.& ibid.Fortè euenit, vt in Priuernati eſſemus

PRIVIGNA,gnæ. Attic.209 b,De vxore Tuberonis & priuigna neque poſſum iam abdere, neque Tuberonem volo defendere.

PRIVIGNVS,gni.*ad vitricum nouercámue refertur. nam is dicitur,cuius alter non eſt verus parens. ſic etiam.* PRIVIGNA. pro Cl.57 b, Mulier in priuignorum funus nupſit. Qu. fr. 323 b, Gabinium de ambitu reum fecit P.Sylla, ſubſcribente prigno Memmio.

PRIVILEGIVM,gij.*lex priuata homini irrogata*. pro Dom.222 a, Vetant leges ſacratæ vetant XII tabulæ leges priuatis hominibus irrogari:id eſt enim priuilegium.de Leg b 193 a, In priuatos homines leges ferri noluerunt: id eſt enim priuilegium. pro Seſt.17 b, Cùm XII tabulis ſancitum eſſet, vt neque priuilegium irrogari, neque de capite ciuis, niſi comitijs centuriatis rogari poſſet.Parad.121 b,Familiarſs.tuus de te priuilegium tulit, vt ſi in opertum Bonæ deæ acceſſiſſes,exulares. pro Dom.218 b, An licuit tibi de peſte ciuis indemnati ferre non legem, ſed nefarium priuilegium? & 235 b, Cùm indemnatum exturbares priuilegijs tyrannicis irrogatis. Poſtq. 210 b, Priuilegij vim & crudelitatem autoritate honeſtiſſimorum hominum & publicis literis conſignauit. de Clar. 172 b, T. Libo rogationem in Galba priuilegij ſimilem tulit. Att.46 b, Quod cum Curione de priuilegio locutus es, eſt aliquid. de L. 186 a,Priuilegia ne irroganto. * pro Dom.224 b, Vtrum ſi dies dicta eſſet,iudicium mihi fuit pertimeſcendum? an ſine iudicio priuilegium.ibid. Priuilegium pertimui? ne mihi præſenti ſi mulcta irrogaretur, nemo intercederet? de Leg.193 a,Quarum altera lex priuilegia tollit.ibid.Neque tributa capitis, neq; comitia rata eſſe poſſent: neque vlla priuilegia.

PRIVO,as.*orbo,ſpolio,diſpolio,expolio, excludo, expertem facio.)(. augeo,orno.*Top.224 a, Præpoſitio In, priuat verbum ea vi quam habebat. Att. 144 a, Aegritudo me ſomno priuat. de Fin.145 a, Democritus oculis ſe priuaſſe dicitur.Acad. 9 b,Si quis aliquem oculis priuauerit.Ep.54 b,Noli patriã multis claris viris orbatam priuare etiam aſpectu tuo. & 75 b,Sic me liberalitatis fructu priuas.Att.12 b, Priuare aliquem exilio.I.A.222 b,Vos Ser.Sulpitium vita priuaſtis. * pro C. Cornel.1, Non honeſtiſſimũ virum communi & quotidiano iure priuaſſet. in Clod. Neq; te retinere in ciuitate,ſed exilio priuare voluerunt iudices. pro S R. 28 b, Vt propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſimè luce priuârit.Acad.16 a, Túne,&c. eam philoſophiam ſequêre,quæ cõfundit vera cum falſis, ſpoliat nos iudicio,priuat approbatione,omnib. orbat ſenſibus?

PRIVOR,ris.cont.Rull 63 a,Non enim hac exceptione vnus afficitur beneficio, ſed vnus priuatur iniuria. de Fin.56 b, Priuari dolore. pro Rabir. 91 b, Vt alter vita crudeliſſimè priuaretur.pro Quint.18 b, Non modò honeſtè partis bonis ſed etiam communi luce priuari.

† Syntaxis. *Oculis ſe priuare.Exilio aliquem priuare. Dolore priuari.*

PRIVS.*antè*. Att.62 b, Nihil prius mihi faciendum putaui, quàm vt tibi gratularer. pro Syll. 179 b, Cùm in Capitolium nos ſenatum conuocaſſemus, nihil eſt actum priùs. pro Qu 2 a, Prætor iudicium prius de probro, quàm de re maluit fieri. 141 b, Præſtabo (ſi Cæſarem bene noui) eum prius tuæ dignitatis, quàm ſuæ vtilitatis rationem habiturum.de Ami. 98 b, Quem fuit æquius, vt prius introierat in vitam,ſic prius exire de vita. Attic. 244 a, Ad te antea atque adeò prius ſcripſi. Tuſcul. 172 b, Priusque Bœotia Leuctra tollentur, quàm, &c. * in L. Piſon. Prius---dein---extremó.

PRIVSQVAM.*antequam*.de Orat.145 a, Sed priuſquam illa conor attingere,ꝓponam breuiter,&c.in Vat.29 b,Quod ego ſimulac te aſpexi,priuſquam loqui cœpiſti, ſenſi.Ep. 142 b,Tamen quid potius faciam, priuſquam me dormitum conferam,non reperio. & 143 a, de Opt.244 a,Vt ne quis corona donaretur in magiſtratu,priuſquam rationes retuliſſet. pro Cor.58 a, Ac priuſquam aggrediar ad cauſam, &c. quiddam de communi conditione breuiter cõmemorandum videtur.in A.160 b, Cui priuſquam de cæteris rebus reſpondeo, de amicitia pauca dicamus.pro Mil. 121 b, Præclarè enim vixero, ſi quid mihi acciderit, priuſquam hoc tantum mali videro. Qu. fr. 301 b, Ne de bonis quæ Octauij fuiſſent,diminui paterentur, priuſquã Fundanio debitum ſolutum eſſet. *Cum indicatiuo, & ſubiunctiuo modo.*

PRÒ,vel PROH.L.PROH.*interiectio eſt,exclamationem, vociferationem,& indignationem ſignificans*. I.A.166 b,Quæ res vnquam prò ſancte Iuppiter, in terris eſt geſta maior? Tuſc. 58 a, Prò deûm hominumq; fidem. & 237 b, Proh deûm



atque hominum fidem.I.V.255 a,Prò dij immortales,&c. * Oecon.1, Prò Deûm immortalium.

PRO.*pro loco,vel in loco*.Or.205 a, Ennius pro Afris immutat Africam: item ibi. Quia quaſi ſummittunt verba pro verbis:item ibid. In quibus pro verbo proprio ſubijcitur aliud.Orat.211 a,Sodes,pro ſi audes:malle,pro magis velle.de Orat.158 a, Ceres pro frugibus, Liber pro vino de Orat. 141 b, Dixit ſe dimidium eius quod pactus eſſet, pro illo carmine daturum.de Opt.244 a,Verbum pro verbo reddere.de Senect.91 a, Incerta pro certis habere,falſa pro veris. de Clar. 190 b, Hoc ipſum etiam poſui pro argumento, quòd ille cum, &c. egiſſet, &c. & ibid. Sic nos ſummi oratoris vitio pro argumento ad diluendum crimen vſi ſumus. Quint. frat. 302 a, Licinius ſeruus apud patronũ Epicureum pro libero fuit. But. Attic.285 a, An hoc pro beneficio eſt habendum? pro Quint.18 b, Ornamentis alicuius pro ſpolijs abuti.in Verr.109 b,Sicilia non ſolùm pro penaria cella, ſed etiam pro ærario Romanis fuit. Offic.5 a,Communibus pro communibus vti:priuatis autem,vt ſuis. I.A.171 a,Quoniam condemnatum eſſe, pro nihilo vis.L.NIHILVM. Attic. 286 b, Benefacta pro debitis exigimus. de Leg. 171 b, Præcepta, quæ imperiti pro ſalutaribus mortifera conſcripſerunt. I. A. 232 b, Beſtia damnationem pro prætura putat. & 236 b, Tamen ego pro decreto putarem.pro Mil.114 a,Vulnus quod acu punctum videatur, pro ictu gladiatoris putari I.V.267 a, Cùm Verres iam pro damnato mortuoq; eſſet. I.V.221 a, Tibi Marcelli ſtatua pro patibulo fuit Acad. 43 b, Quibus verbis conſuetudo iam vtitur pro Latinis. Attic.25 b, Vnus Cato mihi eſt pro centum millibus. Attic. 204 a, Iam iſtuc pro facto habeo. de Inuent.72 b, Habere aliquid factum pro infecto. Epiſt.75 a, Rem non factam pro facta habeo. Attic. 11 b, Hoc pro mercede vel pro præmio tibi erit.Epiſt 89 b,Hæc pro certis ad te ſcribo. Attic.81 b, Omnia quæ certa non erunt,pro certo negato.de Inuent.58 a,Cùm ambiguum pro certo conceſſeris.de Diuin.130 a, Quæ dubia ſunt, ea ſumere pro certis atque conceſſis. Tuſcul.232 a, Id ſumunt pro certo & probato. Epiſt.116 b,Pro beneficio dare aliquid alicui. & 117 a, Pro abſoluto haberi.Acad.44 a, Vti alquo verbo ꝓ Latino. pro Seſt. 20 b,P.Seſtius,qui pro occiſo relictus eſt. pro Pl.272 a, Si mancipium pro fabro aut pro textore emimus.Attic,249 a, Ludi pro feſtis penè funeſti extiterunt. de Diuin.106 b, Poteſt accidere, vt ſignum aliquod dubiè datum pro certo ſit acceptum.de Prou.69 b,Occupare aliquid pro prꝗmio alicuius facti. & ibid. a. Tribuere aliquid pro pignore.de Diuin.112 b, Aliquid pro certo futurum eſſe.I.P.91 a,Nónne tibi nox erat pro die?caupona pro oppido? Att. 111 a,Sermone aliquo alicubi arrepto pro mandatis abuti.& 117 a, Oram maritimam pro derelicto habere.& 152 a, Pro certo habemus de Cæſaris aduentu. & ibid. Hoc pro certo habemus. de Orat. 143 a, Cùm tu omnem autoritatem vniuerſi ordinis pro pignore putares. *aliter,propugnares.* de N. 58 b, Sui ne putreſcat, anima pro ſale data eſt. I.A. 221 b, Reddida eſt ei tum à maioribus ſtatua pro vita.Mur 138 a, Iudicium accuſatoris in reum pro aliquo præiudicio valere. Off.61 a, Nam eſſe pro ciue, qui ciuis non ſit, iuſtum eſt non licere. in Sal. 274 a, Qui patre nondum mortuo, pro hærede geſſerit omnia. pro. Ar. 187 b,Ita ſe iam tum geſſit pro ciue. Attic.176 a, Quibus in miſerijs vna eſt pro omnibus. de Am. 111 b, Omnia alter pro altero ſuſcipiat. I.V. 143 a, In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam L.Carpinatius. Attic. 176 b, Terentius magnas operas in ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit.

¶ *Propter*. pro S.R. 20 a, Supplicia pro maleficijs ſuis metuere. Dom. 219 b, Quid mihi pro expectatione populi Romani, pro Cn. Pompeij meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fuerit, non ignorant. & 234 a, Quam porticum pro amore, quem habetis in rempublicam, & ſemper habuiſtis, veſtris manibus diſturbare cupere tis. Epiſt. 228 b, Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamẽ ex tuis literis libentiſſimè cognoſcam eadem,quod & pro vetuſtate neceſſitudinis, & pro beneficijs veſtris,& pro dignitate ipſius facere debeo. Att. 126 b,Pro iure amicitiæ noſtræ à te peto, &c. ad Heren.6 a,Vt pro tuo in nos officio, & noſtro in te ſtudio munus hoc acumulatiſſimè tuæ largiamur volunti. Antequam. 197 a, Non turpitudine vitæ, non pro magnitudine ſcelerum, non propter reliquæ ætatis infamiam pœnas iure & lege perſoluo. Attic.264 a,Tibi pro tuis ſummis beneficijs gratias ago. *id eſt, propter tua beneficia.* I. A. 258 a, Pompeius, Cn. F. pro patris maiorumque ſuorum animo, ſtudioque in rempublicam, ſuaque priſtina virtute, induſtria, voluntate fecit, quod S.P.Q.R. pollicitus eſt operam ſuam, &c.ad Herenn.8 a, Pro teſtibus, à teſtibus,

ſecundum teſtes.I.A. 170 a, Nunquam te mihi pro tuis in me iniurijs ſatis eſſe fructus putabas.pro Pom.4 b, Qui ad me pro neceſſitudine, quæ mihi eſt cum illo ordine, pericula rerum ſuarum detulerunt. pro Cl. 50 a, Si fieri hoc poſſe exiſtimaſſet, pro illo odio, quod habet in ordinem equeſtrem, feciſſet, &c. I.A.210 b, Pro mea perpetua cucupiditate veſtræ dignitatis augendæ, quæſo oroq; vos, vt,&c.& 248 a, Sed hanc mihi diſſipationem pro paterna neceſſitudine & coniunctione depoſco,&c. de Orat.105 a, Quam omnes amare meritiſſimò pro eius eximia ſuauitate debemus. pro Cluen.43 a, Qui à me pro eximia ſua virtute, ſummis honoribus, quos, &c. honoris cauſa nominatur.pro Mur. 144 b, Ego vos pro mea ſumma & vobis cognita in rempub. diligentia moneo, pro autoritate conſulari hortor, pro magnitudine periculi obteſtor, vt,&c.

¶ *Secundùm, iuxta, pro ratione.* pro S.R.24 a, Hunc pro dignitate ne laudare quidem quiſquam ſatis commodè poteſt. pro S. R. 43 a, Si omnes hoſpites huic pro patris eius hoſpitijs & gratia adeſſe vellent, is ſatis copiosè defenderetur. Epiſt. 76 b, Credo me quidem tibi pro animi mei voluntate,& pro ea ſpe facultatum, quam tum habebamus, quàm humaniſſimè potuerim reſcripſiſſe. Tuſc.203 a, Pro opinione vulgi.& 316 a, Pro rerum obſcuritate. Epiſt.155 a, Pro magnitudine rei. Attic. 123 b, Pro temporibus, & ibid. Pro rebus tuis geſtis ampliſſimis. Att. 106 b,& 111 b, Pro re nata. I. V. 211 a, Pro imperio & poteſtate. pro Clu. 33 a, C.Quintius illud iudicium pro poteſtate dimitti iuſſit. I.A. 190, Sunt impij ciues pro charitate reipublicæ nimiùm multi, pro multitudine bene ſententium admodum pauci. pro Dom. 235 a, Nemo fuit, qui non me pro ſuis opibus in illa tempeſtate defenderit. Epiſt. 204 a, Si pro meis priſtinis opibus poſſem,&c & 116 a, Achaiæ ciuitates pro horum temporum perturbatione felices ſunt, quòd,&c.& 215 a, Vt ſuum negocium pro cauſæ veritate & pro ſua dignitate proficiat. I.A.231 b, Quis eſt, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? Att. 128 a, Quod tibi facilè me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Poſtquam. 204 a, Si pro veſtris immortalibus in me meritis parum vobis cumulatè gratias egero, quęſo,&c. I.A.155 a, Miſi pro amicitia, qui hoc diceret, &c. I.V.113 a, Is à Dione, pro hoſpitio, quod ſibi cum eo eſt, cognouit,&c. I.A.165 a, Querela miſera quidem, ſed mihi pro hoc gradu, in quo me S.P.Q.R. collocauit, neceſſaria. pro Pom.17 a, In puo omnes pro ampliſſimis veſtris honoribus ſummam grauitatem eſſe cognoſcitis. I.V.248 a, Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum ſummas deſcribere. pro Cornel.67 a, Sic quæ ab hoc pro facultate huius, pro loco facta ſunt, grata eſſe vobis debent. I.V.90 a, In eam rationem pro ſuo quiſque ſenſu ac dolore loquitur. Attic. 245 b, Tibi pro tua natura ſemper placuiſſe eum,&c. Off.45 a, Quare faciendum eſt, modò pro facultatibus,&c. de Nat.5 a, Huic diſputationi pro tuo ſtudio non eſt alienum te intereſſe. pro Font. 282 b, Videor hoc leuiter pro mea autoritate vobis præcipere poſſe. contra Rull. 86 a, Hæc ego vos concupiſſe pro veſtra ſtultitia atque intemperantia non miror. I.C.119 b, Vterque pro ſua dignitate & pro rerum magnitudine, in ſumma ſeueritate verſatur. pro Mur. 136 b, Neque tamen Senatus ſatis ſeuerè pro rei indignitate decreuit. Tuſcul. 203 a, Hæc nequaquam pro opinione vulgi extimeſcenda ſunt. pro Arch. 191 b, Qua de re pro mea conſuetudine breuiter dixi. pro Cluent. 52 a, Quibus de rebus pro Cluentij voluntate nimium, pro reipublicæ dignitate parum, pro veſtra prudentia ſatis dixiſſe videor. Offic.9 b, Videndum eſt, vt pro dignitate cuique tribuatur. Epiſtol.252 b, Ego pro mea, tu pro tua, pro ſua quiſque parte ferre potuiſſet. Tuſcul.172 a, Pro ſua quiſque facultate parat, &c. pro Quint. 3 a, Romæ mihi nummorum faculras eſt: quam, ſi ſapies, communem exiſtimabis, pro fraterna illa neceſſitudine,& pro noſtra affinitate. Attic. 147 b, Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, vt te pro tua admirabili ac ſingulari ſapientia, de concordia ciuium agi velle arbitrarer. pro Pom.7 a, Horum vobis pro veſtra ſapientia eſt habenda ratio. Attic.130 b, Non enim pro tua prudentia debes illud ſolùm animaduertere, quod, &c. ſed,&c. Epiſtol.55 b, Reliqua tu pro tua prudentia conſiderabis & 86 a, Non dubito pro tua ſingulari prudentia, quin perſpicias, ſi,&c.& 257 b, Hæc pro tuo ingenio conſidera.

¶ *Alicuius gratia, cauſa, defendendi ratio, & fauoris.* Orat. 149 b, Hoc modò non pro me, ſed contra me eſt potius. Off.126 b, Antecedebat vt hæc tu pro rep. queri exiſtimarere. de Or.117 a, Ego pro ſodali,& pro mea omni fama fortuniſque decerno. ibid. Omnia ſemper pro amicorum periculis, nihil vnquam pro me ipſo deprecor. de Leg.180 b, Exigere aliquid pro ſua parte. L.Pars. pro Mil.109 a, Vendicare aliquid pro ſuo. pro Seſt.3 b, Nihil prætermiſſum eſt, quod aut pro rep. conquerendum fuit, aut pro eo diſputandum. de Orat.96 b, Quæ pro nobis ſunt amplificanda, quæ pro aduerſarijs ſunt infirmanda. pro Do.219 b, Idem pro ſalute mea populum Romanum obſecrauit. Poſtquam. 210 b, Qui populum Rom. pro me tanquam pro fratre aut pro parente non ſolùm hortatus eſt, ſed etiam obſecrauit. de Orat.91 a, Pro ſe quiſq; eorum certabat. itē, Pro eo ac, pro eo ac ſi, pro eo quantum, pro eo quod, pro eo quomodo. L. Pro eo ac, *& cætera locis ſuis.* de Clar.171 b, Metellus pro L. Cotta dixit, accuſante Africano. pro Cluent.36 a, Hoc non modò non contra me valet, ſed etiam pro me eſt. pro Cluent. 45 a, Lentulus Popilium in iudicio de ambitu pro teſtimonio diligentiſſimè laudauit. in Vat. 29 a, Sed heſterno pro teſtimonio te eſſe mentitum, paulò antè imprudēs indicaſti. Pro ſocio arbitrum. L. Socivs, *in fine.* pro S. R. 35 a, Pro teſtimonio aliquid dicere. I. A. 245 b, Sunt fortes illi quidem, ſed memoriam rerum quas geſſerunt, pro populi Romani libertate & dignitate nimis feroces. *id eſt, ad libertatem & dignitatem.*

¶ *Ante.* pro Mil. 101 b, Illa prężidia quę pro templis omnibus cernitis. I.A.189 a, Pro æde Caſtoris ſedens, &c.& 19[illegible] b,& 172 b, Pro æde Iouis Statoris haſta poſita.

Pro, eo. Ep.206 b, Sin minus pro eo tamen id habeamus, quando,&c.

Pro eo ac. I. C. 118 b, Spero deos omnes, pro eo mihi ac mereor, relaturos gratiam eſſe. Ep. 49 b, Sanè quam pro eo ac debui moleſtè tuli.

Pro eo ac ſi. de In.53 b, Pro eo ac ſi conceſſum ſit, concludere oportebit argumentationem.

Pro eo quātum de Fin.219 a, Eaq; pro eo, quantum in quaque ſit ponderis, eſſe æſtimanda. Epiſt.32 a, Equidem pro eo quanti te facio, quicquid feceris, approbabo.

Pro eo quòd. pro S.R.43 a, Si pro magnitudine iniuriæ,& pro eo quòd ſumma reip. in huius periculo tentatur, hæc omnes vindicarent. de Or.115 b, Cùm Annibal Epheſum veniſſet exul, proq; eo quòd nomen eius magna erat apud omnes gloria, inuitatus eſſet, &c. *id eſt, quoniam.* pro Plan.27 b, Vereor ne parum tibi pro eo quod à te habeo, reddiderim.

Pro eo quomodo. Epiſt. 206 b, Sin minus, pro eo tamen id habeamus, quomodo à te data ſit opera, vt impetraremus.

† Syntaxis. *Verba pro verbis ſummittere, reddere. Hoc vtor pro argumento. Seruus iſte mihi eſt pro libero. Pro beneficio id habeo. Pro maleficijs ſuis,* id eſt, propter, *ſupplicia metuere. Pro damnato & mortuo ille eſt. Hoc ego verbo vtor pro Latino. Hoc pro certo ſcribo. Pro occiſo relinqui à latronibus. Mancipium pro fabro emere. Vrbem pro derelicto habere. Pro pignore fidem habere. Alter pro altero omnia præſtans. Pro amicis certare. Pro templis ponere. Pro aris & focis pugnare.*

Proagorvs, i. I. V.211 a, Dionyſiarchum ad ſe proagorum, hoc eſt ſummum magiſtratum, vocari iubet. & 220 a, Diſcedens mandat proagoro Sopatro. ibid. Proagorus refert ad ſenatum. & 221 b, Proagori Sopatri iuſſu.

Proavvs, ui. *aui paterni vel materni pater.* pro Cæl.44 a, Pater, patruus, auus, proauus, atauus. de Fin 98 a, pro Mur. 127 a, Proauus L. Murænæ & auus prætores fuerunt. Att. 205 b, Tuditanum proauum Hortenſij planè non noram. de Clar.183 b, Duo aui, & tres proaui.

Probabilis, le. *veriſimilis, credibilis.* de Inu.52 a, Probabile eſt id quod verè fieri ſolet, aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad hoc quandam ſimilitudinem, ſiue id falſum eſt, ſiue verum. de Fin.102 a, Eſt autem officium, quod ita factum eſt, vt eius facti probabilis ratio reddi poſſit. Off 2 b, Quod cur factum ſit, probabilis ratio reddi poteſt. Acad. 26 b, Sed ea quæ vos percipi comprehendique, eadem nos, ſi modò probabilia ſint, videri dicimus. Par.116 a, Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. de Dui.111 b, Qui nihil ſine aliqua probabili coniectura & ratione dicunt. de Orat.106 a, Alicuius diſputationem nobis probabilem & propè veram videri. pro Cecin.298 a, Honeſto ac probabili nomine errorem obijci cuipiam. Off.20 b, Cauſam probabilem reddere alicuius rei.

¶ *Laudandus, tolerabilis, vendibilis.* de Clar.189 a, C. Sicinius probabilis orator, iam verò etiam probatus. & 186 a, P. Antronius voce magna, nec alia re vlla probabilis. & 189 a, Probabilis, tolerabilis, vendibilis, orator, non ſatis vendibilis populo. de Clar.180 b, Ingenium probabile. de Or. 122 b, Semper exiſtimaui iucundiorem & probabiliorem huic populo oratorem fore, qui,&c. de Orat.95 b, Diſcipulus probabilis.

† Syntaxis. *Probabilis coniectura. Probabilis & propè vera diſputa-*

*ſputa-*

ſputatio. *Probabilis, iam verò etiam probatus orator. Homo nulla alia re, niſi voce probabilis. Orator probabilis, tolerabilis.*

PROBABILITAS, tis. *veriſimilitudo.* Acad. 19 a, Multa ſunt quæ nos fallunt probabilitate magna. Acad. 26 a, Tuſc. 234 b, Quodcunq; noſtros animos probabilitate percuſſit, id dicimus.* de Fin. 105 a, Neue vnquam captioſa probabilitate fallamur.

PROBABILITER. *credibiliter, vel ad hominum opinionem.* Or. 208 a, probabiliter exponere. * Acad. Ex quo poteſt probabiliter confici.

PROBATIO, onis. *approbatio.* pro Font. 277 a, Falſum eſt ob probationem precium datum, cùm multa improbata ſint.

PROBATOR, oris. *approbator.* pro Cec. 301 a, Huius rationis non modo inuentor, ſed ne probator quidem ſum. I.A. 116 a, Quid intereſt inter ſuaſorem facti, & probatorem?

PROBATVR. Att. 254 a, Sic ei probatum eſt, quod ad te ſcribo, vt ipſe crediderit.

† Syntaxis. *Id meum animum probabilitate percutit. Non modò probator ſed ſuaſor quoque.*

PROBATVS, a, um: ſſimus. *ſpectatus.* de Clar. 189 a, C. Sicinius probabilis orator, iam verò etiam probatus. pro Planc. 264 b, Quibus ſi fuerit probatus, omnibus eſſe ſe probatum debet ſperare. pro Mur. 156 b, Prætura probata in iure, grata in munere. de Orat. 95 a, Cæterarum artium homines ſpectati & probati. Top. 227 b, Vita conſtans, & probata. pro Cecin. 287 a, Probatiſſima fœmina ad Her. 4 b, Viribus probata Numantia. * Att. 90 a, Hominis non nequam, ſed etiam tuo iudicio probati.

† Syntaxis. *Virtus ſpectata & probata. Omnibus probatus ciuis. In pietate probatus. Probata fœmina. Armis probata Roma.*

PROBE'. *rectè, benè, præclarè.* de Or. 261 a, Antipater ille, quem tu probè Catule meminiſti. Attic. 205 a, De aquæductu probè feciſti. de Inuen. 56 b, Probè teneo. Epiſt. 24 b, Quod cùm probè ſcirem, &c. Att. 68 a, De Saturnio curaſti probè. de Orat. 104 b, Quem hominem probè commeminiſſe ſe aiebat. Epiſt. 23 a, Ad Amanum exercitum adduxi, ſatis probè ornatum auxilijs. Tuſc. 193 b, Oculus perturbatus non eſt probè affectus ad ſuum munus fungendum. Tuſc. 167 a, Hoc igitur probè ſtabilito, &c. de Orat. 199 b, Thucydides res geſtas narrat grauiter ſanè & probè. Off. 13 a, Itaque probè diffinitur à Stoicis fortitudo, cùm dicunt, &c. Att 102 a, Illud probè iudicas. de Clar. 178 a, De Seruio probè dicis.

† Syntaxis. *Probè meminiſſe, facere, tenere, ſcire, curare, exercitū ornare, affici, narrare.*

PROBITAS, tis. *bonitas, integritas, virtus.* de Am. 102 a, pro Plan. 272 a, Virtus, probitas, integritas, in candidato requiri ſolet. Epiſt. 208 a, Cùm ſeparatim de probitate eius & moribus dicturus eſſem. de Orat. 95 a, Pudor, qui non modò non obſit, ſed etiam probitatis commendatione proſit. & 128 a, Probitatis commendatione boni viri ſpeciem tueri. Att. 197 b, Pædagogi probitas me rurſum id ſuſpicari vetat. de Am. 101 b, Ab altero propter probitatem eius non alienos animos habemus. & ibid. Tanta vis eſt probitatis, vt eam vel in hoſte diligamus. * de Fin. 85 b, Indicat innatam eſſe homini probitatem gratuitam, non inuitatam voluptatibus, nec præmiorum mercedibus euocatam. Ep. 254 b, Quanto ſit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clementia.

† Syntaxis. *Virtus, probitas, integritas. Probitas & mores.*

PROBLEMA, tis. *quæſtio.* Att. 186 a, Iam explicandum eſt πρόβλημα. & 214 a, πρόβλημα ἀρχιμήδειον. * Attic. 98 b, Illud meum proprium πρόβλημα quæſo ſuſcipe. Att. 107 a, Et ſimul tu hoc. διευκρινήσεις πρόβλημα ſanè πολιτικόν.

PROBO, as. *approbo, aſſentior.* pro Mil. 116 b, Nunc verò quis eſt, qui non probet? qui non laudet? *id eſt, id factum.* I.C. 101 b, De te autem Catilina, cùm quieſcunt, probant. contra Rull. 65 b, Hoc ſenatus probat, nec populus eſt in alia voluntate. * Hortenſ. Quid tu ſoles, cum rationem à diſpenſatore accipis, ſi æra ſingula probaſti, ſummam, quæ ex his confecta ſit, non probare? de Virtut. Illud neutiquam probares. de Nat. 123 b, Nec acerbitatem ſententiarum, nec differendi ſpinas probauit. Off. 45 b, Theatra, porticus, noua templa, verecundius reprehendo propter Pompeium: ſed doctiſſimi non probant.

¶ *Teſtatum facio.* I.V. 219 b, Non vereor, ne hoc officium meum P. Seruilio iudici non probem.

¶ *Perficio.* Att. 61 b, Libros oratorios in manibus habeo, quos (vt ſpero) tibi valde probabo.

¶ *Confirmo, argumentis tueor, fidem facio, argumentor, doceo.* pro Cæl. 44 b, Vel ſeueriſſimis diſceptatoribus M. Cælij vitam me probaturum eſſe confido. de Orat. 123 b, Carneades nullam vnquam rem defendit, quam non probârit: nullam oppugnauit, quam non euerterit. pro Flac. 163 b, 164 a, His tu epiſtolis recitatis, his mulierculis productis, illo abſente autore laudato, tantum te crimen probaturum putaſti? de Inuent. 65 a, Quod verum eſt, pro verò probare. Epiſt. 107 a, b, & 166 b, Cùm grauiter ex inteſtinis laborarem, neque ijs qui opera mea vti volebant, probarem me non valere. Attic. 2 a, Spero tibi me cauſam probaſſe. pro Quint. R. 45 b, Quod ſibi probare non poſſit, id perſuadere alteri conatur. pro Mur. 124 b, Vt vobis rationem mei facti probem. in Verr. 78 a, Probabo Verrem contra leges pecunias cepiſſe. de Finib. 54 b, Et tibi magnitudinem ſolis probabo. Epiſt. 58 a, Bonis viris probare quod ſentias, de Finib. 54 b, Probare alicui quod dicas. Epiſt. 14 a, Tantum contendere, quantum probare alicui poſſis. Attic. 86 b, Quod ego ambobus negaui, & ijs probaui, &c. & ibid. Quod vereor tibi ipſi vt probem. de Opt. 244 a, Probare picturam. de Aruſp. 250 b, Tabulis hoc Cenſorum, memoria multorum docebo. Attic. 91 a, b, Hæc à me ordine facta, puto me Bruto probaturum, tibi neſcio: Catoni certè probabo. pro Cornel. 63 b, Sed paucis ipſe verbis cauſam illam grauitate ſua defendit & probauit. pro Dom. 224 b, An eam cauſam probare non poteram? cuius tanta bonitas eſt, vt ea ipſa non modò ſe, ſed etiam me abſentem per ſe probârit. contra Rull. 87 b, Si quæ dixero, vobis probabo. de Orat. 91 b, Probas mihi iſta Craſſe quæ dicis. *id eſt, perſuades.* * pro Syll. 167 a, Si mei facti rationem vobis conſtantiamq; huius officij ac defenſionis probauero.

¶ *Periculum facio.* I.V. 163 b, Probare triticum. )( *improbare.*

¶ *Satisfacio, me purgo.* pro Lig. 137 a, Qua in legatione omnibus ita ſe probauit, vt, &c. *id eſt, ſatisfecit, ſe commendauit.* Ep. 201 b, A' magiſtris cùm contenderem de proferendo die, probauerunt mihi ſeſe, quo minus id facerent. de Fin. 81 b, At multis ſe probauit.

PROBOR, ris. *placet, laudor.* Attic. 83 b, Habes cauſam meam: quæ ſi Bruto non probabitur, neſcio cur illum amemus, ſed auunculo eius certè probabitur. Attic. 132 a, Non mihi ſatis idonei ſunt autores, qui à te probantur. & 139 b, Conſilium factumq; noſtrum ab Sexto probatur. & 142 a, Conſilia ex euentu, non ex voluntate à pleriſque probari ſolent. & 258 b, Conſilium à te probari facilè patior. Att. 152 a, Meum factum probari abs te gaudeo. de Orat. 104 a, Quæ à Platone dicta ſunt, non probari in populis & ciuitatibus. Epiſt. 7 a, Sed hæc ſententia ſic & illi & nobis probabatur, vt, &c. de Fin. 105 a, Minimè verò probatur huic diſciplinæ, amicitiam propter vtilitates aſciſci, aut probari. Attic. 86 a, Quos libros tibi tam probare gaudeo. * de Amic. Vt eorum probetur fides. pro Cluen. 25 b, Actum in Oppianici cauſa crimen hoc Aſinianum cùm teſtibus multis, tum verò indicio Auilij probabatur. Parad. 116 a, Quæ non ſanè probantur in vulgus. Epiſt. 168 a, Quæ *pacificatio* neq; Senatui, neque populo, neque cuiquam bono probatur.

† Syntaxis. *Quis non probat? quis non laudat? officium ſuum alicui probare. Valde probare inceptum opus. Vitam ſuis omnibus probare. Quod ſentio, bonis viris probabo. In omni ſua vita ſe probare cunctis. Cur non veni, me tibi probabo. In hac ciuitate populo non probantur, quæ dicis.*

PROBROSVS, a, um. *ignominioſus.* pro Font. 281 b, Probroſum crimen.

PROBRVM, bri. *dedecus, conuitium, maledictum.* I.V. 184 a, Ego iſtum velim ex paternis probris ac vitijs emergere. pro Dom. 239 b, Tuum ſcelus meum probrum putas eſſe oportere. item, Illis inimicorum iniuria probro non fuit. pro S.R. 26 a, Vita ruſtica, quam tu probro & crimini putas eſſe oportere. in Vat. 30 a, Magno tibi probro futurum eſt, ſi, &c. pro S.R. 29 b, Sumptus effuſi cum probro atq; dedecore. Attic. 176 a, Epiſtolæ plenæ omnium in me probrorum. pro Cæl. 46 b, Inferre probrum alicui. de Orat. 135 a, Obijcere probra alicui. Tuſc. 148 b, Obijcere alicui vt probrum, quod ſaltârit. pro Flac. 156 b, Aliquem probris omnibus maledictiſque vexo. pro Dom. 228 b, In iſto tuo maledicto probrum non modò mihi nullum obiectas, ſed etiam laudem illuſtras meam. pro Qu. 2 a, Prætor iudicium prius de probro, quàm de re maluit fieri. Of. 12 b, Itaq; in probris maximè in promptu eſt, ſi quid tale dici poteſt, &c. I.A. 179 a. Probri inſimulaſti pudiciſſimam fœminam. de Sen. 85 b, Tam perdita libido, quę cum probro priuato coniungeret imperij dedecus. * pro P. Opp. Parum potuiſſe ad exitium, probro nemini fuit.

† Syntaxis. *Ex paternis probris & vitijs emergere. Id mihi probro non eſt. Probro & crimini eſſe. Effuſi ſumptus cum probro atque dedecore. Probrum obijcere, inferre. Obijcere aliquid vt probrum. Probris & maledictis vexare. In maledicto mihi non obiectas probrum, ſed laudem illuſtras. Probri inſimulare pudicam, &c.*

PROBVS

PROBVS,a,um. *bónus,moratus,bene inſtitutus,ſpectatus,integer, frugi,religioſus,caſtus, antiquus, purus, ſanctus, modeſtus.* de Orat.125 a,Probus, bene moratus & bonus vir.I.V.184 a, Nauus & pudens & probus filius. de D. 119 b, At hoc ne homines quidem probi faciunt. Tuſc. 186 a, Sic imperabat,vt iuſtus parens probis filijs.Orat.213 b,Probę res,lecta verba Orat.203 b,Poëta peccat, cùm probam orationem affingit improbo. Off. 21 a, Si in ipſo ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat.Ac.25 a,Probum nauigium. Att.158 a, Pulſus eſt modeſtior rex, & probior, & integrior.Off.55 a, Ob eam credo cauſam, quòd inſit in his aliquid probi.&c.

† Syntaxis. *Probus,bene moratus,ac bonus vir.Nauus,pudens & probus puer. Improbo non eſt affingenda proba oratio. Nauigium probum.*

PROCACITAS,tis *petulantia*.de Rep.lib.4.teſte Nonio.Itaque à petendo,petulantia: à procando, id eſt, poſcendo, procacitas nominata eſt.in Sal.272 b, Non enim procacitate linguæ,vitæ ſordes eluuntur. & 275 b, Deſine morbo iſto procacitatis vti.

PROCAX,cis.*petulans*. de Nat. 4 b, Academia procax.pro pro Cæl. 47 b, Vt non ſolùm meretrix, ſed etiam procax videatur. Epiſt.102 a,Scio te nòn eſſe procacem in laceſſendo.* pro Cæl.49 a,Vtrum temeraria procax,irata mulier finxiſſe crimen,an grauis ſapiens,moderatusq; vir religioſè teſtimonium dixiſſe videatur.

Syntaxis. *Linguæ procacitas. Procacitatis morbus.In laceſſendo* (*procax.*

PROCEDENS,tis *ſequens*.Tuſc. 201 b, Tempus procedens mitigat ægritudinem.

¶ *Se habens*.de Vn. 200 b, Aliqua bifariam contrariè ſimul procedentia.

¶ *Progrediens*.de Cl. 186 b, Longiùs autem procedens,videbatur, &c.

PROCEDITVR. de Inu. 48 b, Si non longius quàm quod ſcitu opus,in narrando procedetur.

PROCEDO,dis.*proficio*. de Fin.120 b, Nihil ergo adiuuat ꝓcedere & progredi in virtute, quo minus miſerrimus ſit, antequam ad eam peruenerit. & 111 a, Qui natura doctrinaq; longè ad virtutem proceſſiſſent. de Cl.180 b, & pro Clu 40 b, Is proceſſiſſet honoribus longius, niſi,&c. de Cl. 176 b, L. Cotta in mediocrum oratorum numero dicendi non ita multum laude proceſſerat. de Fin 54 a,Vt ratione & via procedat oratio. de Fin.100 a, Qui proceſſerit aliquãtulum ad virtutis aditum nihilo minus in miſeria eſt quàm ille qui nihil proceſſit.& 91 a,Qui in philoſophia tantum proceſſeris.

¶ *Progredior,tranſeo,adeo,peruenio, attingo, accedo*.I.A.204 a, An hoc vidit puer:ſi ætate proceſſerit, nõ videbit?de Sen. 87 a, Liuius vſq; ad adoleſcentiam meam proceſſit ætate. de D.98 b, Poſteaquam philoſophia proceſſit, nemo aliter philoſophus ſenſit.pro Cæl 52 a,Qui ſe nunquam profectò,ſi in iſtum locum proceſſerint, explicabunt.de Nat. 32 a,A`primis ad vltima procedere. Epiſt.259 b,Calendis Decemb.in portum Corcyræorum ad Caſſodem ſtadia cxx proceſſimus de Ar.255 a,Longius ꝓceſſit,in ipſum Pompeium inuehi cœpit.Ep.149 a,Procedere in dies longius.Orat.214 a,Iſocrates ſe tantum, quantum ætate procedebat,relaxabat à nimia neceſſitate numerorum. Attic. 127 a,Itaq; Cales proceſſi, vt ibi conſiſterem. Att.225 b, Cùm ſtadia circiter trecenta proceſſiſſem, reiectus ſum. Att.94 b,Etſi(vt ſpero)te hæc legente aliquantum tamen viæ proceſſero.& 207 b, Ille aſſiduo curſu cubitum nullũ proceſſit.Ep.179 a, Non imitor λακωνισμὸν tuum : altera iam pagella procedit. *I.V.204 a, Hæc tibi laudatio procedat in numerum?

¶ *Exeo,incedo,ingredior* I.P.90 b, Mihi ipſa Roma prope cõuulſa ſedibus ſuis ad complectendum conſeruatorem ſuũ procedere viſa eſt. I. V.254 b,Procedit in mediũ vini,ſomni,ſtupri plenus. de Orat.131 b, & pro Fl.148 a,Puſillus teſtis proceſſit.de D.105 a, Cæſar cum purpurea veſte ꝓceſſit Tuſc.239 a, Procedere obuiam alicui. pro Seſt.18 a, Huic ad vrbem venienti tota ciuitas obuiam proceſſit. Poſtq.206 b,Cùm à trib. pleb. conſul in concionem productus eſſet, primùm proceſſit, qua autoritate vir.de Cl. 167 a Procedere in ſolem ex vmbraculis.

¶ *Euenio,accido, contingo*. de Or. 95 a. Nonnunquam ſummis oratoribus, non ſatis ex ſententia euentum dicendi procedere.I.V.199 a,Si proceſſit *vbertas*.Ep.287 a,Omnia, vt ſpero proſperè procedent.ꝓ Mil.122 a, Cui bene quid ꝓceſſerit,eum multum ꝓuidiſſe dicimus.Ep.122 a, Quib. cùm parum ꝓceſſiſſet, vt, &c. pro Cl.55 a,Alicui nequaquam,vt ſperaſſet,ea quæ cogitaſſet, procedere. I.A.256 a,Pergit in mea maledicta, quaſi verò ei pulcerrimè priora proceſſerint de N 55 b,Perſpicuum eſt enim, quò corporum lenocinia proceſſerint. *Ep.263 b, Quod tamen mirum in modum procedit.

† Syntaxis. *Ratione ac via procedens oratio. procedens tempus dolorem abſtergit. Ne in narrando longius procedatur. In virtute procedere,ac progredi. Longè ad virtutem procedere. Honoribus procedere. Aetate procedere. A`primis ad vltima procedere. In dies longius procedere. Aliquantum via procedere. In publicum procedere, in ſolem. Si vt ſperamus, omnia proſperè procedent.*

PROCELLA,læ.*tempeſtas* de N 69 b,Ergo imbres, nimbi,procellæ,turbines,ſunt Dij putandi.Off.36 b, Hæc ipſa fortuna cæteros caſus rariores habet: Primum ab inanimis ꝓcellas,tempeſtates,naufragia.pro Dom.241. Tu procella patriæ,turbo & tempeſtas pacis.I.C. 118 b, Circunſpicite omnes procellas,quæ impendent,niſi prouidetis. I. V.68 a,Quoniam criminum vim ſubterfugere non poterat, ꝓcellam temporis deuitauit.* pro Dom.218 a, Si quæ tum in illis Reipub.tenebris, cæcisq. nubibus & procellis, &c. ꝓmulgâſti,cõſtituiſti,ꝓmiſiſti, vendidiſti,perficere potuiſſes.in Piſ.83 b, Alias proſpexi animo procellas:alijs impendentibus tempeſtatibus non ceſſi : ſed his vnum me pro omnium ſalute obtuli.

† Syntaxis. *Imbres,nimbi,procellæ,turbines.Procella patriæ,turbo & tempeſtas pacis.Temporis procella.*

PROCERES.*principes*.Epiſt.210 a,Audiebam enim noſtros proceres clamitantes.

PROCERITAS,tis.*longitudo*.de Nat.50 b, Quæ autem *animalia* altiora ſunt, vt anſeres, vt cygni,vt grues,vt cameli, adiuuantur proceritate collorum pro Cæl.45 a, Candor huius te & proceritas, & vultus oculiq; perpulerunt. de Sen. 89 b, Cùm admiraretur proceritates arborum. * de Orat. 217 b, Fluit omnino numerus à primo, tum incitatius breuitate pedum, tum proceritate tardius.

PROCERIVS.*longius*.de Or.163 b,Brachium procerius proiectum.

PROCERVS,a,um.*longus*.de N.21 a, Corneum ꝓcerumq; roſtrum. de Clar. 194 a, Procerum & tenue collum. de Leg. 156 a,Procera & tenera palma.de Or.160 a, Anapeſtus ꝓcerior quidam numerus. & ibid b, Numeri proceri & liberi,vt pæan.de Leg.159 a,Proceriſſima populus.

PROCESSVS, ſus.*progreſſus*. de Cl.186 a, Gradus tuos, & quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cognoſcere. de Clar.190 a,Itaq; tantos proceſſus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur.Ora.217 b,Sed iam is qui audit, fauet proceſſumq; vult ꝓPom. 8 b, Ex his locis à militibus noſtris reditus magis maturus, q̃ proceſſus longior quærebatur.

PROCI,orum.*qui eandem amant & petunt*.Orat.211.Fabrûm & procûm audeo dicere, non fabrorum, & procorum.de Cl.170 b, Carmina quæ apud Homerum in Phæacum & in procorum epulis canuntur ibid. 196, Vt hos ignotos, & impudentes procos repudiemus.

PROCINCTVS,ctus *ſine ritu ſolenni,vt in caſtris*.de Orat.104 b,Facere teſtamentum in procinctu ſine libra atque tabubulis. * de Nat. 27 b, Ex quo in procinctu teſtamenta perierunt.

PROCLAMATOR,oris *præco,cantor*.de Or.102 a,Non enim cauſidicum neſcio quem, neq; proclamatorem aut tabulam conquirimus.

PROCLAMO,as.*vociferor*. I.V.257 b, Parentes propinquiq; adſunt,defendunt, ꝓclamant, fidem iſtius,quæ nuſquam erat,implorant.

PROCLIVIS,ue.*propenſus,facilis.)(.laborioſus*. Partit. 233 a,Adoleſcentia ꝓcliuior eſt ad libidinem. Tuſc.227 a,Vt alius ad alium morbum ꝓpenſior, ſic alius ad alia vitia procliuior. & 214 b, Quia ꝓcliues ad eas perturbationes ſunt. Tuſc. 218 a, Incitata ſemel *vitia* in ꝓcliue labuntur. Top. 226 b, Plocliuia anteponuntur laborioſis. de Am. 109 a, Amicitia remiſſior eſſe debet, & ad omnem comitatem facilitatemq; procliuior.Off.27 b, Sed cùm in hominibus iuuandis aut mores ſpectari,aut fortuna ſoleat,dictu quidem eſt ꝓcliue.* Tuſc.214 b,Sunt alij ad alios morbos ꝓcliuiores,&c.alij ad metum, alij ad aliam perturbationẽ.

PROCLIVITAS,tis *facilitas*. Tuſc. 214 b, Atq; hæc aliorum ad alios morbos procliuitas latè patet. Nam pertinet ad omnes perturbationes. In multis etiam vitijs apparet. & 215 a,Procliuitas ad ægrotandum.ſed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona ſunt aptiores,facilitas nominetur: in malis procliuitas, vt ſignificet lapſionem, &c. * Tuſc. 214 b,Hæc procliuitas ad ſuum quodq; genus ſimilitudine corporis ægrotatio dicatur: dum ea intelligatur ad ægrotandum procliuitas.

PROCLIVIVS.Or.215 a,Breuitate & celeritate ſyllabarum verba procliuius labuntur.de Fin.144 b, Procliuius currit oratio.Antequam.194 b, Qui ſperant, facilius & procliuius ad laudem nobilitatis peruenient.

† Syntaxis. *Ad morbos procliuitas, ad ægrotandum. Ad malum lapſio,procliuitas eſt.Procliuius currit, fluit, labitur oratio. Facilius & procliuius ad laudem peruenire.*

PROCONSVLE. *qui ad prouinciam gubernandam cum poteſtate*

*ſtate conſulari mittebatur.* pro Pomp.15 b,& I.A. 234 a, Cùm eſſet non nemo in ſenatu, qui diceret non oportere priuatum mitti pro conſule, L. Philippus dixiſſe dicitur, non ſe illum ſua ſententia pro conſule, ſed pro conſulibus mittere. de Diu.124 b, Quàm multi anni ſunt, cum bella à proconſulibus & proprætoribus adminiſtrantur. pro Pom. 15 b, Eques Rom. ad exercitum maximum proconſule miſſus eſt.

ΠΡΟΚΟΠΗ. *progreſſus, ſcilicet in ſtudijs literarum.* Att.245 b, Tãdem à Cicerone tabellarius, & mehercule literæ πεπινωμένως, quod id ipſum προκοπὴν aliquam ſignificaret. *Sic enim legendum eſt, non Perſpicaciam.*

PROCRASTINATIO, onis. I.A. 260 b, Plerisq; in rebus gerendis tarditas & procraſtinatio odioſa eſt.

PROCRASTINATVS, a, um. ad Br.90 b, Si ea, quæ ex tempore ſuſcepta ſunt vt agerentur, non tardata & procraſtinata eſſent.

PROCRASTINO, as. *differo, tardo, tempus differo, in diem ex die differo.* ad Br.90 b, I.V. 104 b, Iſte verò non procraſtinat, locare incipit. pro S.R.22 b, Ac primò rem differre quotidie ac procraſtinare cœperunt. I.V. 127 a, Ita illi non procraſtinant.

PROCRASTINOR, ris I.V.223 b, Res non procraſtinatur.

† Syntaxis. *Rem quotidie differre, & procraſtinare.*

PROCREANDI. de Fin.73 a, Procreandi voluptas. * de Fin. 103 a, Procreandi à natura habitam eſſe rationem.

PROCREATIO. *ortus, partus.* de Diu.128 b, Diſſimilitudo locorum diſſimiles hominũ procreationes habet. * de Or. 110 b, Volucres videmus procreationis atq; vtilitatis ſuæ cauſa fingere & conſtruere nidos.

¶ *Proles, progenies.* Antequam. 192 b, Qui chariſſimam veſtram procreationem ſibi eſſe duxit.

PROCREATOR, oris. *genitor.* de Fin.141 b, A primo ſatu quo à procreatoribus nati diliguntur. de Finib. 110 a, Vt ij, qui procreati eſſent, à procreatoribus amarentur. * de Vn.199 b, Animum cùm ille procreator mundi Deus ex ſua mente & diuinitate genuiſſet: tum denique omne, quod erat concretum atque corporeum, ſubſternebat animo, interiusque faciebat: atq; ita medio medium accommodans copulabat.

PROCREATRIX, cis. * *genitrix.* de Or.85 b, Laudatarum artium omnium procreatricem quandam & quaſi parentem, eam quàm φιλοσοφίαν Græci vocant, ab hominibus doctiſſimis iudicari.

PROCREATVS. *natus.* de Fin. 103 a, Vt natura & procreari vellet, & diligi procreatos non curaret. de Leg. 188 a, Tribunatus, cuius primum ortum inter arma procreatum videmus. de Leg. 169 b, Hoc ſolum, in quo tu ortus & procreatus es. Antequam. 196 a, Non magis me mea cauſa puto eſſe natum, quàm reipub. procreatum.

PROCREO, as. *creo, pario, gigno, vitam trado, liberos ſuſcipio.* de N. 52 a, Quæ beſtiæ multiplices fœtus procreant, vt ſues, vt canes, ijs mammarum data eſt multitudo. de Senect.88 a, Terra quæ ex minutiſſimis ſeminibus tantos truncos ramosque procreat. de Diu.114 b, Et earum rerum, quas terra procreat, vbertatem. de In. 59 a, & de Fin. 104 b, Ille ex vxore duos filios procreauit. Tuſcul. 249 b, Procreare liberos.

¶ *Molior.* Att. Procreare periculum alicui.

PROCREOR, ris. Att.26 b, Mihi periculum procreatur ab amicis, &c.

PROCVDENDVS, a, um. de Oratoribus 154 a, Non ſolùm acuenda nobis neque procudenda lingua eſt, ſed, &c.

PROCVDO, dis. *exacuo. Sed procudimus malleo, acuimus & cote & malleo.*

PROCVL. *longè, longius.*) (*propè.* pro Corn.63 a, Cn. Pompeius procul à Gaditanorum mœnibus acre bellum gerit. pro Pom.14 b, Inſula Delos tam procul à nobis in Aegeo mari. de Or.156 a, Procul à terra abripi. Epiſt. 241 b, Non procul à ſuis finibus. Ep.33 b, Procul enim ſum ab re ipſa. Acad.41 b, Cœleſtia procul eſſe à noſtra cognitione. cont. Rull.83 b, Hæc quæ tam procul erant à conſpectu imperij. de Inu. 43 b, Procul remotus à vero. Tuſcul. 236 b, Procul ab omni metu. Epiſt. 99 a, Patria procul. in Arat.

*Et procul Arcturo----*

pro Mil. 111 a, Sciebat Pompeium in Alſienſi eſſe procul inde. I.V.118 b, Non quæſiuit procul alicunde, quem illam pecuniam diceret abſtuliſſe. I.C. 110 b, Qui iam non procul, ſed hic præſentes defendent, &c. de Leg.181 a, Sepulcrum, quod procul ad fontis aras, &c. de Orator.99 b, Cuicunque particulæ cœli, quamuis eſſet procul, immutata lumina putabat pro Pl.265 a, Procul apparere. de Cla. 192 a, Procul videre aliquid. de Or.122 b Subauſcultando procul quid narretur, attendere. de Sen.87 a, Procul ſpectare aliquid.



† Syntaxis. *Procul à re, à cogitatione, ab imperij conſpectu. Procul remotus. Patria procul. Procul inde. Procul alicunde. Procul ad fontem. Procul apparens, videns. Procul attendere, auſcultare.*

PROCVRANS, tis. pro Syl.177 a, Sylla procurante eius rem & gerente. * Acad. 44 b, Quam vim animum eſſe dicunt mundi, eandemq; eſſe mentem ſapientiamq; perfectam, quem Deum appellant, omnium rerum, quæ ſunt ei ſubiectæ, quaſi prudentiam quandam, procurantem cœleſtia maximè, deinde in terris ea, quæ pertinent ad homines, quam interdum eandem neceſſitatem appellant, &c. nonnunquam quidem eandem fortunam.

PROCVRATIO, onis. *curatio, adminiſtratio, gubernatio.* de Nat. 1 b, Sunt, qui nullam putant habere rerum humanarum procurationem deos. & 34 b, Epicurus deos omni procuratione atq; actione priuat. de Ar.254 a, Saturnium quæſtorem à ſua frumentaria procuratione ſenatus amouit. de Orat.193 a, Si eſt idem in procuratione ciuitatis egregius. pro Seſt. 18 a, Procuratio negocij & muneris publici. Ac.41 a, Dum me reip. non ſolùm cura, ſed quædam etiam procuratio multis officijs implicatum & conſtrictũ tenebat. de D.101 a, & de Leg.176 b, Vt ſue plena procuratio fieret. de Ar.258 a, Conſtituendæ nobis ſunt procurationes & obſecrationes. pro Deiot.150 b, Nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis vtebatur. de Leg.183 b, Et huic procurationi certum magiſtratum præfecerat. Att.53 b, Ad eius procurationem Cæſar vocabatur. * Off.17 b, Vt enim tutela, ſic procuratio Reipub. ad vtilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſi, gerenda eſt.

† Syntaxis. *Deorum procuratio in rebus humanis. Dei procuratio & actio. Negocij procuratio. Cura, imò procuratio me multis officijs implicatum & conſtrictum tenet.*

PROCVRATOR, oris. *qui aliena negocia procurat, qui alieno præpoſitus eſt negocio, qui alteri operam dat cognitor, qui alterum abſentem in iure defendit.* Att.66 a, Nihil intereſt, vtrum per procuratores agas, an per te ipſum. Epiſt.92 a, Teneor tamen, dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem. de Orat.106 b, Si mandandum aliquid procuratori de Agricultura, aut imperandum villico ſit. I.V.121 a, Procuratores poſtulant, vt ſe ad leges ſuas reijciat. pro Qu.4 b, Libellos Sex. Alphenus procurator P. Quintij deijcit. & ibid. Denunciat ſe procuratorem. & 11 a, Hîc quoque conſtat procuratoris diligẽtis officium. pro Cec.296 a, & 295 b, Qui legitimè procurator dicitur, qui alieni negocij aliquid gerit, alieno præpoſitus negocio, penè dominus & alieni iuris vicarius. Att. 231 a, Cùm Pyliæ noſtræ villam ad Lucrinum, villicosq; procuratores tradiſſem I.A.233 a, Cuius bona modò proſcripta vidimus, tanta eſt procuratorum negligentia. * Att. 261 a, Poſſumus, vt ſponſores appellentur, procuratorem introducere. ibid. Eo nomine, quod ſatisdato debeat, procuratores eius non diſſoluere.

PROCVRATRIX, cis. *gubernatrix.* de Fin.110 a, Sapientia totius hominis cuſtos & procuratrix.

† Syntaxis. *Per procuratorem agere. Denunciare ſe procuratorem. Cuſtos & procuratrix hominis ſapientia.*

PROCVRO, as. *curo, gero, adminiſtro, guberno.* Ep.198 a, Is procurat rationes negociaq; Dionyſij noſtri. Att. 141 a, Itaque nunc Romæ omnia negocia procuro. I.V.181 a, Procurare negotium alterius in decumis. Qu.fr.328 a, In quo cõmuni Reipub. ſtatu nihil procuro, tamen nihil curare vix poſſum. Epiſt.114 a, Quomodo regnum illud ſeſe habeat, quis procuret, diligẽter mihi perſcribas. Att.97 b, Procura quantulacunq; eſt, Precianam hæreditatem.

¶ *Expio.* de Diu.80 b, In monſtris interpretandis, procurandisq; magna vis eſſe videtur in aruſpicum diſciplina.

PROCVROR, aris. de Diu.125 b, Quemadmodum ea procurentur atq; expientur.

PROCVRRO, ris. *excurro.* ad Her.38 b, Sed vt productus ſtudio & viribus vltrà facilè procurras.

* PROCVS. vide PROCI.

PROCYON, is. *canis minor: ſic dictus, quòd ante Sirium canem oriatur.* de Nat. 48 b,

*Anticanis Graio Procyon qui nomine fertur.*

PRODENDVS, a, um. *creandus.* pro Mil.106 b, Iter ſolenne, legitimum, neceſſarium, ante diem XIII. Calend. Februarij Miloni eſſe Lanuuium ad flaminem prodendũ, quòd erat dictator Lanuuij Milo.

¶ *Tradendus.* Ep.89 b, In virorum fortium factis memoriæ prodendis. I.V. 243 a, Imagines ad memoriam poſteritatemq; prodendam. Qu.fr. 298 b, Gloria tua tibi eſt communicanda mecum, & prodenda liberis noſtris.

PRODEO, dis. *exeo, procedo.* de Orat. 141 a, Paulò pòſt eſſe ferunt nunciatum Simonidi, vt prodiret. Orat.219 a, Miſſos faciãt patronos, ipſi prodeant. pro Fl.150 b, & 153 a, Teſtes

vnà ex domo prodeunt. Attic. 125 b, Scio te in publicum non prodire de Cl. 168 a, Eloquentia ſerò prodijt in lucē. Epiſt. 79 a, Prodire in aciem. I. V. 65 b, Si hæc conſuetudó ſerpere ac prodire cœperit pro Mur. 140 b, Prodire obuiā alicui. Epiſt. 39 a, An ego tibi obuiam non prodirem? Off. 23 a, Cauendum eſt etiam ſi ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas. Off. 26 a, Vt in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo.

PRODICTVS a,um pro Do. 222 a, Ne niſi prodicta die quis accuſetur. ibid. Quarta ſit accuſatio trinum nundinum, prodicta die, qua die iudicium ſit futurum. *alij legebant, prodita: alij, prædicta die.*

PRODIENS, tis. I. V. 171 b, Homines obuiam prodeuntes.

† Syntaxis *In publicum prodire, in lucem, in aciem. Conſuetudo ſerpit ac prodit. Prodire obuiam. Extra modum ſumptu & magnificentia prodire.*

PRODIGE. *effuſé.* I. A. 252 a, Prodigè viuere.

PRODIGIVM, gij. *monſtrum portentum, oſtentum.* in Verr. 225 a, Multa ſæpe prodigia vim eius numenq; declarant. I. P. 81 a, P. Clodius fatale portentum prodigiumq; reip. I. V. 286 b, Non mihi iam furtum, ſed monſtrum ac prodigium videbatur. de Diuin. 99 b, Prodigia dicuntur, quia prædicunt aliquid. pro Ligar 138 b, Hęc ſunt prodigijs ſimilia.

† Syntaxis. *Clodius portentum prodigiumq; Reip. Monſtrum & prodigium.*

PRODIGVS, a, um. *profuſus, effuſus nepos, luxurioſus, nepos diſſolutus, perditus, nimius.* )( *parcus, diligens.* ad Her. 35 a, Att 282 a, Cicero in honoribus decernendis erat nimius, & tanquam prodigus. I. C. 120 a, Homo largitor & prodigus. Off. 44 b, Omnino duo ſunt genera largorum: quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui pecunias profundunt in ea res, quarum, &c. liberales autem &c.

† Syntaxis. *In honoribus decernendis nimius & prodigus. Largitor & prodigus. Largorum hi prodigi, hi liberales. Genus harum formarum agnoſce.*

PRODITIO, onis. Epiſt. 68 a, Multorum in nos perfidiam, inſidias, proditionem notabis. Acad. 8 a, Quo è vitio & amicitiarum proditiones & rerum publicarum naſci ſolēt. * pro M. Scau. Prodititionis eſt in crimen vocatus.

PRODITOR, oris *deſertor, oppugnator patriæ.* Antequam 194 a, pro Sext. Roſc. 38 a, Iſte qui initiò proditor fuit, deinde perfuga. pro Syll. 184 a, Ne extinctor patriæ ac proditor appelletur. Poſtquam 200 b, Cùm viderem homines, &c. aut proditores eſſe, aut deſertores ſalutis meæ. pro Seſt. 6 b, * Vt ille cęcus atque amens tribunus plebis nanciſceretur quid dicam Conſules? hoccine vt ego appellem nomine euerſores huius imperij? proditores veſtrę dignitatis? hoſtes bonorum omnium? Epiſt. 5 b, Cogitationes & inimicorum & proditorum. Epiſt. 148 b, Ea dixit de conſeruatoribus patriæ quæ dici deberent de proditoribus.

† Syntaxis. *Patriæ extinctor & proditor. Proditor aut deſertor ſalutis amicorum. Proditus, inductus, coniectus in fraudem.*

* PRODITVRVS, a, um. Att. 244 b, Quæ *oratio* non ſit foras proditura, niſi Repub. recuperata.

PRODITVS, a, um. *deſertus perfidia, perfidè traditus, oppugnatus.* Attic lib. 3, Ego proditus, inductus, coniectus in fraudem. Off. 69 a, Regnum quod à Tantalo & Pelope proditum iure obtinebatur.

¶ *Factus, editus, indictus, commendatus.* de Cl. 165 a, Memorię proditum eſt poëtas nobiles poëtarum æqualium morte doluiſſe I. V. 85 b, Quod eſt proditum memoriæ ac literis. de Cl. 168 a, & 169 b, Ante Solonis ætatem de nullo vt diſerto mamoriæ proditum eſt. pro Arch. Virtutes literis proditæ pro Dom. 222 a, Quarta ſit accuſatio trinum nundinum prodita die. *aliter, prodicta die.* de Orat. 100 a, Quia memoria ſic eſſet proditum, quem pater, &c. pro R. P. 125 a, Imago ad memoriam poſteritatis prodita. Tuſcul. 170 b, Quidam cuius ne nomen quidem proditum eſt.

PRODO, dis *trado, mando, edo, commendo, ſcribo.* de Orat. 144 a, Sermonemq; L. Craſſi memoriæ prodamus. pro Mil. 117 b, Maiores noſtri qui ſacra, qui ceremonias, qui auſpicia & ipſi ſanctiſſimè coluerunt, & nobis poſteris ſuis prodiderunt pro Pl. 279 a, Hæc de ſapientiſſimis viris monumenta nobis literæ prodiderunt, non ſemper, &c. Off. 72 a, Vt quidam poëtæ tragici prodiderunt. Tuſc. 154 a, Si conereruere, quæ Græci ſcriptores prodiderunt. de Vn. 201 a, Itaque eorum vocabula nobis prodiderunt. pro Flac. 151 b, Ne periculoſam imitationem exempli reliquis in poſterum proderetis. Epiſt. 113 b, Prodere memoriam alicuius rei poſteris. * de Leg. 168 b, Qua oratione poſſit, &c. factaq; & conſulta fortium & ſapientum cum improborum ignominia ſempiternis monimentis prodere.



¶ *Profero, pronuncio. dico, creo.* de Leg. 168 a, Is quem prodūt patres conſulum rogandorum ergo.

¶ *Deſero, iniquè oppugno, perfidè vexo.* I. V. 208 b, Eriphyla viri ſalutem prodidit. Poſtq. 202 b, Qui perſimulationem amicitiæ nefariè me prodiderunt. de D. 116 a, Vrbem philoſophiæ (mihi crede) proditis, dum caſtella defenditis. I. P. 91 b, Cùm prodebas caput & ſalutem meam mercede prouinciæ. pro Flac. Quem ego ſum ſecutus, is me deſeruit ac prodidit. Quin. frat. 304 a, Amici partim deſeruerunt me, partim prodiderunt. pro Cec. 294 a, Aliquem non ſolùm relinquere ſed etiam prodere de Fin. 97 a, Quòd claſſem prædonibus prodidiſſent. I. V. 257 a, Prodere claſſem hoſtibus. Acad. 8 a, Prodere decretum. Acad 7 b, Qui ſtatuit omnem cruciatum perferre potius, quàm aut officiū prodat aut fidem.

PRODOR, ris. *edor, pronuncior, creor.* pro Mil. 110 a, A' dictatore Milone prodi flaminem neceſſe eſt. pro Dom. 221 a, Interrex quem & ipſum patricium eſſe, & à patricio prodi neceſſe eſt. de L. 184 b, Deinde etiam deinceps poſteris prodebatur *genus imperij.* & 185 b, Auſpicia patrum ſunto, olliqne ex ſe produnto, qui comitijs creare conſules ritè poſſint. * pro Cæl. 47 b, Ab amicis videlicet imprudentes prodimur.

¶ *Exhibeor.* pro Fl. 151 b, In hoc reo ne quod pernicioſum exemplum prodatur, pertimeſco.

¶ *Pateſio.* de Leg. 179 b, Sacra deinceps familijs produntur, & ſunt perpetua.

¶ *Malè accipio.* in Ant. 227 b, Qui cauſam veteranorum prodi volunt.

PRODROMVS, mi. *præcurſor.* Att. 6 b, Mihi Pompeiani prodromi nunciant apertè. & 255 a, Prodromi nulli.

PRODVCO, cis *duco, in longius duco, profero, proueho, promoueo.* Off. 67 b, C. Marius Q. Metellum apud populum criminatus eſt, bellum illum producere. de Cl. 187 b, Producere ſermonem longius. De Somn. 126 b, Producere ſermonem in multam noctem. de Seneċt. 86 b, Conuiuium ad multam noctem vario ſermone producimus. de Cl. 170 a, Varro vitam Næuij producit longius. pro Quin. 5 a, Producere aliquem conditionibus.

¶ *Adduco, duco, deduco, traho.* pro Dom. 217 a, Cato quem tu non pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras. I. V. 204 a, Producere aliquem in ius. & 101 a, Producere aliquem in proſpectum populi. & 267 a, Producere aliquem ad necem inuoluto capite. pro Qu. R. 52 a, Producere teſtem. I. V. 78 b, Producere teſtes ad iudices. & 245 a, Quod oſtendam, cùm iſtos produxero. in Verr. 262 b, Harum omnium rerum autores teſteſq; produco.

¶ *Educo.* Ep. 162 a, Repente Antonius in aciem copias ſuas de vico produxit.

¶ *Gigno, creo, ſuſcipio.* in V. 82 b, Nihil à me audiet ex impura illa adoleſcentia ſua: quæ qualis fuerit, aut meminiſtis, aut ex eo, quem ſui ſimilimū produxit, recognoſcere poteſtis. *id eſt, ex filio.*

PRODVCOR, ris. *prouehor.* de Inu. 48 a, Produci vltrà, quàm ſatis eſt. * Epiſt. 191 a, Ego porrò non medius fidius cupiditate prouinciæ produci longius ſpatium mihi volo.

¶ *Orior.* pro Q. R. 50 a, Nihil ab hoc prauum & peruerſum produci poſſe putant.

PRODVCTE'. Oratorib. 212 a, * Quibus in verbis eæ primæ literæ ſunt, quæ in ſapiente atq; felice, productè dicitur (In): in cæteris omnibus breuiter.

PRODVCTIO, onis. )( *breuitas.* de Orat 161 a, Contractione breuius fieri, aut productione longius. de Fin. 99 b, Opportunitas enim non fit maior productione temporis. ad Her. 30 b, Productione eiuſdem literæ *conficitur agnominatio.* hoc modo: Hunc auium dulcedo ducit ad auium. Breuitate eiuſdem literæ, hoc modo: Hic tametſi videtur honoris cupidus, tamen non tantum curiam diligit, quantū Curiam. Top. 223 b, * In quo *Poſtliminio* Seruius noſter nihil putat eſſe notandum, niſi Poſt: & Liminium illud productionem aſſe verbi vult.

PRODVCTVS, a, um. *prolatus, prouectus.* Qu. fr. 307 b, Producta dies eſt in IIII. iduum Febr. Tuſc. 251 a, Dolores longinquitate producti vehementius torquent hominem. de Finib. 112 b, Sed non ſunt in eo genere tantæ commoditates corporis tamq; productæ temporibus, tamq; multæ. Tuſc. 199 a, Si dolor productior foret. de Fin. 101 a, Sic in vita, non ea quæ primario loco ſunt, ſed ea quæ ſecundum locum obtinent, προηγμένα, id eſt, producta nominentur, quæ vel ita appellemus, id erit verbum è verbo, vel promota, vel vt dudum diximus, propoſita vel præcipua: illa, reiecta. de Clar. 190 a, Orat. 212 a, Inclytus, dicimus breui prima litera: inſanus, producta de Orat. 160 a, Syllaba producta atque longo. Orat. 214 b, Productiora alia, & quaſi immoderatiùs excurrentia.

¶ *Dodu-*

¶ *Deductus,factus.* de Nat.39 a, Datum eſt igitur Neptuno maritimum omne regnum, nomenq; perductum,vt Portunus à portu, ſic Neptuns à nando.

¶ *Incenſus,impulſus.* ad Her. 38 b, Sed vt productus ſtudio vltrà facilè procurras.

¶ *Deductus,adductus.* pro Fl.153,Tamen coràm producti aliquid dicent,in quo reprehendantur. Poſtq. 206 b, Cùm à tribuno plebis conſul in concionem productus eſſet.de Fin.101 a, Nemo dicit in regia regnum ipſum quaſi productum eſſe ad dignitatem. * Poſtq. ad vos ab eadem Italia.

PROEGMENA.)(. *apoproegmena.* de Fin. 93 a, & 102 a, & Tuſcul.237 b.

PROFANVS,a,um.*nihil habens religionis, à religione remotus.)(. conſecratus, ſacer,religioſus.* pro Dom. 238 a, Sin iſta conſecratio legitima eſt,quid eſt, quod profanum in tuis bonis eſſe poſſit? de Ar. 245 b, Loca ſacra & religioſa, profana haberi.I.V.228 b,Facere aliquid ex ſacro profanum.de N. 39 b,Limina profanarum ædium. Part. 233 a, & de In.50 b,& ad Her.7 a,Locus profanus.

† Syntaxis.*Ex ſacro facio profanum.*

PROFECTIO, onis.*diſceſſus.* I.A.153 a,Exponã vobis breuiter conſilium & profectionis & reuerſionis meæ. pro Quint. 10 b, Inuenitur dies profectionis pridie calendas Februarij. Epiſt.4 b, Eiuſmodi tempora poſt tuam profectionem conſecuta ſunt,vt,&c.* de Clar.185 a, Hic temporibus floruit ijs, quibus inter profectionem reditumq; L. Syllæ ſine iure fuit, & ſine vlla dignitate Reſpub.pro Syll.180 b, quis de C. Cethego atq; eius in Hiſpaniam ꝓfectione cogitat?Epiſt.98 a,Mea quædam tibi non ignota dubitatio aut impedire perfectionem meam videbatur, aut certè tardare.

PROFECTO.*certè quidem.*de Nat. 2 a, Alterum fieri profectò poteſt, vt earum nulla: alterum certè non poteſt, vt plus vna vera ſit.de N.7 a,Terra enim profectò pars mundi eſt. Att.67 a, Profectò enim aliquid egiſſes. Att. 94 b,& Qu.fr.295 b,Nunc quidem profectò Romæ es.pro Fl.157 Non eſt ita iudices, non eſt profectò.

† Syntaxis. *Terra enim profectò. Profectò enim aliquid, &c. Nunc quidem profectò.*

* PROFECTVRVS,a, um.pro Pom.12 a, Et quiſquam dubitabit,quid virtute profecturus ſit,qui tantum autoritate profecerit?

* PROFECTVS,a,um,*à proficio.*Ep.184 a,Nonihil,vt in tantis malis,eſt ꝓfectum. Att.123 b,Vtinam aliquid ꝓfectũ eſſet.

* PROFECTVS,a, um.*à proficiſcor.* de Fin. 74 a, Vt ꝓfectus à charitate domeſticorum ac ſuorum, curratlongiùs. * de Fin.118 a,Si à falſis principijs profecta congruunt ipſa ſibi, & à propoſito non aberrant.

PROFERENDVS,a,um.*edendus, patefaciendus, in lucem edendus.*pro Cæl.49 b, Domus in qua nihil geratur, quod foràs proferendum ſit. de Or.97 b, Et illa commentatio incluſa, in veritatis lucem proferenda eſt. pro Mur. 147 a, Qui ea proferenda & patefacienda curauit. Att. 243 b, Orationem tibi miſi: cuius cuſtodiendæ & proferendæ arbitrium tuum ſit.

PROFERO,fers.*recenſeo,dico,prodo,edo,promo,adduco,cõmemoro.* Off 64 a, Aquilius ꝓtulit de dolo malo formulas. ꝓ Mil. 121 b,Iudicia communis exitij indagaui,patefeci,protuli. pro Ar.188 a, Ex literis aliquid in aſpectum lucemq; profero.de Or.98 a, Proferre in lucem, explicare,palàm collocare ,proponere, in Ver. 71 b, Proferre aliquod crimen in medium.Ep.142 b,Se eam rem ante tempus illud nunquam in medium propter periculi metum protuliſſe. de Fin.80 a, Eámne rationem ſequare, qua tecum ipſe & cũ tuis vtare?profiteri autem & in medium proferre non audeas.I.C.180 a,& pro Fl.154 b,& I.V.208 b,Proferre tabulas nouas.de N.23 a,Proferrem libros,ſi negares. ꝓ Cor. 63 a,Proferam teſtes,proferam legatos.Acad.16 a,Proferre in lucem res occultiſſimas. de Or. 85 b, In dicendo excellentes vix paucos proferre poſſumus. pro Mur. 137 b, Qui neceſſitudinis cauſas complures protulit, ſimultatis nullam commemorare potuit.pro S.R.25 b,Poſſum multos proferre,qui,&c. de Or.106 a,Et id quod ipſe diceret, in P. Mutij libris ſcriptum protulit. & 135 b, Proferre Fabricios autores. pro Q.R.49 b,Tu H-S.LIII ex arca proferebas. CCCLIII ex artificio Roſcius promebat. I. A. 179 b,Quid prandiorum apparatus proferam?ad Her.2 a, Si affinitates illorum proferemus.

¶ *Produco,prorogo,differo.* de D 98 a, Cur pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem. pro Cec.287 a,Sæpius proferre aliquid. *id eſt, prorogare.* Attic. 207 b, Dices igitur amicis tuis, auctionem ꝓferant.& 208 a,Auctionis diem latius proferre. ꝓ Syl 179 b,Paulò longius q̃ finis quotidiani officij poſtulat, pietas & fraternus amor L.Cæcilium protulit.ꝓ Mur. 193 b, Stoici mihi videntur fines officiorũ paulò longius quàm natura vellet,ꝓtuliſſe. pro Mur.140 b,Homines tenues vnum habet in noſtrum ordinem,aut promerendi,aut proferendi beneficij locum. Attic.208 a, Quòd ſi latius volent proferre diem, poterunt vel biduum vel triduum, vel vt videbitur: nihil enim intereſt. * I.V. 227 a, Vnius vrbis direptionem commemorabo & in medium ꝓferam.de Fin.106 a,Beatã vitam vſque ad illũ à Cyro extructũ rogum protuliſſet *Crœſus.*

PROFEROR,ris.Acad.1 b,& de Fin.73 a, Ars memoriæ,quę tum primùm proferebatur.Or.87 a,Vis aliquid iiſdem de rebus politius à nobis perfectiusq; proferri? * pro Mur. 127 a,Vt eius nulla fraus,nulla auaritia,nulla perfidia,nulla crudelitas, nullum petulans dictum in vita proferatur.

† Syntaxis.*Proferre & patefacere.In lucem proferre. Cuſtodire & proferre. in aſpectum, lucemq; proferre.in medium proferre. Dirimere tempus & proferre diem. Latius proferre diem.*

PROFESSIO, onis. *eſt certa confeſſio, & denunciatio eorum quæ quiſq; poſſidet,quæ profeſſio apud prætorem vrbanum fieri ſolebat: quam imperatores è prouincia decedentes, apud decemuiros profitebantur.*Lege PROFITEOR. Ep 265 b, Tu verò confice ꝓfeſſionem, ſi potes: etſi hæc pecunia ex eo genere eſt, vt profeſſione non egeat. pro Ar. 187 a, Archias ijs tabulis profeſſus eſt, quæ ſolæ ex illa profeſſione collegioq; prætorum obtinent publicarum tabularum autoritatem. * I. V.155 b,In eum iudicium de profeſſione iugerum poſtulabatur.& 172 a, In Leontino agro iugerum ſubſcriptio & profeſſio non eſt plus XXX. Att.215 b,Semélne putas mihi dixiſſe Balbum & Faberium profeſſionem relatam?

¶ *Promiſſio,pollicitatio.* Pl.Epiſt.148 a,Non me præteribat in tam perturbato ſtatu ciuitatis fructuoſiſſimam eſſe profeſſionem bonę voluntatis,ſed,&c.

¶ *Facultas* de Or.86 b,Vir oratoris profeſſioq; ipſa dicendi hoc ſuſcipere ac polliceri videtur.

* PROFICIENS, tis. Tuſcul.181 b, Quid ergo? ea *prudentia* patietúrne te quicquam facere nihil proficientem, & laborantem?

PROFICIO,tis.*aſſequor,procedo,valeo,proſum.*At.110 a Qui vt nihil aliud, hoc tamen profecit, dedit ei dolorem:ſed etiam ad ſummam profectum aliquid puto.Epiſt. 70 b, Nõ intelligis te querelis quotidianis nihil proficere? & 69 b, Teq; multum profeciſſe ſentio.pro Lig.137 b, Diu recuſans nihil profeci.item contentio tamdiu ſapiens eſt,quãdiu proficit aliquid. Offic. 59 a, Si modò in philoſophia aliquid profecimus. pro Pl.272 a,In Cyro nihil profeciſti. Att.123 b,Si mihi minus proficio, ſimulationi certè facio ſatis.de Clar.177 a, Res vbi plurimum proficere & valere poſſunt,collocari debent.pro Pom 12 b, Et quiſquã dubitabit,quid virtute profecturus ſit, qui tantum autoritate profecerit. de Clar. 172 a, Nulla res tantum ad dicendum proficit,quàm ſcriptio.ad Heren. 32 a, Proficit hæc exoratio ad duas res. de Fin. 93 a, Hoc ad ea quæ quærimus,multum profecerit. de Inuen. 62 c,Hoc plus proficit ad virtutem,quàm illud.Pl.Epiſt.152 b,Profeci itaque per Laterenſem internuncium.Epiſt.251 a,Literæ tuæ profecerunt.Epiſt.54 b,Cùm ipſe idem ſentirem,nihil proficiebam. I.A.159 b, Si exitus C. Cæſaris hoc efficere non poteſt, nihil cuiuſquam proficiet nec valebit oratio. Att.91 a,Multum profeci: ſed quantum, non planè, quia longè abſum,ſcio.Qu.fr.320 b, Pompeius adhuc nihil profecit, nec,ſi vllam partem dignitatis tenebo, proficiet.

† Syntaxis.*Id, vt nihil aliud, hoc tamen proficiet,dabit illi dolorem. Id proficiet aliquid. Proficere in philoſophia. In Cæſ.multum proficis.Proficere aliquid ad virtutem.*

PROFICISCENDVM,de Fin.105 a, Qui conuenienter victurus ſit, ei proficiſcendum eſt ab omni mundo, & eius cognitione.

PROFICISCENS,tis.Epiſt.241 a,Leucade proficiſcens.*de Senect. 94 b, Quò quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit.

PROFICISCOR,ris.*diſcedo.*de Diuin.85 b,Achiui ita profecti ſunt ab Ilio,vt profectione læti piſcium laſciuiam intuerentur. pro Mil 106 b, Clodius Roma profectus pridie eſt, vt ante ſuum fundum inſidias Miloni collocaret. I.V. 112 a, Qui ſtatim Romæ & ab vrbe antequam proficiſceretur,cœpit, &c. Epiſt. 20 a, Cùm te iam ex Aſia Romam verſus profectum eſſe conſtaret. Att. 213 a, Etſi poteram remanere, tamen, vt ſcripſi tibi, proficiſcor hinc, ne relictus videar.de Nat.54 a,Nerui à corde tracti & profecti in corpus omne ducuntur. * Acad. 25 a, Sed ſi iam ex hoc loco proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta, probo nauigio, bono gubernatore ac tranquillitate.

¶ *Sum.* Antequam. 192 b, Beneficia quæ ſingulis ciuibus priuatimq; dantur,ſolent ijs eſſe fructuoſa, à quibus ſunt profecta.de Inuen 54 b,Quam partitionem omnes ab Ariſtotele profecti,maximè ſecuti ſunt. de Orat. 113 b,Deniq;

niq; etiam à philoſophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille,&c.de Inu. 55 b, Nam vt ex medicina nihil oportet putare proficiſci,niſi quod ad corporis vtilitatem ſpectat: ſic à legibus nihil conuenit arbitrari, niſi quod reip.conducat, proficiſci. Epiſt. 30 a, Quæcunq; à me ornamenta in te proficiſcuntur. At.275 b, Hoc grato animo liberaliq; profectum, cautiorem liberalitatem deſiderat. Att. 143 b, III iduum Philotimum (vt ais epiſtola tertia) expectabam:at ille idibus à me profectus eſt.de Fin. 63 a, Quæ à falſis initijs profecta, vera eſſe non poſſunt. *&* 71 b, Non proficiſcitur animal illud modò natum à ſumma voluptate.Off.10 a,Facere multa, quæ proficiſci ab oſtẽtatione magis quàm à voluntate videntur. de Sen.94 a,b, Nonne vobis videtur animus is,qui plus cernat & lõgiùs, videre ſe ad meliora proficiſci? ibid. O' præclarum diem, cùm ad illud animorum concilium cœlumq; proficiſcar: & cùm ex hac turba & colluuione diſcedam. Proficiſcar enim non ad eos ſolùm viros, &c. Ep.83 b, Itaq; vel officio, vel fama bonorum, vel pudore victus, vt in fabulis Amphiaraus, ſic ego prudens & ſciens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus.

¶ *Confugio*.Ep.5 b,Vt cùm rex intelligat,niſi per te ſit reſtitutus,deſertum ſe & abiectum fore,proficiſcatur ad te.

† Syntaxis. *Nerui à corde tracti & profecti in omne corpus ducuntur, Ab aliquo proficiſci beneficium. Qui ab Ariſtotele profecti ſunt.*

PROFICITVR.Ep.184 a,Nonnihil vt in tantis malis eſt profectum. Attic. 123 b, Sed quid hæc nunc? vtinam aliquid profectum eſſet.

PROFITENDVS a,um.*promittendus*. de Or.88 b,Quamobrẽ iſta tamq; multa profitenda Craſſe non cenſeo.

¶ *Proferendus*.de N. 14 a, Exiſtimo tardiores ad hanc ſententiam profitendam multos eſſe factos.

PROFITENS,tis.*offerens,promittens*.Att.182 b,Italiæ ſua nobis ſtudia profitenti remiſiſtis.

PROFITEOR,ris.*præbeo*.I.P.69 b, Cùm ſe Pompeius ſupplicem pro me profiteretur.I.V.126 a, A' Sthenio petere cœpit, vt ad ea ſigna tollenda operam ſuam profiteretur, ſeque adiuuaret.

¶ *Polliceor*. de Orat. 94 b, Suſcipere ac profiteri magnum aliquod onus atq; munus. & 93 b, Suſcipere ac profiteri magnum quiddam. & ibid. De omnibus rebus profitentur ſe eſſe dicturos.pro Pla.272 a, Omnes iſtiuſmodi in ijs reprehenduntur, qui cùm profeſſi fuerint ſatisfacere non poſſunt,non in ijs qui abfuiſſe ab iſtis ſtudijs confitentur. Qu.fr. 201 a, Noſtræ cauſæ non videntur homines defuturi:mirandum in modum profitentur,offerunt ſe,pollicentur.de Leg.171 b, Contra facere quàm profeſſus pollicitusq; ſis. pro S. R. 44 a, Profiteri operam ſuam in aliqua re. pro Cluen. 28 a, Profiteri id quod non poſſis implere: quod impudentiæ eſt. contra Rull. 65 a, Profiteor tibi meum ſtudium ad rempub. defendendam. pro Mur. 130 b, Triduò me iuriſconſultum eſſe profitebor. Epiſt. 64 b,Ego verò tibi profiteor & polliceor eximium & ſingulare meum ſtudium.

¶ *Doceo*. I. P. 95 a, Qui philoſophiam profitetur grauiſſimam ſuſtinet perſonam. Ac.18 b, Democritus qui ita eſt auſus ordiri, Hæc loquor de vniuerſis: nihil excipit, de quo non profitetur. quid enim eſſe poteſt extra vniuerſa? de Or. 122 b, Cùm tantas res Græci ſuſciperent, profiterentur, agerent.

¶ *Confiteor*.Or.199 b, Ecce autem quidam ſe Thucydidios eſſe profitentur. * Incer. in libris de Repub. Platonis me comitem profiteor, in conſolatione filiæ Crantorem ſequor.

¶ *Iacto me,glorior*. Tuſc. 177 b, Vt enim ſi grammaticum ſe profeſſus quiſpiam barbarè loquatur: aut abſurdè canat is,qui ſe haberi velit muſicum hoc turpior ſit,quòd in eo ipſo peccet,cuius profitetur ſcientiam:ſic, &c. de Nat.4 b, Tantam facultatem conſecutum eſſe me non profiteor, ſecutum eſſe præ me fero.* Ep.198 a, Me principem Senatui populoq; Rom. profeſſus ſum.

¶ *Præ me fero*. de Fin.80 b, Eámne rationem ſequare, qua tecum ipſe & cum tuis vtare, profiteri autem & in mediũ proferre non audeas? in Anton. 240 b, Vt eos pœniteat profeſſos, & præ ſe tuliſſe odium in Antonium. pro Cec. 290 a, Atq; ita libenter confitetur, vt non ſolùm fateri, ſed etiam profiiteri videatur.pro Rab.93 b, Fateor, atque etiam profiteor, & præ me fero, hanc à me actionem eſſe ſublatam.pro S. Roſ.19 b, Vt ad hanc prædam tam nefariam adiutores vos profiteamini. Ep. 163 a, Quicunq; is eſt, ei me inimicum profiteor. de Aruſp.44 a, Ego inimicum me ſemper eſſe profeſſus ſum duobus, qui,&c.

¶ *Denuncio, ſignifico*. cont. Rull.79 a, In poſterum verò lex hæc imperatoribus noſtris conſtituatur, vt quicunque de prouincia deceſſerit,apud eoſdem decemuiros,quantum habeat prædæ,manubiarum, auri coronarij, profiteatur. I.V.155 b, Edixerat, vt aratores iugera ſationum ſuarum profiterẽtur.& 153 b, Nemo erat decumanorum,qui grano ampliùs ſibi quam deberetur, deberi profeſſus eſſet. pro Arc.186 b, Si ſexaginta diebus apud prætorem eſſent profeſſi. & 187 a, Archiàs profeſſus eſt apud prætorem Q.Metellum. & ibid. At non eſt profeſſus: imò verò his tabulis profeſſus, quæ ſolæ ex illa profeſſione collegioq; obtinent publicarum tabularum autoritatem. I. V. 172 a, Iugera profeſſi ſunt aratores omnes imperio atque inſtituto tuo: non opinor quenquam minus eſſe profeſſum, quàm quantum araſſet.

PROFLIGATVS,a,um:ſsimus *perditus*.pro S.R.24 b,Omnia in eo ad perniciem profligata atq; perdita I.V.67 b, Iudicia perdita & profligata.& 161 b,& pro Arch.188 a, Tu omnium profligatiſſime & perditiſſime. I. C. 104 b,Quàm tandem illum mœrore afflictum eſſe & profligatum putatis? de Prou. 76 a, Vos tamen oportet ab eodem illa omnia, à quo profligata ſunt,confici velle.

¶ *Abſolutus,tranſactus*. Epiſt. 201 a,Qui profligato bello ac penè ſublato, renouatum bellum gerere conamur.Tuſc. 231 a,Atqui profligata iam hæc,& penè ad exitum adducta quæſtio eſt.

PROFLIGO,as.*affligo,proſterno,depello*.de Or.143 a, Cum Philippus ſuis conſilijs rempub. profligaſſet. pro Rab.129 b, Profligare aciem hoſtium.I.A.265 a,Cùm Cęſar hoſtium copias profligârit,occiderit, &c.

† Syntaxis.*Profligatus homo ac perditus,iudicium,Reſpub.profligare aciem hoſtium.Copias profligare, occidereque.*

PROFLVENS,tis.*fluuius, flumen, torrens*.de In. 81 a, Deinde eſt in carcerem deductus,vt ibi tãtiſper eſſet, dum culeus, in quem coniectus in profluentem deferretur, comparetur. ad Heren.4 b, Et obuolutus corio deijciatur in profluentem.

¶ *Fluens*.Qu.fr.318 b,Aquam profluentem,& eam vberem vidi multis locis. Off. 11 a, Ex quo ſunt illa communia, non prohibere aquam profluentem.

¶ *Fuſus,liquidus,expeditus*.de Or.145 a, Profluens quiddam habuit Carbo,& canorum. Orat. 123 a, Genus orationis liquidum,fuſum profluens.)(*exile,aridum,minutum*.de Cl. 184 b, Expedita ac profluens loquendi celeritas. de Orat. 160 a, Loquacitas perennis & profluens.

PROFLVENTER.*abundanter,copioſé*.Tuſc.238 b,Ergo omnia profluenter, abſolutè,proſperè.

PROFLVENTIA,tiæ.*affluentia,copia,redundantia*.Partit.237 a, Hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi *imitatur*.

PROFLVO, is.*damno*. Qu. fr. 318 b, Cuius ore ſermo melle dulcior profluebat. de D. 101 a, Si lacus emiſſus lapſu & curſu ad mare profluxiſſet.pro Cæl.38 b, Ego ab his fontibus profluxi ad hominum famam.

† Syntaxis. *Proiectus in profluentem, in profluentem aquam. Oratio, loquacitas perennis, profluens. Profluxit à paruis fontibus Cic.ad hominum famam.*

PROFVGIO,gis.*perfugio, transfugio*. de Sen. 78 a, Libenter verò iſtinc tanquam à domino agreſti & furioſo profugi. pro Do.230 b,Illi damnati comitijs centuriatis in exilium profugerunt.I.V.174 b, Patresfamiliâs extorres profugerunt. de D. 101 a, Veientem quendam ad nos hominem nobilem profugiſſe.pro Pom 8 a,Ex Ponto Medea quondam profugiſſe dicitur.pro Deiot.145 b, Senatus ex Italia profugit.I. V. 117 a, Heraclius Syracuſis illa nocte profugit.de Am 103 b, C. Bloſius quæſtione noua perterritus in Aſiam profugit.de Clar.193 b,Philo cum optimatibus Athenienſium domo profugit Ep.56 a, Reliquos aiebant profugiſſe metu perterritos.Att.248 a,Quintus filius profugere ad Brutum voluit.

PROFVGIVM,gij *perfugium*.pro Cec.304 a, Exilium eſt profugium portusq; ſupplicij.Ep.71 a, & 105 a, Quod enim poterat mihi eſſe profugium?

† Syntaxis. *In exilium profugere. Extorrem profugere. Exilium, profugium, portusq; ſupplicij.*

PROFVNDENDO. pro Flac. 149 a, Sed profundendo clamore multitudinis concitatæ. * Tuſcul.187 a,In profundenda voce omne corpus intenditur.

PROFVNDO,dis.*effundo*.de Som.127 b,Equidem vim lacrymarum profudi. Att. 175 a, Lacrymæ ſe ſubitò profuderunt.pro Fon.284 a, Lacrymas profundo. pro Cæl. 53 b, Voluptates, quæ cùm incluſæ diutius & prima ætate cõpreſſæ & conſtrictæ fuerunt, ſubitò ſe nonnunquam profunduntatq; eijciuntur vniuerſæ. I.P. 82 b, Omne odium incluſum nefarijs ſenſibus impiorum in me profudiſtis. pro Mar.136 a,Qui in cauſa animam profudit. Off. 17 a,& I.A.263 b,Profundere vitam pro patria. de Fin. 77 a, Qui vitam pro patria profuderunt.pro Cluen.21 a,Profundere ſanguinem pro patria. Tuſc. 187 a, Profundere vocem.

Acad.

Acad.22 a, Res iam vniuerſas profundam. Epiſt.62 b, Profundere & perdere laborem. Offic.44 b, Pecunias profundere in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam ſint relicturi omnino. Att. 16 b, Omnes profudi vires animi atque ingenij. Att.102 a, Si totum ſe ille in me profudiſſet. de Or. 138 a, Nihil eſt in natura rerum omnium, quod ſe vniuerſum profundat, & quod totum repentè euolet. I.C. 106 a, Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierunt. * I.A.165 a, Cùm ſine vlla neceſſitate pro patria vitam profuderint. & b, Qui ſanguinem pro vita, libertate, fortuniſq; populi Rom. pro vrbe templiſq; Deorum immortalium profudiſſent.

**PROFVNDOR**, ris. de Leg.161 a, Quę frugibus ac baccis terræ fœtu profunduntur.

† Syntaxis. *Lacrymas, vocem profundere, ſanguinem, vitam, animam pro aliquo. Lacrymæ ſe profundunt, dolor. Profundere ſe in aliquem. Profundere patrimonium, & fortunas ſuas obligurire. Profundere & perdere laborem.*

**PROFVNDVS**, a, um. pro Plan. 262 a, Mare profundum & immenſum. I.P.90 a, Cùm partim eius prædæ profundæ libidines deuoraſſent.

¶ *Mare.* pro Seſt. 15 a, Iecisſem me potiùs in profundum. I.V.205 b, Abijcere aliquid in profundum.

¶ *Fundum.* de Fin. 100 a, Eſſe in profundo aquæ. )(. *eſſe in ſummo aquæ.*

¶ *Locus abditus.* Ac.9 b, Natura veritatem in profundo abſtruſit.

**PROFVSVS**, a, um. *immodeſtus, immoderatus.* pro Q. 7 a, Quis tam profuſus ac perditus nepos, ſic diſſolutus fuiſſet? pro Mur. 141 b, Priuata luxuria, profuſæ epulæ. pro Cæl.49 b, Profuſa luxuries. Tuſc.212 a, Lętitia profuſam hilaritatem efficit. pro Qu.17 b, Profuſis ſumptibus viuere. pro Cl.25 a, Quanti & quàm profuſi ſumtus. Off. 21 a, Ipſumq; genus iocandi non profuſum, neq; immoderatum, ſed ingenuum & facetum eſſe debet.

¶ *Diſtributus.* ad Her.38 a, Hic locus Commoratio non eſt à tota cauſa ſeparatus, ſicut membrum aliquod, ſed tanquam ſanguis profuſus eſt per totum corpus orationis.

¶ *Emanans.* I. A. 221 b, Sanguis qui profuſus eſt in morte, &c.

† Syntaxis. *Profundæ libidines deuorant. Abijcere ſe in profundum. In aquæ profundo. In profundo latens veritas. Profuſæ epulæ, hilaritas. Profuſum & immoderatum iocandi genus. Profuſus per totum corpus ſanguis. In morte profuſus ſanguis.*

**PROGENIES**, ei. *proles, genus.* de Vn 201 b, Veteres, qui ſe progeniem deorum eſſe dicebant. Oct.331 b, Audiet Brutus eum populum, quem ipſe primò, pòſt progenies eius à regibus liberauit, pro turpi ſtupro datum in ſeruitutem. Tuſc.166 a, Priamus tanta progenie orbatus. Tuſc.153 b, Antiquitas, quæ quo propiùs aberat ab ortu & diuina progenie, hoc, &c. I.A.221 a, Reddita eſt ei ſtatua pro vita, quæ multos per annos progeniem eius honeſtaret. * de Conſ. Si Cadmi progenies in cœlum tollenda fama fuit. pro Cæl 44 b, Ne progenies quidem mea. Q. illa Claudia æmulam domeſticæ laudis in gloria muliebri eſſe admonebat.

† Syntaxis. *Priamus magna progenie orbatus. Parum ab ortu abeſſe, ac diuina progenie. Progenies igitur de patribus dicetur.*

**PROGIGNO**, gnis: & gnor, ris. *procreo, gigno.* de D.170 a, In ſeminibus ineſt vis earum rerum, quæ ex his, progignũtur. Off. 65 a, Sic hic, qui hoc lumen progenuit, ex filio eſt nominandus.

**PROGNATVS**, a, um. *natus, procreatus.* Tuſc. 195 b, Thyeſtes Tantalo prognatus, Pelope natus. de D.88 b, Euridica ꝓgnata. Ep.fam.lib.8, Vénere prognatus.

**PROGNOSTICON**. *coniectura, ſignum rei futuræ, diuinatio.* Att. 246 a, Equidem pluuias metuo, ſi prognoſtica noſtra vera ſunt: ranæ enim ῥητορεύουσι. & 23 a, Prognoſtica mea cũ oratiunculis propediem expecta. de D 83 a, Atque his rerum perſuaſionibus prognoſtica tua referta ſunt. de Diu. 118 a, Prognoſticorum cauſas perſecuti ſunt Boëthus Stoicus, & Poſſidonius. * ibid. Et eo quidem loco & prognoſtica noſtra pronunciabas.

**PROGREDIENDVM**. Att.162 a, Scribendum ad te exiſtimaui, ne quò progredereris inclinata iam re, qua integra, etiam progrediendum tibi non exiſtimaſſes.

**PROGREDIENS**, tis. de Fin.134 b, Progrediente ætate, & ꝓgredientibus ætatibus. de N. 37 a, Natura eſt ignis artificioſus ad gignendum progrediens. * de Fin.116 a, b, Zeno à communibus initijs progrediens.

**PROGREDIOR**, ris. *progreſſionem vel progreſſum facio, procedo, ſerpo, quaſi vergo facere.* de D.86 a, Itaque reuertit ex itinere, cum iam progreſſus eſſet multorum dierum viam. Epiſt. 169 b, Progreſſus ſum ad Inſalpinos cum exercitu. de Or. 159 b, In quo impunè progredi licet duos duntaxat pedes, aut paulò plus. de Diu.95 b, Cùm aliquantulum progreſſus eſſet, ſubitò exaudiuit hinnitum. pro Seſt.20 a, Seſtius nihil progreditur. I. A. 231 b, Mihi Antonius perueniſſe videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia. I.A.162 a, Quid ſtultius quàm obijcere aduerſario, quod ille ſi verbo negârit, longiùs progredi non poſſit, qui obiecerit. de Amicit.130 a, Videamus, ſi placet, quatenus amor in amicitijs progredi debeat. de Fin. 120 b, Nihil ergo adiuuat procedere & progredi in virtute. Tuſc. 151 b, Vltrà quò progrediar, quàm vt probabilia videam, non habeo. I.V.92 a, Nunquam in eum locum progreſſi fuiſſent, vt illum interficere conarentur. Epiſt.142 b, Exiſtimauitq; fratrem ſuum, hominem non ſapientem impulſu inimicorum ſuorum eò progreſſum eſſe. Attic.193 a, Neq; tamen progredior longiùs, quàm mihi conceſſum eſt. Or. 207 a, In quo tamen longiùs progrediamur, quod videmus, &c. de D. 85 b, Diuinatio coniectura nititur, vltra quam progredi non poteſt. contra. Rull. 85 b, Sed certè non continebuntur, progredientur longiùs, efferentur. Antequam. 195 a, Ne calamitas remorata longiùs ſerpat atque progrediatur, præcauete. de Aruſp.275 a, Ad omnia progredi. *id eſt, proiectum eſſe.* de Sen.83 a, & 86 b, Paulùlum ætate progreſſi. de Or. 153 b, Nunc ad reliqua progrediar. meq; ad meum munus penſumq; reuocabo. de Fin.94 a, Progrediamur igitur, &c. pro Cæl. 50 a, Ex hac domo progreſſa iſta mulier, de veneni celeritate dicere audebit? Par.119 b, Quàm longè progrediare, cum ſemel tranſieris, ad augendam tranſeundi culpam nihil pertinet. Att.157 a, Alter indulgentia videlicet noſtra deprauatus, eò progreſſus eſt, quò non audeo dicere. Off.7 b, Regredi quàm progredi malo. * I.V.209 a, Videret quid ageret: de Diodoro quò progrederetur.

† Syntaxis. *Progredi multorum dierum viam. Quoad progredi poteſt, audacia, tu perueniſti. Quatenus progredieris? Procedere & progredi in virtute. Quò vltra progrederis? Serpit & longius progreditur morbus.*

**PROGRESSIO**, onis. *progreſſus.* Off.54 b, Quæ & ingenij bonitate multi aſſequuntur, & progreſſione diſcendi. de Fin. 121 a, Veſtri progreſſionem ad virtutem fieri aiunt, leuationem vitiorum fieri negant. de Fin 110 a, Ab his initijs profecti omnium virtutum & originem & progreſſionem perſecuti ſunt. Off.55 b, Aliter enim teneri non poteſt, ſi qua ad virtutem eſt facta progreſſio. * Tuſc.161 a, Qui errantium ſtellarum motus, progreſſiones, inſtitiones notauit. & 209 a, Progreſſio admirabilis, incredibiliſque curſus ad omnem excellentiam factus eſt. de Fin.138 b, Omnium rerum principia parua ſunt, ſed ſuis progreſſionibus vſa augentur.

**PROGRESSVS**, ſus *proceſſus, progreſſio.* Att.36 a, Progreſſum præcipitem, inconſtantem reditum videt. Offic. 3 a, Homo autem qui rationis eſt particeps, per quã conſequentia cernit, principia & cauſas rerum videt, earumque progreſſus, quaſi anteceſſiones non ignorat. Tuſc.118 b, Philoſophi nunquam in ſuis ſtudijs tantos progreſſus facere potuiſſent. de Nat.5 a, Lucilius Balbus, qui tantos progreſſus habebat in Stoicis. I. A. 203 b, Progreſſum ætatis expectari non oportet. de Nat. 36 a, Quod in omni æternitate conſeruat progreſſus & regreſſus conſtantes & ratos. Attic.130 a, Audiui Cæſarem firmo progreſſu in caſtrum Truentinum veniſſe. I.A.231 a, Brutus Dolabellam irruentem in Aſiam à progreſſu arcuit, à reditu refrenauit.

Syntaxis. *Bonitate ingenij, & progreſſione diſcendi multa aſſequi. Ad virtutem progreſſio. Origo & progreſſio. In ſtudijs progreſſus facere. Progreſſus. )( regreſſus ſtellarum. Firmo progreſſu peruenire. À progreſſu arcere, refrenare.*

**PROH**, vel **PRO**. Leg. **PRO**. de Orat.129 b, Proh dij immortales, quæ fuit illa, quanta vis. Orat.211 b, Proh deûm atq; hominum fidem. & ibid. vel proh deorum atq; hominum fidem, &c.

**PROHIBENDVS**, a, um. Off.18 a, Prohibenda eſt autem maximè ira in puniendo.

**PROHIBENS**, tis. de N.9 a, Lex recta imperans, prohibenſque contraria.

**PROHIBEO**, bes. *veto, interdico, excludo, obſto, inhibeo, non permitto, intercludo.* Att.56 a, Qui mecum erant, facilè operas aditu prohibuerunt. Ep.152 b, Prohibere aliquem prouincia. ad Her.31 b, Prohibere aliquem ſepultura.

¶ *Arceo, ſummoueo, repello* I.A.169 a, Patri perſuaſi, vt eum à tua congreſſione prohiberet. I. V.233 b, Quòd prædones ab vrbe prohibuiſſet. Epiſt 84 a, Prohibere aliquem à Repub. Epiſt.11 a, Qui Bibulũ exire domo prohibuiſſent. pro S. R.44 a, Dij prohibeant iudices, vt hoc præſidium ſectorum exiſtimetur.

¶ *Spolio, non concedo.* Off. 61 a, Vſu verò vrbis prohibere peregrinos, ſane inhumanum eſt. pro Lig.139 a, Tu nos iacentes ad pedes ſupplicum voce prohibebis? * Off. 61 a,

Malè etiam, qui peregrinos vrbibus vti prohibent, eosq; exterminant.

¶ *Coërceo*. in Ca. 100 a, Is omnes motus Catilinę conatuſq; prohibebit.

¶ *Tueor à*. pro Pom. 7 a, Prohibere remp. à periculo. ꝑ Pom. 7 a, Prohibere aliquem calamitate. Off 41 a, Qui cùm ꝓhiberet iniuria tenuiores æquitate conſtituenda. * de Cla. 196 b, Tueamurque *eloquentiam* vt adultam virginem caſtè, & ab armatorum (*al. amatorum*.) impetu, quantum poſſumus, prohibeamus.

PROHIBEOR, ris. Oct. 329 b, Quoniam corā id facere prohibeor, abſens profim. de Or. 148 a, Cum homines tępeſtatis cauſa opere prohibentur.

PROHIBESSIT, prohibeſſint. *pro, prohibuerit, prohibuerint*. de Leg. 185 a, b, 186 a, Ni par maior, ue poteſtas, populuſue prohibeſſit.

PROHIBITVS, a, um. I. V. 160 b, Eques Rom. biduum cibo tectoq; prohibitus.

† Syntaxis. *In puniendo prohibenda ira eſt. Prohibere aliquem aditu, ſepultura, à conſuetudine alicuius. Prohibere voce. Conatus alicuius prohibere. Amicos iniuria prohibere, & à periculo. Opere prohibitus ſeruus tempeſtatis cauſa.*

PROIECTIO, onis. *porrectio*. Or. 202 a, Motu ſic vtetur, &c. brachij proiectione in contentionibus, contractione in remiſſis.

PROIECTVS, a, um. *porrectus* de Or. 163 b, Brachium procerius proiectum. in Arat.

*Exin proiectæ claro cum lumine chelæ.*

¶ *Obiectus*. I V. 227 b, Inſula in vtriuſq; portus oſtium aditumq; proiecta.

¶ *Excitatus*. I. V. 204 b, Vrbs proiecta in altum.

¶ *Reiectus*. de D. 138 a, Is cùm eſſet proiectus inhumatus, amica corpus eius texit ſuo pallio. I. A 243 a, Qui ex naufragio, luculenti patrimonij ad hæc Antoniana ſaxa proiectus eſt. de D 92 a, Simonides ignotum quendam proiectum mortuum vidit, eumq; humauit. * pro C. Corn. 1, Homines fœneos in medium ad tentandum periculum proiectos. Occ. 1, Vbi ꝓiect m iaceat, quod deſideretur.

¶ *Profuſus, contumax, impudens, profligatus, ad omnia progrediens*. pro. Cl 56 b, Illi quorum eminet audacia atq; proiecta eſt pro Dom. 236 a, Proiecta quædam & effrenata cupiditas I. V. 76 b, Proiectus ad audendum.

ΠΡΟΗΓΜΕΝΑ. *producta, promota, propoſita, præcipua.)( ἀποπροηγμένα, id eſt, reiecta*. de Fin. 101 a, b, & 122 a, L. PROEGMENA.

PROIICIO, cis. *expello* I C. 104 b, Patria mihi lætari videtur, quod tantam peſtem euomuerit, foraſq; proiecerit.

¶ *Negligo*. Att. 146 a, Tum poterimus deliberare, non ſcilicet in integra re ſed certa, minus infecta, quàm ſi vnà ꝓieceris te. Attic. 138 b, Proximè monent & rogant, ne me proijciam.

¶ *Intromitto*. pro Cec. 41 a, Qui ſe in hoc iudicium proiecerunt.

¶ *Proripio*. de Fin. 80 a, Quæ libido non ſe proripiet ac proijciet?

¶ *Abijcio, inclino*. pro Sest. 8 a, Proijcere ſe ad pedes alicuius.

¶ *Amitto* I. A. 247 a, Nec pro his *vita, corpore, fortunis, re familiari*, libertatem, ſed pro libertate hæc proijcias, tanquam pignora iniuriæ. pro Rab. 127 b, Neq; ego meam libertatem proieciſſem.

PROIICIOR, ris. *expellor*. Anteq. 197 b, A liberis ſuis abſtrahi, à coniuge abripi, ab aris focisq; innocentem proijci. Anteq. 197 b, Proijcitur Tullius in exilium.

¶ *Abijcior*. Tuſcul. 171 a, Diogenes proijci ſe iuſſit inhumatum.

PROIN. *proinde* I. C 106 b, Proin aut exeant, aut quieſcant.

PROINDE. *proin, itaque*. pro Dom. 219 a, Proinde deſinant aliquando me iiſdem inflammare verbis. de Fat. 146 b, Proinde ordire I. V. 123 a, Proinde ſi ſapis, vide, &c. & 273 b, Proinde ſi qui ſunt, &c. Att. 5 b, Proinde bono animo ſis. Ep. 187 a, Proinde fac magnum animum habeas & 167 a, Et proinde diligenter ab vtroq; conſeruata ſunt. & 138 b, Proinde te para, &c. & 150 a, Proinde ad omnia paratus ero, ac res me monebit. Tuſ. 166 b, Metelli ſperat ſibi quiſque fortunam, proinde quaſi, &c. pro Dom. 219 b, & I. V. 96 a, Proinde quaſi iſti aliter ſentiant. ad Her. 14 b, Proinde quaſi, &c. de Inu. 84 a, Proinde vti quæque res eſt, laborandum eſt. Anteq. 195 a, Proinde aut, &c. I. V. 273 b, Proinde ſi qui ſunt, &c. Ep. 167 b, Proinde exiſtimes, &c. quo tibi, &c. Att. 28 b, Proinde iſti licet faciant quos volent Coſſ.

† Syntaxis. *Proinde quaſi. Proinde vt ſe res habuerit. Proinde ſi qui.*

PROLABOR, ris. *accedo, venio*. de Leg. 166 b, Libenter ad iſtam orationem tecum prolaberer. * de Nat. 48 b,

*At Canis ad caudam ſerpens prolabitur Argo.*

¶ *Delabor, ruo*. pro Quin. 14 a, Cogitabam fore, vti multis in rebus timore prolaberer.

PROLAPSIO, onis. *lapſus, lapſio*. pro Cæl. 46 a, Via lubrica, qua ingredi ſine caſu aut prolapſione vix poſſis.

PROLAPSVS, *iacens, effrenatus, ruens*. de Diu. 109 a, Iuuentus his moribus atque temporibus ita prolapſa eſt, vt omniū opibus refrenanda atq; coercenda ſit.

¶ *Progreſſus*. pro Cec. 304, Tametſi de hoc iudicio multa prætereo, tamen longiùs prolapſus ſum, quàm ratio veſtri iudicij poſtulabat. pro Cæl. 47 b, Huc vnius mulieris libido prolapſa eſt, vt, &c. Attic. 15 b, Prolapſus cupiditate.

¶ *Elapſus*. pro Fon. 280 a, Ne quod ab aliqua cupiditate prolapſum verbum eſſe videatur.

PROLATANDO, *differendo, procraſtinando*. I. C. 119 a, Id malorum opprimi ſuſtentando & prolatando nullo pacto poteſt: quacunq; ratione placet, celeriter vobis iudicandum eſt.

PROLATIO, onis. *dilatio*. pro Rab. 92 a, Cùm alteri ad prolationem iudicij biduum quæreretur. Att. 109 b, Nec enim rerum prolatio, nec ſenatus magiſtratuſq; diſceſſus, nec ærarium clauſum tardabit.

¶ *Item commemoratio, vſurpatio*. Or. 208 a, Commemoratio autem antiquitatis, exemplorumq; prolatio ſumma cum delectatione & autoritatem orationi affert & fidem.

PROLATVS, a, um. *pronunciatus*. de Di. 136 b, Multa ſunt etiam à te ex hiſtorijs prolata ſomnia, matris Phalaridis, Cyri ſuperioris.

¶ *In medium allatus*. pro Flac. 160 a, Quęſitum & prolatum palàm non nego. de Diu. 118 b, Mulæ partus à te prolatus I. V. Non'ne te ex prolatis & non prolatis tabulis condemnari neceſſe eſt?

¶ *Productus, ſuſpenſus. Nam rerū prolatio & res prolatæ eſt tempus illud quo homines feriantur: ac ſi dicas, negociorum iuriſque ſuſpenſio, vacatio a muneribus, quæ maximè erat ludorum diebus: cuiuſmodi erant votiui, Romani, victoriæ, plebeij*. pro Mur. 130 b, Sapiens exiſtimari nemo poteſt in ea prudētia, quę neque extra Romam, vſquam, neq; Romæ, rebus prolatis quicquam valet. Qu. fr. 327 b, Res prolatę, ad interregnum comitia adducta. Attic. 14, 266 a, Meam ſtultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deſerere viderer hunc rerum tumorem.

PROLECTO, as. *allecto, illicio*. pro Flac. 149 b, Egentes homines & leues ſpe largitionis, & viatico publico, priuata etiam benignitate prolectat.

PROLES, lis. *progenies, ſoboles*. de Nat 58 a,

*Ferrea tum verò proles exorta repentè eſt.*

* de Somn. 130 a, Si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes vniuſcuiuſq; noſtrum à patribus acceptas poſteris prodere. de Or. 157 a, Nec enim fugerim dicere prolem, aut ſubolem, &c.

¶ *Manus, copia*. de Leg. 185 b, Equitum peditumq; prolem deſcribunto.

ΠΡΟΛΗΨΙΣ. Leg. PRAESVMPTIO. *Anticeptio, Anticipatio, Notitia, Notio, Prænotio*.

PROLIXE'. *largè liberaliter, cumulatè*. pro Dom 219 a, Is mihi, quæ meum tempus poſtularet, ſatis prolixè pollicitus eſt Item. Quod ſtatuerat facere, non ſolum fecit, ſed etiam prolixè cumulateq; fecit. Att. 262 b, Id autem eſt, vt hoc quod te tua ſponte facturum eſſe certò ſcio, honoris noſtri cauſa libenter non prolixè, ſed celeriter facias. *aliter, Non ſolum libenter & prolixè, ſed etiam celeriter facias*. Epiſt. 98 a, Nec minus & prolixè de tua voluntate promiſi, quàm eram ſolitus de mea polliceri.

PROLIXVS, a, um. *liberalis, benignus*. Epiſt. 38 b, Prolixa & benefica natura. Att. 264 a, Aliquid animo libenti prolixoq; facere. Attic. 93 a, Ar obarzanes non in Pompeium prolixior per ipſum, quàm per me in Brutum. Attic. 111 b, In quo parum prolixi (* *al. prolixè*) reſpondent Campani coloni.

¶ *Facilis, expeditus*. Attic. 1 b, Cætera ſpero prolixa eſſe his duntaxat vrbanis competitoribus.

† Syntaxis. *Prolixè polliceri. Libenter, prolixè, celeriter facere. Prolixa & benefica natura. Libenti prolixoq; animo. In aliquem eſſe prolixum. Parum prolixus reſpondes in amicitia.*

PROLOQVOR, ris. *profiteor*. Or. 210 b, Verſus ille, qui vetat artem pudere proloqui, quam factites.

PROLVDO, dis. *ſpecimē exhibeo* de Or. 138 b, Sed ijs ipſis ſententijs, quibus proluſerunt, vel pugnare poſſint. & ibid. Proluſio.

PROLVSIO, onis. *quaſi proœmium*. I. V. 62 a, Sin mecum in hac proluſione nihil fueris, &c. de Or. 138 b, * Eiuſmodi illa proluſio debet eſſe.

PROLVVIES, ei. *eluuies, eluuio*. Qu. fr. 326 a, Romæ mira proluuies, magna vis aquæ, &c.

Promagiſtro, *vt proprætore & procõſule dictum eſt*. Ep. 227 a, * Qui operas in ſcriptura promagiſtro dat.

* Promendvs, a, um. de Or. 90 b, Eſt aliquid, quod ex obſcuriore aliqua ſcientia ſit promendum atq; aſſumendũ.

Promerendi, do *iuuandi*. Q. de Pet. 109 a, Si poſſunt, non amittunt occaſionem promerendi. pro Mur. 140 b, Homines tenues vnum habent in noſtrum ordinem, aut promerendi, aut proferendi beneficij locum. Qu. fr 295 b, Aliquem fuiſſe diligentiſſimum in promerendo, vt ſibi maximi honores haberentur.

¶ *Conferendum*. Anteq. 193 a, Non conuenit enim, cùm ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam eſſe tardiores.

¶ *Benemeritum*. Off 44 a, Paratus ad bene promerendum.

Promereor, ris. *mereor*. de In. 72 b, Leuiùs punitus quàm promeritus ſit. Qu. fr. 209 a, Is ſuo beneficio promeritus eſt, ſe vt ames, & ſibi vt debeas.

¶ *Confero beneficium*. I. A. 191 a, Optimè de repub. promereri.

† Syntaxis. *Non amittam occaſionem promerendi. In promerendo diligens, expeditus ad officium promerendum. Ad bene promerendum paratus. Ita puniri promeritus eſt. Beneficio promereri, vt. De aliquo optimè promereri.*

Promeritvm, ti. *meritum, beneficium*. Poſtq. 199 b, Quare hoc maius eſt in nos veſtrum promeritum, quod, &c. & 204, Quæ tanta poteſt exiſtere vbertas ingenij, quæ tanta dicendi copia, quod tam diuinum atq; incredibile genus orations, quo quiſquam poſſit veſtra in nos vniuerſa promerita non dicam complecti orando, ſed percenſere numerando.

Promiscvè. *ſine diſcrimine.*)(. *propriè*. cont. Rull. 83 a, Promiſcuè toto, quàm propriè parua frui parte malletis. de Or. 204 b, Cæteris promiſcuè poterit vti. de Or. 149 b, Promiſcuè haurire ex aliquo fonte. pro Font. 278 b, Iudicium aurium promiſcuè & communiter ſtultis ac ſapientibus à natura datum.

Promissio, onis. *pollicitatio, pactio*. Epiſt. 56 b, Id quoque genus literarum deficiebat me, in quo debebat eſſe aut ꝓmiſſio auxilij alicuius, aut conſolatio doloris tui. in Anto. 216 a, Scelerum enim promiſſio, & ijs qui expectant, perniciosa eſt, & ijs qui promittunt. * de Orat. 162 a, Promiſſio, deprecatio, &c. permultum mouet. Attic. 124 a, Balbus minor ad me venit, occulta via currens ad Lentulum Cos. miſſu Cæſaris, cum literis, cum mandatis, cum promiſſione prouinciæ.

Promissvm, ſi *fides, receptum*. Off. 70 b, Pacta & promiſſa ſempérne ſeruanda ſint, quæ nec vi, nec dolo malo, vt prętores dicere ſolent, facta ſunt. I. A. 175 b, Ille induxit vt peteret, promiſſum ac receptum inuertit, ad ſeq; tranſtulit. I. V. 264 a, Satis eſt factum promiſſo noſtro ac recepto. I. A. 156 a, Cæſar multis multa promiſſa non fecit, Tuſc. 235 a, Nullum eſt philoſophiæ promiſſum vberius aut maius. Tuſ. 169 a, Si antè mors aduentet, quàm Chaldęorum promiſſa conſecuti ſumus. Att. 66 a, O` conſtantiam promiſſi, & fidem miram. & 125 b, Iter eius erat ad Lentulum Conſulem cum literis Cæſaris præmiorumq; promiſſis. Qu fr. 325 b, Promiſſis ijs quæ oſtendit, non valde pendeo. Off. 7 b, Non ſtandum eſt promiſſis, quæ quis coactus metu fecerit. Off. 71 a, Facere promiſſum alicui. & ibidem: Efficere promiſſum & conuentum cuipiam. & ibid. Seruare promiſſa. Ep. 201 b, Soluere promiſſa militibus. pro Planc. 280 b, Quid me aſpectas? quid mea promiſſa repetis? Ep. 91 b, Expetere promiſſa. & 43 b, Cùm tua promiſſa per literas flagitabam. pro Seſt. 10 b, Spe & promiſſis aliquem tenere. Part. 241 a, Eo expoſito munus ꝓmiſſi omne confecero. Att. 10 a, Teucer ꝓmiſſa patrauit. 190 b, Sed iam quaſi voto quodam & promiſſo me teneri puto. & 245 a, Sponſor promiſſorum alicuius. Off. 71 a, Theſeus exegit promiſſum à Neptuno. pro Flac. 156 a, Hermippus Fuſijs ſatisfacit, & fidem ſuam liberat. Epiſt. 186 a, Ei liberare fidem. pro Deiot. 145 a, Dextra in promiſſis & fide firma. pro Qu. Roſc 47 a, Quæ ex liberalitate illius promiſſa & oſtentata ſunt. I. V. 273 b, Donum Ioui dicatum ac promiſſum. * Frag. ep. Promiſſa tua memoria teneas. Off. 7 a, Promiſſum facere. ibid. Poteſt accidere promiſſum alquod & conuentum, vt id effici ſit inutile, vel ei, cui promiſſum ſit, vel ei, qui promiſerit. ibid. Nec promiſſa igitur ſeruanda ſunt ea, quæ ſint ijs, quibus promiſeris, inutilia: nec ſi plus tibi noceant, quàm illi proſint, cui promiſeris. Off. 53 b, De tertio genere deinceps ſe ſcripſit dicturum, nec exſoluit quod promiſerat.

† Syntaxis. *Pactum & promiſſum. Promiſſum ac receptum interuertere. Promiſſo ac recepto ſatisfacere. Promiſſa facere. Promiſſi conſtantia, fides mira. Promiſſum & conuentum efficere alicui. Soluere, ſeruare, exoluere promiſſa, repetere, flagitare, expetere. Spe & promiſſis aliquem tenere. Promiſſi munus conficere. Promiſſa patrare. Voto & promiſſo teneri. Promiſſi alieni ſponſor. Promiſſum exigere. Satisfacere, ac fidem ſuam liberare, & alicui fidem liberare. Dextra in promiſſis ac fide. Promiſſum ac dicatum. Promiſſum & oſtentatum ex liberalitate alicuius.*

* Promissvs, a, um. pro Qu. Roſc. 47 a, An quæ pecunia ex liberalitate huius promiſſa ſit & oſtentata? I. V. 273 b, Nunc te Iupiter Optime Maxime, cuius iſte donum, &c. tibi dicatum atq; promiſſum, &c.

Promitto, tis. *polliceor, ſpondeo, recipio, profiteor, conſtituo, offero, defero, paciſcor, fidem meam obligo, me aliquid facturum oſtendo, promiſſum facio*. Off. 7 b, Att. 25 a, Dij faxint, vt ea faciat quæ promittit. ad Brut. 289 a, Vix videor, quod promiſeram, præſtare poſſe. Ep. 98 a, Nec minus ei prolixè de tua voluntate promiſi, quàm eram ſolitus de mea polliceri. pro Mur. 145 a, Quem ego vobis ita commendo, vt eum inimiciſſimum huic coniurationi futurum eſſe promittam ac ſpondeam. pro Cæl. 54 a, Promitto hoc vobis, & reip. ſpondeo, hunc, &c. Ep. 207 b, Tum illud tibi expertus promitto & ſpõdeo, te cogniturum, &c. Ep. 65 a, Quæ tibi promitto ac recipio, ſanctiſſimè obſeruabo, diligentiſſimeq. faciam. I. A. 204 b, Promitto, recipio, ſpondeo, P. C. C. Cæſarem, &c. Ep. 40 a, De me tibi ſic promitto atque confirmo, me, &c. de D. 116 a, Quæ autem inconſtãtia deorum, vt primis minentur extis bene promittant ſecundis? de Or 111 a, Cùm ille dubitare, quod ad fratrem promiſerat. Off. 7 a, Neptunus, quod Theſeo promiſerat non fecit. Ep. 191 a, Præterea mihi promiſerunt Panſa & Hircius coràm, & abſenti mihi ſcripſerunt: Varioq; noſtro Panſa affirmauit, ſe daturum operam, ne in ſuo conſulatu mihi ſuccedatur. * Top. 222 a, At ſi quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiſerit.

† Syntaxis. *Quod promitto, præſtabo. Prolixè de ſua voluntate promittere. Promitto & ſpondeo. Promitto & recipio. Promitto, recipio, ſpondeo. Promitto atq; confirmo. Bene ſemper promittit perfidus. Ad Cæſ. promittere. Damni infecti promittere.*

Promo, mis. *profero*. I. V. 102 a, Cùm tibi ſenatus ex ærario pecuniam promſiſſet atq, adnumeraſſet. pro Cæl. 48 a, Promere aurum ex armario. pro Qu. Rab. 49 b, Tu LIII ex arca proferebas, H-S CLIII ex diſciplina & artificio Roſcius promebat. Ep. 70 b, Animus, q ſemper aliquid ex ſe promat, quod alios delectet. de Fin. 69 a, Iam doloris medicamenta illa tanquam de narthecio promant. de Or. 94 a, Ne ipſe aliquid à me promſiſſe, ſed fortuitò in hunc ſermonem incidiſſe videar. de Fin. 91 a, Promere libros è bibliotheca. de D 84 b,

*Voces triſtificas chartis promebat Hetruſcis.*

Promor, ris. Top. 221 b, Loci ſunt quaſi ſedes, è quibus argumenta promuntur.

† Syntaxis. *Ex ſe promere. Aurum ex arca, voces triſtificas promere.*

Promontorivm, rij. *mons in mare porrectus*. I. V. 265 b, Qui aliqua promontoria, aut prærupta ſaxa tenuiſſe dicuntur. I. A. 154 a, Leucopetra, quod eſt promontorium agri Rhegini. * pro Flac. 152 a, Omnes ſinus, promontoria, litora, inſulas, vrbes maritimas, clauſtris imperij noſtri contineri.

Promotvs, a, um. *productus*. de Fin. 101 a, * Ea quæ ſecundum locum obtinent, προηγμένα, id eſt, producta nominentur. Quæ vel ita appellemus (id erit verbum è verbo) vel promota vel remota, vel, vt dudum diximus, propoſita vel præcipua: & illa reiecta.

Promoveo, es. *proueho, produco*. Att. 61 a, Ibi igitur te videbo & promouebo. Qu. fr. 318 a, Aſſa in alterum apodyterij angulum promoui. Ter. Qui ſedulo mouens ſeſe, nihil promouet.

Promptè. *alacri animo, & ſine cunctatione*. Q. de Pet. 211 b, * Homines non modò promptè ſibi, ſed etiam largè ac honorificè promitti volunt.

Promptvs, a, um: tior, ſsimus. *paratus, expeditus, alacer, hilaris, ardens, rectus, expoſitus, manifeſtus, propoſitus, in promptu*. I. V. 61 a, Quo paratior ad vſum forenſem promptiorq; eſſe poſſim. cont Rull. 82 a, Ad vim promtus, ad ſeditionem paratus, ad cædẽ expeditus. de Cl. 178 a, Promta & parata in reſpondendo celeritas. pro Mil. 111 b, Promtus ad pugnam. de Cl. 176 b, M. Marcellus promtus, & non inexercitatus ad dicendum fuit. Off. 17 a, Promtiores igitur debemus eſſe ad noſtra pericula, quam ad communia. Qu. fr. 314 a, Te eſſe hilari animo & promto ad iocandum valde me iuuat. Epiſt. 43 b, Animum tuum promtum & alacrem perſpexi ad defendendam rempublicam. pro Cec. 300 a, Qui tot annos fidem ſuam populo Romano promtam expoſitamq; præbuit. de Or. 163 a, Diſcutienda ſunt ea, quæ obſcurant: & ea quę ſunt eminentia & promta, ſumenda. & 105 b, Eius rei facilis eſt & promta reſponſio. ꝓ Mur. 130 a, Quod omnibus patet, & æquè promtum eſt mihi & alijs. de Or. 100 a, Alacri & promto ore ac vul-

tu huc atque illuc intueri.pro Sex.Roſ.38 a, Tametſi hoc quidem minimè latet, quod ita promtum & propoſitum eſt,vt,&c.in Ver 208 a, Promptiſſimus homo & experiēs, Epiſt.27 b, Cætera, quæ tibi à multis promta eſſe certò ſcio, à me ſunt paratiſſima. * Hortenſ. Promti ad diſputandum homines.

¶ *Audax.* I.P.91 a, Reſponſione me inimica homo promtiſſimus laceſſiuit.

¶ *Expreſſus.* pro Plan. 266 a, Hic quod cum cæteris animo ſentiebat, id magis quàm cæteri & vultu promptum habuit,& lingua.

† Syntaxis. *Paratus & promtus. Promtus, paratus, expeditus. Promta & parata ad reſpondendum, in reſpondendo celeritas. Promtus & alacer. Fides mea tibi promta & expoſita eſt. Quæ obſcurant, diſcutienda: quæ ſunt eminentia & promta, ſumenda. Ore ac vultu alacri ac promto intueri. Propoſitum & promtum. À te omnia velim eſſe promta. Promtiſſimus homo. Quod animo ſentio, & vultu, & lingua promtum habeo.*

PROMVLGATIO, onis. *legis alicuius (vt ita dicam) publicatio & propoſitio.* I.A. 154 b, Illæ enim leges nulla promulgatione latæ ſunt, antequam ſcriptæ. & 195 b, Vbi promulgatio trinundinum? Ep. 4 b, Subitò exorta eſt nefaria Catonis promulgatio, quæ ſtudia noſtra impediret, & animos à minore cura ad ſummum timorem traduceret. & 114 b, M. Cælium promulgatio de dictatore ſubitò deiecit. * P C. Corn. Ex promulgatione trinundinum, dies ad ferendum poteſtasq; veniſſet.de Leg.193 a, Deinde ſunt poſita de promulgatione.

PROMVLGATVS,a,um.*propoſitus, editus.* de Leg. 186 a, Promulgata, propoſita, in ærario cognita agunto. pro Mur. 131 a, Prælijs promulgatis tollitur è medio non ſolùm iſta veſtra verboſa ſimulatio prudentiæ, ſed etiam ipſa illa domina rerum ſapientia. pro Flac. 149 a, Re multos dies promulgata & cognita. Att 8 b, Quid de promulgata rogatione ſentiret. I.A 158 a, Loquor de Legibus promulgatis de quibus eſt integrum nobis.

PROMVLGO,as.*propono.* Qu. fr. 308 b, Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. & 311 b, Qui de Cæſare monſtra promulgarunt, quibus intercederet nemo. Epiſt.203 b, Cùm Tribuni plebis legem iniquiſſimam de eorum agris promulgaſſent. Att. 7 b, Promulgare rogationem. pro Pom. 24 a, Cùm Gabinius de vno imperatore contra prædones conſtituendo legem promulgaſſet.

¶ *Statuo* Poſtq.204 b,& pro Dom.229 a, Tribuni qui promulgarent de ſalute mea, & ad vos ſæpenumerò deferrent. pro Seſt. 18 b, De meo reditu octo Tribuni pleb. promulgarunt.

PROMVLGOR,ris.*proponor.* pro Seſt 8 a, Promulgantur vno & eodem tempore rogationes de mea pernicie,& de prouincijs nominatim conſularibus.

PROMVLSIS,dis.*potio mulſo condita* Epiſt 138 b, Non eum, quem tu es ſolitus promulſide conficere. * Epiſt 136 b, Neque eſt quod in promulſide ſpei ponas aliquid, quam totam ſuſtuli.

PRONEPOS,tis *nepotis filius: refertur q; ad proauū.* in Ant. 248 b, M. Lepide M. Lepidi Pontificis max. fueris pronepos. Tuſc. 196 a, Iouis iſte quidem pronepos, *id eſt, Thyeſtes.*

PRONOMINATIO, *ornatus quidam verborum.* ad Her. 34 a, Pronominatio eſt, quæ ſicuti cognomine quodam extraneo demonſtrat id, quod ſuo nomine appellari non poteſt, vt ſi quis, cum loquatur de Gracchis. At non Africani nepotes, inquiet, iſtiuſmodi fuerunt.

Πρόνοια L. PROVIDENTIA.

*PRONVNCIANS,tis. de Orat.92 a, Menedemus memoriter multa ex orationibus Demoſthenis præclarè ſcripta pronuncians.

PRONVNCIATIO, onis. *propoſitio legis, prolatio.* pro Cluent. 29 a, Oppianicus re & exiſtimatione iam, lege & pronunciatione nondum condemnatus.

¶ *Oratorum in actione munus, vocem moderans.* de Inu. 44 a, & ad Her. 1 b, Pronunciatio eſt ex rerum & verborum dignitate vocis & corporis moderatio. de Or. 111 b, Quis enim cantus moderatæ orations pronunciatione dulcior inueniri poteſt?

¶ *Dictum, enunciatio.* de Fat. 145 b, Omnis pronuntiatio aut vera, aut falſa eſt.

PRONVNCIATOR, oris. *hiſtoricus.* de Clar. 191 b, Thucidides pronunciator ſincerus & grandis etiam fuit.

PRONVNCIATVM, ti. *effatum, enunciatio, enunciatum, Græcæ ἀξίωμα.* Tuſ. 151 a, Omne pronunciatum (ſic mihi in præſentia occurrit vt appellarem ἀξίωμα. vtar pòſt alio, ſi inuenero melius) id ergo eſt pronunciatum, quod verum eſt, aut falſum.

PRONVNCIATVS,a,um. Para. 120 b, Cùm verſus pronunciatus eſt vna ſyllaba breuior aut longior.

PRONVNCIO,as. *dico, prædico, lingua nuncupo.* Epiſt. 69 a, Dicunt verecūdiores eſſe præcones ludorum gymnicorum: qui cùm ceteris coronas impoſuerunt victoribus, eorumque nomina magna voce pronunciauerunt, cùm ipſi antè ludorum miſſionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe prædicent. pro Quint. 9 a, Cui magiſtri fiunt qui pronuncient, &c. & de quo præconis vox prædicat,&c. de Fat. 143 a, Neque eos vſuros eſſe coniunctionibus, vt ita ſua præcepta pronuncient, ſi quis natus eſt, &c. ſed potius ita dicant, non & natus eſt quis, &c de Orat. 116 a, Tum ad extremum agere & pronunciare. de D. 111 a, Memoriter pronunciare multos verſus. de Orat. 97 b, Eam rem, quam legas, verbis alijs quàm maximè fieri poſſit, lectis pronunciare, &c. de D. 85 a, Et ea quæ pronunciaui, accuratiſſimè ſcripſeris. Off. 65 a, Cum in venundando rem eam ſciſſet, neq; pronunciauiſſet emptori. Off 65 a, Is igitur iudex ita pronunciauit. I.V. 127 b, Prætor palàm de ſella ac tribunali pronunciat, ſi quis, &c. de Cl. 172 a, Conſules re audita, amplius de conſilij ſententia pronunciauerunt. pro Cl. 34 a, Suppreſſam eſſe ab eo pecuniam, quam pro reo pronunciauiſſet. de Fin. 72 b, Aequam igitur pronunciabit ſententiā ratio. de Orat. 108 a, Demoſthenes ſumma voce verſus multos vno ſpiritu pronunciare conſueſcebat. I.P. 100 b, Tum ipſe de te ſententiam tuliſti, tum iudicium pronunciauiſti. * de Nat. 23 b, Summa memoria pronunciabat *Philo* plurimas Epicuri ſententias his ipſis verbis, quibus erant ſcriptæ. de Diuin. 133 a, Vt ea *mens res futuras* non modò cernat multò antè, ſed etiam numero verſuq; pronunciet. Att. 205 b, Sæpe hic Spuriùs epiſtolas mihi pronunciabat verſiculis facetis.

† Syntaxis. *Memoriter pronunciare. Præco non pronunciarat emptori. Conſules de conſilij ſententia pronunciant.*

PRONVS, a, um. *in anteriorem partem flexus.* )( *ſupinus.* de D. 105 a, Motus corporis pronus, obliquus, ſupinus. Tuſcul. 157 a, Nihil habent hæc duo genera proni, & ſupera ſemper petunt.

PROOEMIVM, mij. *exordium, principium orationis.* Att. 63 b, In ſingulis libris vtor procœmijs. pro Cl. 29 a, Longo & altè petito procœmio reſpondere. Att. 255 b, De gloria librum ad te miſi, & in eo procœmium, id eſt, quod in Academico tertio: id euenit ob eam rem, quòd habeo volumen procœmiorum, ex eo eligere ſoleo, cùm aliquod σύγγραμμα inſtitui: itaque, &c. Epiſt. 67 b, Gratia illa, de qua ſuauiſſimè quodam in procœmio ſcripſiſti. Acad. 40 b, In ijs ipſis antiquitatum procœmijs philoſophiæ ſcribere voluimus, ſi modò conſecuti ſumus. de Orat. 138 a, Tanquam citharœdi procœmium affictum. ad Here. 1 b, Exordiorum duo ſunt genera: principium, quod Græcè προοίμιον appellatur: & inſinuatio, quæ ἔφοδος nominatur. de Orat. 92 a, De procœmijs, & de epilogis, & de huiuſmodi nugis referti ſunt oratorum libri. Attic. 215 b, His libris noua procœmia ſunt addita, quibus eorum vterque laudatur. de Leg. 172 b, Habes procœmium legis: ſic enim hoc appellat Plato. * I. V. 98 b, Cùm à te caput illud tam multis verbis mercenario procœmio eſſet ornatum. Attic. 255 b, In Tuſculano, qui non meminiſſem me abuſum iſto procœmio, conieci id in eum librum. ibid. Nouum procœmium exaraui, & tibi miſi. Tu illud deſecabis, & hoc agglutinabis.

† Syntaxis. *Longum & altè petitum procœmium. Exordium habet procœmium & inſinuationem.*

PROPAGANDVS,a,um I C. 116 b, Ad memoriam conſulatus mei propagandam de Diu. 139 a, Religio propaganda eſt. pro Mar. 134 b, Propaganda ſoboles.

PROPAGATIO, onis. *procreatio, amplificatio.* Off. 11 b, Quæ propagatio & ſoboles origo eſt rerum publicarum. Epiſt. 71 b, Vita, in qua nihil inſit, niſi propagatio miſerrimi temporis. * de Prou. 75 a, Amœnitas eum credo locorum, &c. finium imperij noſtri propagatio, retinent. Tuſc. 154 b, Quid propagatio nominis ſignificat? de Sen. 88 a, Propagatio vitium *me delectat.*

PROPAGATOR, oris. *amplificator.* Att. 120 a, Ille prouinciæ propagator.

PROPAGATVS, a, um. Oct. 330 b, Quæ veriſſimè memoriæ propagata fuerint.

PROPAGO, as. *profero, produco, dilato.* I. A. 155 a, Iun. Brutus, qui regio dominatu rempublicam liberauit, & ad ſimilem virtutem & ſimile factum ſtirpem in propè quingenteſimum annum propagauit. I.C. 106 b, Quos ſi meus conſulatus ſuſtulerit, non breue neſcio quod tempus, ſed multa ſecula propagârit reipublicæ. de Fin. 132 a, Propagabat tamen vitam aucupatio ſagittarum. de Inu 42 a, Cùm homines ſibi victu ferino vitam propagabant.

PROPAGOR, ris, de Pro. 72 a, Annus eſt integer nobis expectandus, quo interiecto ciuium calamitas propagatur. I. V. 273 b, Cùm ipſe ſui generis initium ac nominis

ab ſe

ab ſe gigni & propagari vellet. de Offic. 41 b, Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur. Top. 226 b, Ex quibus bonis plura bona propagentur.

¶ *Communicor*. pro Seſt. 24 a, Hæc monumentis annalium mandantur, poſteritati propagantur.

† Syntaxis. *Hæc memoriæ ſunt propagata. Ad virtutem propagare ſtirpem in annos multos. Vitam propagare, & ſibi propagare. Propagatur gloria. Gigni & propagari. Annalibus mandare, & poſteritati propagare.*

PROPAGO, inis. *vitis ad ſolem ſuppreſſa*. de Sen. 88 a, Malleoli, plantæ, ſarmenta, vites, traduces, propagines, nónne ea efficiunt, vt quemuis cum admiratione delectent?

PROPALAM. *palàm, in propatulo loco*. de Orat. 98 a, Propoſito argento, ac ſignis & tabulis propalàm collocatis.

PROPATVLVS, la, lum. *apertus*. I. V. 226 a, In aperto ac propatulo loco ſigna duo ſunt.* Oec. 1, Cùm victus & cultus humanus non vti feris, in propatulo ac ſyluestribus locis, ſed domi ſub tecto accurandus eſſet.

PROPE, propius *propter, iuxta*. )( *longè, procul*. Tuſc. 171 a, Sed bacillum prope me ponitote. Ep. 106 b, Vt non ſolùm ꝓpe me, ſed planè mecum habitare poſſes. de Cl r. 169 a, Cùm plebs prope ripam Anienis ad III miliarium conſediſſet. pro Mil. 111 a, Illi nocte prope vrbem expectandū. de Inu. 78 a, Hoſtes prope muros caſtra habent. Epiſt. 33 a, Prope Calend. Sextiles puto me Laodiceæ fore. Epiſt. 129 b, Volebam prope alicubi eſſes. de Nat. 70 a, Vites à caulibus, ſi propè ſati ſint, refugiunt. Att. 65 b, Tu aduentare ac propè adeſſe iam debes. de Inu. 63 b, Alterius gladium ꝓpè appoſitum è vagina eduxit. pro Pom. 6 a, Vident eum propè eſſe, quo etiam carent ægrius. Ep. 80 a, Propè accedere. I. V. 236 b, Cùm in Italia bellū tum propè à Sicilia, tamen in Sicilia nō fuit. I. V. 110 b, Tam propè ab domo detineri. Att. 178 b, Atq; vtinam propius te acceſſiſſem. Oct. 330 a, Cur caſt a lōgius aduerſariorum caſtris, & propius vrbem mouentur? Tuſc. 153 b, Antiquitas, quæ quo propius aberat abortu & diuina progenie, hoc melius ea cernebat, &c. Att. 1 b, Tu illam manum mihi cura vt præſtes, quoniā propius abes. de N. 18 b, Stellæ aliæ propius à terris mouentur, aliæ remotius. Part. 241 a, Propius accedere ad ſenſum alicuius. de L. 182 b, Lex rogū buſtúmve nouū vetat propius ſexaginta pedes adiiji ædes alicuius, inuito domino. item, Ad ſimilitudinem Deo propius accedebat humana virtus, quàm figura. I. A. 213 b, Ne propius vrbem millia paſſuum ducēta exercitū admoueret. & 206 b, Dum ne exercitum propius vrbem Romā CC. mil. admoueret. Qu. fr. 300 b, Propius nihil eſt factum, quàm vt occideretur. I. V. 255 a, Nec quicquam propius eſt factum, quàm vt viuus cōbureretur. pro Flac. 151 a, Propius accedo, nego eſſe teſtimonium: intrò etiam magis, qui geſſit, nō adeſt. de Senect. 87 a, Propè intueri aliquid. )( *procul ſpectare aliquid*.* in Piſ. 85 a, Apud focum tuam propè à meis ædibus ſedebas. de Nat. 36 b, Infra hanc propiùs à terra Iouis ſtella fertur.

¶ *Penè, ferè, quaſi, propè dicā, propè iam*. I. V 229 a, Nam Sappho dat mihi iuſtā excuſationem, propè vt ignoſcendum eſſe videatur. I. V. 160 b, Eques Romanus propè annos XC natus. Ep. 47 a, Sapientia præditus propè ſingulari. ꝓ Arch. 186 b, Propè nouo quodā generi. Ep. 123 b, Propè oblitus ſum, &c. & 108 a, Propè deſperatis his rebus. Epiſt. 5 a, Ad quē propè iam delatum eſſe exiſtimatur. Ep. 34 b, Prouinciam annuam propè iam vndecim menſium factam eſſe. I. V. 105 a, Excludit eum, cui propè dicam ſoli poteſtatem factā oportuit. pro Qu. 7 b, Modeſtia propè dicam no minore, quàm, &c. de Inu. 83 b, Quid igitur profecit? &c. propè dicam plurimùm. pro Plan. 163 a, Quorum honoribus agri propè dicam ipſi, monteſq; fauerunt. * cont. C. Ant. Saltibus propè addictis.

† Syntaxis. *Prope cal. Iunias accedebam, redibo. Prope murū, propè à muro. Ad ſimilitudinem Deo propè accedere. Propius nihil eſt factum quàm vt necarentur. Ille propè dicam inſanit.*

PROPEDIEM. *breui*. Att. 91 a, Ego, vt ſpero, propediem te videbo. de Diu. 90 a, & Att. 23 a, Prognoſtica noſtra propediem expecta. & Epiſt. 159 b.

PROPELLO, lis. *propulſo*. Anteq. 192 b, Si quando inimicorum impetum propulſare & propellere cupiſtis. Tuſc. 211 a, Propellere nauem remis.

PROPEMODVM. *propè, ferè*. de Diuinat. 126 a, Quid enim eſt ſors? idem propemodum, quod micare. Orat. 210 b, Verba componere, & ſyllabas propemodum dinumerare. I. V. 55 b, Propemodum manere in inſtituto meo videor. & 219 a. & Offic. 39 a, Epiſt. 81 a, Alteros propemodum iam ſumus experti. de Fin. 49 b. & Tuſcul. 168 b, Vt propemodum, &c.

PROPENDEO, des. *inclino*. de Orat. 125 b, Si ſe dant, & ſua ſponte, quò impellimus, inclinant atq; propendent, accipio quod datur. Tuſc. 245 a, Si multo maiore & grauiore ex parte bona propendent. Tuſc. 238 a, Tantùm propendere illam bonorum animi lancem, vt terram & maria deprimat. de Or. 120, Neceſſe eſt, vt inclinatione voluntatis propendeat in nos.

† Syntaxis. *Inclinare & propendere. Inclinatione voluntatis in optimos propendere.*

PROPENSE. *ex animo, libenter*. Ep. 192 b, Vt hanc concordiā & conſpirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propensè non crederent eſſe factam.

PROPENSIO, onis. *procliuitas, inclinatio voluntatis*. de Fin. 117 a, Zeno, qui nulla in re, niſi in virtute aut vitio propenſionē ne minimi quidem momenti, ad ſummū bonum adipiſcendum diceret.

PROPENSVS, a, um: ſior. *procliuis*. Attic. 177 a, Quod addis, ne propenſior ad turpem cauſam videar, certè videri non poſſum. & 120 a, Infimus quiſque propenſus in alteram partem. de Nat. 79 b, Mihi Balbi diſputatio ad veritatis ſimilitudinem videtur eſſe propenſior. de Diuin 82 a, Cùm diſputatio tibi ad veritatem eſt viſa propenſior. pro Mur. 139 b, Propenſus ad lenitatem. de Inuent. 75 b, Propenſus ad ignoſcendū. de Fin. 131 b, Propenſus in neutram partē. Attic. 211 a, Coràm igitur & propenſo quidem animo ad probandum. Qu. frat. 317 a, A' propenſis in hanc partem vehementer colimur & amamur. Offic. 46 a, Propenſior benignitas eſſe debebit in calamitoſos. Offic. 47 b, A' quo enim celeriter remuneratio fore videtur, in eum ferè eſt voluntas noſtra propenſior. Par. 120 a, Cauſa, quæ quando accedit alteri, id fit propenſius. pro S. R. 32 b, Is natura non tam propenſus ad miſericordiam, quàm implicatus ad ſeueritatem videbatur. Tuſcul. 227 a, Vt alius ad alium morbum procliuior, ſic alius ad alia vitia propenſior. de Fin 104 a, Omnes ad diſcendum propenſi ſumus. & 125 a, Propenſus ſua ſponte ad aliquid agendum. Epiſt. 57 a, Videor mihi perſpicere ipſius animum propenſum ad ſalutem tuam. Offic. 21 b, Si quis paulò eſt ad voluptatem propenſior. Anteq. 192 b, Illic enim animi voluntas propenſa comprobatur.

† Syntaxis. *Propenſus ad cauſam, in aduerſam partem. Ad veritatis ſimilitudinem oratio propenſa. Ad lenitatem propenſus. Ad miſericordiam natura propenſus, Alius ad alia vitia propenſior. Animi voluntas propenſa.*

PROPERANS, tis *feſtinans*. Att. 59 a, Hęc properantes ſcripſimus. I. A. 222 a, At ille properās feſtinanſq; mādata noſtra conficere cupiens, in hac conſtantia morbo aduerſante perſeuerauit.

PROPERATIO, onis. *feſtinatio*. Ep. 67 b, Sed ad properationē meam quiddam intereſt, non te expectare donec ad locū venias. * Epiſt. 267, Quæ parcius frater perſcripſerat, verecundia videlicet & properatione.

PROPERATO opus: *id eſt, celeritate* pro Mil. 111.

PROPERO, as. *feſtino, approperо, accelero, celeritate vtor, maturo*. Att. 10 b, Sed ductus odio properauit rem deducere in iudiciū. de Or. 68 b, Cùm in campum properaret & ridens & ſtomachans Scæuola. Ep. 198 b, Atq; inde vētis remiſq; in patriā omni feſtinatione properaui. de Pro. 76 a, Si Cæſar in patriam redire properaret. ꝓ Mil. 111 a, Quæ cauſa erat, cur Romam properaret? de Som. 127 b, Quin huc venire propero. pro Syll. 177 b, Properatum vehementer, cùm longè tempus muneris abeſſet. Att. 284 a, Sed propera per deos, &c. & 244 b, Ego in Pompeianum properabam. de Diu. 116 b, Ita enim cùm magis properant, concludūt, &c. Qu. fr. 304 a, Rogo te, Romam pergas & properes. Ep 259 b, Sed tu ita velim, vt ne quid properes. Tuſc. 164 b, Siue retardabis, ſiue properabis.

† Syntaxis. *In Pompeianum properare. Propero ire. Ne quid properes. Remis, veliſq; in patriam properare: Pergere Romam, & properare. Properans & feſtinans. Properans ſcripſi.* (tulit.

PROPERTIVS. pro Dom. 223 a, * Nomē Sexti Propertij de-

PROPINO, as. *trado, offero*. Tuſ. 169 a, Socrates cùm cōiectus in carcerē triginta iuſſu tyrannorū venenum vt ſitiens ebibiſſet, reliquum ſic è poculo eiecit, vt id reſonaret, quo ſonitu reddito, ridens: Propino, inquit, hoc pulcro Critiæ qui in eum fuerat deterrimus. Græci enim in conuiuijs ſolent nominare, cui poculum traditurí ſunt.

PROPINQVITAS, tis. *agnatio, cōiunctio ſanguinis vel affinitatis, neceſſitudo*. pro Mur. 141 b, pro Quin. 4 b, Si pietate propinquitas colitur, qui affinē prodit, impius ſit neceſſe eſt. pro Pla. 264 b, & ad Her. 26 b, Qui eſt cū illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis cōiunctus. I. A. 186 b, Municipium propinquitate propè finitimū. * pro M. Scau. Propinquitas & celebritas loci tollit ſuſpicionē. * de Inu. 50 b, Opportunitas quæritur ex magnitudine, interuallo, lōginquitate, propinquitate, &c. ipſius loci. de Fin. 141 a, Si amicitiæ, ſi propinquitates, ſi reliqua externa, ſummo bono non continerentur. Attic. 198 b, Maxima eſt in Scapulæ *hortis* celebritas, propinquitas.

PROPINQVVS,a,um. *loco,interuallo,ſpacio vicinus,proximè accedens,citimus,proximus,finitimus,neceſſarius, cognatus, appoſitus.* de Fin.124 b, Plato,cuius etiam illi hortuli propinqui memoriam mihi afferunt. Plan.epiſt. 156 a, Et ſubeſſe tamen propinquis locis celeriter poſſem. pro S.R.40 b, Præcarũ & propinquũ prædium. I.A.237 b,Propinquæ finitimæq́; prouinciæ,vt Cilicia & Syria.

¶ *Tempore.* de Diu.94 a,Hector moriens propinquã Achilli mortẽ denũciat. At.151 a,Erat enim ſpes ꝓpinqui reditus.

¶ *Cognatione, amicitia, propinquitate.* pro Mil.116 a,Clodius æqualiter in propinquos & in longinquos irruebat. pro Mur. 141 b, Virgo veſtalis huius propinqua & neceſſaria. I. A. 264 b, Conſolemur eorum propinquos, *alij proximos legunt.* Offic.81 b,Arctior verò colligatio & ſocietas propinquorum.

¶ *Natura.* de Or.125 a,Motus,qui finitimi ſunt,& propinqui his. ad Her. 27 a, Nam graui figuræ propinqua eſt ſufflata. de Inu.83 a, Audacia non contrarium,ſed appoſitũ eſt ac propinquum:& tamen vitium eſt. Orat.205 a,Abutimur verbis propinquis.

† Syntaxis. *Pietate propinquitas colitur. Propinquitatis & affinitatis vinculis coniungi cũ. Propinquæ finitimęq́; prouincię. Appoſitum & propinquum. In propinquos & in longinquos irruere.*

PROPIOR,us. *arctior, iunctior.* I.V.226 b,In quibus erant omnia,quæ ſceleri propiora ſunt, quàm religioni. de Inu.76 a, Sed hęc vetera propiora, quàm aliena. de Clar.164 b,Pòſt autem cauſa fuit propior, & cum exitu iunctior. de Clar. 104 b, Et dicendi ardore eram propior, & ætate coniunctior. pro Quin.18 a, Tibi propior me nemo eſt. Att.234 a, Nos autem alium portum propiorem huic ætati videbamus. Offic.37 a, Prius de ijs rebus,quæ virtuti propiores ſunt,dixerimus. Offic.65 b, Societas,quæ latiſſimè patet, &c.interior,&c.propior,&c.

* PROPIVS. At.178 b,Vtinam propius te acceſſiſſem. Ep.ad Octa. 330 a, Cur caſtra longius aduerſariorum caſtris, & propius vrbem mouentur? vide PROPE.

PROPITIVS,a,um. *ſecundus,præſens.*) (*.infeſtus,iratus.* Oct.329 b,Fortuna quæ nobis infeſta eſt, fuit aliquando propitia. pro Cæl.46,Huic ego deos propitios,pleriq; autem iratos putant. I.P.92 b, Dij neq; propitij ſunt cuiquã,neq; irati. I.V.61 a,Ita deos mihi velim ꝓpitios, vt cõmoueor animo, &c. de N.25 b, Quid enim dicã, propitius ſit:eſſe enim ꝓpitius poteſt nemini. *id eſt, Deus* Attic.28 b, Patria propitia ſit. Att.134 a,Hunc propitium ſperant, illũ iratum putant.

† Syntaxis. *Ita Deum mihi propitium velim.*

PROPOLA, læ. *qui mercatur à mercatoribus quod ſtatim vendat.* Offic. 30 b, I. P. 94 a, Piſtor domi nullus,nulla cella,panis & vinum à propola atq; de cupa.

PROPONENDVS,a,um ꝓ Rab.90 b,Tamẽ in hac defenſione capitis C.Rabirij, ꝓponenda ratio videtur eſſe officij mei.

PROPONO,nis. *pono,ante oculos mihi conſtituo.* Attic.125 b,Siquidem ille ipſe ad eundẽ ſcribens, in publico propoſuit epiſtolam illã. de Or.98 a, Explicare veſtẽ, proponere argentnm,tabulas ac ſigna propalàm collocare. Att.113 a, & 118 b,Proponere literas in publico. pro Mur.129 a, Qui ſingulis diebus ediſcẽdos faſtos populo propoſuit. Attic. 197 a, Ciceroni velim hoc proponas,vt accõmodet,&c. de Or.137 b,Digredi ab eo quod propoſueris Or.209 b,Proponere quod dicturus ſis. pro Pomp.7 a,Quod mihi ego extremũ propoſueram, cùm eſſem de belli genere dicturus. Ep.14 a,Illa ſequor quę paulo antè propoſui. & 252 a, Extremum illud eſt de ijs quæ propoſueram. de Cl.184 a, Curio cùm tria propoſuiſſet, aut quartũ addebat,aut tertium quærebat. & 186 b, Cenſorinus quod propoſuerat, explicans expeditè. de Or.96 b, Ab eo quod tibi prpoſueris,minus aberrare. & 90 b,Si cuipiam nimis infinitũ videtur,quod ita propoſui,quacunq; de re, &c. I A.251 a,Qui eam tibi cauſam belli gerẽdi proponis, vt ſenatũ funditus deleas. de L.173 a, Legũ vocem proponã. Off.7 a,Referri enim decet ad ea quæ propoſui in principio fundamenta iuſtitię. I.A. 193 b, Mortẽ omnibus natura ꝓpoſuit. & 212 b, De tribus enim quæ propoſui, hoc extremum eſt. pro Deiot.152 a Propone tibi duos reges:idq́; animo contemplare, quod oculis non potes. pro Cæl.54 a, Et cùm huius vobis adoleſcentiam propoſueritis, conſtituite vobis ante oculos huius etiam miſeri ſenectutem. pro Seſt.6 b,Si ora ipſorũ oculis veſtris propoſueritis. de N. 23 b, Comprehende animo,& propone ante oculos Deum, &c. I.C. 120 b,Cũ verò mihi propono regnantẽ Lentulũ,&c. verſatur mihi ante oculos, &c. cerno animo,&c.videor mihi videre, &c. pro Syll. 180 b, Et vitam illius ante oculos veſtros proponite. Epiſt.50 b,Hoc idem fac ante oculos tuos tibi proponas modò,&c. & ibid. Quæ alijs tute præcipere ſoles eas tute tibi ſubijce, atq; apud animum tuum propone,nullus dolor,&c. de Fin.86 b, Cùm improbis pœnã proponitis. Epiſt.27 b,Proponere aliquid alicui ad timorem. de Orat.117 a, Proponere ſibi aliquem imitandum. de Amic.115 b, Proponere ſibi memoriam atq; imaginem alicuius. de Orat.97 b, Ad verſus alicuius ſe exercere, vel illius orationem ſibi proponere. & ibid. Proponere aliquã exercitationem. pro Qu.9 a, Proponere libellos de aliquo in celeberrimis locis. I.V.124 b,Proponere fidem venalem. I.A.193 a,Qui ſibi bona ciuium ad prædam propoſuerũt. de Inuent.55 b, Qui leges ſcribunt,vtilitatem reipubl. ſibi proponere debent. I. V. 160 a,Vos ante oculos animosq́; veſtros tota Sicilia Decumanorum hos impetus, aratorum direptiones,huius importunitatem,Apronij regnum proponite.

PROPONOR, ris. de Orat.124 b,Proponi oportet quid afferas, & id quare ita ſit,oſtendere. Att.33 b, Minæ,quæ mihi proponuntur,modicè me tangunt. & 26 a,Locus vbi proponuntur edicta. I.C.118 a,Quæcunq; mihi fortuna proponatur,ſubibo. pro Planc.259 b, Sed mihi in cauſa facili perdifficilis defenſionis ratio proponitur. & 280 a, Cùm mors proponeretur. cortra Rull. 68 b, Lex in publicum proponitur.

†Syntaxis. *Proponere in publico. Ab eo quod tibi propoſueras, aberras. Ad ea quæ in principio propoſui, me refero. Tuis oculis propone, ante oculos, apud animum tuum. Sibi memoriam alicuius proponere. Minas alicui proponere. Quæcunque fortuna proponatur ſubibo. In publicum propoſita lex.*

* PROPONTIS, idis. de leg. agrar. Veniet ſub præcone tota Propontis.

PROPORTIO,onis. *comparatio, ἀναλογία.* L. PORTIO. I.V.210 b,Fuêre aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera. de Vniuerſ.197 a,Id optimè aſſequitur,quæ Gręcè *ἀναλογία*,Latinè (audendũ eſt enim quoniã hæc primùm à nobis nouantur) cõparatio proportióve dici poteſt. de Vniu.197 b, Quemadmodũ ignis animæ,ſic anima aquæ: quodq́ue anima aquæ,id aqua terræ ꝓportione reddit. & 199 a, Eius autem particulæ interuallo relicto habebat numerus ad numerum eandem proportionem, comparationemq́ue in extremis, quam habent CCLVI cum CCLIII. * de Vniuerſ. 199 b, Qui *animus* ex eadem vinctus alteraq́ue natura, adiuncta materia, temperatione trium partium & proportione compacta ſe ipſe conuerſans,&c.

† Syntaxis. *Peræqua proportio. Comparatio, proportioq́;. Id iſti rei multum proportione reddit. Numerus ad numerum proportionem & comparationem habens.*

PROPOSITIO,onis. de Orat.162 a,Propoſitioq́ue,quid ſis dicturus. Tuſc.199 a, Quid ergo? huiúſne vitæ propoſitio & cogitatio Thyeſtem leuare poterit? de Inu 82 b,Magnificentia eſt rerum magnarum & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione agitatio atque adminiſtratio.

¶ *Eſt item pars ratiocinationis, per quã breuiter locus is exponitur, ex quo omnis vis oportet emaneat ratiocinationis.* * de Inu. 54 a, Cùm propoſitio ſit hoc pacto approbata. ibid. Id ex vi ꝓpoſitionis oportere aſſumere. ibid. Vnum in locũ cùm cõduxerit *complexio* breuiter propoſitionẽ & aſſumptionẽ,id adiungit quod ex his cõficiatur. ibid. Negant neq; à propoſitione,neq; ab aſſumptione approbationes earũ ſeparari oportere:neq; ꝓpoſitionẽ abſolutã,neq; aſſumptionẽ ſibi perfectã videri,quę approbatione confirmata non ſit. Quare quas illi duas partes numerãt, propoſitionẽ & approbationẽ:ſibi vnã videri propoſitionẽ: quæ ſi approbata nõ ſit,propoſitio nõ ſit argumẽtationis. de Inu. 54 b,Si quadã in argumẽtatione ſatis eſt vti propoſitione: & non opotet adiungere approbationẽ propoſitioni: quadã aũt in argumẽtatione infirma eſt propoſitio, niſi adiuncta ſit approbatio:ſeparatũ quiddã eſt à propoſitione approbatio. ibid. Eſt quędã argumentatio, in qua propoſitio nõ indiget approbatione:& quædam in qua nihil valet abſq; approbatione. Separata eſt igitur à propoſione approbatio. ibid. Quę ꝓpoſitio in ſe quiddam continet perſpicuũ, hanc velle approbare & firmare nihil attinet. Ea eſt huiuſmodi. de Inu.55 a,Hæc propoſitio indiget approbationis. Non enim perſpicuua eſt,neq; cõſtat inter omnes. ibid. Eſſe quandã argumentationem,in qua neq; propoſitio neq; aſſumptio indigeat approbationis. ibid, Neq; in propoſitione,neq; in aſſumptione,contineri approbationem: ſed vtramq; ſuo loco poſitam vim ſuam tanquam certam & ꝓpriam obtinere. ibid. Quinq; ſunt partes eius argumẽtationis,quæ ꝑ ratiocinationẽ tractatur:Propoſitio,per quã breuiter locus is exponitur. ibid. Quod ex propoſitione ad oſtendendum pertinet. de Inu.55 b,Cùm propoſitio ex ſe intelligitur. de Inu.56 a, Vt in vnũ conducamus propoſitionem & aſſumptionẽ,hoc modo. de Inu.56 b,Si qui aut aſſumptionem tolli aliquando poſſe putent, aut propoſitionem. Quæ ſi quid habet probabile aut neceſſarium, quoquo modo còmmoueat auditorem, neceſſe eſt. ibid. In ipſa argumẽtatione non ſemper à ꝓpoſitione incipere.

PROPO-

Propoſitvm. ti.*σκοπὸς, mens, conſilium, propoſita ratio, ſuſceptum conſilium, inſtitutum.* Or.209 a, Vt declinet à propoſito, deflectatq; ſententiam. de Or.162 a, Declinatio breuis à propoſito. de Cl.171 b, Egredi à propoſito ornandi cauſa. de Or.162 a, Reditus ad propoſitũ. Tuſc.153 a, Redire ad propoſitũ. & 192 b, Nos ad propoſitũ reuertamur. ꝓ Cæl. 58 b, Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliã. de Fat. 140 b, Academiæ conſuetudo contra propoſitum diſputandi. Off.23 a, Cato grauitatẽ ſuam perpetua conſtantia roborauit, ſemperq; in ꝓpoſito ſuſceptoq; conſilio permanſit. & 14 b, His idẽ propoſitũ fuit, quod & regibus, vt libertate vterentur. de Clar.176 b, Eſt enim propoſitum colligere eos qui, &c. Attic.280 a, Nulla re deterreri à propoſito poteſt. Offic. 60 a, Sed iam ad propoſitum reuertamur. Par. 127 b, Nihil aliud eis, præter officium fortis & magni viri propoſitum fuit.

† Syntaxis. *A' propoſito declinare, deflectereque ſententiam. A' propoſito egredi. Hoc nihil habet propoſiti. Permanere in propoſito ſuſceptoq; conſilio. Reuerti ad propoſitum.*

Propoſitvs, a, um. *obiectus, ſuſceptus, manifeſtus promptus.* ꝓ Lig.241 b, Quem de ſuſcepta cauſa propoſitaq; ſententia nulla vis, nullum periculum poſſet depellere. pro Mur.140 b, Eſt illud quidem exemplum tibi propoſitum domi. & ibid. Ad imitandum mihi propoſitum exemplar illud eſt. de Opt. 244 b, Attici nobis propoſiti ſunt ad imitandum. I.A. 243 b, Cùm peruenero ad eum exitum, qui mihi fuit propoſitus. Att.124 b, Moderatori reip. beata ciuium vita propoſita eſt. & 282 a, Non enim id propoſitum eſt huic epiſtolæ, Meſſalam vt laudem præſertim ad Brutum. Qu. fr.243 a, Sed neſcio quo pacto ad præcipiendi rationẽ delapſa eſt oratio mea, cùm id mihi propoſitum non eſſet. & 319 a, Quid nunc putas tanta abs te mihi mercede propoſita? de Orat. 128 b, Aliquid non effici ex propoſitis, nec eſſe conſequens. pro Flac.148 b, Quibus laus merces, gratia, gratulatio propoſita eſt in impudenti mendacio. pro Seſt. 9 b, Mihi propoſitum eſt oſtendere omnia, &c. Epiſtol, 16 a, Omnibus nobis in adminiſtranda Repub. ꝓpoſitum eſſe debet cum dignitate otium. pro Dom.222 a, Mea cauſa videbatur perditis ciuibus ad inuidiam eſſe ꝓpoſita. Epiſtol.71 b, Omnibus telis fortunæ propoſita eſt vita noſtra. & 5 b, Iniurijs, quæ à Catone propoſitæ ſunt, reſiſtemus. Offic.10 a, Tertium eſt propoſitum, vt in beneficentia delectus eſſet dignitatis. & 14 b, Mihi propoſitum eſt, vt in libertate viuam. pro Clu.49 b, Putant enim minus multos laqueos legum ac iudiciorum eſſe propoſitos. ꝓ Rab. 93 a, Serui qui libertatis ſpem propoſitam non habent. Orat.202 b, His propoſitum eſt placare animos. Ep. 16 b, Neque mihi in omni vita res tam erit vlla propoſita, quàm vt lætére, &c. de Clar. 195 a, Omni huic ſermoni propoſitum eſt, vt laborem meum perſpicias. de Cl 167 a, Hoc neq; propoſitum nobis eſt hoc loco, neque neceſſarium. I. V. 169 a, Eſt hic ordo propoſitus atq; editus in altum. Off. 2 a, Quidã propoſitis malorũ & bonorũ finibus officium omne peruertunt. I.P. 98 b, Stipendium militibus numeratũ eſt menſis palàm propoſitis. pro Dom.215 a, Res erat non in opinione dubia, ſed in præſentia atque ante oculos propoſito periculo. de Fin.105 b, Sed iam ſentio me eſſe longius prouectum, quàm propoſita ratio poſtularet. pro Dom.169 a, Nondum ad propoſitum mihi finem honoris perueni. de Diu.85 b, Cùm ex itinere quodã propoſito, & iam cõſtituto reuertiſſet, aquilę admonitus volatu. Para.124 b, Ergo hoc propoſito nunquam eris diues, antequã, &c. pro Mil.107 b, Magna Clodio ſpes erat in Milonis morte propoſita. & 112 a, Milo vitã ſuam maximis præmijs propoſitam, & penè addictã ſciebat. Qu. de Pet.208 a, Ijs fac vt propoſitum & paratum auxilium tuũ eſſe videatur. Epiſtol. 16 a, Sic omnibus nobis in adminiſtranda republ. propoſitum eſſe debet, cum dignitate ocium. pro Sex.R.38 a, Tametſi hoc minimè latet, quod ita promptum & propoſitum eſt, vt, &c. * Partit.238 a, In cohortando atque ſuadendo propoſitum quidem nobis erit illud, vt doceamus.

Propraetor, ris: vel Propraetore. *qui cum prætoria poteſtate aliquò mittebatur.* de Pro.72 a, Res in prouincia à proprætore geſta. I.A.203 b, Prouinciæ, quas prętorij proprętore obtinerent. Epiſt.118 a, Quos ex S.C. cum imperio in prouincias proprætore mitti oporteret.

Proprie'. *priuatim.*) (*communiter, publicè, promiſcuè.* Ep.134 a, Quòd me amas, eſt id tibi cõmune cum multis: quòd tu ipſe tam amandus es, id eſt propriè tuum. pro Seſt. 30 b, Metelli cauſam neq; ſenatus publicè, neq; vllus ordo propriè ſuſceperat. cont. Rul.83 a, Promiſcuè toto quàm propriè parua frui parte malletis. Offic.21 b, Quarum vna eſt communis, &c. altera, quæ propriè ſingulis eſt tributa. & 8 b, A' peregrino enim receſſit, & propriè in eo qui contrà ferret arma, remanſit.

¶ *Ad rem, legitimè, verè.* I. A. 156 a, Nihil eſt quod tam propriè dici poſſit actum eius, quàm lex. Part. 230 a, Propriè in verbis eloqui dicitur. de Orat.113 b, Quàm propriè de vnoquoque dixit. Offic. 54 b, Atque illud quidem honeſtum, quod propriè vereque dicitur, id in ſapientibus eſt ſolis, nec à virtute vnquam diuellitur. I.A.175 a, O' hominem nequam. quid enim aliud dicam? magis propriè nihil poſſum dicere.

† Syntaxis. *Id eſt propriè tuum. Magis propriè dicam. Sic propriè vereq; dicam.*

Proprietas, tis. *natura, vis, natura propria.* Acad.15 a, Singularum rerum ſingulæ proprietates ſunt. Part.233 b, Definitio genere declaratur & proprietate quadam. Topic. 228 a, Proprietas ſic, in hominémne ſolum cadat, atque etiam in belluas ægritudo. * ibidem. Notio explicanda eſt proprietas.

Proprivs, a, um. *præcipuus, peculiaris.* pro Cor.69 a, Præcipuum illum & proprium ſenſum doloris mei ſentẽtia dicendi amouebo. de Sen.84 a, At id quidem non propriũ ſenectutis eſt vitium, ſed commune valetudinis. de Diuin. 131 a, Varietas eſt propria fortunæ. I.A.189 a, Libertas ꝓpria Romani generis. pro S.R.43 a, Pręedia, quę noſtra ſunt propria: lux, quæ communis eſt. de Or 88 b, Non id mihi videtur orator, ſed Craſſus ſua quadam propria, nõ communi oratorũ facultate poſſe. Ep. 59 a, Quare non debes aut propriam fortunã, aut pręcipuã poſtulare, aut cõmunem recuſare. Ep. 70 b, Conſuetudo cõmunis, vel tua ſolius & propria. de Or. 112 a, Aliunde aſſumpto vti bono, non proprio, nec ſuo. & 103 b, Philoſophi, qui omnia ſicut propria ſua eſſe, atq; à ſe poſſideri volunt. pro S.R.28 a, Tria prædia Capitoni propria tradũtur. de Cl.195 b, Animũ iudicis impellere quocunq; res poſtulat, hoc eſt vnũ oratoris maximè proprium. Quint. frat.297 b, Hoc eſt epiſtolæ proprium, vt is ad quem ſcribitur, de his rebus quas ignoret, certior fiat. de Orat. 153 a, Ornatè dicere, propriúmne ſit oratoris, an id etiam aliquis præterea poſſit. & 103 b, Licet iſta ratione dicamus, pila bene ludere, proprium eſſe iuris ciuilis. Offic.1 a. de Nat.37 a, Artis maximè proprium eſt, creare & gignere. de Nat. 22 a, Animantium proprium eſt, vt aliquid appetant. Epiſtol. 29 a, Quod meum erat proprium, id etiam populo ſe remiſiſſe ſcribit. cont. Rull.77 a, Res veſtras proprias alienari. de Nat.181 b, Et quod nunc communiter in omnibus ſepultis eſt, vt humati dicantur, id erat proprium tum in ijs, quos humus iniecta contegeret.

¶ *Legitimus, germanus, certus.* pro Cecin.294 b, Rem aliquam ſuo certo ac proprio vocabulo nominare. de Orat.156 b, Verba propria & certa quaſi vocabula rerum penè vnà nata cum rebus ipſis. Academ.10 a, Certa & propria nota veri. Tuſc. 252 a, Proprijs & ſuis argumentis quæque res tractanda eſt. de Clar.171 b, Et nimirum princeps ex Latinis illa oratorum propria, & quaſi legitima opera tractauit. Offic.8 b, Qui proprio nomine perduellis erat, is hoſtis vocatur.

¶ *Aptus, accommodus.* pro Syll. 168 b, Tempus agendi fuit mihi magis proprium quàm cæteris.

¶ *Conſtans.* Poſt q.206 a, Si illud de duobus conſulibus perenne ac proprium manere potuiſſet.

† Syntaxis. *Propria noſtra prædia. Propria, præcipuaq; fortuna. Autoritas tua ſolius, & propria. Proprium eſt hominis intelligere.*

Propter. *ob, pro: ratione cauſæ impellentis, culpæ.* Antequam. 197 a, Non turpitudine vitæ, non pro magnitudine ſcelerum, non propter reliquæ ætatis infamiam pœnas iure & lege perſoluo. pro Sex. Roſc.20 a, Suſceptum onus aut ꝓpter perfidiam abijcere, aut propter imbecillitatem animi deponere. de Cl.173 b. Eaque ſuſpicio propter eam cauſam fuit, quòd, &c. pro Qu.12 b, Si propter partium ſtudiũ potens fuit Alphenus, potentiſſimus Næuius. de Or.105 a, Quod tamen propter eius ingenij magnitudinem vellem. Par.122 a, Qui legibus non propter metum paret, ſed quia id ſalutare maximè iudicat. Epiſt. 70 b, Qui propter acumen occultiſſima perſpicis. & 4 a, Propter tuum in me amorem. & 20 b, Habeamus hæc omnia, bonorum ſtudium, propter noſtram cauſam: vulgi ac multitudinis, propter magnificentiam munerum. de Fin. 82 a, Ex ſe & propter ſe expeti.

¶ *Finis.* Att.104 b, Tyronem propter humanitatem & modeſtiam malo ſaluum, quàm propter vſum meum.

¶ *Prope.* de Nat.70 b, Vulcanus tenuit inſulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominantur. cont Rul.76 a, Fluuius Eurotas qui propter Lacedęmonem fluit. Att.130 b, Nam nec caſtra propter anni tempus facere poſſum. de Cl.167 a, In pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus. pro S.R.29 a, Duo filij propter patrẽ cubantes. de N.48 a, Hic iacet propter illũ. I.V.225 a, Propter eſt ſpelunca quædam. & 252 a, Propter introitum portus. & 139, Propter ædem

Vulcani. I. P. 80 b, Hic vir clariſſimus, qui propter te ſedet L Gellius. de Nat. deor. 50 a, Si propter ſati ſint.

PRORTEREA. *ideo, idcirco, ex eo, ea re.* pro Lig. 138 a, Atq; hæc propterea de me dixi, vt mihi Tubero, cùm de ſe eadem dicerem, ignoſceret.

PROPTEREA quòd. *propterea quia, ideo quòd, ex eo quòd, propter hanc cauſam quòd, ob eam rem quòd, ea re, propter hanc dubitationem quòd. &c.* Attic. 5 a, pro Sex. Roſc. 36 b, Mandato iudicium eſt conſtitutum, non minus turpe quàm furti, propterea quòd quibus in rebus, &c. Epiſt. 138 a, Cùm eſſem ocioſus in Tuſculano, propterea quòd diſcipulos obuiam miſeram, &c. Acad. 9 b, Si notionem veri & falſi, propterea quòd ea non poſſunt internoſci, nullam habemus. Epiſt. 49 b, Etſi genus hoc conſolationis acerbum eſt, propterea quia per quos, &c.

PROPVDIVM, dij. *res pudenda, is à quo pudor & pudicitia procul abſit. Sic enim Romani dicebant, cùm maledicto nudare alicuius turpitudinẽ volebant, quaſi porrò pudendum.* I. A. 259 b, * Declarauit in Parmenſium calamitate, quos optimos viros honeſtiſſimosq; homines interfecit propudium illud, & portentum L. Antonius.

PROPVGNACVLVM, li. *locus munitus, vnde pugnari poßit.* I. V. 190 a, Claſſis pulcerrima Siciliæ propugnaculum, præſidiumque prouinciæ, piratarum manibus incenſa eſt. I. V. 234 a, Nauis conſtrata & ita magna, vt propugnaculo cæteris poſſet eſſe. pro Font. 276 b, Eſt in prouincia Gallia Narbo Martius, ſpecula populi Romani, ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & obiectũ. ꝑ Pom. 10 a, Propugnaculis imperij ſociorum fortunas defendere. Ep. 239 a, Domus propugnacula & præſidium habet. I. V. 156 a, Si prius illud propugnaculum, quo contra omnes meos impetus vſurum ſe putat, ex defenſione eius deiecero. * Oec. 1, Vt ex hac eadem ſocietate mortalibus adiutoria ſenectutis, nec minus propugnacula præparentur. in Piſ. 81 a, A' P. Clodio lex Aelia & Fuſia euerſa eſt, propugnacula muriq; tranquillitatis atq; otij.

† Syntaxis. *Claßis propugnaculum inſulæ. Lex propugnaculum & murus. Deijcere ex defenſione propugnaculum.*

PROPVGNANDVS, a, um. pro Rabir. 96 a, Ciuium mentes teſtor me pro illorum fama, gloria, memoria non ſecus ac pro patrijs fanis atq; delubris propugnandum putare.

PROPVGNANS, tis. Offic. 13 a, Fortitudo eſt virtus, propugnans pro æquitate.

PROPVGNATIO, onis. *defenſio.* Ep. 64 a, Suſcepiq; mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. pro Seſt. 3 b, Ne mea propugnatio ei defuiſſe videatur. Epiſtol. 6 b, Noſtra propugnatio ac defenſio ſalutis tuæ, dignitatis tuæ, propter magnitudinem beneficij tui fortaſſe pleriſque officij maiorem autoritatem habere videatur, quàm ſententiæ. * & 10 a, Quos tibi partim inimicos eſſe intelligis propter tuam propugnationem ſalutis meæ.

PROPVGNATOR, oris. *defenſor.* I. V. 253 a, Claſſis inops & infirma propter dimiſſionem propugnatorum atq; remigum. de Or. 106 a, Mutius paterni iuris defenſor, & quaſi patrimonij propugnator ſui quid in illa cauſa, cùm contra te diceret, attulit? * Poſtquam 212 b, Alter fuit propugnator mearum fortunarum & defenſor aſſiduus. pro Milon. 104 b, Domi ſuæ nobiliſſimus vir, Senatus propugnator, occiſus eſt.

PROPVGNO, as *pugno.*)(*.oppugno.* Anteq. 194 a, Pro innocẽtibus propugnare.)(*.nocentes oppugnare.* Ep. 175 b, Accerrimè propugnare pro ſalute alicuius. Tuſc. 244 a, Beſtiæ pro ſuo partu ita propugnant, vt, &c.

PROPVLSATIO, onis. *depulſio.* pro Syl. 167 a, Cum huius periculi propuglſatione, coniungam defenſionem officij mei.

PROPVLSO, as. *repello, arceo, depello, propello.* pro S. R. 19 b, Periculũ quod in omnes intenditur, propulſate. de Inu. 70 b, Propulſare iniuriam à ſe. Antiq. 192 b, Propulſare & propellere impetum inimicorum. Offic. 5 b, Propulſare iniuriam ab aliquo. & ibid. Inferre iniuriam alicui. de Fin. 122 a, Propulſare frigus & famem.

PROPVLSOR, ris. I. A. 196 a, Sic ab ingreſſione fori populum propulſari videres.

PROPYLEVM, lei. *veſtibulum.* Offic. 45 b, Pericles tantam peniam in præclara illa propylea coniecit.

PROQVAESTOR, ris: vel PROQVAESTORE. *qui cum autoritate quæſtoria mittitur aliquò.* I. V. 68 a, Cùm cui legatus & proquæſtore fuiſſet, prodidit. & 84 b, & 94 b, Nam à Dolabella ſtatim proquæſtore iuſſus eſt eſſe. Epiſtol. 251 a, M. T. C. C. Caſſio proquæſt. *Codex Aldinus vetuſtior ita habet, C. Caßio proquæſtori.* Academ. 3 b, Cùm Alexandriæ proquæſtore eſſem. * Academ. 2 a, Maiore ſtudio Lucullus, cum omni literarum generi, tum philoſophiæ deditus fuit, &c. nec verò ineunte ætate ſolùm, ſed & proquæſtore aliquot annos, & in ipſo bello.

PRORA, ræ. *prior anteriórve nauis pars.* de Orat. 159 b, In nauigio, neceſſaria latera, carinæ, prora, puppis, &c. quæ tamen hanc habent in ſpecie venuſtatem, vt non ſolùm ſalutis, ſed etiam voluptatis cauſa inuenta eſſe videantur. * in Arat.

*Sic conuerſa vetus ſuper æthera vertitur Argò,*
*Atq; vſq; à prora ad celſum ſine lumine malum,*
*A' malo ad puppim cum lumine clara videtur.*

¶ *Translatione, conſilium.* Ep. 266 a, Mihi prora & puppis, vt in prouerbio Grçcorum eſt, fuit à me tui dimittendi, vt rationes noſtras explicares.

PRORIPIO, pis. *ſubduco.* de Ar. 243 b, Ille exanguis atque æſtuans ſe è curia repentè proripuit cum quibuſdam fractis iam atq; inanibus minis, & cum illius Piſoniani temporis Gabinianiq; terroribus. de Fin. 80 a, Quæ libido non ſeſe proripiet ac proijciet.

PRORIPIOR, ris. I. V. 269 a, Iubet hominem proripi, vehementiſſimeq; verberari.

PROROGATIO, onis. *prolatio.* pro Mur. 135 b, Prorogationẽ legis Maniliæ flagitaſti. Attic. 218 b, Vtar prorogatione vnius diei.

PROROGATVS, a, um. Qu. fr. 290 b, Quòd ſi tibi bellum adminiſtranti prorogatum imperium viderem, intelligerem etiam fortunæ poteſtatem in nos prorogatam.

PROROGO, as. *differo, profero, propago.* I. A. 242 a, Differre bellum, neque ſolùm prorogare, ſed etiam concedere victoriam. & 174 b, Cæſar paucos tibi ad ſoluendum propter inopiam tuam prorogauit dies. & 181 a, Numerum annorum prouincijs prorogauit. Attic 216 b, Ipſe enim adſum, niſi quid tu prorogas. * Attic. 105 a, Cùm quinquennium *ei* prorogabamus.

PROROGOR, ris. *producor, proferor.* I. A. 165 a, Ne quinquennij imperium Cæſari prorogaretur. I. V. 96 a, Impetrat à ſenatu, vt dies ſibi prorogaretur. Att. 73 a, Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas dum ades, prouide. Ep. 21 b, Rogo atque oro te, ne patiaris mihi quicquam ad hanc prouincialem moleſtiam temporis prorogari. & 40 b, Illud pugna atque enitere, ne quid nobis temporis prorogetur. Att. 69 a, Illud probè ne pateretur, quantum eſſet in ipſo, prorogari nobis prouincias.

PRORSVS. *penitus, planè, omnino, funditus, radicitùs, in totum, vtique, vſquequaque, omni ex parte, vndiq; ſine vlla exceptione.*)(*. nulla ex parte.* de Nat. 63 a, Si autem id dicis, mundo nihil eſſe ſapientius, nullo modo prorſus aſſentior. Attic. 219 a, Prorſus non videtur eſſe dubium, quin, &c. de Orat. 114 a, Verbum prorſus nullum intelligo. Epiſt. 3 b, Prorſum eum libero omni ſuſpicione cupiditatis. Epiſtol. 55 a, & 105 b, Neq; ſolùm nobis, id eſt, tuis, ſed prorſus omnibus. Tuſc. 161 b, Prorſus hæc diuina ſunt. Attic. 261 a, De ſumma agi prorſus vehemẽter & ſeuerè volo. pro Syll. 177 b, Gladiatores empti ſunt ad cædem, &c. ita prorſus. de Nat. 75 b, Prorſus, ſi, &c. præſtare, &c. Attic. 251 a, H. S LXXII ſatis eſſe affatim prorſus.

PRORVMPO, is. *erumpo.* pro Mur. 144 b, Catilina prorumpet, qua minatur, in agros ſuburbanos repentè aduolabit. pro S. R. 20 b, Hoc cogitate iudices, eò prorumpere hominum cupiditatem, & ſcelus, & audaciam, vt hîc ante pedes veſtros cædes futuræ ſint.

PRORVPTVS, a, um. *proiectus.* pro Sex. Roſc. 29 a, Prorupta audacia.

PROSAPIA, piæ. *genus, ſtirps.* de Vn. 202 a, Et eorum, vt vtamur veteri verbo, proſapiam *memoremus.*

PROSCRIBO, bis. *publico, proſcriptionem facio, edico.* pro Dom. 222 a, Quæro enim quid ſit aliud, proſcribere velitis, iubeatis, vt M. Tullius in ciuitate ne ſit. Qu. fr. 311 a, Racilius tabulam proſcripſit, ſe familiam Catonianam uenditurum. pro Qu. 3 a, Auctionem in Gallia ſe facturũ eſſe proſcripſit. & 9 a, Proſcribere bona alterius. & 3 a, Eum non poſſe quæ proſcripſiſſet, vendere. Offic. 62 b, Ille quod non placebat, proſcripſit: tu quò placebat, miſiſti. Att. 253 a, Itaq; ſeſe ſcripturum aiebat, vt venationem etiam, quæ poſtridie ludis Apollinaribus futura eſt, proſcriberent. Offic. 65 a, Si tu cum ædes proſcribas, tabulam tanquam plagam ponas, domum propter vitia vendas, &c. Att. 55 b, Tuſculanum proſcripſi. * Epiſtol. 108 b, Quod quidem mancipium ſi inter ſenes coëmptionales venale proſcripſerit, egerit non multum.

PROSCRIBOR, ris. pro S. R. 21 a, Cùm proſcriberentur homines, atq; ex omni regione caperentnr ij, qui aduerſarij fuiſſe putabantur. Attic. 152 b, Senatum enim Calend. velle ſe frequentem adeſſe, etiam Formijs proſcribi iuſſit. Attic. 105 a, Vt quid ſi victus eris, proſcribare: ſi viceris, tamen ſeruias.

PROSCRIPTIO, onis. *damnatio, publicatio.* pro Sex. Roſc. 39 b, Opinor eſſe in lege, quam ad diem proſcriptiones venditionesq;

ditionesq́; fiant. pro Flac. 161 b, Emptiones falſas, proſcriptiones cũ mulierculis aperta circumſcriptione feciſti. ꝓ Qu. R. 44 a, Cauete per deos immortales, ne noua & multo crudelior per vos proſcriptio inſtaurata eſſe videatur: illam priorem quæ facta eſt in eos, qui arma capere potuerunt, tamen ſenatus ſuſcipere noluit. pro Seſt. 17 b, Cùm de capite ciuis, & de bonis ꝓſcriptio ferretur. Poſtq. 205 a, Cùm caput meæ proſcriptionis recitaretur. de Pro. 78 b, Proſcriptio capitis mei. Parad. 125 a, Qui proſcriptiones locupletum recordetur Attic. 173 a, Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata. * pro Quint. 10 a, In iſta poſtulatione & proſcriptione bonorum improbiſſimus reperiebare I. V. 267 a, Meum crimen auaritiæ te nimiæ coarguit: tua defenſio furoris cuiuſdam, &c. & penè nouæ proſcriptionis.

† Syntaxis. *Ferre proſcriptionem de bonis & capitibus ciuium. Generatim, non nominatim informata proſcriptio.*

PROSCRIPTVRIO, ris. *proſcribere cupio.* Att. 145 b, Syllaturit animus eius, & proſcripturit.

PROSCRIPTVS, a, um. *publicatus, neci addictus ciuis, venalis decretus.* contra Rull. 89 b, Poſſeſſiones venales ac proſcriptas hac lege video. Attic. 103 b, Horti quam in diem proſcripti ſint, velim ad me ſcribas. I. V. 104 b, Iſte locare incipit non proſcripta neq; edicta die. Att. 262 a, Throtium agrum proſcriptum videmus. I. V. 101 a, Lex Cornelia proſcriptum iuuare vetat.

* PROSELENVS, a, um. *ante Lunam natus, Luna prior.* pro M. Fundan. Arcades ſe Proſelenos eſſe aſſeuerant.

PROSEMINATVS, ta. *procreatus.* de Orat. 148 b, Nam cum eſſent plures orti ferè à Socrate, proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe.

* PROSEMINO, as. *procreo.* Hortenſ. Solertiam eam, quæ poſſet vel in tegulis proſeminare oſtreas.

PROSEQVOR, ris. *ſequor, inſequor, ſubſequor.* Qu. fr. 314 b, Publicani Domitium cum equis proſecuti ſunt. in Ant. 192 b, Legio quarta C. Cæſaris exercitum proſecuta eſt. Attic. 93 a, Is me proficiſcentem Apameam proſecutus eſt. Epiſt. 205 a, Cùm te proſequerer paludatum. & 42 a, Cùm te Puteolis proſequerer. pro Qu. 18 b, Vt eum bona exiſtimatio vſque ad rogum proſequatur. de Cl. 176 b, Proſequi atq; imitari antiquitatem. Epiſtol. 256 a, Reliquum eſt, vt tuam profectionem amore proſequar, reditum ſpe expectem. pro Planc. 275 a, Is me in diſceſſu meo non lacrymis ſolùm ſuis, ſed animo, corpore, copijs proſecutus eſt. de Cl. 165 a, Opportunitatem verò mortis illius beneuolentia potius quàm miſericordia proſequamur. I. V. 218 a, Omnes Segeſtanas matronas & virgines cõueniſſe, &c. thure odoribusq́; incenſis vſq; ad agri fines proſecutas eſſe *Dianam*?

¶ *Orno, onero, cumulo.* de L. 182 b, Proſequi laudes clarorum virorum ad cantus & ad tibicinem. I. A. 191 b, Laudo vos Quirites, cùm gratiſſimis animis proſequimini nomen clariſſimi adoleſcentis. I. A. 225 b, Populus Rom. maximo clamore & plauſu Bruti memoriam proſequebatur. Epiſt. 149 b, Proſequi aliquem omnibus officijs. & 91 a, Qui paternam amicitiam nullis ipſi officijs proſecuti ſunt. * pro Marc. 132 b, Te verò, &c. quibus ſtudijs proſequemur?

¶ *Ago, tracto.* pro S. R. 32 a, Et id non proſequar longius, quàm mea fides poſtulabit. ad Her. 3 b, Ne ab vltimo repetamus, ne longius proſequamur. de Or. 93 a, Date nobis hanc veniam, vt ea quæ ſentitis de omni genere dicendi, ſubtiliter proſequamini. Att. 258 b, Eum locum Poſſidonius proſecutus eſt. Part. 231 a, Accuſator rerum ordinem proſequitur. de Orat. 160 b, Ne hæc difficiliora ad proſequendum eſſe videantur.

¶ *Comitor.* Att. 41 b, Spes quæ nos proficiſcentes proſequebatur. pro Planc. 264 a, Minturnenſes C. Marium linquentem eam terram quam ſeruauerat, lacrymis votisq́; proſecuti ſunt. I. A. 167 a, Quæ tam ingratæ literæ reperientur, quæ non eorum gloriam immortalitatis memoria proſequantur? Ep. 254 a, Mirabilis cum virorum bonorum beneuolentia proſecuta eſt. I. A. 263 a, Alicuius virtutem grata memoria proſequi. de Ar. 256 a, Effrenatos eius furores plauſu etiam ſuo proſequebantur. Ep. 226 a, Deinde impudentia proſequor, ſed idem ſarciam. de Am. 100 a, Quocirca & mortui viuunt: tantus eos honos, memoria, deſiderium proſequitur amicorum.

¶ *Retineo.* de Orat. 114 a, Genus orationis fuſum atq; tractum proſequendum eſt.

¶ *Inſector, vrgeo.* in Verr. 123 b, Proſequi aliquem verbis vehementioribus.

PROSERPINA, næ. *Libera.* I. V. 225 a, & ibidem, & de Natur. 38 b, *de raptu eius.*

PROSILIO, lis. *exilio, prorumpo.* pro Cæl. 50 b, Vt ſerui repentè proſilirent, hominemque comprehenderent. & 51 b, Proſilire. ꝓ Cæl. 51 a, Deinde temerè proſilierunt. & 51 b, * Quos quidem tu quamobrem temerè proſiluiſſe dicas atq; ante tempus, non inuenio.

PROSPECTO, as. *proſpicio, ſpecto.* I. V. 244 a, Quæ nauis proſpectare iam exilium videtur. * pro C. Cor. 1, Proſpectat videlicet Cominius quid agatur.

PROSPECTVS, ctus. *locus editus & apertus ad proſpiciendum, ſpecula.* pro Dom. 235 b, Porticus in Palatio pulcerrimo proſpectu. Attic. 188 b, Proſpectus maris. & 227 b, Quæris, vtrum magis tumulis proſpectuque, an ambulatione delecter.

¶ *Conſpectus.* I. V. 101 a, Producere aliquem in proſpectum populi. Acad. 20 b, O` præclarum proſpectum.

PROSPER, a, um. *ſecundus, felix, ad voluntatẽ noſtram fluens.*)(. *aduerſus, incommodus.* Off. 36 b, Cum proſpero flatu fortunę vtimur. Poſtq. 198 a, Proſpera, æquabilis, perpetuaq; fortuna ſecundo vitæ ſine vlla offenſione curſu. de Nat. 76 a, Ad proſperam aduerſámve fortunam qualis ſis, nihil intereſt. de Cl. 165 b, Poſteaq́; proſperæ res deinceps multæ conſecutæ ſunt. Attic. 139 b, Ego enim non iam id ago, vt proſperos exitus conſequar, &c.

PROSPERÈ. *feliciter.* Ep. 177 a, Omnia, vt ſpero, proſperè ꝓcedent. & 44 b, Ego verò velim mihi Tulliæq; meæ proſperè euenire ea, quæ me inſciente facta ſunt à meis. de N. 59 b, Magnis viris proſperè eueniunt ſemper omnes res. de Cl. 187 a. & pro Mur. 224 a. & Tuſcul. 138 b, Quin. Arrius omni iam fortuna proſperè functus.

PROSPERITAS, tis. *res ſecundæ, commoditas.*)( *afflictæ fortunæ.* de Fin. 68 a, Ariſtoteles virtutis vſum cũ vitæ perfectæ proſperitate coniunxit. de N. 77 b, Commoditatem proſperitatemq́; vitæ à dijs habemus, virtutem Deo acceptã nemo refert. & 78 a, Improborum proſperitates ſecundęq́; res redarguunt vim deorum. * Frag. epiſt. Honeſtarum rerum proſperitas.

† Syntaxis. *Proſpera, æquabilis, perpetuaq́; fortuna. Omni fortuna proſperè fungi. Commoditas, proſperitasq́; vitæ. Improborũ proſperitates & ſecundæ res.*

* PROSPERVS, a, um. *proſper.* de Som. 128 b, Deinde eſt hominum generi proſperus ac ſalutaris ille fulgor. *Ita legendũ aſſeuerat Lambinus, cùm vulgò proſper legatur.*

PROSPICIENDVS, a, um. *comparandus.* pro Syl. 177 a, Sed tamẽ munere ſeruili obtulit ſe ad ferramẽta proſpicienda.

PROSPICIENS. *prænoſcens.* Ep. 22 a, Sed vt ab homine longè in poſterum proſpiciente futura expecto. pro Mur. 138 a, Sapiens, ac multum in poſterum proſpiciens vir.

PROSPICIO, cis. *præuideo, præſentio.* Epiſt. 47 a, Multò enim ante, tanquam ex aliqua ſpecula, proſpexi tempeſtatem futuram. de Amic. 104 a, Longè proſpicere futuros caſus. pro Dom. 215 a, Proſpicere aliquid coniectura. I. V. 75 a, Proſpicere inſidias. Offic. 39 b, Proſpicere futura. Epiſtol. 22 a, Longè in poſterum proſpicere. & 84 b, Vt ſpero, vel potius vt proſpicio. pro Q. 6 a, Iam antè animo proſpicere aliquid. pro Cæl. 41 b, Proſpicere aliquid animo. ꝓ Clu. 24 a, Magium longè animo proſpexiſſe morientem. Epiſt. 105 a, Quem tamen ſi excideris, multum proſpexeris. de Ar. 244 a. Tum, inquam, tum vidi & multo antè proſpexi, quanta tempeſtas excitaretur, quanta impenderet procella reipub. pro Dom. 227 a, Sed proſpexiſtis, ne qua in vos aliquando inuidia redundaret. Attic. 157 a, Eaque ipſa tempeſtate euerſam eſſe rempubl. quam 14. annis antè proſpexerim. * I. V. 61 a, Iam nunc mente & cogitatione proſpicio, quæ tum ſtudia hominum, qui concurſus futuri ſint.

¶ *Conſulo, prouideo.* in Verr. 107 a, Conſulere filijs ac proſpicere debemus. I. V. 80 a, Vos quod ad famam veſtram pertinet, proſpicite atq; cõſulite. in Cat. 118 b, Quare P. C. cõſulite vobis, proſpicite patrię, &c. pro Clu. 50 a, Proſpicite id quod prouidendum eſt. Ep. 31 b, Rogo te, vt proſpicias & conſulas rationibus meis. de Ar. 257 a, Sed tamen huic malo populus Romanus proſpexit. * I. V. 167 a, Si ſocijs fideliſſimis proſpicere non laboratis. ibid. In reliquũ tempus ait ſe vectigalibus proſpexiſſe. I. V. 176 b, Vectigalibus proſpicio in decumis & in re frumentaria. * pro Flacc. 166 a, Nunquam tamen proſpexiſſe veſtræ ſaluti, conſuluiſſe vobis, &c. pœnitebit.

† Syntaxis. *Ad arma preſpicienda. Longè in poſterum proſpicere, Sapiens ac multum in poſterum proſpiciens. Ad famam proſpice atq; conſule & famæ. Proſpicite id, quod prouidendum.*

PROSTERNO, nis. *abijcio, affligo, profligo, ad caſum do, perdo, obtero, peruerto.* pro Cl. 32 a, Præcipitantem igitur impellamus, & perditum proſternamus. Parad. 118 a, Abijcere & proſternere ſe. Epiſt. 63 b, Proſternere atq; obterere obtrectationes maleuolorum. pro Plan. 269 a, Proſternere ſe, & ſupplicare alicui. pro Cl. 20 b, Mulier perfregit ac proſtrauit omnia cupiditate ac furore. I. A. 169 a, Ille ſe ad pedes meos proſtrauit lacrymans. & 193 a, Hircius hoſtes proſtrauit, fudit, occidit.

PROSTRATVS, a, um. *profligatus, afflictus, abiectus, perculſus, percitus.* I. C. 104 a, de Orat. 128 a, Afflicta & proſtrata virtus maximè luctuoſa eſt. Oct. 330 a, Afflictam & proſtratam rempub. extuliſti. pro Lig. 139 a, Proſtratus ad pedes, &c. in Catil. 104 b, Quando tandem illum mœrore afflictum eſſe & profligatum putatis? iacet ille nunc proſtratus, & perculſum ſe atq; abiectum eſſe ſentit. * pro Marc. 134 b, Quæ iacêre ſentis belli ipſius impetu perculſa atq; proſtrata.

PROSVM, es. *proficio, vtilitatem vel fructum affero, emolumentum facio, conſulo, orno.* Offic. 40 a, Qui nec alteri proſunt, vt dicitur. de Orat 95 a, Pudor, qui non modò non obeſſet eius orationi, ſed etiam probitatis commendatione prodeſſet. Epiſt 29 a, Sin à me eſt alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt. & 101 b, Metuo, ne artificium tuum tibi parum proſit.* Ep. 165 a, *Pollionis.* Qui prodeſſe nihil poſſunt.

PROTECTVS, a, um: & ior. pro Pl. 274 b, Aliquem protectum in acie hoſtium manibus eripi. I. A. 247 a, Sapientia cautioribus vtitur conſilijs, in poſterum prouidet, eſt omni ratione protectior.

PROTEGO, gis. *defendo.* Tuſc. 219 b, Cùm Africanus in acie M. Halienum ſcuto protexit. pro Syll. 176 b, Ego iacentem & ſpoliatum defendo & protego.

* ¶ *Tectum proijcio.* Top. 222 b, Quantum parietis communis tegendi cauſa tectum proijceretur, ex quo in tectum eius, ædes qui protexiſſet, aqua deflueret, id tibi ius videri.

PROTENDO, dis. *prorogo.* Ep. 160 b, Comitia tamen quando ex his pendes, quantum facere poſſumus, in Ianuar. menſem protendimus.

PROTENDOR, ris. Aſin. Ep. 164 b, Nec periculorum metu, quæ victoribus illis protendebantur, exercitum diminuere volui. & 165 a. *aliter, portendebantur.*

PROTERENDVS, a, um. *conculcandus.* pro Flacc. 157 b, Illi iſtum ſemper domi proterendum eſſe & conculcandum putauerunt.

PROTEROR, ris. ad Her. 40 b, Eam *vrbem* patiemini nunc ab homunculis deterrimis proteri & conculcari.

PROTERVITAS, tis. *petulantia.* pro Cæl. 43 a, De proteruitate, de ſumtibus, immenſa oratio eſt.

PROTERVVS, a, um. *petulans.* de Finib. 61 b, Alij audaces & proterui. pro Cęl. 45 b. de Finib. 132 b, Si vidua liberè, proterua petulanter viueret. ibid. Edictum proteruum.

PROTINVS, *ſtatim.* de Inu. 46 b, Principium eſt oratio perſpicuè & protinus perficiens auditorem attẽtum. de Diu. 90 b, Tum ei Deus præcepit, vt pergeret protinus: quid retrò fieret, ne laboraret. Att. 182 b, Illum arbitrantur protinus Patris in Siciliã. Qu. fr. 364 a, Rogo te vt Romã protinus perg[illegible]s. & 327 a, Cæſariſne tabellarius, vt is à te protinus mittat, &c.

PROTRAHOR, ris. *trahor.* in Ant. 157 a, Quis reum damnare audeat? vt ipſe ad operas mercenarias ſtatim protrahatur?

PROTRVDO, dis. *propello, impello.* de Fat. 149 a, Qui protruſit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit.

PROVECTVS, a, um. *natu grandior.* Tuſc. 168 b, Ex his igitur *beſtiolis* hora octaua quę mortua eſt, prouecta ætate mortua eſt: quæ verò occidente ſole, decrepita. de Cl. 176 a, C. Licinius ijſdem temporibus ferè, ſed longè ætate prouectus, habitus eſt ſanè luculentus patronus. de C. 109 a, Qui iam ætate prouecti in noſtris libris acquieſcunt. de Sen. 79 a, Non admodum grandis natu, ſed tamen ætate prouectior.

¶ *Progreſſus.* de Fin. 105 b, Sentio me eſſe longius prouectum, quàm ꝓpoſita ratio poſtularet. de Som. 82 b, Quorum vſq; ad extremum ſpiritum prouecta eſt prudentia. de Am. 102 b, Si longius in amicitiam prouecti eſſent, ſi amorem ad adoleſcentiam perduxiſſent. in Anton. 154 a, Nec ita multum prouectus ſum.

† Syntaxis. *Aetate prouectus. Longè ætate prouectus. Longiùs prouectus quàm propoſita ratio poſtulet. In amicitiam perpauci longiùs prouecti ſunt.*

PROVEHO, his. *produco, promoueo.* Tuſc. 217 b, In altumquè prouehitur imprudens. de Inu. 81 b, Nauis in portum prouehitur. de Diu. 92 b, Cùm tu equo aduectus, ad quandam magni fluminis ripam prouectus ſubitò in flumen delapſus es. in Verr. 253 b, Poſteaquam paulum prouecta claſſis eſt. pro Q. R. 50 a, Paulò longius oratio mea prouecta eſt. pro Dom. 219 b, Veſtra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam. Offic. 36 b, Cùm proſpero flatu fortunæ vtimur, ad optatos exitus prouehimur. de Aruſp. 254 a, Sulpitium longius quàm voluit, popularis aura prouexit. pro Milon. 112 a, Milo vitam ſuam nunquam in periculum ſine cuſtodia prouehebat. I. A. 251 a, b, Ecquo te tua virtus prouexiſſet? ecquo genus?

PROVEHOR, ris. *procedo.* in An. 216 a, Atq; etiã homines agreſtes inani ſpe ad aquas vſq; Puteolanas prouehuntur.

¶ *Impellor.* Attic. 282 a, Sed prouehor amore, non enim id propoſitum eſt huic epiſtolæ.

PROVENIO, nis. *exorior, venio.* de Sen. 81 a, Proueniebant oratores noui, ſtulti. ex Næuio. de Fin. 57 b, Nec quid prouenturum ſit, prouident.

PROVERBIVM, bij. *verbum, dictum, vel ſententia, quæ in ore omnium ferè verſatur, aut verſata quondam eſt. Hinc Adagium quoque appellatur quaſi (vt Varro docet) circumagium, quia circumagatur per omnium ora. Duo noſtra memoria viri clariſſimi Adagia collegerunt & explicarunt, Eraſmus ille Roterd. & Polydorus Vergilius Vrbinas, ſed hic ſacra potiſſimum, ille omnia delibauit.* I. V. 101 a, Iſtius iniquitas tum in ore vulgi & in communibus prouerbijs verſabatur. Offic. 7 b, Ex quo illud, Summum ius, ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermone prouerbium. de Fin. 124 b, & 125 a, Sed veteris prouerbij admonitu viuorum memini. I. V. 86 b, Quod eſt Græcis hominibus in prouerbio. Tuſc. 216 b, Illud ita peruulgatũ eſt, vt iam prouerbij locum obtineat, Hominẽ frugi omnia rectè facere. Orat. 220 b, Sed vt in prouerbio eſt, Scopas mihi videtur diſſoluere. de Fin. 65 b, An verum eſt hoc contritum vetuſtate prouerbium, Qui cum in tenebris mices? Ep. 155 a, Culpa enim illa, Bis ad eundem vulgari reprehenſa prouerbio eſt. Offic. 44 b, Omnino meminiſſe debemus id, quod à noſtris hominibus ſæpiſſimè vſurpatum eſt, iamq; in prouerbij conſuetudinem venit, Largitionem fundum non habere. de Finib. 86 b, Vt prouerbia nonnulla veriora ſint, quàm veſtra dogmata: vulgò enim dicitur, Iucundi acti labores. I. A. 252 a, Illud tamen verũ, quod in hoc Planco prouerbij loco dici ſolet, Perire non poſſe, niſi ei crura fracta eſſent: fracta ſunt, & viuit. de Am. 112 a, Et acta agimus, quæ vetamur veteri prouerbio. Off. 11 a, In Græcorum prouerbio eſt, Amicorum omnia eſſe communia. Offic. 67 b, Ruſtici, à quibus natum eſt id, quod iam tritum eſt vetuſtate prouerbium, &c. * de Sen. 78 a, Pares cum paribus, veteri prouerbio, facilimè congregantur. & 83 b, Nec vnquam ſum aſſenſus illi veteri laudatoq; prouerbio, quod monet.

† Syntaxis. *In ore vulgi atque in prouerbijs verſari. Tritum ſermone prouerbium. Illis eſt in prouerbio. Contritum vetuſtate prouerbium, & tritum. Id venit in prouerbij conſuetudinem.*

PROVIDENDVS, a, um: di, do, dum. *prænoſcendus, conſulendus.* pro Cl. 50 a, Proſpice id quod prouidendum eſt. de Diu. 134 b, Si Deus iſta viſa, nobis prouidendi cauſa dat. pro Pom. 9 b, Celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo in Verr. 114 a, Qua de re vobis magnopere prouidendum.

¶ *Præcauendus.* pro Mar. 134 a, Nunc venio ad atrociſſimã ſuſpicionem tuam, quæ non tibi ipſi magis quàm nobis omnibus prouidenda eſt.

PROVIDENS, tis *proſpiciens.* I. A. 190 a, Nobis vigilantibus, & multum in poſterum prouidentibus. Anteq. 194 a, Cùm pax publicè prouidenti eripiatur.

¶ *Præcauens.* de Finib. 67 b, Quod quidem ego à principio ita me malle dixeram, hoc ipſum prouidens dialecticas captiones.

PROVIDENS, tis, tior. *prouidus, prudens.* in Verr. 756 b, Obſignat ſignis amicorum prouidens homo. Epiſt. 84 a, Homo valde acutus, & multum prouidens.

¶ *Expeditus.* Epiſt. 30 b, Id enim mihi & ad breuitatem eſt aptius, & ad reliquas res prouidentius.

PROVIDENTIA, tiæ. *cura, gubernatio, conſilium, diuinum imperium, adminiſtratio, regnum, tutela, prudentia, numen.* de Inu. 82 a Prouidentia eſt, per quam futurum aliquid videtur antequam factum ſit. de N. 37 b, Mens mundi prouidentia appellari rectè poteſt. Græcè enim πρόνοια dicitur: hæc potiſſimùm prouidet, & in his maximè eſt occupata, primùm vt, &c. deinde vt, &c. de Nat. 5 a, Anus fatidica Stoicorum πρόνοια, quam Latinè licet prouidentiam dicere. de Diu. 104 b, Eſſe deos, & eorum prouidentia mundum adminiſtrari, eoſdemq; conſulere rebus humanis, nec ſolùm vniuerſis, ſed etiam ſingulis. Att 151 b, Tu me cura tua & prouidentia iuua. de Natur. 78 b, Diuinam prouidentiam, quocunque ſe moueat, efficere poſſe quicquid velit. de Vniu. 196 b, Hunc mundum eſſe diuina prouidentia conſtitutum.* de Nat. deor Eam materiam eſſe diuina prouidentia effectam. ibid. Iſti diuinæ prouidentiæ materiam præſtò eſſe oportuit, non quam ipſa faceret, ſed quam haberet paratam. pro Flac. 146 b, Si vnquam Reſpubl. conſilium, grauitatem, ſapientiam, prouidentiam iudicum implorauit.

PROVIDENTISSIME. de Nat. 76 a, Ratio ſanctiſſimè & ꝓuidentiſſimè conſtituta.

PROVIDEO, des. *proſpicio, conſulo, medeor.* I. V. 93 b, Quis non ex iniuria, quæ tibi facta eſſet, ſibi prouideret? Ep. 88 a, Vigilare, prouidere reipub. Ac. 16 a, Prouide etiam, ne, &c. Epiſt. 138 a, Actum eſt de te, niſi prouides. de Nat. 1 b, Ab ijſdem

iiſdem Diis vitæ hominum conſuli ac prouideri. ad Heren. 26 b, Ex aliorum euentibus, rationibus ſuis prouidere Qu frat. 296 a, Conſulere omnibus, mederi incommodis hominum, prouidere ſaluti.

¶ *Opitulor.* pro Cælio 41 b, Prouidere alicui contra aliquem.

¶ *Præuideo, præſentio.* Attic. 1 a, Prouide aliquid coniectura. de Diuin. 93 b, Animus ſeparatus à corpore, meminit præteritorum, præſentia cernit, futura prouidet. cont. Rull. 84 b, Multum in poſterum prouidere. pro Mur. 215 a, Eſt boni conſulis, non ſolùm videre quid agatur, verùm etiam prouidere quid futurum. * Epiſtol. 145 b, *Planci.* Quantum viribus eniti, conſilio prouidere, autoritate monere potuero.

¶ *Curo.* Epiſt. 239 b, Quod opus erit, prouideas atque adminiſtres. de Nat. 37 b, Prouidentia, quæ πρόνοια Græcè dicitur, hæc potiſſimùm prouidet, & in his maximè eſt occupata, primùm vt, &c. Epiſt. 3 a, Quæ vt quàm rectiſſimè agantur, omni cura prouidebo.

¶ *Præcaueo.* pro Planc. 270 a, Prouidere antè, & præcauere. Atticar. 169 a, Cætera quæ conſilio prouideri potuerunt, cauebuntur. & 172 a, Omnibus rebus cura & prouide, ne, &c. I. V. 261 b, Iam ſocij ne ſpoliaretur fide ac officijs prouiderunt. Epiſt. 83 a, Quæ præterea prouiderim, prærereo. & 45 b Multò antè prouidere aliquod malum. I. V. 74 a, Huic loco per deos immortales iudices conſulite & prouidete. Qu. frat. 297 b, Antè occupatur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit, ne occuparetur. in C 118 b, Circumſpicite omnes procellas, quæ impendent, niſi prouidetis. de Diu. 111 b, Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet, inſidias imperator, tempeſtates gubernator Attic 73 a, Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas dum ades, quicquid prouideri poteſt, prouide.

P R O V I D V S, a, um. *prouidens, cautus, multum in poſterum prouidens, proſpiciens.* de Diuinat. 133 a, Afflatus ex terra mentem ita mouens, vt eam prouidam rerum futurarum efficiat de Legib. 160 a, Homo animal prouidum, ſagax, &c. Part. 231 a, Orator prudens & prouidus. pro Sext. Roſc. 58 a, Is parum cautus prouidusque eſt. de Natur. 37 a, b, Natura conſultrix & prouida vtilitatum omnium. & 52 a, Prouida ſolerſq; natura.

† Syntaxis. *Prouidum facere rerum futurarum. Prouidum, ſagax animal. Cautus, prouidus. Natura conſultrix & prouida vtilitatum.*

P R O V I N C I A, ciæ. *propriè hoc nomine deſignantur regiones extra Italiam bello deuictæ atq; ſubactæ: quarum aliæ conſulares, ad quas gubernandas proconſules mittebantur: aliæ prætoriæ, ad quas prætores. quod cùm fiebat, in prouinciæ formam redigi dicebantur.* de Legib. 184 b, I. V. 55 b, Defendo prouinciam Siciliam totam. & 109 a, Sicilia princeps ſe ad fidem amicitiamque populi Rom. applicuit, & prima omnium prouincia eſt appellata. pro Flacc. 162 a, Cùm prouinciam Aſiam conſulari imperio obtineres. & 152 b, L. Sylla omnes Aſiæ ciuitates proportione in prouincias deſcripſit. pro Font. 276 a, Prouinciæ Galliæ M Fonteius præfuit. Epiſto. 208 b, Quæ vectigalia habent in prouincia Gallia I. A. 156 b, C. Cæſar legem tulit, ne prætoriæ prouinciæ plus quàm biennium obtinerentur. de Pro. 72 b, Vt prætores annuas prouincias habeant. pro Dom. 217 b, Tu prouincias conſulares, quas C. Gracchus conſtitui per ſenatum decreta lege ſanxit, lege Sempronia per ſenatum decretas reſcidiſti. I. P. 90 a, & Attic. 21 b, & Epiſt. 60 a, P. Lentulus prouinciam, quam & autoritate ſenatus & ſorte habebat, interpoſita religione depoſuit. Qu. fr. 307 b, Referebantur de prouincijs Quæſtorum, & de ornandis prætoribus. de Pro. 72 b, Ex conſulari prouincia facere prætoriam. in P. 87 b, Quas res geſſiſti in imperio, exercitu, prouincia conſulari? Epiſt. 241 b, Bellum in prouinciam Syriam illatum. Epi. 7 b, Ea eſt natura & regio prouinciæ tuæ. & 8 a, Cùm aliquantum ex prouincia atque ex imperio laudis acceſſerit Epiſt. 31 b, Vides ex S. C. prouinciam eſſe habendam. * I. A. 188 b, Qui omnino prouinciã neglexit: quam item magno animo & conſtanti C. Ceſtius repudiauit. I. Ant. 166 b, Cur prouinciæ Caſſio & Bruto datæ? I. P. 80 a, Ego prouinciam Galliam Senatus autoritate exercitu & pecunia inſtructam & ornatam, quam cum Antonio communicaui (*fortè commutaui rectiùs legeretur*) in concione depoſui. de Prouinc. 75 a, Nihil eſt quod eum de prouincia deuocent. pro P. Opp. Quos educere inuitos in prouinciam non potuit, eos inuitos retinere qui potuit? cont. C. Anton. Vt violaueris prouinciam pro Flac. 151 b, In eiuſmodi regione atque prouincia, quæ mari cincta, portibus (*al. portubus*) diſtincta.

¶ *Translatione, negocium, munus, onus, partes, opus, opera, penſum, labor, officium, officij munus, vis.* I. V. 212 b, Dare prouinciam vel negocium alicui. item, Illam ſibi ab iſto prouinciam datam. de Finib. 52 b, Hoc erit quaſi prouincias atomis dare, quæ rectè, quæ obliquè ferantur. pro Cælio 51 a, Deinde qui eam prouinciam ſuſceperint, vt in balneas contruderentur. pro Syl. 177 a, Is Illam ſibi officioſam prouinciam depopoſcit, vt prima luce conſulem ſalutatum veniret.

† Syntaxis. *Prouinciam obtinere conſulari imperio, habere, deponere, reſcindere. Prouincia alicui data.*

P R O V I N C I A L I S, le. Epiſto. 21 b, Rogo te ne patiaris mihi quicquam ad hanc prouincialem moleſtiã temporis prorogari. Q fr. 293 b, In qua ſcientia præſertim prouincialis ratio expedita eſt. I. C. 123 b, Prouincialia hoſpitia. Poſtq. 212 a, Prouincialia ornamenta. pro Sest. Prouincialis abſtinentia. eadem, Prouincialis integritas. Quint. frat. lib. 1, Prouincialis vel vrbana adminiſtratio. Fam. lib. 5, Prouinciale officium. Attic. lib. 6, Prouinciales aditus. Quint. frat. lib 1, Viri prouinciales. Attic. lib, 2, Negocia prouincialia. Quint. fr. lib. 1, Famil 15, Prouinciales amici.

P R O V I S I O, onis. *remedium, cautio.* de Am. 111 a, Omnino horum vitiorum atq; incommodorum ſumma cautio eſt, atq; vna prouiſio, ne nimis citò diligere incipiamus.

¶ *Præſenſio.* Tuſc. 197 a, Multum poteſt prouiſio animi & præparatio ad minuendum dolorem. Orat. 215 b, Vitium longa animimi prouiſione fugiẽdum. de Diu. 110 a, Quæ prouiſione aut commotione mentis ſentimus. * Partit. 236 a, Reliquum genus cauſarum aut in prouiſione poſteri temporis aut in præteriti diſceptatione verſatur.

P R O V I S V S, a, um. *antè prouiſus.* Part. 122 a, Cui viuendi via conſiderata atq; prouiſa eſt. Tuſc. 197 b, Cur fierent prouiſa leuiora? de Leg. 163 a, Quocirca vereor committere, vt non bene prouiſa & diligenter explorata principia ponantur. Tuſc. 197 b, Siue illa antè prouiſa expectata ſint, ſiue inueterauerint. & 201 b, Cùm videtur præcaueri potuiſſe, ſi prouiſum eſſet. Ep ſt. 4 b, Si quæ conabuntur agere, ſatis prouiſum eſt. Epiſtol. 31 b. Si rationibus meis à te prouiſum eſſe intellexero in C. 110 a, Mihi vt vrbi ſine veſtro motu (*al. metu*) ac ſine vllo tumultu ſatis eſſet præſidij, conſultum & prouiſum eſt. Attic. 119 b, Et vt eſſet à me (tute ſcis) multo antè prouiſum. Atticar. 111 b, Sanè multum in eo reipublicæ prouiſum eſt. & 22 b, Quod à me ita præcautum & prouiſum eſt. cont. Rull 87 a, & I. C. 108 b, Quæ timebatis ea ne acciderent, conſilio meo ac ratione prouiſa ſunt. Attic 241 a, Præſidia ſunt in multos annos prouiſa. * Tuſc. 201 b, Maris ſubita tempeſtas, quàm antè prouiſa, terret nauigantes vehementiùs.

P R O V O C A T I O, onis. *auxilium.* de Orat. 126 b, Prouocatio patrona illa ciuitatis ac vindex libertatis populo Rom. dari ſine nobilium diſſenſione non potuit. in Anton. 157 a, Quibus cùm prouocatio datur nónne acta Cæſaris reſcinduntur? cont. Rull. 72 b. Orbis terrarum gentiumque omnium datur cognitio ſine conſilio, pœna ſine prouocatione, animaduerſio ſine auxilio. de Leg 185 a, Militiæ ab eo qui imperabit, prouocatio ne eſto. & 187 b, Quid turpius, quàm ſine prouocatione ſenator? quam legatus ſine mandatis?

P R O V O C A T O R, oris. * pro Seſt. 26 a, Cùm verò ne de venalibus quidem homines electos, ſed ex ergaſtulis emptos, nominibus gladiatorijs ornârit, & ſortitò alios Samnites, alios prouocatores fecerit.

P R O V O C A T V S, a, um. Epiſt. 6 b, Qui mecum ſæpe non ſolùm à me prouocatus, ſed etiam ſua ſponte de te communicare ſolet. Offic. 10 b, Quidnam beneficio prouocati facere debemus? & Fin. 50 b, Quanquam à te ipſo id quidem facio prouocatus gratiſſimo mihi libro. Attic. 229 a, Te ſemper amaui, primùm tuo ſtudio, pòſt etiam beneficio prouocatus.

P R O V O C O, as. *laceſſo, tento, voco.* Epiſt. 97 a, Ego enim reſpondere faciliùs poſſum quàm prouocare. Tuſ. 219 b, Prouocare aliquem ad pugnam. Epiſt 15 a Si aliquando illa dicet, Phedriam intromittamus commeſſatum: tu, Pamphilam cantatum prouocemus. pro Pomp. 6 b, Prouocari iniurijs alicuius. de Orator 87 b, Prouocare aliquem. in Ant. 187 a. Lex. vt de maieſtate damnati ad populum prouocent, ſi velint. Attic. 86 b, Quàm rectè decretum ſit, tu iudicabis: ne ad Catonem quidem prouocabo. * Frag. epiſt. In quo tua me prouocauit oratio.

P R O V O C O R, ris. At 289 b. Prouocari in integrũ. *aliter, reuocari.* & 275 a, Reſpondere in amore eis, à quibus prouocere.

P R O V T. *vt, perinde vt.* Att. 173 b, Tuas literas, prout res poſtulat, expecto. in Ver. 125 b & Cæſ. 171 a, Prout Thermitani hominis facultates ferebant. in Ant. 203 b, Prout haberi lege liceret, ſi anno ſuperiore Quæſtor fuiſſet.

P R O X I M E. *nuperrimè, poſtremò, paulò antè, maximè in proximo.* Attic. 177 a, Literæ, quas proximè ad te dedi. de Natu. 9 b, Is quem proximè nominaui. Epiſtol. 60 a, Aduentus tuus, cùm proximè Romã veniſti. & 71 a, Literæ, quas à te pro-

ximè accepi. Part. 242 b, Quæ paulò antè & quæ proximè diximus. Epiſtol, 90 b, Illud tempus, quo proximè fuimus vnà. Attic. 121 a, Hęc ſcripſi ſedatiori animo, quàm proximè ſcripſeram. Epiſt. 87 b, Itaque Poſthumio, & ſæpiſſimè Attico noſtro, proximè Teudę totum me pateféci. de Natur. deor. 70 b, Muſæ eodem numero quo proximè ſuperiores.

¶ *Maximè.* de Cl. 274 a, Eiq; proximè adiūctus Druſus fuit.

¶ *Valde propè.* Epiſtol. 177 b, Ego huic tuæ virtuti proximè accedo. Orator. 216 b, Id ad numeros proximè accedit. in Ver. 110 a, & pro Rab. 91 a, Siculi ad noſtram diſciplinam proximè accedunt. de Fini. 101 a, Quorum ordo proximè accedit, vt ſit ſecundus ad regium principatum. I. A. 229, b, Brutus operam det, vt cum ſuis copijs quàm proximè Italiam ſit. Attic. 45 b, Nihil eſt neceſſe, quàm proximè Italiam eſſe. & 95 a, Habere exercitum quàm proximè hoſtem. * in L. Piſon. Proximè Pompeium ſedebam.

¶ *Subinde, poſtea.* Offic. 35 a, Proximè autem & ſecundum deos homines hominibus mâximè vtiles eſſe poſſunt. Q. Caſ. Epiſto. 189 b, Proximè hos chari, qui ſtudiorum tuorum ſunt æmuli. pro Cluent. 35 a, Sapientiſſimus eſt, cui quod opus ſit, ipſi veniat in mentem: proximè accedit, qui alterius bene inuentis obtemperat.

¶ *Fermè.* Epiſt. 132 b, Non poſſum non proximè atque ille, aut etiam æquè laborare. de Nat. 38 a, Proximè, &c. antè, &c. pro Rab. 128 a, Si ita feciſſem, me ſcilicet maximè, ſed proximè illum quoque feſelliſſem.

† Syntaxis. *Aduentus tuus, cùm proximè Romam veniſti. Paulò antè & proximè. Tempus, quo proximè dixi, fuimus. Virtute proximè accedens. Ad numerum proximè accedens. Proximè atque tu laboro, vel etiam æquè.*

PROXIMO, as. *proximus ſum,* de Nat. 48 a, Capiti autem equi proximat aquarij dextra.

PROXIMÒ. *aduerb. proximè.* Atticar. lib. 4, Ab Q. frat. accepi literas datas à litoribus Britanniæ, proximò ad calend. Octobr.

PROXIMVS, a, um. *temporis vi prælapſi.* pro Pomp. 14 a, Qui anno proximo legati fuerunt. de Cl. 168 a, Hunc proximo ſeculo Themiſtocles inſecutus eſt. de Finib. 75 b, Proximo anno. de Amic 96 b, Eoq; magis, quòd his proximis Nonis tu non affuiſti. Epiſtol. 15 a, Gabinius, quem proximis ſuperioribus diebus acerrimè oppugnaſſem, &c. in Cat. 97 b, Quid proxima, quid ſuperiore nocte egeris.

¶ *Loci ratione.* Acade. 26 b, Mare diſſimile eſt proximo ei continenti. de Nat. 36 b, Huic proximum inferiorem orbem tenet. Attic 9 a, Proximus Pompeio ſedebam. Epiſt. 264 b, Ego huic locum in proximo conduxi.

¶ *Dignitate, gradu, honore, meritis, ſtudio* pro Dom. 227 b, Proximus eſt huic dignitati ordo equeſter. pro Cluent. 50 a, Eques ſenatori dignitate proximus. de Finib. 127 b, Proximus grauitate. de Clar. 180 a, Duobus igitur ſummis Philippus proximus accedebat, ſed longo interuallo tamen proximus. Epiſt. 159 a, Laudem Planco proximam conſecutus es. Atticar. 17 b, Amore tibi nos proximi ſumus. de Clar. 184 b, Proximum optimis numerari. & 167 b, Huic Hiperides proximus fuit. Offi. 22 a, Callicratides, qui præfectus claſſis proximus poſt Lyſandrum fuit. de Senect. 85 b, Tunc hic fratre ſuo cenſore, qui proximus ante me fuerat, elapſus eſt. Or. 331 a, Qui proximus in illam æternam domum diſceſſerit. Offi. 24 a, Ad hanc rationem maximam vim natura habet, fortuna proximam. ad Brut. 90 b, Lepidus ſecūdum fratrem affines habet quos odit proximos. Attic. 1, b, Obſeruat L. Domitium maximè, me habet proximum. de Inuent. 94 a, Summa neceſſitudo honeſtatis, huic proxima incolumitatis, tertia & leuiſſima commoditatis. de Amic. 109 b, Si quam præſtantiam conſecuti ſunt, impertiant eam ſuis, communicētq; cum proximis. I. V. 269 b, Cùm hæc omnia tuis proximis plana fecero. Offic. 9 b, Iniurioſus in proximos. *id eſt, in propinquos ſeu affines.* Attic. 1 b, Me habet proximum. Attic. 26 a, Proxima eſt illi municipio hæc Anciatum ciuitas. Q. frat. 305 a, Intimus, proximus, familiariſſimus quiſq; ſibi pertimuit. de Legib. 178 a, Id habendum eſt Deo proximum, quod eſt optimum. de Inu. 80 b, Tyranno occiſo, quinq; eius proximos cognatione, magiſtratus necato.

¶ *Sequens.* Epiſt 160 b, Scilicet id agitur, vtrùm hac petitione an proxima prætor fias. Tuſc. 223 b, Primo & proximo die. pro Mil. 106 a, Clodius reliquit annum ſuum, ſeſeq; in proximum tranſtulit.

¶ *Vltimus.* Atti. 177 a, Ego tuis proximis, quas tamen iampridem accepi, nihil habeo quod reſcribam.

¶ *Præcedens.* Orat 218 a, Proximus à poſtremo.

¶ *Expeditus.* Offic. 41 b, Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis, &cæt.

PRVDENS, tis. *prudentia præditus, ſapiens, multarum rerum peritus magni conſilij vir.* Orator. 198 a, Vir naturà peracutus & prudens. de Orator. 88 a, Homo prudens & grauis. Partit. 231 a, Orator prudens & prouidus. pro Cluent. 39 b, Quis P. Octauio ingenio prudētior, iure peritior, &c. commemorari poteſt? de Orat. 88 a, Prudentium conſilia. de Amicit. 86 a, L. Acilius prudens eſſe in iure ciuili putabatur. de Clariſ. 175 a, Vt omnes ferè Stoici prudentiſſimi in diſſerendo ſint. de Diuini. 103 a, Alij quos prudentes, id eſt, prouidentes poſſumus dicere. pro Seſt. 6 a, Gnarus & prudens impendentium ſcelerum tantorum ac malorum. *Alij ignarus & imprudens legunt.* de Clar. 186 b, L. Torquatus elegans in dicendo, in exiſtimādo admodum prudens. Attic. 163 b, Ne te ſciens prudensq; cò dimittas, vnde exitum vides nullum eſſe. pro Mur. 133 c. Epiſt. 83 b, Vt in fabulis Amphiaraus, ſic ego prudens & ſciens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus. pro Font. 283 b, Prudens ad conſilia. de Leg. 165 a, Quis prudentem, & vt ita dicam, cautum, non ex ipſius habitu, ſed ex aliqua re externa iudicet?

PRVDENTER. *ſapienter prouidentiſſimè.* de Orator. 144 b, Vt hæc in cauſa prudenter poſſit intexere. de Am. 96 b, Multa prudenter prouiſa.

† Syntaxis. *Natura peracutus ac prudens. Prudens ac prouidus. Ingenio prudens. In iure prudens. Gnarus & prudens futuri. In exiſtimando prudens. Sciens prudensque facis.*

PRVDENTIA, tiæ. *ſapientia, intelligentia.*) (*. temeritas.* de Inu. 82 a, Prudentia eſt rerū bonarū & malarum, & vtrarumque ſcientia. de Nat. 67 a, Prudentia conſtat ex ſcientia rerum bonarum & malarū, & nec bonarum, nec malarum. de Fin. 141 a, Prudentia in delectu bonorum & malorum cernitur. & 128 a, Vt medicina valetudinis, ſic viuendi ars eſt prudentia. Offic. 32 b, Cognitionem prudentiamq; ſequitur conſiderata actio. ad Heren. 16 b, Prudentia eſt calliditas, quæ ratione quadam poteſt delectum habere bonorum & malorum. Dicitur item prudentia ſcientia cuiuſdam artificij. Item appellatur prudentia multarum rerum memoria, & vſus complurium negociorum. pro Seſt. 22 a, Hoc ſentire, prudentiæ eſt: facere fortitudinis. de Di. 85 b, Ratio atq; prudentia reip. gerendæ. de Orator. 93 b, Exercitatio intelligendi prudentiam acuit. Tuſc. 231 a, Si nulla virtus prudentia vacat, prudentia hoc videt. ad Heren. 17 a, Quam is prudentiam appellârit, ineptā, & odioſam ſcientiam eſſe dicemus. Offic. 31 a, Prudentia enim, quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandā intelligimus, quæ eſt rerum expetendarum fugiendarumq; ſcientia. Orat. 199 a, Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia. *id eſt, auditorum cognitio.* de Diui. 110 b, Phyſicorum eſt iſta prudentia. *id eſt, ſcientia vel cognitio.* de Senect. 93 a, b, Cùm tanta ſit memoria præteritorum, futurorum prouidentia. *Alij prudentia legunt.* de Orat. 120 b, Perſpicua ſunt hæc quidem, & in vulgari prudentia ſita. Part. 236 b, Prudentiam malitia imitatur. Offi 66 a, In malitia ſimulatio intelligentiæ. de Orator. 98 b, & 107 b, Prudentia iuris ciuilis. Attic. 97, Adeon' ego non perſpexeram prudentiam literarum tuarum? de Finib. 123 b, Omnibus artibus volumus attributam eſſe eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuiq; artificio præſunt, debent habere. Part. 232 b, Si neq; prudentiam eius impedias confuſione partium. *id eſt, intelligentiam.* Attic. 130 b, Non enim pro tua prudentia debes illud ſolùm animaduertere, quod in præſentia, &c. Offic 23 a, Ne ſcenici plus quàm nos videantur habere prudētiæ. & 29 a, Prudentia eſt ſcientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Offi. 39 b, Si exiſtimabimur adepti coniunctam cum iuſtitia prudentiam. I. A. 227 a, Prudentia in iudicando. Offic 66 a, Prudentia eſt locata in delectu bonorum & malorum. de Senect. 81 a, Temeritas eſt florentis ætatis, prudentia ſenectutis. de L. 168 a, Cùm homo exacuerit illam ingenij aciem ad bona deligēda, & reijcienda contraria: quæ virtus ex prouidēdo eſt appellata prudentia. * de Cl. 166 b, Qui eloquentiæ veræ dat operam, dat prudentiæ, qua ne maximis quidem in bellis æquo animo carere quiſquam poteſt. pro C. Cor. 1, Homo ſumma prudentia clarus. ibid. Homo illorum & vita & prudentia longè diſſimilis. Hortenſ. Ex quo ſapientia eſt appellata prudentiā. ibid. Prudentiæ partes ſunt memoria, intelligentia, prouidentia. de Orat. 108 b, Si homines non eruditi ſummam eſſent prudentiam atq; incredibilē eloquentiam conſecuti. & 109 a. Noſtrorum hominum in omni genere prudentiam Græcis anteferre. ibid. Nō cognitis rebus omnibus, quæ in tantam prudentiam pertinerēt. de Orat. 156 a, Malim indiſertam prudentiam, quàm ſtultitiam loquacem. Partit. 236 b. Quæ prudentia, quæ calliditas, quæq; grauiſſimo nomine ſapientia appellatur, hæc ſcientia pollet vna. ibid. Illa prudentia in ſuis rebus domeſtica, in publicis ciuilis appellari ſolet. Part. 237 a, Illam di-

ſputandi prudentiam concertatio captatioq; verboruum imitatur. pro Marc. 134 b, Omitte quæſo iſtam doctorum hominum in contemnenda morte prudentiam. Offic. 66 a, Aſtutiæ tollendæ ſunt, eaq; malitia, quæ vult quidem videri ſe eſſe prudentiam, ſed abeſt ab ea diſtatq; plurimum. Epiſt. 207 a, Sed hoc quale ſit, tu pro tua prudentia conſiderabis. Q. frat. 207 a, Neq; enim prudentia tua cuiuſquam præcepta deſiderat.

† Syntaxis. *Ratio & prudentia Reip. gerendæ. In vulgari prudentia ſitum, perſpicuumq; Futuri prouidentia. Literarum prudentia,*

PRVINA, næ. de Nat. 31 a, Aquam conglaciare frigoribus, & niue pruinaq; concreſcere. I. C. 109 b, Pruinas ac niues perferre. de Somn. 129 b, Quorum *cingulorum* duos obriguiſſe pruina vides.

PRYTANEVM, nei. *publica domus Athenis, in qua viri de republica benemeriti publicè alebantur: ad cuius imitationē, alterum erat in Sicilia, in vrbe Acradina, ornatiſſimum.* in Verrem 228 a, & de Orator. 105 a.

PSALLO, lis. *fidibus cano, lyram pulſo.* I. C. 109 a, Pueri lepidi ac delicati, qui cantare & pſallere didicerunt.

PSALTERIVM, terij. *fides, lyra. ſunt tamen quibus hic placeat pſaltrius, trij, qui Grecè ψάλτης, vel ψάλτης dicitur: id eſt, fidicen.* de Aruſp. 254 a, A' Strophio, ab pſaltrio (*al. à pſalterio*) eſt factus popularis.

PSALTRIA, triæ. *mulier fidibus docta.* pro Seſt. 25 a, Qui in cœtu mulierum pro pſaltria adducitur & Tuſ. 200 b, Pſaltriam adducamus. * in Clod. Quem inceſſus pſaltriæ decet.

* PSALTRIVS, ij. *fidicen.* de Aruſp. 254 a, P. Clodius à crocota, &c. à ſtrophio, à pſaltrio, (*al. à pſalterio,*) à flagitio, à ſtupro, eſt factus repentè popularis.

PSEPHISMA, tis. *decretum.* pro Flac. 149 b, Porrexerunt manus, pſephiſma natum eſt. pro Flac. 149 a, Sic ſunt expreſſa iſta præclara, quę recitantur pſepiſmata non ſententijs, nec autoritatibus declarata, &c. & 161 b, Poſſem recitare pſephiſma Smyrnæorum, quod fecerunt in Caſtritium mortuum.

Ψευδησιόδειον, *quod falsò Heſiodo adſcribitur.* Attic. 14 b,

PSEVDOCATO, *fictus Cato.* Attic. 10 a.

PSEVDODAMASIPPVS. Epiſt. 106 a, Enim Damaſippus in ſententia non manebit, aliquem Pſeudodamaſippum vel cum iactura reperiemus. *id eſt, fictum Damaſippum.*

PSEVDOMENVS. *mentiens, fallax.* de Diui. 110 b, Quomodo autem mentientem diſſoluas, quem pſeudomenon vocant. * Hortenſ. Túne Pſeudomenon & Soritem, & totam Dialecticam, aut illudis, aut increpas? Acad. 37 a, De ſorte aut pſeudomeno *diſſeramus*: quas plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt.

PSEVDOPHILIPPVS, pi. *falſus vel fictus Philippus.* contra Rull. 84 a.

PSEVDOTHYRVM, ri. *falſa ianua: alij poſticum vocant.* Poſt. red. 207 a, Non ianua receptis, ſed pſeudothyro intromiſſis voluptatibus. I. V. 118 b, Ea HS. quemadmodum ad iſtum per pſeudothyrum poſtea reuertātur, tabulis vobis & teſtibus iudices planum faciam.

PSYCHOMANTIA, æ *necromantia.* de Diuin. 107 a, Nec pſychomantiam, &c. quibus Appius vti ſolebat agnoſco.

PSYCHOMANTIVM, tij *locus vaticinationum.* Tuſcula. 173 b, Veniſſe in pſychomantium,

PTE. Attic. 96 a, Qu. puer ſuapte piè ſanè, me quidem hortante, matrem patri ſuo reconciliauit. de Nat. 15 a, Suopte pondere deorſum ferri. de Orat. 143 b, Craſſus ſuapte interfectus manu. de Orat. 117 b, & 212, Suapte natura facere aliquid.

PTOLEMAEIVM. *gymnaſium.* de Finib. 124 a, * Cùm audiuiſſem Antiochium, &c. cum M. Piſone diſputantem in eo gymnaſio, quod Ptolomæium vocatur.

PTOLEMAIS *vrbs.* Epiſt. a, Ptolemaide aut aliquo propinquo loco collocato.

PVBER, ris. *adoleſcens.* Offic. 26 a, Noſtro quidem more cum parentibus puberes filij non lauantur. de Orat. 119 b, Pater filium puberem habens.

PVBERTAS, tis. *pili qui primi puberibus efflореſcunt.* de Nat. 43 a, Vt ſi quis dentes & pubertatem natura dicat exiſtere,

PVBES, bis. *puber.* pro Rab. 97 a, Nemo pubes tum fuit, quin arma ceperit. pro Mil. 113 a, Ea poteſtas, cui ſenatus omnē Italiæ pubem commiſerat.

PVBESCO, ſcis. *adoleſco.* Offic. 24 a, Hercules cùm primùm pubeſceret, exiſſe in ſolitudinem dicitur. de Na. deor. 2 a, Cœli mutationes, quibus omnia quæ terra gignat, maturata pubeſcunt. de Nat. deor. 43 a, Sol efficit, vt omnia floreant, & in ſuo quæq; genere pubeſcant. & 36 a, Multa, quibus animantes alantur, augeſcantq; & pubeſcant, maturitatemq; aſſequantur quę oriuntur è terra. Tuſc. 162 b, Vires lætificæ pampinis pubeſcere.

PVBLICANA, næ. I. V. 165 a, Muliercula publicana.



PVBLICANVS, ni *qui vectigal exercet & exigit, vectigalis.* pro Plan. 263 b, Flos equitum. Rom. publicanorum ordine continetur. pro Pomp. 6 b, Publicanorum familiæ, quas in Salinis habent. Epiſt. 207 a, Ordo publicanorum pro Dom. 227 b, Ordo equeſter, *id eſt, publicani.* Attic. 17 a, Cato publicanos tertium iam menſem vexat. Attic. 67 a, Tu autem ſæpe dare tabellarijs publicanorum poteris per magiſtros ſcripturæ. Q frat. 291 a, Improbum negociatorem, paulò cupidiorem publicanum comprimere non poſſis. Qu. frat. 296 b, Qui péndere ipſi vectigal ſine publicano non potuerunt. * Qu. frat. 296 a, Huic tuæ voluntati ac diligentiæ difficultatem magnam afferunt publicani: quibus ſi aduerſamur, &c. Sin autem omnibus in rebus obſequemur. & b, Vt & publicanis ſatisfacias: præſertim publicis malè redemptis. ibidem. Non eſſe leniores in exigendis vectigalibus Græcos quàm noſtros publicanos. ibidem. Nomen publicani neq; ij debent horrere, qui ſemper vectigales fuerunt: neq; ij aſpernari, qui per ſe pendere vectigal non potuerunt: neq; ij recuſare, qui poſtulauerunt. ibidem. Quod ſi genus ipſum & nomen publicani non iniquo animo ſuſtinebunt. ad Qu. frat. 296 a, Quanta ſit in publicanis dignitas. ibidem. Vt publicanos cum Græcis, gratia atq; authoritate coniungas. ibid. Neceſſitudo eſt nobis cum publicanis.

PVBLICATIO, onis. *proſcriptio.* in Catil 120 b, Adiungit etiam publicationem. pro Plan. 280 a, Cùm publicatio bonorum proponeretur.

PVBLICE'. *vulgo.*) (.*priuatim.* Attic. 159 a, Publicè tamen ſcripſi pro S. R. 37 b, Res tanta, quæ publicè geſta atque commiſſa ſit.

PVBLICIVS vates. de Diu. 104, & 132.

PVBLICO, as. *publicum facio, præconi publico ſubijcio.* cont. Rul. 77 b, Priuata publicare, publica liberare. & 62 b, Agros, quos ipſis libeat, publicare. pro Dom. 217 a, Qui Ptolemæum regem Cypri cauſa incognita publicaſſet.

PVBLICOR, ris. *proſcribor.* pro Seſt. 16 a, Vt rex cùm bonis omnibus publicaretur. Atticar. 280 b, Publicata dona. de Inuent. 64 a, Lex ſi qua roſtrata nauis in portu deprehenſa ſit, publicetur. I. C. 119 b, Bona prætera publicari iubet.

PVBLICVS, a, um. *communis.* de In. 51 a, Publicum eſt, quod ciuitas vniuerſa aliqua de cauſa frequentat. & ibidem: Publicum commune, ſingulare. I. V. 63 b, Recita literas publicas. & 164 a, Teſtimonium publicum. pro Cl. 33 a, Ipſe è publico iudicio ad priuatum Staleni iudicium profectus eſt. cont. Rul. 73 b, Sunt loca publica vrbis, ſunt ſacella &c. & 82 b, Agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coëmit. pro Mil. 115 b, Memoria publica recenſionis tabulis publicis continetur. pro S. R. 28 a, Antea cauſam publicam nullam dixi. I. V. 254 b, & 131 b, In publico eſſe non audet. contrà Rull. 68 b, Lex in publicum proponitur. Topic. 223 b, Litora omnia publica eſſe. Attic. 88 a, Nos publicam propè opinionem ſecuti ſumus. & 123 b, Proponere epiſtolam in publico. Qu. frat. Hic te ita verſari, vt & publicanis ſatisfacias, pręſertim publicis malè redemtis. *publicis, intellige vectigalibus, ſeu rebus.* * Attic. 118 b, Eas literas ſi quo ille miſit, in publico proponat velim.

† Syntaxis. *Publicum commune.*) (.*ſingulare. Ager qui in publicum Campanum incurrit. In publico eſſe non audes. In publicum proponere. Quid eſt publica malè redimere?*

PVDENDVS, a, um. in Ant. 195 a, Vt iam pudendum ſit, honeſtiora eſſe legionum decreta, quàm ſenatus.

PVDENS, tis. *verecundus.* in Ver. 76 b, Nec impudentiæ ſuę pudentem finem quæſiuit. pro Flac. 156 b, Pudentiſſimus atque optimus vir. Epiſt. 20 a, Homo pudens. in Verr. 184 a, Nauus & pudens & probus filius. & 95 b, Pudentiſſima fœmina. ad Herenn. 20 b, Riſus pudens & liberalis. in Anton. 189 a, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum.

PVDENTER. *verecundè.* in Vat. 30 a, Pudenter viuere. de Orator. 142 a, Pudenter facere aliquid. pro Qu. 6 b, Prudenter appellare aliquem. Epiſt. 108 a, Parum pudenter rogare aliquem.

PVDENTIVS. *aduerb.* de Orat. 142 a.

PVDENTISSIME'. Attic. 261.

† Syntaxis. *Pudentiſſimus vir. In illo nihil pudens, nihil pudicum. Nauus, pudens ac probus filius. Pudens riſus & liberalis.*

PVDENDO. de Orat. 95 a, Non enim pudendo, ſed non faciendo id quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus. de Cl. 181 b, Induci ad miſericordiam, ad pudendum, ad pigēdum, Tuſ. 177 b, Magis eſſet pudendū ſi, &c.

PVDET, bat. *pudore afficior, erubeſco.* Orator. 211 b, Patris mei meûm factûm pudet, *pro, meorum factorum.* de Diuin. 115 b, Pudet me non tui, ſed Chryſippi. I. A. 229 a, Cuius eos non pudere miror. & 241 a, Pudet optimi exercitus, qui, &c.

pro Dom.219 a, Me non ſolùm piget ſtultitiæ meæ, ſed etiam pudet. Epiſt.51 a, Plura me ad te hac de re ſcribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. de Fin.65 b, Quaſi me pudeat iſtorum. Orato.210 b. Verſus ille qui vetat artem pudere proloqui, quam factites. I. Ver.72 b, Sunt homines, puos libidinis infamiæq; ſuæ neq; pudeat, neq; tędeat. & 263 b, Ita tui huiuſcemodi criminis maximè eum pudet? pro Arch.188 a, Ne autem puid pudeat? qui, &c. de Orat.88 b, Et hæc ętas noſtra quod interdum pudet, iuris ignara eſt. & 95 a, Quem non pudet, hunc pœna dignum puto. de Nat.23 a, Puderet me dicere non intelligere, ſi vos ipſi intelligeretis. I. P.29 b, Craſſe pudet me tui. Q. frat.295 b, Non me hoc iam dicere pudebit. de Leg.166 a, Ac me nimirum iſtorum philoſoporum pudet. pro Flac. 157 a, Nónne eſſet puditum, ſi hanc cauſam agerent ſeuerè, legatum ſuum dici Mæandrium? * de Natur.17 b, Non pudet igitur phyſicum, id eſt, ſpeculatorem venatoremq; naturæ, ab animis conſuetudine imbutis petere teſtimonium veritatis?

† Syntaxis. *Pudendo impudens es. Ad pudendum inductus. Pudendum eſt, ſi. Tu cenſes pudere loqui, quod facis? Non eſſet puditum, ſi, &c.*

Pvdicitia, æ. pudor. de Aruſp.245 b, An ex ſororis cubiculo egreſſus, pudorem pudicitiamq; defendat. pro Cæl. 46 b, Parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam. & 47 b, Expugnare pudicitiam. pro Cluent.20 a, Eam non pudor, non pudicitia à cupiditate reuocauit. pro Rab.92 a, Hunc nec ſuæ nec alienæ pudicitiæ peperciſſe. pro Mil. 103 a, Eripere pudicitiam alicui. de Leg.166 a, Erubeſcunt pudici etiã loqui de pudicitia. * pro Cæl 38 b, Nam quod obiectum eſt de pudicitia. de Leg.166 a, Quid de verecundia, pudore, pudicitiaq; dicemus.

Pvdicvs, a, um. *verecundus, caſtus.* Oct.331 b, Audiet C. Marius impudico domino ſeruire nos, qui ne militem quidem habere voluit niſi pudicum. I. A.189 a, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihihil pudens, nihil pudicum. * I. A. 161 b, Pudica domus. de Leg. 166 a, Erubeſcunt pudici etiam loqui de pudicitia. *Alij legunt, erubeſcunt: & pudet impudica loqui.* ibid. Poſſumus eos, qui ſtupro arcentur infamiæ metu, pudicos dicere?

† Syntaxis. *Pudor & pudicitia. Pudicitiam expugnare, eripere alicui. Pudens. pudicus.*

Pvdor, is. *verecundia, rubor, ingenuitas, modeſtia.*)(*.petulantia.* Tuſc.213 a, Ex quo fit, vt pudorem rubor conſequatur. de Orato.95 a, Fuit enim mirificus quidam in Craſſo pudor. & 109 a, Quantum illius ætatis patiebatur pudor. & ibi. b, Tuſcu. Pudore à dicendo & timiditate ingenua quam refugiſti. de Pro.71 b, Homo, in quo aliquis ſi non famę pudor, at ſupplicij timor eſt. Epiſt.74 b, Non dimittam pudorem in rogando meum. pro Cl.20 a, Quem non pudor, non pudicitia à cupiditate reuocauit. de Ar.245 b, Pudorem pudicitiamq; defendere. * in Clod. Integritas tua te purgauit, pudor eripuit. de Orat.125 a, Sed hæc adiuuant in oratore, lenitas vocis, vultus, pudoris ſignificatio pro S. R.43 b, Ad dicendum impedimento eſt ætas & pudor, qui ornat ætatem. pro Clu.20 a, Vt eam non pudor, non pudicitia, &c. à cupiditate reuocaret. pro Pl.264 b, Vt & contubernij neceſſitudo & adoleſcentuli modeſtiſſimi pudor poſtulabat. pro Arch.191, Quare conſeruate hominem pudore eo, quem amicorum ſtudijs videtis comprobari. de Finib 88 b, Ineſt *in animi partibus* moderator cupiditatis pudor. de Leg.166 a, Quid de verecundia, pudore, pudicitiaq; dicemus? Epiſt.67 a, Coràm me tecum eadem hæc agere ſæpe conantem deterruit pudor quidam penè ſubruſticus. Epiſtol.122 b, *Cœlij.* Cætera, &c. pudore Tulliæ, ſi qua reſtabunt, confido celeriter ſublatum iri.

† Syntaxis *Pudore & ingenua timiditate à dicendo refugere. Pudorem dimittere. Pudor, pudicitiaque.*

Pvella, læ. Attic.4 a, De tutela legitima, in qua dicitur eſſe puella, nihil vſucapi poteſt.

Pver, ri. *filius, infans puer, ſeruus.* Orat.207 b, Neſcire autem quid antequã natus ſis, acciderit, eſt ſemper eſſe puerum. pro Arc.186 a, Vt primùm ex pueris exceſſit Archias. pro S. R.44 a, Infantium puerorũ incunabula. I. A. 169 a, Puer emptus libidinis cauſa. de Cla 175 a, C. Gracchus doctus à puero. Tuſ.240 b, Homo doctus à puero, & artibus eruditus. Epiſt.210 b, Idq; à puero. Attic.11 a, Eunti mihi Antium, venit obuiam puer tuus: is mihi literas à te reddidit. & 57 a, Sed iam ſubitò fratris puer proficiſcebatur. Att.41 a, Eo die pueri tui mihi à te literas reddiderũt, & alij pueri poſt diem tertium eius diei literas alias attulerũt. de Orat. 85 a, Ad eas artes, quibus à pueris dediti fuimus. Atti.274 a, Cæſaris pueri mirifica indoles virtutis. * de Senect.93 b, Quod iam pueri, cum artes difficiles diſcant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, vt eas non tum primum accipere videantur, ſed reminiſci & recordari. Incert. Eſt cauſa difficilis laudare puerum. Non enim res laudãda, ſed ſpes eſt. ad Heren.27 a, Pueri tui modò me pulſauerunt. & b, Hic tuus ſeruus me pulſauit. Tuſc.240 a, Tum ad menſam eximia forma pueros delectos iuſſit conſiſtere, eosq; ad nutum illius intuentes diligenter miniſtrare. Attic.228 b, *Antonij.* Voles P. Clodiũ in ſpe optima puerum repoſitum exiſtimare, &c. de Fin.91 b Puerum diligis. ibid. Multa iam mihi dare ſigna puerum & pudoris & ingenij ibi. Sed inſici tamen iam debet *puer* ijs artibus, quas ſi, dum eſt tener, combiberit, ad maiora veniet paratior.

Pverilis, le. de Orator. 118 a, Exercitatio penè puerilis. pro Arch.186 a, Aetas puerilis. de Finib.63 b, Delectatio puerilis. de Diuin.110 a, Is autem Tages puerili ſpecie dicitur viſus.

Pveriliter. *ſtultè.* Academ.9 b, Nam cùm dicunt hoc ſe vnum tollere faciunt pueriliter. & 14 b, & de Fin.52 b.

† Syntaxis. *Id eſt, ſemper eſſe puerum. Infans puer. A' puero, à pueris.*

Pveritia, tiæ. *primum tempus ætatis, primus actus vitæ, ætatis tyrocinium.* pro Pomp. 9 a, Pompeius è ludo atque pueritiæ diſciplina in militiæ diſciplinam profectus eſt. & ibi. Qui extrema pueritia miles fuit ſummi imperatoris. de Senect.78 a, & 83 b, Quí enim citius adoleſcentię ſenectus, quàm pueritiæ adoleſcentia obrepit? de Offic.130 b, & 64 b, & 65 b, Qui me à pueritia ſua ſemper obſeruauit. & 52 a, & 8 b, Quæ mihi à pueritia tua cognita eſt.

Pvervlvs, li. *puſio.* Topic. 222 a, Secundum puerulorum tabulas. * pro Sext. Roſc. 38 b, Vt inter ſuos omnium deliciarum atq; omnium artium puerulos, ex tot elegantiſſimis familijs lectos velit hos verſari homines.

Pvgil, lis. *athleta.* de Clar. 187 a, Pugiles inexercitati etiam ſi pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre poſſunt, ſolem tamen ſæpe ferre non poſſunt. Attic.210 a, Carneades παραβολὴν pugilis, retentionem aurigæ ſimilem facit. Tuſc.183 b, Pugiles ceſtibus contuſi, ne ingemiſcunt quidem. & 187 a, Pugiles etiam cùm feriunt aduerſarium in iactandis ceſtibus, ingemiſcunt. * pro Flacc.152 b, Quid ſi etiam occiſus eſt à piratis Adramitenus homo nobilis, cuius eſt ferè nobis omnibus nomen auditum, Acinas pugil Olympionices.

Pvgillatio, onis. *pugillum exercitatio.* de Leg.177 b, Ludi publici ſint corporum certationes curſu & pugillatione, luctatione, curriculisq; equorum, vſq; ad certam victoriam circo conſtitutis.

Pvgio, onis. *gladius breuis, ſica.* in Ant.165, Brutus cruentum altè extollens mucronem, & ibid. Qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit. de Finib.117 a, O' plumbeum pugionem. Epiſt.56 b, A' P. Magio pugione percuſſum eſſe. Atticar.38 b, Scriba Bibuli pugionem mihi à Bibulo attulit. * I. A.167 a, Cruentum pugionem tenens.

Pvgivncvlvs, li. Orat.219 a, In ijs, quibus vt pugiunculis vti oportet. * cont. C. Anton. Illo Hiſpanienſi pugiunculo neruos incidere ciuium Rom. non potuerunt.

Pvgna, næ. *prælium.* I. C.112 a, Tum interuentu Pontini pugna quæ erat commiſſa, ſedatur. I. V.241 b, Nonnunquam etiam res ad manus atq; ad pugnam veniebat. pro Mil. 112 a, Incerti exitus pugnarum, Marsq; communis. de Diuin.130 a, Hic verò quanta pugna eſt doctiſſimorum hominum. * de Orator.116 a, Aliud pugna & acies, aliud ludus campusq; noſter deſiderat. I. V. 228 b, Pugna erat equeſtris Agathoclis regis in tabulis picta præclarè. pro Mur.132 a, Quid illam pugnam naualem ad Tenedũ, &c. mediocri certamine & parua dimicatione cõmiſſam arbitraris? ibid. Cuius ex omnibus pugnis, quæ ſunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quæ cum rege cõmiſſa eſt & ſumma contentione pugnata. Qua ex pugna cum ſe ille eripuiſſet, & Boſphorum confugiſſet. I. A, 158 b, Lætitiæ vſus (*al. riſus*) ſatis eſt maximæ præclariſſimæq; pugnæ. de Diuin.119 b, Multa ante Lacedæmoniorum malam pugnam in Leuctris à Calliſthene commemorata dixiſti. Attic. 74 b, Epheſum venimus ad XI. Calend. Sextil. Sexageſimo & quinto poſt pugnam ad Bouillas. & 89 b, Poſt Leuctricam pugnam die ſeptingenteſimo ſexageſimo quinto.

† Syntaxis. *Commiſſa pugna ſedatur. Ad manus & ad pugnam venit res. Pugna ſumma contentione pugnata.*

Pvgnaciter. *pertinaciter.* Acad.47 a, Certare cum aliquo pugnaciter de omni ſtatu totius vitæ. & 3 a, Pugnaciſſimè defendere ſuam ſententiam.

Pvgnans, tis. Orat.200 b, Conferre pugnantia, & comparare contraria. Tuſcula.250 b, Pugnantia te loqui non vides?

Pvgnatvr. Offic.74 a, Cùm à conſulibus malè pugnatum apud Caudium eſſet.

* Pvgnatvs, a, um. pro Mar.152 a, Quæ *pugna* cum rege commiſſa eſt, ſumma contentione pugnata.

PVGNAX,cis.*pertinax,bellicoſus*.de Orat.92 b, Carneades dicere ſolebat,me ſibi perfacilem in dicendo, te perpugnacem in diſputando eſſe viſum. & 138 a, Exordium dicendi vehemens & pugnax. de Cl.375 b, Oratio pugnax. Epiſt.122 b,Pugnax in vitijs.I.P.94 b,Grȩcus facilis & valde venuſtus,nimis pugnax contra ſenatorem populi Rom. eſſe noluit. IA.219 a,Saxa centurio pugnax & lacertoſus.

† Syntaxis. *In diſputando perpugnax.Centurio pugnax & lacertoſus.*

PVGNO,as. *dimico,certo,decerto, cerno,congredior, depugno, contrarius ſum*. pro Cor.59 a,Qui cum hoſte noſtro cominus in acie ſæpe pugnauit.Att.105 a,Niſi forte hæc illi tum arma dedimus,vt nunc cum bene parato pugnaremus. Epi. 77 a, Quauis conditione pacem accipere malui, quàm viribus cum valentiore pugnare. de Inu.48 a, Pugnare pro commodis patriæ.) (*oppugnare*.de Orator. 105 a, Sed ego ne cum iſta quidem arte pugno.de Nat.60 a, Videtur Epicurus de dijs immortalibus non magnopere pugnare. Acad.15 a,Hic pugnes licet, non repugnabo. de Finib.79 a, Pugnant Stoici cum Peripatheticis. & 88 b,Sed hæc inter ſe pugnant.I.A.164 a,Tota in oratione tecum pugnas: & non modò non cohærentia inter ſe dicis,ſed maxime diſiuncta atque contraria. * pro C. Corn.a, Pugnem apertè contra nobiliſſimorum hominum voluntates? pro S.R. 23 a,Vt quoniam crimine nõ poterant, tempore ipſo pugnarent. Tuſc.177 a,Vt cum eorum vita (*apud Lactantium li.3 Inſtit.ca.15. additur, & vitijs*) mirabiliter pugnet oratio.

¶ *Curo,contendo.* Epiſt.40 b, Illud pugna & enitere, ne, &c. pro S.R.19 b, Hoc ſolùm pugno,vt.&c. * pro C. Corn.1, Quod palàm iam iſti defenſores iudiciorũ pugnauerunt.

PVGNVS, gni. de Cl. 187 a, Pugiles exercitati pugnos & plagas ferre poſſunt.I.V.159 b,Pugnis & calcibns conſcindere aliquem.Parad.120 a, Quando verbis contendimus inter nos,non pugnis. Tuſcu.243 b, Certare pugnis,calcibus,vnguibus,morſu.Orato.207 a, Comprimere digitos, pugnumq; facere.Acad.36 b,Pugnum facere, & pugnum arctè vehementerq; comprimere. de Fin.67 a, Zeno rhetoricam palmæ,dialecticam pugno ſimilem dicebat.

† Syntaxis. *Pugnis conſcindere aliquem. Pugnum facere, & arctè comprimere.*

PVLCHELLVS,a,um.Attic.12 b,Surgit pulchellus puer.de Orator.133 a, Audiamus pulchellum puerum.Epiſto.106 a,At pulchellæ ſunt.

PVLCHER,a,um.*formoſus, decorus, præclarus,viſendus,inſignis, egregia forma, ſpecie liberali,egregia facie,eximia facie.* Offi 29 a, O puerum pulchrum Pericle Tuſcu 240 a,Suum cuique pulchrum eſt:de tua,me delectant mea.pro Mur.129 q,Ne pulchrum te ac beatum putes. de Senect. 88 a, Vua quid poteſt eſſe tum fructu lȩtius,tum aſpectu pulchrius?

PVLCHRE. *probe,præclarè.* de Diui 115 b, Proxima hoſtia litatur ſæpe pulcherrimè.de Nat 24 b,Mihi pulchrè eſt,ego beatus ſum.de Fin.77 b, At quàm pulchrè dicere videbare.Orat.219 a,Pulchrè & oratoriè dicere. pro Cluen. 32 a, Is pulchrè aſſeuerat ſe,&c. Epiſt, 157 a, Lepidum pulchrè nôram.& 51 a,Pulcherrimè ferre fortunam aduerſam.

† Syntaxis. *Te pulchrum ac beatum putas? Vua fructu læta, aſpectu pulchra Illi pulchrè eſt.Pulchrè ferre fortunam aduerſam.*

PVLCHRITVDO, nis. *forma, ſpecies,dignitas, forma & ſpecies liberalis.* Tuſc.215 b,Vt corporis eſt quædam apta figura membrorum, cum coloris quadam ſuauitate, eaque pulchritudo dicitur: ſic in animo,&c. de Orat.149 b,Si illam præclaram & eximiam ſpeciem oratoris perfecti,& pulchritudinem adamaſtis. de Fin.75 b, Honeſtum pulchritudine ſua,ſpecieq; laudabile eſt.Offic.20 a, Pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum mouet oculos, & delectat hoc ipſo, quòd inter ſe omnes partes cũ quodam lepóre conſentiunt.de Orat 59 b, Hæc tantam habet pulchritudinẽ,vt nulla ſpecies ne excogitari quidem poſſit ornatior.Offi.40 b,Quis non admiretur ſplendorẽ pulchritudinemq; virtutis? I.P.96 b,Habet hoc virtus, vt ſpecies eius & pulchritudo etiam in hoſte poſita delectet. Offic.3 b,Nullum aliud animal pulchritudinem,venuſtatem,conuenientiam partium ſentit. Offic.19 b, Venuſtas & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt à valetudine. & 26 a, Pulchritudinis duo genera ſunt,quorum in altero venuſtas eſt, in altero dignitas: venuſtatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. * Hortenſ. Cœli ſignorum admirabilem ordinem inſatiabilemq; pulchritudinem magis ſpectant.de Inu.62 a,Vt excellentem muliebris formæ pulchritudinẽ muta in ſeſe imago contineret. de Diu.85 a,Num etiam Veneris Cnidiæq; Coȩq; pulchritudinem effici poſſe aſperſione fortuita putas? & 91 a, Vidiſſe ſe in ſomnis pulchritudine eximia fœminam Offi. 54 a,Oris pulchritudo reliqui corporis imitandi ſpem auferebat.

† Syntaxis. *Formæ pulchritudo. Eximia & præclara ſpecies ac pulchritudo. Honeſti pulchritudo ac ſpecies. Pulchritudo,venuſtas, partium conuenientia. Cum pulchritudine venuſtas,mulieris eſt: virilis autem,dignitas.*

PVLEIVM,lei: vel PVLEGIVM,gij.de Diui.115 a, Puleium aridum floreſcere dicitur ipſo brumali die Epiſtol.266 a, Cras expecto Leptam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui ſermonis vtendum eſt.

PVLLARIVS,rij. de Diuin.123 b, Attulit in cauea pullos,is qui ex eo nominatur pullarius.contra Rul. 72 b, Iubet auſpicij cauſa Decemuiros habere pullarios.Epiſt.lib,19.151 a,Oblata religio Cornuto eſt pullariorum admonitu.

PVLLVS,a,um.*ater*. in Vat.35 a,Vt in epulo Q Arij familiaris mei cum toga pulla accumberes.& ibid.Quis vnquam cœnauit atratus? I.V.212 b,Verres cũ tunica pulla & pallio.

PVLLVS,li.*tener volucris.* de Diuin.121 b, de Oat.27 b, Cum cauea liberati pulli non paſcerentur & 50 b,Ex ouis pulli orti relinquunt eas, à quibus excluſi fotique ſunt.& 52 a, Cûm gallinæ ex ouis pullos excluſerunt. * Epiſtol.138 a, Plures iam pauones cõfeci,quàm tu pullos columbinos. Q frat 300 b,Licinium plagiarium cum ſuo pullo Miluino tributa exigere.

PVLMENTVM,ti.*obſonium* Tuſc 246 a, Mihi cubile eſt terra, pulmentum fames. *Alij pulpamentum legunt.*

PVLMO,onis *hauriendo ſpiritu pars apta.* de Diuina.99 a, Cur pulmo inciſus etiã in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem.& 114 b, Tauri optimi iecur, aut cor, aut pulmo quid habet naturale,quod poſſit,&c.de N.21 a, Quid hæc ad vitam membra pertinent? quid ipſa facies? magis illa,cerebrum, cor, pulmones, iecur. de Natur.53 b, In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiæ mollitudo,ad hauriẽdum ſpiritum aptiſſima: qui tum ſe contrahunt aſpirantes,tum ſpiritu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis,quo maximè aluntur animantes. de Nat.35 a,Aſpera arteria ad pulmones vſque pertinens excipit animam eam,quæ ducta eſt ſpiritu, eandemque à pulmonibus reſpirat.Tuſc.156 a,& 184 b,Quod fieri ſine laterum pulmonum vi & figura non poteſt. * ad Herenn. 34 b, A pluribus vnum ſic intelligitur: atrox calamitas pectora mœrore pulſabat: itaq; anhelans ex imis pulmonibus præ cura ſpiritus ducebatur. Nam,&c. hîc vnum pectus & vnus pulmo intelligitur.

*PVLPAMENTVM,i Tuſc 264 a, Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, &c. pulpamentum fames. *Alij pulmentum legunt.*

PVLS,tis de Diu.123 b,Si auis fame enecta in offam pultis inuadit,hoc tu auſpicium putas?

PVLSATIO,onis.*verberatio.* ad Heren.14 a,* Quæ *iniuria* ex pulſatione aut conuicio conſtet.pro Cæl 42 a, Itaq; illam partem cauſæ facilè patior grauiter & ornatè à M Craſſo peroratam, de ſeditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorum pulſatione.

PVLSATVS,a,um pro Cæl 41 a Aiebant fore teſtem ſenatorem, qui ſe pulſatum à Cælio diceret.

PVLSO,as.*verbero* I.V.122 a,Si quis eum pulſaſſet,edixit ſeſe iudicium iniuriarum non daturum.ad Her.17 a,Pueri tui modò me pulſauerunt.* de Nat.38 a, Vitia naturam vehementiùs ſæpe pulſant.

PVLSOR,ris *impellor*.de Nat 24 a,Cùm Deus pulſetur agiteturq; incurſione atomorum.de Diu.133 b,Animos externa & aduentitia viſione pulſari. * de Nat 22 b,Fac imagines eſſe,quibus pulſentur animi.

¶ *Percutior.* I.V. 161 b,264 b, Videtis pendére alios ex arbore,pulſari alios atque verberari.

PVLSVS,a,um.de Orat.163 a,Nerui in fidibus à motu digitorum pulſi.de Nat.7 a,Senſus quo natura ipſa pulſa ſentit.* 2 Acad.Eius vnda,cum eſt pulſa remis purpuraſcit.

PVLSVS,ſus *motus,agitatio.* Tuſc.159 b,Inanimum eſt quod pulſu agitatur externo de Diu.132 b,Siue externus & aduentitius pulſus animos dormientium commouet, ſiue per ſe ipſi animi mouentur,& 136 b,Nulla ſpecies cogitari poteſt,niſi pulſu imaginum.de Orat.96 b, Intermiſſo impetu pulſuq; remorum.

† Syntaxis. *Pulſatur viſis animus.Externo pulſu agitatur inanimũ.Imaginũ pulſus cogitationes efficit. Impetus pulſusq; remorũ.*

PVLVERVLENTVS,a,um Att.75 b,Nunc iter faciebam æſtuoſa & puluerulenta via.

PVLVINAR, ris. *lectus religione in templo poſitus, & conſecratus dijs* I. C.116 a, Ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt.de Ar.245 b,Qui puluinaribus Bonæ deæ ſtuprum intulit pro Dom 240 b, Ea aram & ædiculam,& puluinar ſub ſaxo ſacro dedicauit.de Ar 250 a,Qui ſacerdotem ab ipſis aris puluinaribusq; detraxiſti. I.A.281 a,Diuus Iulius habuit puluinar ſimulacrum,faſtigium, flaminem.* Tuſ. 210 a,Deorum puluinaribus & epulis magiſtratuum fides præcinunt.

PVLVINVS,ni. *lectulus, quo vtimur, vt commodius ſedeamus.vn*

coſſino.de Orat.87 a,Tum Craſſum puluinos popoſciſſe, & omnes in ijs ſedibus,quæ erant ſub platano, conſediſſe dicebat.I.V.241 a,Lectica, in qua puluinus erat perlucidus Melitenſi roſa fartus Epiſt.138 a, Sella tibi erit in ludo,eam puluinus ſequetur.

† Syntaxis. *Ad puluinaria decernitur ſupplicatio. Puluinaribus Deæ ſtuprum inferre. Puluinus Melitenſi roſa fartus.*

PVLVIS,eris. *trita, arida,leuiſq; terra.* Qu.frat.318 b,Eo loco puluis, non glarea iniecta eſt. de Inu.52 a,Multus erat in calceis puluis. * Incer. In Narnienſi agro ſiccitate lutum fieri,imbre puluerem.

¶ *Doctrina.* * de Nat.35 b,Nunquam eruditum illum puluerem attigiſtis.

¶ *Forenſis acies* de Ora.97 b.Educere dictionem ex vmbratili exercitatione in puluerem,&c.* de Clar.167 b,Proceſſerat in Solem & puluerem,non vt è militari tabernaculo,ſed vt è Theophraſti vmbraculis. de Leg.187 a. Phalereus ille Demetrius mirabiliter doctrinam ex vmbraculis eruditorum otioq; non modò in Solem atque puluerem ſed in ipſum diſcrimen aciemque perduxit.

PVNCTVM,cti. *lineæ extremum.* Acad.29 a,Punctum eſt,quod magnitudinem nullam habet.

¶ *Momentum.* pro Cl.25 b,Neq; poſtea Larini punctum eſt temporis commoratus pro Flac. 158 b, Vniuerſorum ciuium Romanorum per tot vrbes vno puncto temporis miſera crudeliſq; cædes.de Nat.12 a, Nullo puncto temporis intermiſſo verſari circum axem cœli.Ep.82 b,Quare ne punctum quidem temporis in iſta fortuna fuiſſes, niſi, &c.I.A.218 a,Ne punctum quidem temporis oppugnatio reſpirauit.I.V.97 a,Ille nullum temporis punctum vacuum peccato præterire paſſus eſt.I.C.119 b, Eos puncto temporis viuere non oportere puto de Na.28 a, Conſules ſummum imperiū ſtatim deponere maluerunt,quàm id tenere punctum temporis contra religionem.Tuſc.165 b. & Epiſt.82 b.Hoc enim fit ad punctum temporis.I.A.166 a,Attende enim paulisper cogitationemq; ſobrij hominis ad punctum temporis ſuſcipe.I A 181 a,Hunc diem, hoc punctū temporis,quo loquor, defende, ſi potes.de Leg. 182 a,Leges vno verſiculo ſenatus, puncto temporis ſublatæ. * pro Dom.236 a,Eodē puncto temporis,quo meus diſceſſus iſti cauſam cędis eripuit: à Q.Seio contendit.pro Seſt. 15 a,Illo ipſo die,dico ? imò hora,atq; etiam puncto temporis eodem, mihi Reiq; publicæ pernicies, Gabinio & Piſoni prouincia rogata eſt de Nat. 14 b,Vbi eſt veritas? In mūdis credo innumerabilibus, omnibus minimis temporum punctis,alijs naſcentibus,alijs cadentibus.de Diui. 128 a.Vno eodemque temporis puncto nati.

¶ *Suffragia.* pro Mur.141 a, Recordor quantum hæ quæſtiones in ſenatu habitæ pūctorum nobis detraxerint. pro Planc.270 a,At nōnullas tribus punctis penè totidem tulerunt.& ibid.b,Quot in ea tribu puncta tuleris. Tuſc.188 b,Punctis ſingulis honores colligere.

¶ *Capita rationum præcipua,vel concluſiones ipſæ.* de Or.124 b. Parad.116 a,Cato neq; dilatat argumentum,ſed minutis interrogatiunculis quaſi punctis,quod propoſuit, efficit.

PVNCTVS,a,um. *inflictus.* pro Mil. 114 b,Vulnus in latere, quod acu punctum videretur,pro ictu gladiatoris putari.

PVNGO,is. *ango,male habeo,moleſtiam affero, perſtringo,ſtimulo,ſtimulum admoueo,ſtimulis fodio.* pro Seſt 8 b,Gladius qui per ſe pungere non potuiſſet.de Fin 107b,Pungunt quaſi aculeis, interrogatiunculis anguſtis. pro S.R 19 b Hunc mihi ex animo ſcrupulum euelle,qui me dies noctesq; ſtimulat ac pungit.Tuſc.248 a, Quos tamen pungit aliquid, cùm illa vnde habeant,recordantur Att.31 a,Primùm epiſtola illa ita me pupugit,vt ſomnum mihi ademerit.Epiſt. 25 a, Extrema pagella pupugit me. & 102 a, Pungis me rurſus,quod ſcribis,&c.

† Syntaxis. *Scrupulus hic me ſtimulat ac pungit.*

PVNICANVS,a,um.pro Mur. 142 a,Atque ille ſtrauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos.

PVNICVS,a,um.Tuſc.201 b,Bellum Punicum.

PVNIENDVS,a,um.Ora.103 a,Iracundia eſt cupiditas puniendi doloris.Offi.18 a,Prohibenda eſt autem ira in puniendo. pro Mil.124 b, Hoc facinus puniendum eſt.pro Dom.228 b, Tu eum ſupplicio puniendum putaſti. pro Milo.118 a, Vos aliquando ad eum puniendum oculos aperuiſtis.de Aruſp.247 a, Senatus meam domum à magiſtratibus defendendam,à iudicibus puniendam (*al.muniendam*) putauit Offi.7 b,Eſt enim vlciſcendi & puniendi modus. * Offi.19 a, Quæ *leges* ad puniendum non iracūdia,ſed æquitate ducuntur.

PVNIENS tis.Tuſcul.204 b, Quid ille Terentianus,ipſe ſe puniens,id eſt,ἑαυτὸν τιμωρούμενος.

PVNIO,is. *punior,vindico,caſtigo,plecto,vlciſcor,pœna vel ſupplicio afficio,ſupplicio conſtringo, animaduerto, pœnam vel ſupplicium ſumo ſupplicium adhibeo, ſupplicio vindico, ſupplicium alicui ſoluo,mulctam vel pœnam irrogo,pœnam alicui tribuo, ſupplicium inhibeo,exemplum in aliquem edo.* Offic.16 a,Punire ſontes.pro Cec.286 a, Punire maleficium. de Inu.70 b, Vindicatio eſt,per quam peccata punimus. * Tuſ.171 b,Cùm multi inimicos etiam mortuos puniant. *Noni Marcell. legit puniantur.* Offi.18 a,Neq; ad eius qui punit. (*Non.Marcell. punitur*) aliquem,aut verbis caſtigat,ſed ad Reipub. vtilitatem referri *animaduerſio & caſtigatio debet.*

PVNIOR,iris.*punio.* de Inu. 72 a,b, Tum leges quoq; & iudicia demonſtranda ſunt,per quæ potuerit id peccatum, quòd ſponte ſua reus punitus ſit,moribus & iudicio vindicari. pro Mil.108 a,Cuius tu inimiciſſimum multo crudelius etiam punitus es, quàm erat humanitatis meæ poſtulare. Philip.8, Vt clariſſimorum hominum crudeliſſimam puniretur necem.

* PVNIOR,iris.*deponens.Non.Marc.c.7.* M.Tull.de Offi.lib.1, Neq; ad eius,qui punitur aliquē,aut verbis caſtigat:ſed ad Reip.vtilitatem referri.Et Tuſc.lib.1, Quò multi inimicos etiam mortuos puniuntur.& aliquantò pòſt: M.Tull.Tuſ. lib.1,Tenendum eſt igitur,nihil curandum eſſe poſt mortem,cùm multi inimicos & mortuos puniuntur.

PVNITVS,a,um.pro Mil.108 a, Tu me iratum Sexte putas tibi: cuius tu inimiciſſimum multo crudelius etiam punitus es,quàm erat humenitatis meæ poſtulare.de Inu.72 b, Poſtea leuiùs demonſtrando reum punitum,quàm ſit ille promeritus.

PVNITOR,oris. pro Mil.108 a, Atfuit vltor iniuriæ, punitor doloris ſui.

PVPILLA,æ.de Nat.54 b,Acies ipſa quam cernimus, quæ pupilla vocatur,ita parua eſt,vt quæ nocere poſſint,facilè vitet. * Incer. Fœminas omnes viſu nocere,quæ duplices pupillas habent. de Nat.54 b,Palpebræ aptiſſimè factæ & ad claudendas pupillas,ne quid incideret, & ad aperiendas. *Alij pupula* & pupulas legunt.

PVPILLVS,li. *impuber,qui deſijt eſſe in patris poteſtate, vel morte,vel emancipatione,vt Pomponius ait de Verb.ſig.* I.V.107 a,Iſte infanti pupillę fortunas patrias ademit.pro Q.R.47 b,Pupillum fraudare,qui in tutelam peruenit.

PVPINIA,æ.*tribus.* contra Rul.85 b.

PVPPIS, pis.*nauis pars poſterior.* de Seneſt. 80 b, Gubernator ſedes in puppi,clauum tenet. Epiſt.134 b, Sedebamus enim in puppi,clauúmq; tenebamus.de Diui.103 a,Et ex Taygeto monte extrema montis quaſi puppis auulſa eſt. Attic.210 b,Conuertere nauem ad puppim.* de Orat 195 a,Quid tam in nauigio neceſſarium , quàm latera , quàm carinæ,quàm prora,quàm puppis,&c.

¶ Prora & Puppis.*prouerbium.* * Epiſt.266 a. Mihi prora & puppis,vt Græcorum prouerbium eſt,fuit à me tui dimittendi,vt rationes noſtras explicares.

PVRE'.*caſtè, ſimpliciter,candidè.* de Opt.143 a,Purè & emendatè loqui.Att.7 a,Purè loqui.de Orat.96 b,Purè & Latinè loqui.de Seneſt.79 b, Quietè , purè, & eleganter acta ætas.de Nat.1 b, Purè & caſtè deos venerari.

PVRGANDVM. de Diuin.83 b, Quid ſcammoneæ radix ad purgandum poſſit.

PVRGATIO.*ſatisfactio,excuſatio.* pro Syll.174 b, Nam cuius ſcientia de omnibus conſtat fuiſſe, eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri. de Nat.71 a,Aeſculapius primus alui purgationem inuenit. Epiſt.262 a,Inedia,& purgationibus,& vi ipſius morbi conſumptus es. * ad Her. 5 a,& 10 b,Conceſſio diuiditur in purgationem & deprecationem.Purgatio eſt,cùm conſultò ſe negat reus feciſſe. Ea diuiditur in fortunam,imprudentiā, neceſſitatem.ibid. Purgatio eſt cùm conſultò à nobis factum negamus. Ea diuiditur in neceſſitudinem,fortunam,imprudentiā.ibid. Hæ tres partes purgationis inter ſe finitimæ ſunt,vt in omnes eadem ferè poſſint accommodari.de Inu.45 a, Cōceſſio in duas partes diuiditur, purgationem & deprecationem.Purgatio eſt,cùm factum conceditur,culpa remouetur. Hæ partes habet tres,imprudentiam,caſum,neceſſitatem.de Inuen.74 a,Conceſſionis partes ſunt duæ,purgatio & deprecatio.Purgatio eſt per quam eius,qui accuſatur,non factum ipſum , ſed voluntas defenditur Ea habet partes tres: imprudentiam,caſum, neceſſitudinem.

PVRGATVS, a, um. I. A. 261 b, Si parum vobis eſſem ſine defenſione purgatus.

PVRGO,as.*expurgo.* Tuſcul.241 a,Immiſſi cum falcibus multi purgārunt & aperuerunt locum. item, Educ tecum omnes tuos,purga vrbem.pro Seſt.20 a,Tu cædem maximam facias? forum purges? de Natur. deor 51 a, Vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiæ curant. (* *Alij legunt vomitione & deiectione purgare, ex eo,quòd vomitione canes,aluo ſe ibes Aegyptiæ curant.*) & ibi. b, Ceruæ paulo antè partum perpurgant ſe quadam herba,quæ ſeſelis dicitur.

¶ *Excuſo, defendo, libero culpa.* pro Sext. Roſc.38 b Seruos ipſos neque arguo,neque purgo. Epiſtol.198 b, Quòd te

mihi

mihi de Sempronio purgas, accipio excuſationem. Attic. 19 b, Qu. frater purgat ſe mihi per literas. Att. 207 a, Brutus per literas purgat Cæſarem de interitu Marcelli. pro S.R. 24 b, De luxuria purgauit Erutius. Attic. 46 a, Nam quòd purgas eos, &c. Qu. de Pet. 210 a, Si quis tibi ſe purgare volet, quòd ſuſpectum eſſe arbitretur. Orator. 219 b, Ab aliquo cui te purges, veniam petere. Epiſt. 108 a, Libenter tibi me purgaſſem & 214 a, Purgare ſe alicui de aliqua re. & 41 a, * Purgandi mei neceſſarium tempus. in Clod. Integritas tua te purgauit.

† Syntaxis. *Purgare & aperire locum. Purgare aluos vomitione. Perpurgare ſe. De Cæſ. te mihi purgo, de aliqua re.*

PVRPVRA, ræ. *ruber color & ſplendens, qualis ferè eſt roſæ, vel veſtis eius coloris: à purpura piſce, cuius ſucco veſtes tingebantur, conchylium.* I. C. 105 b, Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. pro Flacc. 161 a, Affers purpuram Tyriam. I. V. 265 b, & 213 a, Ipſe dabat purpuram, amici opera. pro Cl. 40 b, Illa vſque ad talos demiſſa purpura. pro Seſt. 6 b, Veſtitus aſper noſtra hac purpura plebeia ac penè fuſca. Orator. 216 a, Numeros cum numeris tanquam purpuram miſceri. * pro M. Scau. Quem purpura regalis non commouit.

PVRPVRASCO, is. *purpureus fio.* Academ. lib. 2, Quid mare? nónne cæruleum? aut eius vnda, cùm eſt pulſa remis, purpuraſcit?

PVRPVRATVS, a, um. *conchyliatus, purpura ornatus.* Tuſc. 170 b, Quid Cyrenæum Theodorum philoſophum non ignobilem nónne miramur? cui cùm Lyſimachus rex crucem minaretur, Iſtis quęſo, inquit, iſta horribilia minitare purpuratis tuis. I. C. 4, Cùm verò mihi propoſui regnantem Lentulum, purpuratum eſſe hunc Gabinium.

PVRPVREVS, a, um. I. V. 242 a, Iſte cum pallio purpureo tunicaq; talari verſabatur in conuiuijs. de Diui. 105 a, Cæſar cum veſtitu purpureo, &c. Acad. 26 b, Mare purpureum.

† Syntaxis. *Purpura fulgere. Purpuraſcens maris vnda. Mare purpureum.*

PVRVS, a, um. *mundus, caſtus, inuiolatus, integer, liquidus.* I. V. 211 a, Argentum illi cæterum purum appoſuit, ne purus ipſe relinqueretur. pro Cecin. 300 a, Quicquid inde haurias, purum liquidumque te haurire ſentias. de Aruſp. 245 b, Nulla in hac vrbe domus ab hac religionis ſuſpicione tam vacua atque pura eſt. de Seneƈt. 89 b, Humus ſublata atque pura. de Diu. 105 b, & Tuſc. 158 a, Caſtus animus & purus. de Seneƈt. 93 b, Animus omni admiſtione corporis liberatus, purus & integer eſſe cœpit. pro Mil. 113 a, Pura atque integra mens. de Natu. 34 a. Aër purus ac tenuis.)( *craſſus & concretus.* de Ar. 256 b, Clodius tantum abeſt à principibus, quantum à puris & religioſis. pro Qu. R. 47 b, Vir purus, prudens, &c. 201 b, Lenitas orationis, & purum quaſi quoddam & candidum genus dicendi. de Cl. 189 a, Nihil eſt in hiſtoria, pura & illuſtri breuitate dulcius.

† Syntaxis. *Purum, liquidum haurire. Argentum purum. Suſpicione vacuus & purus. Caſtus & purus. Purus & integer animus. Nihil in hiſtoria pura & illuſtri breuitate dulcius. (Præceptum retine.)*

PVSILLVS, a, um. *paruus, breuis.* Atticar. 69 a, Habuimus in Cumano quaſi puſillam Romam: tanta erat in locis multitudo. & 195 a, Villula valde puſilla. Epiſt. 29 a. Illud verò puſilli animi, &c. de Orator. 131 b, Puſillus teſtis proceſſit. & ibidem Perpuſillum rogabo. Attic. 89 a, & 281 b, Puſilla epiſtola. Epiſt. 104 b, Naƈtus puſillum laxamenti, &c. Epiſt. lib. 5, Puſilli homines.)( *potentiſſimi.* I. V. 4, Libelli puſilli, &c.

† Syntaxis. *Perpuſillum rogare. Puſillum laxamenti.*

PVSIO, onis. *puerulus.* * pro Cæl. 45 a, Qui propter neſcio quam credo timiditatem & noƈturnos quoſdam inanes metus tecum ſemper puſio cum maiore ſorore cubitauit. Eum putato tecum loqui. Tuſcu. 160 a, In illo libro puſionem quendam Socrates interrogat quædam Geometrica, de dimenſione quadrati. Ad ea ſic ille reſpōdet vt puer: & tamen ita faciles interrogationes ſunt, vt gradatim reſpondens eò perueniat, quaſi Geometrica didiciſſet.

PVTAMEN, nis. *nucis durior cortex.* Tuſcula. 239 b, Candentibus inglandium putaminibus barbam & capillum adurere.

PVTATIO, onis. de Orat. 106 b, Nemo neſcit, quid ſit ſementis ac meſſis, quid arborum putatio ac vitium.

PVTEAL, lis. *operculum, quale puteis imponi ſolet, & locus in Comitio Romæ.* de Diui 78 a, Cotem illam & nouaculam defoſſam in Comitio, ſupraq; impoſitum puteal accepimus. pro Seſt. 6 b, Puteali, & fœneratorum gregibus inflatus. Attic. 5 b, Præterea typos tibi mando, quos in teƈtorio atrioli poſſim includere, & putealia ſigillata duo. *Legitur etiam, plutealia ſigilla: &, putealia ſigilla.*

PVTEO, es. *malè oleo.* Academ. lib. 2, Quibus etiam alabaſter plenus vnguenti putere videtur. Nonius.

PVTEOLANVS, a, um. I. A. 216 a, Aquæ Puteolanæ. * Attic. 231 a, Poſt in hæc Puteolana & Cumana regna renauigaturus.

PVTEOLI, orum. *oppidum.* pro Planc. 273 a, Cùm Puteolos veniſſem, me vnum ex ijs feci, qui ad aquas veniſſent. contra Rull. 83 a, Acad. 25 a.

PVTEVS, tei. de Pro. 70 a, Virgines ſe in puteos abiecerunt. de Diuinat. 114 b, Quale Pherecydeum illud, quod eſt à te diƈtum: qui cùm aquam vidiſſet ex puteo hauſtam, terræmotum dixit futurum. item, Haurire aquam de iugi puteo. de Natur. 31 a, Ex puteis iugibus aquam calidam trahi.

† Syntaxis. *Haurire aquam ex puteo, de puteo iugi.*

PVTIDE'. *faſtidioſè, moleſtè.* de Or. 146 b, Nolo exprimi literas putidiùs. de Cl. 191 a, Ineptè, odioſè & putidè dicere.

PVTIDIVSCVLVS, a, um. *blandus.* Epiſto. 98 b, Sumus enim putidiuſculi, quàm per te vix licet: verùm, vt ſpero, licebit. *aliter, pudentiuſculi.*

PVTIDVS, a, um. *odoris mali, malè olens, inſuauis, moleſtus, grauis, faſtidioſus, κακόζηλος.* I. P. 83 a, Ego iſtius pecudis ac putidæ carnis (* *al. canis*) conſilio niti volebam? Offic 27 a, Sonus erat dulcis, literæ neq; expreſſæ, neq; oppreſſæ, ne aut obſcurum eſſet, aut nimis putidum, *id eſt, exquiſitum.* Attic. 8 b, Vereor, ne putidum ſit ſcribere ad te, quàm ſim occupatus. de Orat. 147 b, Spero hęc vobis moleſta & putida videri. Orat. 199 a, Cùm Demoſthenes Athenis exagitetur, vt putidus: *id eſt, κακόζηλος.*

PVTISCO, is *malè oleo.* de Fin. li. 5, Non inſcitè illud diƈtum in ſue, animum illi pecudi datum pro ſale, ne putiſceret. * *Sic Nonius. alij putreſceret legunt.*

† Syntaxis. *Ineptè, odioſè, putidè dicere. Pecus & caro putida. (contumelioſè diƈtum.) Nimis obſcurum in voce, aut putidum. Moleſtum ac putidum.*

PVTISSIMVS. *puriſſimus.* L. PVTVS.

PVTO, as. *reor, ſentio, ſpero, opinio me fert, in ea opinione ſum, eo ſum conſilio vt putem, &c.* pro Planc. 261 a, In quo primùm illud debes putare, comitijs ſtudium eſſe populi, non iudicium. I. A. 228 a, Tantumq; abfuit, vt periculoſum reip. M Bruti putaret exercitum, vt in eo firmiſſimum reip. pręſidium poneret. Epiſt. 112 b, Puto vt ſuum gaudium gauderemus. * pro Marc 135 b, Vt quidam falsò putant.

¶ *Cenſeo, habeo, iudico, exiſtimo, æſtimo.* de Cl. 174 b, In Scauri oratione ſumma inerat autoritas, non vt cauſam, ſed vt teſtimonium dicere putares, cùm pro reis diceret. I. A. 236 b, Itaq; ſi ad nos nihil referretur de Dolabella perſequendo, tamen ego pro decreto putarem. Attic. 193 a, Ego te vnum pluris quàm omnes illos puto pro Planc. 261 a, Honores ſi magni non putemus, non ſeruire populo. I. V. 202 b, Si denarijs CCCC Cupidinem illum putaſſet. *id eſt, æſtimaſſet.* Epiſt. 97 b, Putare aliquid loco criminis. & 10 b, Putare aliquid minimi vel maximi. I. V. 58 b, Pro nihilo putare aliquem. de Fini. 96 a, Putare aliquid pro nihilo. I. A. 232 b, Beſtia damnationem pro prætura putat. *id eſt, damnationem putat eſſe præturam.*

¶ *Suſpicor.* Att 84, Noli putare me, &c.

¶ *Conficio.* Att. 60 b, Putare rationes cum publicanis.

PVTOR, ris. Orat. 216 b, Id in dicendo numeroſum putatur. pro Milon. 114 a, Aliquem indoƈtum putari pro doƈto. de Orato. 140 a, Sapientia & magnitudo animi tenues, & pro nihilo putantur, ſi, &c. * pro Mil. 114 a, Vulnus in latere, quod acu punƈtum videtur, pro iƈtu gladiatoris putari.

PVTRESCO, ſcis. de Nat. 58 a, Sui ne putreſceret, anima pro ſale data eſt. de Finib. 133 b, Animus illi datus pro ſale, ne putreſceret. *aliter, putiſceret.* Tuſc. 170 b, Nihil mea intereſt, humine an ſublime putreſcam.

PVTRIDVS, a, um. *rancidus.* I. P. 79, Piloſæ genæ dentes putridi.

PVTVS, a, um. *purus, ſincerus.* Att. 28 a, Vt ſciat hic Hieroſolymarius traduƈtor ad plebem, quàm bonam meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit.

*PYLADEVS, a, um. de Fin. 82 b, Pyladea amicitia.

PYRAMIS, idis. *meta.* de Nat. 6 b, Forma Pyramidis.

ΠΥΡΟΈΙΣ. L. MARS.

PYRAMVS, *fluuius.* Epiſt. 42.

PYRENAEVS, æi. *mons.* Att. 121 a.

PYRGENSIS, ſe. de Orat. 135 b, M. Antiſtius Pyrgenſis.

PYRRHONEI *philoſophi, à Pyrrhone magiſtro.* de Orator. 148 b.

PYTHAGORAS, ræ *philoſophus.* de Nat. deor. 1. 7 b, Pythagoras cenſuit Deum animum eſſe per naturam rerū omnem intentum & commeantem, ex quo animi noſtri caperentur. 3 de Natur. deorum 77 b, Pythagoras quum in Geometria noui quiddam inueniſſet, Muſis bouem immolaſſe dicitur. Tuſcul. quæſt. lib. 5, Pythagoras cùm in Italiam veniſſet, exornauit eam Græciam quæ magna diƈta eſt,

 &pri-

& priuatim & publicè præſtantiſſimis & inſtitutis & artibus. Tuſc. q. lib. 1, Pythagoras diſcipulus Pherecydis, opinionem de immortalitate animorum maximè confirmauit. 3 de Nat. d. Pythagoras exiſtimat ad harmoniam canere mundum. Tuſc. q. lib. 4. Pythagoras fuit in Italia temporibus iiſdem, quibus L. Brutus patriam liberauit. Tuſc. q. lib. 4, Erat enim illis penè in conſpectu præſtanti ſapientia & nobilitate Pythagoras, &c. Tuſc. q lib. 5. 156 b, Pythagoras interrogatus à Leonte Phliaſiorum principe, qua maximè arte confideret? artem quidem ſe nullam ſcire reſpondit, ſed eſſe Philoſophum. Tuſc. q. lib. 5, Pythagoras interrogatus à Leonte quínam eſſent philoſophi, & quid inter eos & reliquos intereſſet? reſpondit, ſimilem ſibi videri vitam hominum, & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate. Tuſc. q lib. 1, Pythagoras magnam Gręciam tenuit cùm honore & diſciplina, tum etiam autoritate de Diuin. lib. 1, Pythagoras magnam autoritatem tribuit diuinationi. Tuſc. q lib. 1, Pythagoras regnante Tarquinio Superbo, in Italiam venit. Tuſc. q. lib. 5, Pythagoras Phliuntem venit, ibiq; cum Leonte principe Phliaſiorum doctè & copioſè quędam diſſeruit. Cat. Pythagoras vetat, iniuſſu imperatoris, id eſt Dei, de præſidio & ſtatione vitę decedere. Offic. 1, Efficitur id quod Pythagoras vult in amicitia, vt vnus fiat ex pluribus. de Diu lib. 1, Pythagoras etiam ipſe augur eſſe voluit. 3. de Na. d. Pythagoras ne Apollini quidem Delio hoſtiam immolare voluit, ne aram ſanguine aſpergeret. Tuſc. q. lib. 4, Pythagoras & Plato animum in duas partes diuidunt: alteram rationis participē faciunt, alteram expertem: in participe rationis ponunt tranquillitatem, id eſt, placidam quietamq; conſtantiam: in illa altera, motus turbidos tum iræ, tum cupiditatis, cōtrarios inimicoſq; rationi. de Diu. lib. 2, Pythagoras & Plato, quò in ſomnis certiora videamus, præparatos quodam cultu atq; victu proficiſci ad dormiendum iubent. Tuſc. q. lib. 4, Pythagoræ autem doctrina cùm longè lateq; flueret, &c. Tuſc. q. lib. 4, Pythagoræ doctrinam permanauiſſe in hanc ciuitatem probatur. 2 de Leg. A' Pythagora viro doctiſſimo illud benedictum eſt, tum maximè & pietatem & religionem verſari in animis, cùm rebus diuinis operā daremus. de Orat. 122 b, De Pythagora & Numa Pompilio.

PYTHAGOREVS, a, um. Tuſc. 156 b, Offi. 31 b, Pythagoreus Lyſias. 1 de Leg. 162 b, Pythagorea vox, τὰ τῶν φίλων κοινὰ, καὶ φιλίαν ἰσότητα. de Diuin. lib. 2, Pythagorei faba abſtinuêre. Cat. Pythagorei nunquam dubitarunt, quin ex vniuerſa mente diuina delibatos animos haberemus. Cat. Pythagorei Italici philoſophi quondam nominati. de Diuin. lib. 1, Pythagorei non ſolùm deorum voces obſeruauerunt, ſed etiam hominum, quæ vocant omina. Tuſc. q. li. 4, Pythagorei carminibus ſoliti illi eſſe dicuntur, & præcepta quædam occultius tradere, & mentes ſuas à cogitationum intentione cantu fidibuſq; ad tranquillitatem traducere. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Pythagorei ex numeris & Mathematicorum initijs proficiſci volunt omnia. 2 de Orat. 122 b, Referta quondam Italia Pythagoreorū fuit. de Vn. 1, Pythagoreorum nobilium extincta diſciplina, quū aliquot ſecula in Italia, Siciliaq; viguiſſet. Tuſc, q. li. 1, Pythagoreorum nomen multa ſecula ſic viguit, vt nulli alij docti viderentur. de Senect. Audiebam Pythagoram, Pythagoreoſq; incolas penè noſtros, &c.

PYTHAGORICVS, a, um. de Sen. 93 b, Audiebam Pythagoram, Pythagoreoſq; incolas penè noſtros, qui eſſent Italici philoſophi quondam nominati. de Nat. lib. 1, Pythagorici ferunt Orphicum carmen fuiſſe, cuius Cercopis. L. FABA, & INTERDICO.

PYTHIA, thiæ *virgo. Apollinis ſacerdos.* de Diu. 97 a, Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat.

PYTHIVS, thij. *Apollinis cognomen.* pro Font 280 a, Galli Delphos vſq; ad Apollinem Pythium profecti ſunt. de Orator. 101 b, de Diu. 88 a. de Leg. 178. Att. 274.

PYXIS, idis. *arcula.* pro Cæl. 59 b, Aiunt eódem Licinium eſſe venturum, ac ſeruis veneni pyxidem traditurum. & 51 a, Cùm Licinius pyxidem teneret in manu: conaretur tradere. * ibid. Cùm iam manum ad tradendum pyxidem porrexiſſet. & b, Cùm in manu teneret veneni pyxidē: quæ ſi cùm iam erat tradita ſeruis, &c. atq; à ſe illam pyxidem traditam pernegaret. ibid. Pyxidem expediret. pro Cæl. 52 a, Si illā commentitiam pyxidem obſcœniſſima ſit fabula conſecuta.

## Q

Q *Latinorum litera muta, affinis C.*

¶ *In eorundem notis Quintum indicat.*

QVA, *ablatiuus.* Acade. lib. 1, Qua de cauſſa. ad Heren. lib. 1, Firma ſimilitudine eius rei, qua de re agitur, ad eā rem, qua de re iudicatū eſt. item, Qua de re iudices vobis magnopere prouidendum eſt. Att. li. 8, Ne fortè qua re impediar. ꝓ Roſ. Com. Quod ſi facit, qua impudentia eſt, eúmne teſtem improbabit?

¶ *Partim, qua parte vel ratione.* Q. fr. 3 10 a, Omnia conueſtiuit edera, quà baſim villæ, qua intercolumnia ambulationis. Att 34 a, Quà dominus, qua aduocati ſibilis conſciſſi ſunt. Attic. 246 b, Intelligo te diſtentiſſimum eſſe, quà de Bruto. Attic. 148 a, Quàm expedita conſilia tua? quàm euigilata tuis cogitationibus, quà itineris, quà nauigationis, quà congreſſus ſermoniſq; cum Cæſare Ora. 91 a, Mihi licet vagari, quà volo. pro Cecin. 288 b, omnes introitus, quà adiri poterat in eum fundum. & ibidem: Quod ea proximè adiri poterat. I. A. 187 b, Ipſe in templum neſcio quà per cuniculum aſcendit. pro Cecin. 298 b, Nimia potentia quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, quà deniq; digitum proferat, nō habet. Att. 120 b, Quà autem & quò, nihil ſcimus. I. A. 206 b, Prædico vobis cum delectus quà poſſit habiturum. * Iocul. lib.

*Ni tamen exciderit, quà caua funda patet.*

QVACVNQVE. de Fin. 125 a, Quacunq; ingredimur in aliquam hiſtoriam, veſtigium ponimus. I. V. 85 a, Quacunq; iter fecit Attic. 232 a, Quacunque nos mouemus. contra Rul. 73 a, Quacunq; velis vagari.

QVADRANTARIVS, a, um. *à quadrante nummo, qui quadrante meret.* pro Cæl. 50 b, Niſi fortè mulier potens quadrantaria illa permutatione, familiaris facta erat balneatori.

QVADRAGENARIVS, a, um. Attic. 87 a, Habet cohortes quadragenarias. *aliter, Quadringenarias.*

QVADRAGENI. I. V. act. 3, Columnas H-S quadragenis millibus.

QVADRAGIES. pro Flacc. 125 a Seſtertiûm ter & quadragies.

QVADRANDVS, a, um. *aptandus.* Orat. 216 a, Sic minimè animaduertetur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis induſtria. *id eſt, componenda.*

QVADRATVM, ti. Tuſc. 160 a, Puſionem quendam Socrates interrogat quædam geometrica de dimenſione quadrati. de Fin. 72 b, Quid iudicat ſenſus? Quadratum, rotundum. de Natur. deor. 6 b, Forma quadrati. de Diuin. 127 a, Cùm autem ſtellæ in eam ipſam partem orbis venerint, in qua ſit ortus eius qui naſcitur, aut in eam, quæ coniunctum aliquid habeat, aut conſentiens, ea triangula illi & quadrata nominant.

QVATVORVIRATVS. Epiſt.164 a, *Pollionis.* Quatuoruiratu ſibi prorogauit.

QVATVORVIRI *vt triumuiri, &c.* de Cl.22 b.

QVE. *&.* de Nat. 36 a, Multa quibus animantes alantur, augeſcantq; & pubeſcant. de Orat.128 b, Alterumque & tertium poſcitur. Orat.200 a, Arguti certique & circumſcripti ambitus. I.A.174 a, Ego arma contra deos araſque & focos tuli? pro Qu. 5 b, Niſi tu, quod eſſet tuum ius & officium poteſtaſque, docuiſſes. Offic 14 a, Eaque ratione ſtabili firmaq; contemnere Epiſt.4 a, In primiſque, vt, &c de Orat. 94 b, Quiq; optimè dicunt, quiq; id faciunt & 86 b, Mathematici recondita in arte & multiplici, ſubtilique verſantur.

QVEMADMODVM. *vt, ita vt, perinde vt, ſicut* Attic.127 a, Velim exquiras, quemadmodum illi nunc ſe gerant pro Cec.291 b, Prætor te quemadmodum reſtituat, nõ habebit? pro Ar. 186 a, Res nobis, quemadmodum ſpero, non moleſta pro Mur.136 a, Inflatus cùm ſpe militum, tum collegæ mei, quemadmodum dicebat ipſe, promiſſis. Ep 7 a, Ita fore vt per te reſtituatur, quemadmodum ſenatus initio cenſuit. de Fin.82 a, Quemadmodum ſunt, &c. eodem modo ſint, &c. de Fat.142 a, Quid? Socratem nónne legimus quemadmodum notârit Zopyrus, &c.

¶ *Quomodo, qua ratione, qua via.* I C.111 a, Semper vigilaui & prouidi, quemadmodum ſalui eſſe poſſemus. I.P.80 a, Magnificentius eſt dicere, quemadmodũ geſſerimus conſulatũ, quàm quemadmodũ ceperimus Poſtq.202 b, Mihi maiori curæ erit, quemadmodũ quidem vobis gratiã referam, quàm quemadmodum inimicorum iniurias perſequar. & ibid. Sic vlciſcar facinora ſingula, quemadmodũ à quibuſq; ſum prouocatus. de Leg.168 a, Si te ipſe perſpicies, totumq; tentabis, intelliges quemadmodũ à natura ſubornatus in vitam véneris pro Dom 227 a, Sed iſti qui Clodij leges timuerunt, quemadmodum cæteras obſeruauerunt? de Ar.245 a, Solus ille cognouit quemadmodum iſtum vinci oporteret. Attic 204 a, Nec ſeuerius, nec temperantius ſcribi poterat, nec magis quàm quemadmodum ego maximè vellem. pro Qu.R.54 a, Si non reliquit, quemadmodum ab eo exegiſti? de Cl.193 b, Vt poſſis videre, quemadmodum, &, &c. Ep.233 b, Valerius mihi ſcripſit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum à Veſtæ ad tabulam Valeriam ducta eſſes.

QVEO, quis. Epiſt.233 a, Ad te non queo ſine lacrymis ſcribere. Anteq.193 a, Vt ijs ſine magna virtute non queat reſiſti. pro Dom. 235 a, Quem ſatis mirari, quibus oculis aſpicere audeas, non queo. I.A 231 b, Qui tantas calamitates deplorare queat. Att.17 b, Atque hoc loco illud non queo præterire. & 94 b, Non queo tantum, quantum vereor, ſcribere.

QVERCVS, ci, & cus. Attic.214 a, Neſcio quid è quercu exculpſeram, quod videretur ſimile ſimulacri. * Chorogr. Ibi quercorum rami ad terram iacent. de Leg.156, Lucus quidẽ ille, & hæc Arpinatium quercus agnoſcitur, ſæpe à me lectus in Mario. Si manet illa quercus, hęc eſt profectò. Etenim eſt ſanè vetus. Manet verò Attice noſter, & ſemꝑ manebit. Sata eſt enim ingenio ibi. Quercus huic loco nõ deerit, quæ Mariana dicatur eaq; (vt ait Scæuola de fratris mei Mario) caneſcet ſeclis innumerabilibus. ibid. Glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit,

*Nuncia fulua Iouis miranda viſa figura,*

nunc ſit hæc. Sed cùm eam tempeſtas vetuſtáſve conſumpſerit: tamen erit his in locis quercus, quã Marianã quercũ vocent. de Leg.156 b, Tuíne verſus hanc quercũ ſeuerint. Att.25 a, Præter quercum Dodonæam nihil deſideramus, quo mínus Epirum ipſam poſſidere videamur.

QVERELA, lę. *querimonia, conqueſtio* Q fr.326 b, Epiſtola plena ſtomachi & querelarũ. Att.107 a, in qua concione erat querela de damnatis. Qu.fr.299 b, Statius interuenit nonnullorũ querelis, quæ apud me de illo ipſo habebantur. ꝓ Mar.134 a, Nunc venio ad grauiſſimã querelam, & atrociſſimam ſuſpicionem tuam. de Fin.132 a, Eorum eſt hæc querela, qui ſibi chari ſunt. Ep.161 a, Veſtrum in rempubl. beneficium nonnullam habet querelam. & 70 b, Querelis quotidianis nihil proficere. pro Seſt. 17 b, His de tot tantiſq; iniurijs in ſocios, &c. conſulum querela eſſe debuit. de Diu.83 a, *---Et aſſiduas iacit ore querelas.*
de Sen 78 a, Sæpe interfui querelis meorum æqualium, quas illi deplorare ſolebant. pro Deiot.145 a, Quanquam cui ſunt inauditæ cũ Deiotaro querelæ tuæ?* de Sen.78 b, Quorum ego multorum cognoui ſenectutem ſine querela. ibid. Sed omnium iſtiuſmodi querelarum in moribus eſt culpa, non in ætate.

† Syntaxis. *Epiſtola ſtomachi plena, & querelarum. Hoc habet querelam. Querelas deplorare.*

QVERIBVNDVS, a, um. *lamentabilis.* pro Syll.172 b, De ſupplicio P. Lentuli magna & queribunda voce dixit.

QVERIMONIA, niæ. *querela, lamentatio.* in Verr.56 a, In populi Rom quotidiana querimonia cùm hoc vnum his tot incõmodis remedium eſſe arbitrarer, Q fr.306 b, Eo metu iniecto, repentè magna querimonia omnium diſceſſimus. *I.V.177 b, Romæ querimoniæ de tuis iniurijs habebantur. & 195 a, Suſtinere iam populus Rom. omnium nationum, &c. luctum, lacrymas, querimonias, nõ poteſt. & 250 a, b, Si me in ea querimonia, quam ſum habiturus de iſtius crudelitate, & de ciuium Rom. indigniſſima morte, non modò vires, verumetiam vita deficiat.

QVEROR, ris. *conqueror, expoſtulo, deploro, querelam vel querimoniam habeo, querelas deploro, querelas iacio.* in Verr.180 b, Hic tu fortaſſe querêre, deûm atque hominum fidem implorabis. de Orat.126 b, Accedebat, vt hæc tu pro rep. queri exiſtimarêre. pro Flac.158 a, Non enim omnia quæ dolemus, eadem iure queri poſſumus. Epiſt.31 b. Multa nos quidem queſti ſumus Tuſc.231 a, Virtutes autem noli vereri ne expoſtulent & querantur ſe relictas eſſe, &c. Ep.41 b, Quererer tecum atq; expoſtlarem, niſi, &c. pro Cęl 41 a, Queri de aliqua re. Epiſtol.4 b, Queri de iniurijs aliorum. Q. frat.286 a, Queri de iniurijs alicuius. Att 150 b, Cæſar queritur de Milone per vim expulſo. de Or.143 a, Ibi Druſus multa de Philippo queſtus eſt. de Diuinat 125 b, Aiax querens de ferocitate Troianorum. Epiſtol.50 b, Quid eſt quod tu aut illa cum fortuna hoc nomine queri poſſitis. Attic.71 b, Audiui Milonem meum queri per literas iniuriam meam. Attic.204 a, Dionyſius noſter grauiter queritur, & tamen iure, à diſcipulis abeſſe tandiu. Quint.frat. 304 a, Quæ ſi queri velim præterita, nihil agam. * Acad. 20 b, Neq; tam quereretur *talpa* cum Deo, quòd. I. V. 177 b, Queror cum luctu & gemitu. I. V. 107 b, Is mihi etiam queritur, quód.

† Syntaxis. *Hoc ille queritur. Expoſtolo, & queror me relictũ. De hac re non queror de te, (id eſt pro te.) de tua ſæuitia. Cum aliquo queri: vt cum fortuna, cum Deo. Hoc ergo queror, nihil aliud.*

QVESTVS, ſtus *lamentatio.* pro Quin.17 b, Qui deniq; queſtus? qui mœror dignus inueniri in calamitate tanta poteſt? * de Fin.84 b, Saxum illud Lemnium clamore Philoctetæo funeſtare:

*Quod eiulatu, queſtu gemitu, fremitibus,*
*Reſonando multum flebiles voces refert.*

Tuſcul.182 a, *Qui eiulatu*, &c.

QVI *quomodo.* Qui igitur conuenit, quæ cauſa fuerit, &c. pro Cecin. Deinde qui fit vt ego neſciam, ſciant omnes quicunque Epicurei eſſe voluerunt? 2. de Finib. Quî poteſt eſſe in eiuſmodi trunco ſapientia? de Natur.lib.1.18 a, Qui poſſumus Deum niſi ſempiternum, intelligere? de Natur. 1, Quî minus enim Licinius comprehendi potuit. quum, &c. pro Cælio. Quî fieri poterat? Quî minus autem ego iſtic rectè eſſe poſſim, quàm eſt Marcellus? ad Atticum libr.16. Quî poterit eſſe ſapientia? 4 Academ. Quî enim beatior Epicurus, quòd in patria viuebat, quàm, &c.

QVIA. *quòd*. I. V. 228 a, Vrbs, quæ quia poſtrema ædificata eſt, Neapolis nominatur. de Amic. 102 b, Sed quia natura mutari non poteſt, idcirco veræ amicitiæ ſempiternæ ſunt. Ep. 229 a, Quia non eſt obſcura tua in me beneuolentia, ſic vt, &c. pro S. R. 18 b, Quæ me res igitur præter cæteros impulit, vt, &c. quia ſi quis iſtorum, &c. pro Seſt. 7 a, Omnes boni ſemper nobilitati fauemus, & quia, &c. & quia, &c. Tuſc. 246 b, Voluptatem ipſam per ſe, quia voluptas ſit, ſemper optandam eſſe. de Finib. 55 a, Nemo dolorem ipſum quia dolor ſit, amat. & ibidem: Nemo ipſam voluptatem, quia voluptas ſit, aſpernetur: ſed quia conſequũtur magni dolores eos, qui, &c.

† Syntaxis. *Voluptas per ſe, quia voluptas, eſt grata.*

QVICQVAM. *prorſus*. de Orat. 96 a, Sine qua nihil quicquam egregium aſſequeris.

QVICQVE, *vel* QVIDQVE. de Nat. 71 b, Interpretando quorſum quicq; pertineat. ad Her. 3 b, Sed vt quicque primùm geſtum erit, ita primùm exponemus. de Fin. 130 a, Perſpicere quatenus quicq; ſe attingat, ad ſeq; pertineat. *aliter, quicquid*. I. V. act. 6, Vnde quicq; aut quanti emeris.

QVICQVID. *quæcunq; res*. pro Pom. 17 a, Quamobrem quicquid in cauſa mihi ſuſceptum eſt, id omne me reip. cauſa ſuſcepiſſe confirmo. de Orat. 96 b, In vtraq; re, quicquid in controuerſiam veniat, in eo quæri, &c. & 89 b, Quicquid erit quacunq; ex arte, quocunque de genere. de Fin. 136 a, Perſpicere quatenus quicquid ſe attingat, ad ſe pertineat. *aliter, quicq;*. I. V. 60 b, Id mihi ſatis eſt, quod eſt de me opinionis quicquid eſt.

† Syntaxis. *Nihil quicquam dicis*, &c. *Quicquid eſt quacunque ex arte, quocunq; de genere.*

QVICVNQVE, quæcunque, quodcunque. *quiſquis, quiſque, quiuis*. de Orat. 212 b, & contra Rul. 88 a, Non omnia quęcunque loquimur, ad artem ſunt reuocanda. de Fat. 149 a, In omnibus quæcunque fiunt, neceſſe eſt cauſam antecedere. pro R. P. 126 a, Quæcunq; mens illa fuit, Gabinij fuit: & quoquo conſilio fecit, fecit certè ſuo. de Orat. 94 b, Illã ipſam, quamcunque aſſequi potueris in dicendo mediocritatem, & ibid. Illa ipſa facultate, quamcunq; habes, magnam gratiam aſſequeris. & 88 b, In iudicij ea cauſa, quãcunque tu dicis, melior videtur. de Sen. 84 b, Cauſarum illuſtrium quaſcunque defendi, nunc quàm maximè conficio orationes. de Orat 109 a, Omnia quæcunq; in diſceptationem hominũ venire poſſunt, bene ſunt oratori dicenda. de Clar. 184 a, In quacunq; enim vna planè claudicaret, orator eſſe non poſſet. Orat. 197 b, Orator, ſi modò ſim, aut etiam quicunq; ſim. Orat. 206 b, Eaſq; nos primi, quicunq; eramus, & quantulumcunq; dicebamus, cõuertimus, &c. pro Flacc. 150 a, Libenter accipere facultatem lædendi, quæcunque detur. Quin. frat. 300 a, Quoſcunque de te queri audiui, quacunque potui ratione placaui. pro Seſt. 28 b, & pro Milon. 120, Quemcunque caſum fortuna dederit, & quæcunque fortuna erit oblata. pro Cæl. 38 a, Quæcunq; in equite Rom. dignitas eſſe poteſt, eam ſemper in M. Cælio habitam eſſe ſummam. de Diu. 127 a, Ea notant ſidera natalitia Chaldæi, quæcunque lunæ iuncta videantur. Poſtq. 20 a, Is eſt Epicureus, non penitùs illi diſciplinæ, quæcunque eſt, deditus. Epiſtol. 163, Quicunque is eſt, ei me profiteor inimicum. de Orat. 99 b, Quamcunque rem à quoque cognouerit, de ea re multo dicet ornatius, quàm, &c. item, L. Fuſius cuicunque particulæ cœli officeretur, immutata lumina putabat. Att. 129 b, Quodcunque militum contrahere poteris, contrahe. de Oratore 89 b, Quicquid erit, quacunque de re, quocunque de genere, &c. de Clar. 190 a, Nec verò M. Cælium prætereundum arbitror, quæcunque eius in exitu vel fortuna vel mens fuit.

† Syntaxis. *Omnia quæcunque. In quacunque vna cauſa claudicaris, &c. Orator ſi modò ſim, aut quicunque ſim. Quodcunque militum contrahes.*

QVID. Ep. 22 a, Quid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, vt, &c. Tuſcul. 170 b, Quid? Theodorum, &c. nónne miramur? pro Deiot. 147 a, Quid? ille ſigna ænea in inſidijs poſuerat? in Ant. 179 a, Quid? eundem in ſeptemuiratu nónne deſtituiſti? pro Muræn. 129 b, Quid tum inde? I. A. 248 b. At vti poteſt pro ſuo qui tum? I. A. 175 a, Quid enim? iſtuc ſi conſul eſſes, minus facere potuiſſes? Ep. 71 a, Quid enim? ad amicóſne confugiam? Parad. 123 a, Quid enim cenſes? ſi L. Mummius videret, &c. vtrùm putaret, &c. de Fin. 65 a, Quid ergo? iſtam voluptatem Epicurus ignorat? I. A. 253 a, de Diu. 135 b, Quid ergo? ad hæc mediocri opus eſt prudentia? an & ingenio præſtanti, &c. de Diu. 123 a, & 164 b, I. A. Quid ergo? Aius iſte, &c. de Senect. 88 a, Quid ego vitium ſatus, ortus, incremẽta commemorem? & ibid. *Quid, ſæpe repetitum*. pro Mil. 110 a, Sed quid ego argumentor? quid plura diſputo? te Qu. Petili appello. I. P. 92 b, *octies*: de L. 157 a, Nam quid Accium memorem? I. C. 161 a, Quid eſt Catilina? quid? attendis? quid? animaduertis horum ſilentium? pro Cornel. 62 a, Quid id ad ciuitatem? pro Qu. 10 a, Quid mihi cum iſta ſumma ſanctimonia? Epiſtol. 101 q, Quid fiet populo Vlubrano? de Amic. 102 a, Quid enim ille erat indigens mei? *id eſt, in quo?* in Vat. 75 a, b, Quid ſit, quod, &c. item, Quid ſit, quamobrem, &c. pro Cec. Quid? teſtes quid aiunt? Cæl. Ep. lib. 2, Quid tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, vt, &c. de Nat. 1, Quid aër? quo Diogenes Apolloniates vtitur Deo. I. A. 175 b, Quid enim? iſthuc ſi Conſul eſſes, minus facere potuiſſes? 2. de Fin. Quid enim? ſummus dolor plures dies manere non poteſt? Luceio lib. 5, Quid enim? ad amicóſne confugiam? de Amic. Quid enim Africanus indigens mei? minimè hercle. in Parad. Quid enim cenſes? ſi L. Mummius videret, &c. de Nat. 1, Valeat ille Deus. quid enim dicam, propitius ſit? Academ. q. ed. 1. lib. 2, Quid iſtud ad nos? puto Roſc. Amer. Accuſatis Sext. Roſcium. Quid ita? quia, &c. 1. de Nat. Quàm moleſtum eſt vno digito plus habere. quid ita? quia, &c. 3. Off. Grauatè ille primò. quid multa? impetrat. ad Attic. libr. 1, Quid multa? vereor, ne hęc iniecta à bonis, defenſa ab improbis, magnorum reipub. malorum cauſa ſit. 2 de Natur. Quid multitudinem, ſuauitatemque piſcium dicam? 3 ad Qu. frat. Quid præterea? quid? in Part. Quid, quæſtio quáſnam habet partes? Tuſcul. Quid, qui pecuniæ cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur, &c. 2 de Orat. Quid, quòd dixiſti, inquit, Craſſe, ſi, &c. 4. Acad. Quid, quòd eadem illa ars quaſi Penelope telam texens, tollit ad extremum ſuperiora, &c. 1. de Nat. Quid, quòd eiuſdem hominis in meũ aliæ, aliæ in tuum? pro Leg. Man. Quid, quòd ſalus ſociorum ſummum in periculum ac diſcrimen vocatur? de Senect. Quid, quòd ſapientiſſimus quiſq; animo æquiſſimo moritur? 4. Acad. Quid, quòd ſi iſta vera ſunt, ratio omnis tollitur? ad Marium, lib. 7, Noſti enim reliquos ludos. quid? ne id quidem lepóris habuerunt, quod ſolent mediocres ludi. 3 Off. Quid, quòd Theſeus exegit promiſſum à Neptuno. 4 Acad. Quid, quũ ipſe Antiochus diſſentit quibuſdã in rebus, &c. 6 Famil. Quid ſi muto? & quid ſi non vult? 5 Tuſc. At multantur bonis exules. Quid tum? parúmne multa de toleranda paupertate dicuntur? 1. Tuſc. Nam quid aliud agimus, quum, &c. quid, inquam, tum agimus, niſi animũ ad ſeipſum aduocamus? de N. 1, Quid attinet plura eſſe nomina deorum? & 2, Quid Opis? quid Salutis? (templa cõmemorem.) & 1, Quid igitur cenſés? ibid. Quid cenſes, ſi ratio eſſet in belluis, non ſuo quaſque generi plurimũ tributuras fuiſſe? 4. de Fin. Quid cenſes eos eſſe facturos, qui omnẽ virtutem à bonorũ fine ſegregauerunt, Epicurum, Hieronymum, &c. de Nat. deor. 1, Vos aũt quid mali datis? & 2, Quid dicam, quantus amor ſit beſtiarũ in educandis cuſtodiendiſq; quæ procreauerũt? & 1, Quid dicam Albutium? ad Brut. 52, Bruti, Quid dicam imperitè, vir omnium prudentiſſimus, an ambitioſè feciſſe, &c. 1. ad Attic. Quid dicas? Philipp. lib. 4. Niſi quid exiſtimas in ea re violari exiſtimationẽ tuam. 8. Fam. *Cœlij*, Quid eſt? 5. Verr. Quid eſt aliud, capere & conciliare pecunias, in quo te lex tenet, ſi, &c. de Nat. 33 a, Quid autem eſt inſcitius, quàm, &c. 1. de Fin. Hanc ego quum teneam ſententiam, quid eſt, cur verear, ne ad eam non poſſim accommodare Torquatos noſtros? pro Roſc. Amer. Quid ergo eſt? 15 ad Att. Quid eſt hoc? quid eſt autem cur? &c. pro Roſc. Amer. Quid igitur eſt? non eodẽ modo de omnibus. de N. 1, Quid pedibus opus eſt ſine ingreſſu? 2 Verr. Quid eſt, quæſo, Metelle, iudicium corrumpere, ſi hoc nõ eſt? pro Cluen. Quid eſt, quamobrem quiſquam noſtrûm cenſorias ſubſcriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putet eſſe oportere? de Nat. 1, Quid eſt quòd ſignis & luminibus mundum ornare concupiſceret Deus? 4. Verr. Quid eſt quòd tu alios accuſes? 12. ad Attic. Quid ſumus ipſi? I. A. 226 b, Cum Illyrico verò, & cum Vatinij legionibus quid erat Antonio? 7. Famil. Mirabar quid eſſet, quòd tu mihi literas mittere intermiſiſſes: *id eſt, quamobrem*. 16 ad Att. Quid eius ſit: *pro, quid de ea re ſit*. 2 Verr. Quid ſit, quòd P. Septimio Senatore, &c. Acad. q. edit. 2. li. 1, Quæro quid ſit: *pro quæ ſit cauſa*. 11 ad Att. Quid erit, qualecunque erit, ſcribas. pro Cec. Quid huic tu homini facias? de Orat. Valerius quotidie cantabat, erat enim ſcenicus: quid faceret aliud? 3. Offic. Stomachari Cannius: ſed quid faceret? nondum, &c. 4 Acad, Quid fiet artibus? híſne, &c. 2 de Leg. Agrar. Quæro, ſi, qui velint vendere, non fuerint, quid pecunia fiet? ad Terentiam lib. 14, Etſi nos premet eadem fortuna, quid puero miſero fiet? de Nat. deor. 1, Quid intereſt, vtrum de Hippocentauro, an de Deo cogitemus? 4 Verr. Quid intereſt, vtrum prætor imperet, viq; cogat aliquem de ſuis bonis omnibus decedere? Læl. Quid interſit inter popularem, id eſt aſſentatorem & leuem ciuem, &c. 2. de Nat. Quid loquar, quanta ratio in beſtijs appareat? & 1, Quid enim mereas? 12 Fam. Quid contra vim

ſine vi fieri poſſit? 9 ad Att. Quid homo quiſquam poſſit? vix iam Deus, &c. 7. Fam & 13. ad Att. & lib 10, Quid quæris? ad Att. lib. 7, Quid quæris? etſi mihi crebro ξυνὸς ἐνυάλιος occurrebat, tamen leuabar cura, virum fortem & peritum, & plurimum autoritate valentẽ audiens, &c. ibid. lib. 1, Quid quæris? nnnc vt ad priuata redeam? ad Brut. in epiſt. Bruti, Quid ſcribam? pudet conditionis ac fortunæ, ſed tamen ſcribendum eſt. ad Seru. Sulp. lib. 4, Trebatio mandaui, vt ſiquid tum eum velles ad me mittere, ne recuſaret: idque vt facias velim. pro Roſc. Amer. Quid vultis amplius? 5. Tuſcul. Quid eſt cauſæ, quin, &c. 4 Verr. 7 ad Attic. Exponam vobis breuiter, quid hominis ſit: *id eſt, quid moliatur, quomodo ſe gerat.* in Part. Quid? orationis quot ſunt partes? pro Clu. Quid huic cum Habito? nihil. pro Quin. Quid mihi, inquit, cum iſta ſanctimonia & ſumma diligentia?

† Syntaxis. *Quid? in principio epiſtolæ. Quid tum? Quid tum inde? Quid enim? Quid plura diſputo? Quid mei indiges? Quid eſt, cur? Quid eſt, quamobrem. Quid pecunia fiet?*

QVIDAM. quædam, quoddam. *nonnullus, aliquis, certus.* pro Cl. 55 a, Quidam ex aduocatis homo ſumma virtute pręditus, dixit, &c. & ibid. b, Quidam ex amicis Saſſiæ, &c. ꝓ Mar. 234 a, Quidam ex numero tuorum, &c. Academ. 5 b, Quidam è philoſophis. de Orat. 85 a, Quoniam quædam pueris nobis ex commentariolis noſtris inchoata atq; rudia exciderunt. de Orat. 112 a, Nam heſterno ſermone vniuſcuiuſdam operis, vt ait Cæcilius, remigem aliquẽ aut baiulum nobis oratorem deſcripſeras, & inopem quendã humanitatis atq; inurbanum. Att. 113 a, Sed audio maiorem quendam in vrbe timorem eſſe. Ep. 199 a, Minutius, quem tu quibuſdam literis ad cœlum extuliſti. de Or. 86 a, Sed nimirum maius eſt hoc quoddam, quàm homines opinantur. de Or. 97 a, Ea exercitatio quædam ſuſcipienda nobis eſt, quanquam, &c. cont. Rull. 73 a, Verbum mihi deeſt, cùm ego hanc poteſtatem regiam appello, ſed profectò maior eſt quædam. Ep. 55 a, Quòd ſi nullum haberes ſenſum niſi oculorũ, prorſus tibi ignoſcerem, ſi quoſdã nolles videre pro Pro. 78 b, Quod magni cuiuſdam hominis & perſapientis videtur. de Orat. 136 b, Craſſi reſponſum excellentis cuiuſdam eſt ingenij. de Legib. 171 b, Omnem legem eſſe laudabilem quibuſdbm talibus argumẽtis docent. Tuſc. 229 b, Raros eſſe quoſdam videmus, qui, &c. de N. 77 a, Reſp. ratione quadã & diſciplina deſignata. de Nat. 45 b, Cum machinatione quadam moueri aliquid videmus. de Inuent. 65 a, Et impulſionem paruulam quandam fuiſſe dicet. de Orat. 326 a, Sine quodam afflatu quaſi furoris. de Orat. 85 b, Philoſophia procreatrix quædam & quaſi parens omnium artium. de Orat. 100 a, Certis quibuſdam verbis fieri diuortium. & 146 b, Cùm ſit quædam certa vox, &c. de Orat. 107 a, Ille aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum de Orat. 109 b, Tu pudore à dicendo & timiditate ingenua quadã refugiſti. & ibid. Incredibili quadam magnitudine conſilij Athenienſis Themiſtocles. & ibidem. De præſtanti quadam & eximia prudentia.

† Syntaxis. *Quidam ex amicis. Vniuſcuiuſdam dictum. Hoc maius eſt quoddam, quàm tu cenſeas. Certa quædam numeratio.*

QVIDDAM. de Leg. 188 b, Ego enim fateor in iſta ipſa poteſtate ineſſe quiddam mali. de Or. 136 b, Quiddam portenti ſimile eſſe viſum eſt. & 149 a, Superum mare Ionium, Græcum quiddam & portuoſum.

QVIDEM. *etiam.* Att. 125 a, Noſtra grauior eſt cauſa, quàm illorum, quòd illi quidem alterm metuunt, nos vtrunque. Ep. 144 a, Quapropter in priuatis rebus nullum neque officium, neq; ſtudium meum deſiderabis: nec in publicis quidem, ſi quid erit, in quo me intereſſe neceſſe ſit, nunquam deero, ne cum periculo quidem meo dignitati tuę. pro Qu. 8 b, Non opinor id quidem neq; ius eſſe, neq; cuiquam expedire. I. P. 86 b, Atque ille diſceſſus, dolor meus dũtaxat, veſtrum quidẽ ſcelus ac dedecus haberetur. Tuſc. 195 b, Et quidem talis mali. de Cl. 175 b, Mihi verò placet, & vehementer quidem. de Ar 277 a, Rogo te, & quidem valde rogo. Att. 33 b, Tantum doleo ac mirificè quidem. de Diu. 122 b, In eius capite corona extitit, &c. & quidem ſubdita. & 127 b, Poſt ſolſtitium canicula oritur, & quidẽ aliquot diebus. Ne quidem. L. NE. Att. 32 a, b, Ego illud ne quidem cõtemnam, quod extremũ eſt. in Ant. 232 a, Cruciatus eſt à Dolabella Trebonius, & quidem à Carthaginenſibus Regulus. Att. 283 b, Suſpicor illud minus tibi ꝓbari, quod ab tuis familiaribus, optimis illis quidem viris, ſed in repub. rudibus, non probatur. Qu. fr. 313 b, Gaudeo tibi iucundas eſſe meas literas: nec tamen habuiſſem ſcribendi nunc quidẽ vllum argumentũ, niſi tuas accepiſſem. in Ant. 155 a, Nimis iracundè hoc quidem, & valde intemperanter. I. A. 164 b, Quaquã de morte P. Clodij fuit quæſtio non ſatis prudenter illa quidẽ conſtituta. quid enim, & c. in Ant. 173 a, Multa & lauta ſupellex, non illa quidem luxurioſi hominis, ſed tamen abundantis. & 201 a, & de Amic. 100 b, Vt ſuperiora omittam, quæ ſunt maxima illa quidem, ſed adhuc hominum magis iudicijs quàm publicè laudata. de Clar. 170 b, Hanc ſubtilitatem in Catone non nouerunt quidem.

† Syntaxis. *Non deero, ne cum periculo quidem. Venit Cæſar, optimus ille quidem, ſed. Non ſatis prudenter ille quidem.*

QVIDEM. *pro eò quod Græci dicunt μὲν: idque nominibus proprijs adiunctum, cùm autoritas alicuius teſtimoniũmve affertur: vt, Σωκράτης μὲν: id eſt, Socrates quidem.* de Or. 163 b, Theophraſtus quidem Tauriſcum quendã dixit, &c. de Senect. Cyrus quidem apud Xenophontem, in eo ſermone quẽ moriens habuit, &c. Tuſc. Dicearchus quidẽ & Ariſtoxenus, &c. dixerunt. de Am. 100 b, Agrigentinum quidem doctũ quendam virum, carminibus Græcis vaticinatum ferunt. *Illud autem intelligendum eſt, in hoc genere, nec apud Græcos ſecundo loco Δὲ, nec apud Latinos. Autem, vſurpari.*

QVIDEM certé. *quidem profectò, &c.* Attic. 2 a, Spero me tibi cauſam probaſſe, cupio quidẽ certé. Tuſcul. 233 b, Quàm benè, non quæritur: conſtanter quidem certè. de Orat. 141 Habetis ſermonem hominis, vtinam non impudentis: illud quidẽ certè, non nimis verecundi. pro Seſt. 7 b, Statuebam ſic, boni nihil ab illis magis eſſe expectandum, mali quidem certè nihil pertimeſcenũd. de Clar. 190 b, Is facilè ſoluteque verbis voluebat ſatis interdum acutis, crebras quidem certè ſententias. pro Quint. 1 a, Qui vt ſumma haberem cætera, temporis quidem certè vix ſatis habui: *id eſt, tamen.* I. V. 145 b, Hoc quidẽ certè manifeſtum erit. de Or. 147 b, Vobis quidẽ certè maioribus. in Verr. 210 b, & 181 b, & 182 a, Si minus, &c. illa quidem certè capiebantur, pro Cornel. 68 a, Sed ſi certorum hominũ mentes nulla ratione placare poſſumus, veſtros quidem animos certè confidimus eſſe placatos *quidem, id eſt, tamen.* Ep. 10 a, Et tu me conſiliario fortaſſe non imperitiſſimo, fideli quidem & & beneuolo certè vſus eſſes. de Pro. 77 b, Quàm ſapienter, non diſputo, conſtanter quidẽ & fortiter certè. de Cl. 166 a, Volui id quidẽ efficere certè. & 94 b, Nunc quidem profectò Romæ es. Attic. 158 a, Hoc quidẽ verum eſt profectò. Acad. 25 b, Noli mecum, qui hoc quidem certè tibi aſſentior: quanquã nihil tam mirum videtur, quàm iſta dici ab Antiocho quidẽ, maximè cui erant, quæ paulò antè dixi, notiſſima. de N. 13 a, Nihil ſanè ex me quidem audire potuiſſes. Att. 198 b, Druſus enim certè vendere vult. de Diu. 122 b, Non ſanè hoc quidẽ mirabile. Att. 195 a, Certè quidem negas te noſſe, &c. de Inu, 2 a, Cupio quidem certè. Att. 92 b, Sine tuo quidem conſilio, certè nihil. & 96 a, Quintus filius ſuapte, piè ſanè, me quidem certè multum hortante & 255 a, Quod quidem certè enitar. Tuſc. 167 a, Ne carere quidem igitur in mortuo eſt. I. A. 182 a, Habet quidem certè reſp. adoleſcentes paratos defenſores. & 186 b, Tuæ coniugis bonæ fœminæ, locupletis quidem certè, Bombalio pater fuit.

† Syntaxis. *Quàm doctè, non dico, amanter quidem certè confirmare poſſum. Tuus quidem animus certè. Fidelis quidem & beneuolus certè. Quidem profectò. Hoc quidem verum eſt profectò. Nihil ſanè ex me quidem audies. Certè quidem. Ne carere quidẽ igitur.*

QVID ita. *quamobrem.* Anteq. 197 b, Egóne hoſtis? quid ita? qui hoſtes interfeci?

QVID'nam. I. A. 164 b, Quídnam hoſtes putarent. Ep. 23 b, Mirificè ſum ſolicitus, quídnam de prouincijs decernatur.

QVID ni. de Orat. 134 a, Quid ni, inquit, meminerim? nunquam ego recepiſſem, niſi tu perdidiſſes. pro Qu. 12 b, Erat, inquit, illarum partium. quid ni? qui, &c. I. V. 125 a, Quid ni iſte neget? & Tuſc. 230 a, Quid ni poſſim? Epiſtol. 35 b, Illud idem Pauſanias dicebat te dixiſſe, quid ni Appius Lentulo, Lentulus Appio proceſſit obuiam, Cicero Appio noluit.

QVID quæris? Epiſtol. 97 a, Quid quæris? nihil boni præter cauſam & 197 a.

QVID tum. *ſed quid.* I. A. 167 b, Quid tum? & 174 a, Cedant arma togæ. quid tum? nónne ceſſerunt? & 248 b, At vti poteſt pro ſuo. quid tum?

QVIES, etis. *requies, tranquillitas. laxamentum, ocium, vacatio, ceſſatio, remiſſio, finis.* de Orat. 85 a, Qui locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur. Attic. 147 a, Et ego excubo animo, nec partem vllam capio quietis. I. C. 119 b, Mors laborum aut miſeriarum quies eſt. pro Pom. 11 b, Nec eum labor ad quietem reuocatio. pro Cæl. 45 b, Quẽ non quies, non remiſſio delectarẽt? Offic. 21 a, Ioco vti licet, ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris. pro Deiot. 150 b, Omnem tranquillitatem & requiem ſenectutis acceptam refert clementiæ tuæ. de Diuin. 93 a, Si ad quietem integri iremus. ibid. b, At qui ſalubri & moderato cultu atque victu quieti ſe tradiderit. * Hortenſ. Neque moleſtam extinctionem & quaſi quietem vitæ fore. Acad. Voluptatis nomen, ſua-

men,ſuauitatem,quietem , teſte populo exaggerans.

¶ *Somnus*.de Diu.89 b, Quæ ei ſecundū quietem viſa ſunt. & 91 b,Ei viſum eſt in quiete,iuuenē,&c. * de Diu.136 b, Secundum quietem viſus ei dicitur draco radiculam in ore ferre.

† Syntaxis. *Locus quietis & tranquillitatis plenus. Excubo animo, nec partem quietis capio. Quies, remiſſio. Secundum quietem viſa occurrunt.*

QVIESCO, ſcis. *acquieſco, conquieſco.* de Natur.6 a,Ipſe dux *gruum* reuolat, vt ipſe quoque quieſcat,in eius locum ſuccedat ex ijs quę acquieuerunt. Att.125 a,Sed opinor quieſcamus,ne culpam noſtram coarguamus. pro Plan.178 b, Quæ ſi viginti quieſſem dies, in aliorum conſulum vigiliam recidiſſent.

¶ *Sileo*.ad Heren.41 a, Quieſce tu , cuius pater cubito ſe emungere ſolebat.

¶ *Permitto,ſino.* Attic.107 b,Aut ſi per tribunos plebis non patiatur,tamen quieſcat rem adduci ad interregnum.

¶ *Verſor.* pro Cec. 29 b, Potentia in hoc ſolo genere quieſcit,quid agat,quomodo aggrediatur,quà deniq; digitum proferat,non habet.

QVIETÈ. *tranquillè.* de Sen. 79 b. Quietè & eleganter acta ætas. * de Finib. 59 b, Quod aptiſſimum eſt ad quietè viuendum.

QVIETVRVS,a, um.de Orat.130 a, Videmur enim quieturi fuiſſe,niſi eſſemus laceſſiti. Ep.68 b, Cùm de nobis certum ſit,nos quieturos.

QVIETVS,a,um.*tranquillus,compoſitus,conſtitutus.*)(*immoderatè agitatus & fluctuans.* de Diu.139 a,Vt nunquã liceat quieta mente conſiſtere. Tuſc.231 b,Sic animi quietus & placatus ſtatus cernitur.pro Syl.172 a,Tranquillo & quieto animo frui aliqua re. contra Rull.81 a, Vobis integris, quietis, & ocioſis hominibus. Epiſtol. 143 b, Nunquam per M. Antonium quietus fui. de Senect. 82 b, Sermo quietus & remiſſus. in Catil.108 a,Quieta reſpub.de Leg. 181 a, Cœleſtium quieti dies. de Sen.94 a, Vitam ocioſam & quietam ſine vllo labore & contentione traducere. * de Petit. 206 a, Equitem Romanum nullarum partium, cùm ſemper natura , tum etiam ætate iam quietum , ſuis manibus occidit.

† Syntaxis. *Quietè & eleganter acta ætas. Quieta mente conſiſtere. Quietus & placatus animi ſtatus.Integri,quieti,& ocioſi ciues. Per malos nunquam ſunt quieti boni viri.*

QVILIBET.*quiuis.* ad Her.22 a, pro S.R.19 b,Si aut cauſa criminis, aut facti ſuſpicio, aut quælibet deniq; vel minima res reperietur, &c. de Fin.95 a,Sic vita agenda eſt certo genere quodam,non quolibet. de Diuin. 123 b, Apud maiores noſtros adhibebatur peritus, nunc quilibet. & Acad.12 a.& ad Her.17 a.

QVIN.*vt non, cur non, qui vel quæ, vel quod non.* Attic.108 a, Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus. Orat.220 a, Abeſſe non poteſt, quin eiuſdem hominis ſit, qui improbos probet,probos improbare. Att.143 b, Prætores autē,cùm, &c. abierit non longè, quin hoc à me decerni velit. pro Dom.127 a, Non quòd dubitaretis,quin ab iſto nihil iure eſſet actū.pro Fl.159 b,Quis ignorat,quin tria Græcorum genera ſint? pro Syll. 175 a, Nullus locus eſt, quo in loco reip.nomen ſit, quin eodem perſcriptum hoc iudiciū peruenerit. Oct.329 b, Non prætermittam quin proſim,&c. Att.254 a,Teneri nō potui, quin tibi apertius declararem, &c.& 74 a,Non dubitabat Zeno,quin ab Areopagitis inuito Memmio impetrari nō poſſet. pro Flac.154 b,Dubitabis quin hunc vendices pro Syll.167 b,Hortenſius non dubitauit, quin P.Syllam defenderet. Att.195 a,Tamē facere nō poſſum quin ad te mittam.de Fin.82,Dubium eſt quin faciamus, &c. de Inu.73 a, Non neceſſe eſt expectare,quin mox fiat.Ep.52 a,Non quin diſſentiam,ſed quòd, &c.Att.117 a,Non quin rectum eſſet, ſed quia,&c.in Verr. 178 a,Nemo eſſet quin hoc ſe audiſſe diceret. Ep.4 b,Nemo eſt quin exiſtimet,&c,& 78 a,Nemo eſt quin malit,&c. & 85 a,Nemo noſtrorum eſt,quin fecerit,&c Att.128 b,Vt ne quis à me dies intermittatur, quin dem ad te literas. & 112 a,Nullum intermiſi diem,quin,&c.in Verr.200 a,Nego vllam gemmam aut margaritam fuiſſe,quin quæſierit, inſpexerit,abſtulerit. de Orat. 85, Quis muſicis penitùs ſe dedidit,quin comprehenderit,&c. Attic.1 b,Dies ferè nullus eſt,quin hic Satrius domum meam ventitet pro Quin. 5 b, Cauſæ nihil eſt. quin, &c. & 10 b, Cauſæ nihil dico, quin ita ſit.de Orat. 131 b,Quin prodis? de Somn.127 b, Quin tu aſpicias ad te venientem patrem Paulum? & ibid. Quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero? Epiſt.99 b, Quin tu vrges occaſionem iſtam? Epiſt.139 a, Quin ipſa iudicia non ſolemus tractare eodem modo. & 109 a,Quin hinc ipſe euolare cupio. Epiſt.34 a,Quin niſi ego ſucceſſor eſſem , teantea quàm tibi ſucceſſum eſſet, deceſſurum fuiſſe.I.P.92 b,Quin tu me vides, qui, &c. *aliter,vide.* de Leg.166 a, Quin labebar longius,niſi me retinuiſſem. pro Mil.120 b, Quin hoc tempore ipſo, &c. Att. 14 b,Quin mihi nunc conſilium deeſt,&c. & 142 b,Quin ea ipſa non memini, &c. Epiſtol.112 b, Quin ego cùm fauerem ei,&c.mihi viſus ſum captus eſſe.de Orat.94 b,Adeſt enim ferè nemo, quin acutiùs, &c.& 114 b,De muſicis rebus non poterit quin dicat , hoc onere ſuſcepto , recuſare Quint.frat.323 a, De qua aqua & via nihil prætermiſi quadam epiſtola, quin enucleatè ad te perſcriberem.in Anton.162 a,Ego nihil prætermiſi,quantum facere potui, quin Pompeium à Cæſaris coniunctione auocarem. pro Mil. 113 a, Arbitrabantur non dubitaturum fortem virū, quin cum ſuo periculo ſalutem reipub. afferret. & 116 b, Quin ſic attendite iudices , nempe hæc eſt quæſtio de interitu Clodij,fingite animis, &c. pro Mar.132 b. Vt dubitare debeat nemo, quin multos,ſi fieri poſſet, C.Cæſar ab inferis excitaret.

QVINCVNX, cis. de Sen. 89 b, Ordines arborum in quincuncem directi: *id eſt,ita vt ternæ vbiq; arbores ſic poſitæ ſint, vt quincuncis notam,vel, quod idem eſt, æqualium laterum trianguli formã faciant. Eſt autē nota quincuncis hæc, V. quæ ſi crebra ponatur, vt quã notæ ipſæ apertæ ſunt, ea parte ſe viciſſim reſpiciant aduerſæ,eos ordines de quibus hic agit Cicero (quos tamē & Cæſar, & Quintilianus,& Columella iudicarunt) efficiet. Horum autem ordinum ea eſt pulcritudo & gratia, vt in quamcunq; partem ſpectes,recti eſſe videantur: commoditas verò,vt terræ ſuccum arbores æqualiter trahant,cœlumq; & ventos æquabiliter accipiant.*

¶ *Porrò nequa ſit in hac re difficultas, adſpice, Lector, ordinis in quincuncem figuram paulò explicatiorem.*



QVINDECIES.in Verr.121, H-S quindecies pecunia.

QVINDECIMVIR.Epiſt.113. Cælij.

QVINETIAM.*quin immò, atque etiam, quin,præterea.* Att.123 a, Epiſtolam meam quòd peruulgatam ſcribis eſſe, non fero moleſte:quia etiam ipſe multis dedi deſcribendam. Attic. 213 a, Equidem credibile non eſt, quantum ſcribam die, quin etiam noctibus:nihil eſt enim ſomni. Ep.95 a, Delectatio nulla extitit, quinetiam miſericordia conſecuta eſt. Ep.34 b, Horum ego ſermone non mouebar, quinetiam leuari me putabam,&c. Ep.11 a. & 96 b,Neq; verò hac in cauſa modò , ſed conſtanter ſæpe in ſenatu , quinetiam Marcello & Philippo Coss. nonis Aprilibus mihi ſenatus eſt aſſenſus,&c. Attic.236 a,Quinetiam hoc ipſo tempore multa ὑποσολικῶς. & 22 b, & 186 b, Quinetiam ſi,&c.tamen,&c.de Clar.190 b,Quinetiam memini,&c.& de Diu. 80 b,Quinetiam memoria noſtra,&c. de Nat.4 a, Quinetiam obeſt plerunque.de Cl.188 a,& Acad.1 b,Quinetiam in maximis occupationibus,&c.

QVINGENI,æ.Att 257 a,* Quingenos denarios dat.

QVINGENTI.Att.257 a,* Quingentos denarios dat.

QVINGENTESIMVS,a,um. pro Fl.146 a.& in Ant 155 a.

QVINIMMÒ.*quinetiam.* Att.7 b,Quin immò inter ſe leuiter diffident.

QVINQVAGESIMAE.I.V.172 b,Adde totius ſummæ DXL millia modiorum tres quinquageſimas. * I.V.173 a, Ab omnibus enim ternæ præterea quinquageſimæ exigebantur.

QVINQVAGENI.I.V.6.

QVINQVAGINTA. Att.lib.4.

QVINQVATRVS,trus.*dies Mineruæ ſacer,ſic dictus, quod quinto die poſt Idus,qui dies ater dicebatur,celebraretur* Epiſt.198 a, Quinquatribus egi cauſam tuam, non inuita Minerua. & 24 a,Ita tumultuoſæ conciones, ita moleſtæ quinquatrus afferebantur.Att.lib.9. Venit etiam ad me Mattius Quinquatribus.& Famil.lib.12.

QVINQVE.de Nat.lib.1, Quinque formæ & quinque ſiderum errantium motus.

QVINQVENNALIS, le. de Orat. 154 b, Cùm Olympiam veniſſet maxima illa quinquennali celebritate ludorum.

QVINQVENNIVM.I.A.165 a.de Leg.185 b,Cenſores magiſtratum quinquennium habento.* At.105 a,Cùm quinquennium prorogabamus.

QVINQVEPARTITVS. de Inu.lib.1, Quinquepartita argumentatio.* ad Her.11 b.

QVINQVEPRIMI. I. V. 162 a, Quinqueprimi accitu iſtius euocantur. *I.V. 163 b, Qua de re Agyrinenſes magiſtratus & quinqueprimi, quos tui quæſtus cauſa euocaſti, acta & imperia tua demum ad Senatum ſuum renunciauerunt. L. DECEMPRIMI.

QVINQVEREMIS, mis. *quinq; remorũ ordines habens nauis.* In Verr. 224 b, Certos homines in quinqueremi miſit, qui eos dentes reportarent. de Orat. 99 a, * Illa verò deridenda arrogantia eſt, in minoribus nauigijs rudẽ eſſe ſe confiteri: quinqueremes autem, aut etiam maiores, gubernare didiciſſe. de Diu. 94 b, Remigem quendam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum.

QVINQVEVIR. Acad. 34 a. contra Rull. 69.

QVINQVEVIRATVS, tus. de Prou. 77 b. * Vt quinqueuiratum acciperem. Attic. 135 b, Repudiari ſe totum, magis etiam quàm olim in quinqueuiratu, putabit. *Alij vigintiuiratu legunt.*

QVINQVIES. in Ant. 233 a, * Quinquies abſolutus eſt.

QVINTILIS, lis. *menſis Iulius, quòd quintus eſſet à Martio, qui primus erat tum anni mẽſis.* Att. 224 b, Volo menſe Quintili in Græciam. * Qu. fr. 309 a, Calendæ Quintiles.

* QVINTILIS, le. Qu. frat. 309 a, Calendæ Quintiles.

QVINTVS, a, um. lib. 1. Quinta natura. Acad. lib. 2, Quinta claſſis. * Incer. De accuſatore lege quinta dicta.

* QVINTVSDECIMVS, a, um. de Inuent. 62 a, Quintuſdecimus locus.

QVINVS, a, um. in Piſ. 94 a, Græci ſtipati, quini in lectulis, ſæpe plures.

QVIPPE. *nam, etenim, nempe, nec mirum, vtpote.* Att 92 a, Non me aliquid iuuare poſſis: quippe res eſt in manibus, tu autem abes longè gentium. de Clar. 187 a, Non puto exiſtimare te, ambitione me labi quippe de mortuis. pro Dom. 238 b, Iam fateor, inquit, in Gabinium me nefarium fuiſſe: quippe vides, &c. I.A. 174 b, Hærebat nebulo, quò ſe verteret, non habebat: quippe in his ipſis temporibus dicebatur. de Fi. 53 a, Sol Democrito magnus videtur: quippe homini erudito. de Orat. 129 a, Leue nomen habet vtraque res: quippe leue enim eſt totum hoc riſum mouere. de Fin. 107 b Quippe habes enim à rhetoribus. de Fin. 65 a, Epicurus iſtam voluptatem interdum nimis etiam nouit: quippe qui teſtificetur, &c. pro S.R. 26 b, Conuiuia cum patre non inibat: quippe qui, &c. ad Brut. 91 b, Quippe quæ, &c. Att. 156 a, Viſum te aiunt in regia, nec reprehendo: quippe cùm ipſe iſtam reprehenſionem non fugerim. de Fin. 99 a, Quippe cùm Peripatetici, &c. de Leg. 157 a, Potes autem tu, &c quippe cum, &c. Epiſt. 11 b, Multa de mea ſententia queſtus eſt Cæſar: quippe quòd etiam Rauennæ Craſſum ante vidiſſet, ab eoq; in me eſſet incenſus. pro Mur. 139 a, Dixiſti quippe, iam fixum & ſtatutum eſt. pro Cecin. 265 b, Rectè igitur diceres, te reſtituiſſe: quippe. de Nat. 79 a, Quippe, inquit Velleius, qui, &c pro Mur. 142 a, Quippe, inquit, tu mihi &c pro Mil. 110 b, Quippe ſi ille obuius futurus non erat de Inu. 78 b, Quippe quæ in lege ſcripta non ſit. I.A. 184 a, Quippe qui iuſſit, &c. I.A. 183 b, Quippe cùm viderem, &c. pro Mil. 108 a, Mouet me quippe lumen curiæ.

† Syntaxis. *Quippe leuis enim eſt.*

QVIRINALIA, orum. *Quirino, id eſt, Romulo ſacri dies atq; celebritas.* Q fr. 314 b, Comitiales dies, qui Quirinalia ſequũtur. * Q. fr. 308 a, Operas ſuas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur.

QVIRINVS, ni. *Romulus.* L. ROMVLVS.

QVIRITES, tum. *populus Rom.* I. A. 208 b, *quater.* pro Cec. 303 b, Non poteſt iure Quritum liber eſſe is, qui in numero Quirtum non eſt.

QVIRITO, as. *fidem populi Rom. imploro.* Aſin. Epiſt. 164 b, Et illi miſero quiritanti, Ciuis Romanus ſum: reſpondit, Abi nunc, populi fidem implora.

QVIS *vel* qui, quæ, quod *vel* quid. *quæ res.* de Clar. 176 a, Licinins tolerabilis patronus, cuius orationes pueri legebamus, quas iam reperire vix poſſumus. de Natur. 20 b, Sunt multa, quę paludibus exiſtũt, quæ negemus eſſe. Or. 213 b. & pro Mar. 134 b, Quis omnium doctior Ariſtotele? Or. 199 b, Quis porrò vnquam Græcorũ rhetorũ, &c pro Dom. 238 b, Quis eras tu? pro Qu. R. 48 a, Conſidera, quis quem fraudaſſe dicitur. de Orat. 85 b, Quis autem dubitet, quin, &c. & ibid. Quis enim eſt, qui, &c. Tuſc. 224 b, Si quis ad eum quid tale retulerat. I. A. 167 a, Si te in iudicium quis adducat. I.P. 82 a, Vereor, ne qui ſit, qui, &c. pro Cec. 291 b, Vt ſi qui me exire domo mea coëgiſſet armis. pro Syl. 173 b, Ne qui fortè, &c. Att. 117 b, Niſi qui (vt tu ſcis) Parthicus caſus extiterit. Orat. 216 b, Si numerus orationis quæritur, qui ſit, omnis eſt. de Fin. 105 a, Alienum eſt à ſapiente, nõ modò iniuriam cui facere, verumetiam nocere. & ibid. Ne cui falsò aſſentiamur. Epiſt. 2 a, Regis cauſa ſi qui ſunt qui velint, qui pauci ſunt, omnes rem ad Pompeium deferri volunt. pro Mar. 131 b, Si diligenter, qui vir ille fuerit, conſideraris. Epiſt. 146 b, Talem igitur te eſſe oportet, qui primum te diſiungas, &c. & 105 a, Fac quæſo qui ego ſum, eſſe te. I.V. 205 a, Is ſe illum, qui non eſt, ſimulat. Ep. 74 b, Si nos ij ſumus, qui eſſe debemus. pro Dom. 231 b, Nec ſum tam inſolens, qui Iouem eſſe me dicam. Ep. 68 b, Neq; enim tu is es, qui, qui ſis, neſcias. Att. 213 b, Ac vellem quidem (eſſem enm qui eſſe debeam) I.A. 198 a, Diuidebat agros quibus & quos volebat. Orat. 216 a, Quos autẽ numeros cũ quibus miſceri oporteat, nunc dicendum eſt. & 101 a, Patria cuius rei tanta vis eſt, vt, &c. Ep. 72 a, Officio tamẽ eſſem functus amiciſſimi, quem me tibi eſſe exiſtimes velim. Qu. fr. 320 a, Concidiſſem qui illum oderunt. *id eſt, eos qui, &c.* Offic. 8 b, Nego ius eſſe qui miles nõ ſit, pugnare cum hoſte. Att. 215 a, Qui decẽ legati Mummio fuerunt, Polybius non nominat. pro Syl. 185 a, Quę prima innocentis mihi defenſio eſt oblata, ſuſcepi. Att. 151 b, Quos pueros cũ Mario miſeram epiſtolam mihi attulerunt, hoc exemplo, &c. Att. 221 b, Ad Cæſarem quam miſi epiſtolã, eius exemplũ fugit me tum tibi mittere. Att. 197 b, Quibus de rebus ad me ſcripſiſti, quoniam ipſe venio, coràm videbimus. pro Cec. 285 a, Qua de re iure decertare oportet, armis non contendere. de Orat. 99 b, Quid, qua re inter eos centumuiri iudicarunt? pro Qu. R. 53 a, Qua de re iudex fuiſſet teſtis eſſet. de Fin. 64 a, Niſi inter quos diſſeritur, conuenit, quid ſit, &c. pro Arch. 188 a, Quæ iacérent in tenebris omnia, niſi literarum lumen accenderet. Antequam. 193 b, Cùm à quibus debeam retineri, reijcere inſtituant. Poſtquam. 206 a, Neq; ſolum id dixit, ſed quos ei commodum fuit, compellauit. & 210 a, Vt agerentur gratiæ, qui è municipijs veniſſent. de Diu. 116 b, In Aequimelium miſi, qui afferat agnum, &c. Att. 212 a, Magis doleo me non habere cui tradam, quàm habere qui vtar. de Cla. 183 a, Oratio pro lege Varia quæ inſcribitur pro Dom. 223 a, Dico legẽ iſtam, quam vocas, non eſſe legẽ. in Hort. Quæro nõ quibus rebus intendam animũ, ſed quibus remittam. pro S.R. 45 b, Non eandẽ autoritatẽ habent aduerſaria, quam tabulæ. Att. 127 a, In eadem opinione fui, qua reliqui omnes, te, &c. pro S.R. 44 a, Homines iſta autoritate prędit, qua vos eſtis. Qu. fr. 300 a, Tua quæ fuerit cupiditas tanta neſcio. Ep. 173 b, Qua enim prudẽtia es, nihil te fugit. & 200 b, Quod tuũ eſt iudicium de hominibus. & 231 b, Quæ tua natura eſt. & 20 b, Qui tuus eſt amor, &c. & 122 b, Quod maximum eſt. & 124 a, Quod ſolet fieri. de Som. 130 b, Quod autẽ motum affert alicui, quod ipſum agitur aliunde, quando finẽ habet motus, finẽ habeat neceſſe eſt. Att. 90 a, Quod illum ſoleo hortari. Qu. fr. 299 a, Sed quid ego te hæc hortor? pro Qu. 7 a, Quod eſt hoc iudicium? & 5 b, Niſi tu, quod eſſet tuum ius & officinm poteſtasq;, docuiſſes. in Verr. 240 a, Tu cogita quod hoc genus prædandi. Attic. 124 b, Reſpondit ſe, quod in nummis haberet, neſcire quo loci eſſet. de Orat. 88 a, Quid in Numa Pompilio? num quod eloquẽtiæ veſtigium apparet? de Orat. 113 a, Quid eſt, inquit, Catule, Cæſar, vbi ſunt qui Antonium Gręce negant ſcire? pro Dom. 220 a, Quid? ſacra Clodiæ gentis cur intereunt, quod in te eſt? in Anton. 168 b, Velim mihi dicas, L. Tarſutius qua facie fuerit? qua ſtatura? quo municipio? qua tribu? Epiſtol. 3 b, Quem ego ipſum cùm audio. &c. ad Heren. 29 a, Quos iſtos? Ep. 256 a, Cui quidẽ ego amori, &c. & ibid. Quo tamen ipſo, &c. in Verr. 110 b, A` quo mea voluntas longiſſimè abhorret: *id eſt, à qua re.* Ep. 84 a, In quo: *id eſt, in qua re.* & 18 a, In quo: *id eſt, in qua parte.* Epiſt. 23 a, Ex quo vereor, ne, &c. Att. 16 a, Nihil mihi nunc ſcito tam deeſſe, quàm hominẽ eum, qui cum omnia communicem. & ibid. Reperire ex magna turba neminẽ poſſumus, quo cũ iocari liberè poſſimus. Ep. 77 a, Tamen nemo erat, qui cùm eſſem libentius. & ibid. Plerique eorum quibus cum viuo neceſſarió. Offic. 74 a, A` quis malè pugnatum eſt: *id eſt, à quibus* ad Herenn. 10 a, Oporteát ne de ea re iudicium fieri, quæ res in iudicium non venerit. de Diuin. 111 a, Num igitur aut aruſpex, aut augur, aut vates quis, aut ſomnians? &c. ad Herennium 9 a, Num quæ abrogatio? & 7 b, Num qui ſtrepitus exauditus ſit. de Finib. 49 b, Quis enim eſt tam inimicus, &c. qui ſpernat, &c. qui dicat, &c. Attic. 93 b, Sed illum eum futurum eſſe puto, qui eſſe debet. & 97 b Quæ tua prudentia & temperantia eſt: *id eſt, tanta.* * Frag. ep. Data Lupercalibus, qno die, &c.

QVI'SNAM. de Inu. 62 a, Quæſiuit ab eis, quáſnam virgines formoſas haberent.

QVISPIAM. *aliquis.* pro Qu. 8 a, Pecuniam ſi cuipiam fortunam ademit, aut, &c. Off 7 a, Si conſtitueris te cuipiam aduocatum eſſe venturum. Attic. 98 b, Neuter quenquam omnium pluris facit quàm me. Epiſt. 130 a, Vel aliæ quæpiam rationes. Tuſc. 194 a, Aliquod quodpiam membrũ. Nat. 77 b, Si grando quippiam nocuit. pro Seſt. 17 a.

QVIS-

QVISQVAM. *aliquis.* in Verrem 229 a, Tetrior hic tyrannus Syracuſis fuit, quàm quiſquam ſuperiorum. Epiſtol. 8 a, Magnitudinem animi tui ne inflectas cuiuſquam iniuria. de Orat. 126 a, Magis etiam quàm quenquam aliorum. pro Quint. 47 b, Eſt'ne quiſquam omnium mortalium, de quo meliùs exiſtimes? I. V. 251 a, Quiſquam omnium mortalium hoc faciat? & 132 a, An hoc dubitabit quiſquã omnium? Att. 138 a, Quicquam tu illa putas fuiſſe?

QVISQVE, quæque, quodque, vel quoduis. de Nat. 31 b, Principatus, quo nihil in quôque genere poteſt eſſe præſtantius. de Nat. 37 b, Cæteræ naturæ ſuis ſeminibus quæque gignuntur. Epiſt. 17 a, Ego quid ad te tuorum quiſq; neceſſariorum ſcribat, neſcio. de Fin. 139 a, Sua cuiuſque animantis natura eſt. de Opt. 243 a, In cæteris ſuus eſt cuiuſque certus ſonus. de Fin. 130 b, Quod comprehenditur ſuis cuiuſque ſenſibus. de Nat. 60 a, Quum ſuo cuique iudicio ſit vtendum. in Sal. 274 b, Illud cenſorium elogiũ Claudij & Piſonis, quo vſus eſt quiſque eorum, *vbi de duobus tantùm loquitur.* Off. 30 a, Pictores & Poëtę ſuum quiſque opus à vulgo conſiderari vult. Poſtquam. 198 a, Nihil dulcius hominum generi à natura datum eſt, quàm ſui cuique liberi. de Somn. 130 b, Sed mens cuiuſque is eſt quiſque, non ea figura, quæ digito demonſtrari poteſt. Offic. 49 b, Vt ciuitas ſit libera, & non ſollicita ſuæ rei cuiuſque cuſtodia. de Am. 104 b, Satis ſuperque eſt ſibi ſuarum cuiq; rerum cura. pro Seſt. 26 b, Hæc qui defendunt, optimates ſunt, cuiuſque ſint ordinis. de Diuin. 126 b, Signifer orbis vnaquæque pars alia alio modo mouet cœlum, perinde vt quæque ſtellæ in his partibus ſunt quôq; tempore. I. A. 188 a, In ſortitione prouinciarum quæ cuique apta erat, ea cuique obuenit. Epiſt. 78 a, Vt ſuæ quenque fortunæ maximè pœniteat. de Fin. 130 a, Scientiam ſuam cuiuſque artis eſſe. Off. 66 a, Quid quemque cuique præſtare oporteat. de Am. 106 a, Amicitiarum ſua cuique permanet ſtabilis & certa poſſeſſio. de Or. 85 b, Per multos excellentes in quôque genere videbis non mediocriũ artium, ſed propè maximarum. & 95 b, In quo quiſq; artificio excellit, is in ſuo genere Roſcius dicitur. de Fin. 135 b, Cuiuſque partis naturæ & in corpore & in animo ſua quæque vis eſt. de Orat. 70 b, Quamcunque rem à quoq; cognoueris, de ea melius dices, quàm, &c. de Nat. 77 a, Edixit, vt quod quiſque à ſacris haberet, in ſuum quodque fanum referret. Att. 7 a, & pro Flac. 166 a, Quotus enim quiſque eſt, qui optimi & ampliſſimi cuiuſque hominis autoritatem magni putet? de Clar. 171 b, Multos nobiles quod quiſque potuiſſet in illam orationem contuliſſe. Orat. 216 a, Dicendum eſt, quibus orationis generibus ſint quique accommodatiſſimi: *id eſt, numeri.* contra Rul. 65 b, Huic malo pro ſe quiſq; noſtrûm mederi debemus. Offic. 5 a, Ex quo quia ſuum cuiuſque fit, eorum quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quiſque teneat. de Diuin. 166 b, Quæ cuique obtigerit hoſtia, id habet aliquid diuini. & ibidem. Quæ cuique ducatur ſors.

QVISQVE. *cum comparatiuo, ſuperlatiuo, & ordinem ſignificantibus nominibus.* pro Qu. R. 50 a, Quo quiſque eſt ingenioſior, hoc docet laborioſius. Att. 130 a, Hortor, vt primo quôque die Luceriam aduenires. de Nat. 60 b, Primum quidque videamus. Att. 120 a, Infimus quiſque propenſus in alteram partem. de Or. 137 b, Vti quemque eorum minimum putant, ita eum primum volunt dicere. de Fin. 138 a, Vt quiſque optimè natus inſtitutusq́ue eſt, &c. de Fin. 81 a, Optimum quicque rariſſimum eſt. Ac. 41 b, Recentiſſima quæque ſunt correcta & emendata maximè. Tuſc. 164 b, Sed neſcio quo pacto doctiſs. quiſque contemnit. de Inuen. 84 a, Grauiſſima quæque cauſa vehementiſſimè neceſſaria eſt. de Orat. 94 b, Vt quiſque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem timet. Epiſt. 61 a, Tertio quôque verbo orationis ſuæ me appellabat. pro R. P. 128 a, Modò nobis inſpectantibus in iudicio Gabinij, tertio quôque verbo excitabantur. I. V. 136 b, Quinto quôque anno Sicilia cenſetur. I. P. 81 b, & Att. 94 b, Triceſimo quôq; die. Off. 30 a, Veri etiam poëtæ ſuum quiſque opus à vulgo conſiderari vult.

QVISQVILIAE, arum. *ſordes,* emiſſitiæ. Att. 12 a, Id Caluus & Spongia & cæteræ huiuſmodi quiſquilię ſtatuunt nunquam eſſe factũ. * pro Seſt. 22 b, Omitto iam Numerium, Serranum, Aelium, quiſquilias ſeditionis Clodianæ.

QVISQVIS. de Cl. 188 a, Plus enim attulit, &c. quiſquis eſt ille, ſi modò eſt aliquis, qui, &c. * de Fin. 130 a, Cùm autem proceſſit animal paulùm, & quatenus quicquid *(al. quidque)* ſe attingat, ad ſeq́ue pertineat, perſpicere cœpit. Ep. 78 a, Nam etſi quocunq; in loco quiſquis *(al. quiſque)* eſt, idem eſt ei ſenſus.

QVIVIS. *quilibet.* de Cl. 185 a, Tantum detraxit, quantum non quiuis vnus è populo, ſed exiſtimator, doctus & intelligens poſſet cognoſcere. pro Cec. 296 b, Si tu ſolus aut quiuis vnus impetum in me feciſſet. & ibid. a, Aut colonus, aut cliens, aut quiuis, qui, &c. in Sal. 272 a, Vt lutulentus ſus, cum quouis volutari. Pro Qu. 15 a, Quiuis vt perſpicere poſſit. de Opt. 243 a, Poëmatum ſuum quoduis eſt diuerſum à cæteris. de Inu. 60 b, Nam ex ijs rebus, quę perſonis atq; negotijs attributæ ſunt, quæuis amplificationes & indignationes naſci poſſunt.

QVO. At. 121 a, Ipſe ne quò inciderem, reuerti Formias. 120 b, Qui autem & quò nihil ſcimus. Epiſt. 151 a, Nec quò progredi velles, exploratum ſatis habebat. contra Rullum 80 b, Tu non definias quò colonias? in quæ loca deduci velis? in Verr. 252 a, Eſt certus locus, certa lex, certum tribunal, quò hoc reſeruetur. pro Seſt. 9 b, Quid hoc homine facias? aut quò ciuem importunum reſerues? I. V. 136 a, Primùm quò tantam? pecuniam? deinde quamobrem cẽſores ad ſtatuam tibi conferebant. & 145 b, Quò tibi tantum opus fuerit, quæro. pro Cæl. 48 b, Si tam familiaris erat, quàm tu eſſe vis, dixit profectò, quò vellet aurum. Ep. 106 a, Martis verò ſignum quò mihi pacis autori? Attic. 119 a, Quò igitur hæc ſpectat oratio? de Diuin. 135 b, Iam verò quò pertinent ænigmata ſomniorum? Attic. 155 a, Quod ſcribis, non quò aliunde audiueris, ſed te ipſum putare, me, &c. de Orat. 137 a, Non quò libenter malè audiã, &c. ſed quia, &c. Ep. 81 a, Non quò ego certò ſciam, ſed quòd, &c. & 150 b, Non quò vnquam dubitaſſet, &c. pro Quin. 1 b, Non eò dico C. Aquili, quò mihi veniat in dubium tua fides. de Fin. 90 b, Quò magis hoc nobis faciendum eſt. pro Quin. 1 a, Quæ quò plura ſunt, eò te meliori mente noſtra verba audire oportet. pro Qu. R. 50 a, Quò quiſque eſt ingenioſior, hoc docet laborioſius. & 120 b, Sed quò eſt illa magis diuina, eò maiore à te dolore diuellor. Epiſt. 57 a, Quò minus familiaris ſum, hoc ſum ad inueſtigandum curioſior. & 57 b, Quò facilius poſſit, &c. &c. hoc eſt adhuc tardior. * con. C. Anton. Vt non eſſet locus tam ſanctus, quò non aduentus tuus crimen afferret.

Syntaxis. *Non quò dubitem. Quò tanta pecunia?*

QVOAD. *donec, vſque dum.* Att. 117 a, Quòd me admones, vt me integrum quoad poſſim ſeruem, gratum eſt. de Orat. 135 b, Omnia cogitando, quoad facere potui, ſum proſecutus. Att. 117 a, Ego me ducem in ciuili bello, quoad de pace ageretur, nolui eſſe. Epiſt. 118 b, Quoad is numerus effectus eſſet. de In. 82 b, Ille naui quoad potuit, eſt opitulatus. & 64 b, Quoad geri poſſit. Att. 178 a, Tu tamen velim ne intermittas, quoad eius facere poteris, ſcribere. Epiſtol. 31 b, Si eam quoad eius facere potueris, quàm expeditiſſimam mihi trades. & 65 a, Vt quoad eius fieri poſſit, præſentiæ tuæ deſiderium meo labore minuatur. in Catil. 114 b, Quanquam quoad fuit in vrbe, eius conſilijs obſtiti. contra Rull. 61 a, Videte nunc, quoad fecerit iter apertius, quàm antea. Off. 1 a, Tamdiu autem velle debebis, quoad te quantum proficias, non pœnitebit. Ep. 47, Hactenus exiſtimo, &c. quoad, &c. Qu. fr. 291 b, Eatenus, &c. quoad, &c. contra Rul. 89 b, & I. V. 164 b, Vſq; eò, quoad, &c. Tuſc. 227 a, Cognoſcere aliqua, quoad poſſint ab homine cognoſci. pro Dom. 241 a, Id ſperaſti, rempubl. diutius, quàm quoad mecum ſimul expulſa eſſet, eſſe laturam? pro Archi. 185 b, Quoad longiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpacium præteriti temporis. Epiſt. 209 b, Operamq́; des, quoad tibi æquum & rectum videbitur, vt, &c. Epiſt. 123 b, Primùm ei te commodes, quoad fides tua dignitasq́; patietur. Attic. 248 b, Quouſque, inquies? quoad erit integrum: erit autem, vſq; dum ad nauem. in Ant. 231 b, Mihi Antonius perueniſſe videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia. de L. 258 b, Iuriſconſulti ius ciuile eatenus exercuerunt, quoad populo præſtare voluerunt.

† Syntaxis. *Quoad eius fieri poſſit. Quoad eius facere poſſes. Vſq; eò, quoad Eatenus, quoad.*

QVOCIRCA. *vnde ex quo, quo, itaque, quamobrem.* de Diu. 99 b, Quocirca bene ad maiores noſtros ſenatus decreuit, &c. de Seneᴄt. 100 a, Quocirca ſi ſapientiam meam admirari ſoletis. Att. lib. 10, quocirca hæ ſunt breues, &c.

QVOCVNQVE, *aduerbium.* I. V. 270 a, Quocunq; venerint, hanc ſibi rem præſidio ſperant eſſe futuram.

QVOCVNQVE tempore. *quandocunque, quoque tempore.* Ep. 16 a, Sed quocunq; tempore mihi poteſtas tui præſentis fuerit, &c.

QVOD. *quia, quo.* I. V. 228 a, Vrbs, quæ quòd in ea Fortunæ fanum fuit, Tyche nominata eſt. Att. 24 b, Feciſti mihi pergratum, quòd Serapionis librum ad me miſiſti. & 125 b, Gratiſſimum mihi eſt, quòd quieris. de Fin. 83 b, Bene facis, inquit, quòd me adiuuas. in Verr. 171 a, Propter hanc cauſam, quòd, &c. Att. 24 a, Hoc ipſo quòd, &c. Att. 102 a, De animo meo erga te, benefacis quòd non dubitas

de Leg.184 a,Sanè gaudeo,quòd te interpellaui. I.V.208 a.Non tibi obijcio, quòd hominem omni argento ſpoliaſti. Att.17 b,Atq; hoc loco illud non queo præterire,quòd cum de conſularibus mea prima ſors exiſſet, ſenatus retinendum me in vrbe cenſuit.pro Clu.57 b,Prætereo quòd eam domum ſibi delegit,in qua,&c. Tuſc.205 a,Sed ſe videre,quòd paucis annis magna acceſſio facta eſt. de Diu. 119 b,Cato mirari ſe dicebat,quòd non rideret aruſpex,aruſpicem cum vidiſſet.Epiſtol.115 b, Illud mihi occurrit, quòd diſceſſit,&c.de Leg.162 b,Illud extremum eſt,quòd rectè viuendi ratio meliores efficit. & ibidem, Atque hoc in omni diſputatione ſic intelligi volo, quod dicam naturam eſſe, &c. ad Heren. 5 a, Hoc modo in loco communi per amplificationem inijciemus: quòd ſi hoc feciſſet,tamen ei ignoſci conueniret, &c.Epiſt. 48 a, Facilè apparet, quòd me colat. Qu fr.319 a,Epiſtola,in qua primùm erat, quòd antiquior dies in tuis fuiſſet adſcripta literis, quam in Cæſaris.in Ver.233 b,Ea enim ſcripta eſt,quòd iſte virgis neminem cæcidiſſet. Attic. 51 b, Accedit illud incommodum,quòd illa opinio,&c.Att.194 a, Ad Siccam ſcripſi,quòd vtatur L.Cotta. de N.29 a,& b,Appareat, quòd aliud à terra ſumpſimus,aliud ab humore.Offic.8 b,Equidem illud animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis eſſet,is hoſtis vocaretur. Ep.108 a, Memini, quòd mihi deſipere videbare. Qu.de Pet.208 a, Memini, quòd nulla in re illis vnquam moleſtus fui. I. V. 230 b, Iam illa præteribo,quòd iſta abſtulit menſas, &c. Epiſt.112 b, Acceſſit huc,quòd poſtridie ille venit. de N. 73 b, Addo huc, quòd mihi pater miſit, &c. Att. 120 a, Omitto illa vetera, iſtum in repub.ille aluit,auxit,armauit. Attic. 127 b, Mea quòd ſemper fuit ſententia primùm de pace, deinde, &c. meminiſſe te arbitror. de Cl.190 b, Hoc ipſum etiam poſui pro argumento, quòd ille ſolutè egiſſet. pro Qu.R.51 a, Tu Qu. R. pro opera, labore, quòd cognitor fuiſſet, quòd vadimonia obiſſet,rogâſti,vt,&c. Att.177 b, Audebo petere abs te,quòd te oro, ne exiſtimes, &c. de Cl.192 b, Illud minus curo, quòd congeſſiſti operarios omnes. de Ar.248 b,Quòd ni tu voluiſſes,&c.haud ſcio,&c Epiſt. 197 a,Quòd ni ita putarem, ipſe perſcriberem.Epiſt.235 a, Quòd vtinam minus vitæ cupidus fuiſſem. I. V. 121 a, Quòd ego niſi,&c.

† Syntaxis. *Quòd vtinam vitæ minus cupidus fuiſſem.*

QVOD ſi,*pro,nam ſi.* Or.201 b, Quòd ſi in philoſophia tantum intereſt,quemadmodum dicas quid tandem in cauſis exiſtimandum eſt?Epiſt.55 a, Quòd ſi nullum haberes ſenſum niſi oculorum, prorſus tibi ignoſcerem, ſi quoſdam nolles videre. Epiſt. 96 a, Quòd ſi mihi permiſiſſes, confeſtim,&c.de Clar.175 a,Quòd ſi omnia,&c.commodius,&c. Att.85 b,Quòd ſi cuipiam, huic tamen non. Qu. fr.290 b, Quòd ſi tibi bellum adminiſtranti viderem, &c. tremerem animo,&c.item, Quòd ſi quis eſt, qui, &c. pro Arch.188 b,Quòd ſi non,&c.tamen, &c.& 189 a,Quòd ſi ipſi neque attingere,&c.tamen, &c.

QVODAMMODO.de Or.107 a, Vocem ab acutiſſimo ſono vſq; ad grauiſſimum recipere,& quaſi quodammodo colligere. de Clar.189 a,Voce,motu, forma etiam magnifica quodammodo.

QVOI ,*pro, cui.* de L. 182 b, Quoi auro dentes vincti eſſent,&c.

QVOIVS,*pro,Cuius.*de Leg.166 b, Ad finem bonorum quò referuntur, & quoius adipiſcendi cauſſa ſunt fecienda omnia.

QVO magis.*vt magis.*de In.78 b,de N.63 b, Quo magis cogito,eo minus intelligo.pro Sext.Roſc.29 b. Quo minus, &c.eo magis,&c.& 32 a, Tenuitas huius eo magis elucet, quo magis occultatur.

¶ Quo magis.*ſine eo, & quo minus, poſt rei expoſitionem, epiphonematicos.* de Offic. 6 a, Eſt autem in hoc genere moleſtum,quòd in maximis animis, ſplendidiſſimiſque ingenijs plerunque exiſtit honoris, imperij, potentiæ,gloriæ cupiditas. quo magis cauendum eſt,ne quid in eo genere peccetur.

QVO minus.*quo ſecius,vt non.*de In.78 a,Att.23 a,Nihil deſideramus,quo minus Epeirum ipſam poſſidere videamur. de Orat.107 b,Neq; repugnabo, quo minus omnia legãt, &c. Att.173 a,Nihil te deterreo, quo minus id diſputes.de Cl. 175 a, Vacationem augures, quo minus iudicijs operam dent,non habere. I. C. 114 a, Quæ religio. C. Mario non fuerit,quo minus C. Glauciam prætorem occideret. pro Dom.229 b, Nihil de me tuliſtis, quo minus eſſem in ciuium numero.Vat.Nemo ſe anteponat,quo minus reus fiat.Ep.172 a,Interpellat me, quo minus honoratus ſim, dum ne interpellet, quo minus reſpub. antè defendatur. & 36,Illud non perficis, quo minus tua cauſa velim.Tuſ. 68 a,Mors non deterret,quo minus, &c. Epiſt.93 b,Non eo res me deterruit, quo minus, &c. & 4 b, Nemo eſt qui neſciat, quo minus diſceſſio fieret, per aduerſarios tuos eſſe factum,& 114 b, Tanquam nihil denegatum ſit ei quo minus quàm paratiſſimus eſſet.ad Heren. 4 b, Impedimento eſt quo ſecius feratur lex. Offic. 15 a, Quæ eo faciliora ſunt philoſophis,quo minus patent multa in eorum vita quæ fortuna feriat, & quo minus multis rebus egent. de Orator. 91 a, Nullis terminis circumſcribit ius ſuum, quo minus ei liceat vagari quò velit. I.P. 87 a, Nemini ciui vlla, quo minus adeſſet, ſatis iuſta excuſatio eſt viſa.

QVOMODO.*quo pacto,quemadmodum,qua ratione,qua via,vt.* Orat.110 a,Vt enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, non reperies. Epiſt. 30 b, Si reſpub.tibi narrare potuiſſet,quomodo ſeſe haberet,non facilius,&c. & 20 a, Hæc negocia quomodo ſe habẽt, ne epiſtola quidem narrare audeo tibi.de Orat.123 a, In hac arte nullum eſt præceptum,quomodo verum inueniatur, ſed tantum eſt,quomodo iudicetur. de Ar.245 a, Et ſua concio riſit, hominem, quomodo ipſe gloriari ſolet, ducentis confixum ſenatuſconſultis.pro s.R. 19 b, Poſtulatio breuis,& (quomodo mihi perſuadeo) aliquanto æquior. contra Rull. 76 a, Sed ita me conſulem feciſtis, quomodo pauci in hac ciuitate facti ſunt.Tuſ.232 a,Et quomodo hoc,&c. ſic illud,&c.pro Qu.16 b, Quem quomodo nunc intẽdit, ne viuum quidem tum putabat ad Br.91 a, Quomodo equidem credo, quòd, &c. quomodo autem multi ſuſpicantur,ne te,&c.quod ego non credo.de Nat.67 b,& Att. 133 a,& 204 b,Quomodo nunc quidem eſt. Qu.fr.307 a, Quomodo res ſe habet,nõ eſt facillima. Epiſt.98 a,Quomodo homines dicunt.Att.101 a,Cæſar quomodo exultat in victoria Qu.de Pet.212 a,Cùm id petitur,quod honeſtè promittere non poſſumus, quomodo ſiquis roget, &c.Att.204 b,Nam quomodo nunc eſt,pedem vbi ponat in ſuo, non habet. pro S.R. 25 a, Illa quomodo crimen commentitium confirmaret,non inueniebat:ego res tam leues qua ratione infirmem ac diluam, reperire non poſſum.de Or.121 a,Illud ad vos Cotta & Sulpici,quomodo nunc ſe iſtorum artes habent, pertimeſcenda eſt multitudo cauſarum. L. QVAM.

† Syntaxis. *Quomodo ſiquis roget. Quomodo nunc eſt,ſemper eget. Tu cura(quomodo nunc viuitur) vti, &c. Ego(quomodo vellem)contendam,&c.*

QVOMODOCVNQVE.*vtut,vtcunque, quoquo modo, quocunque modo,quibus rebus poſſis.*Or.203 a,Et poterit,quocunq; modo poſtulabit,cauſam cauſa dicere. Epiſt.238 a, Quomodocunq; res ſe habet, poteris,&c.

QVONDAM *quodam tempore,fuit quoddam tempus cùm.* de In. 42 a,Apud maiores noſtros.)(*nuper,hoc tempore.* de Inu.62 a,Crotoniatæ quondam, cùm florerent omnibus copijs, &c.pro S.R. 44 b, Populus Rom. qui quondam in hoſtesleniſſimus exiſtimabatur,hoc tempore, &c. pro Pom.8 a, Medea illa ex Ponto quondam profugiſſe dicitur.I.A.211 a, Brutus homo quondam illius generis atque nominis natus ad rempubl.liberandam.de Or.87 a,Ea quæ quondam accepi in noſtrorum hominũ diſputatione eſſe verſata.& 96 a, Conſuetudo mea qua quondam ſolitus ſum vti.de Clar. 181 a, Curionem quondam concio reliquit. Acad.3 b,Et aliàs ſæpe,& quondam in Hortenſij villa.pro Fl.166 b, Quondam,*de biennio, aut de breui tempore.* Anteq. 195 a, & Att. 26 b, 27 a, & de Fin.51 b, Omnia ferè quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondã fuerunt. Att.156 b,Is qui nos ſibi quondam ad pedes ſtratos non ſubleuabat.

QVONIAM.*pro eo quòd quando.* Tuſc.173 a, Qui fortis eſt, idem eſt fidens: quoniam confidens mala conſuetudine in vitio ponitur.Ep.50 b,Tamen ei moriendum fuit,quoniam homo nata erat. pro Pl.276 b,Et quoniam tu ita vis, nimium me gratum eſſe concedam. pro Fl.160 b, Vbi ergo crimen eſt? quoniam quidem furtum nuſquam reprehendis, &c. pro S.R.23, Quoniam quidem ſuſcepi, non deero.de Or.103 a,Tolerabilius eſt ſic dicere,vt quoniam dicendi facultas, &c. ſic boni oratoris, multa auribus accepiſſe,&c.& 107 b,Quanquam quoniam, &c. Epiſt.19 b, Quamobrem quoniam, &c.I.A.189 a, Quapropter quoniam,&c.aliquando,&c. Att.21 b,Quoniam quidem,quæ nos ſcribimus,te delectant.

QVO pacto.*quomodo,quemadmodum.*de Inu.67 a, pro Qu.10 a, Quemadmodum,&c. & quo pacto,&c.

QVOQVAM.I.V.act.4, O Verrea præclara quoquam ſi acceſſiſti, quò non attuleris tecum iſtum diem.

QVOQVE.*etiam.* pro R.P. 128 a, Si ita feciſſem, me ſcilicet maximè, ſed proximè illum quoq; fefelliſſem.

QVOQVO.*quocunque.* contra Rull. 80 a, Hic ager quoquo precio coemptus ſit, tamẽ ingenti pecunia vobis inducetur.pro Dom.218 a,Dicam ipſo audiente,quoquo animo me auditurus eſt.pro R.P,26 a,Quęcunque mens illa fuit

Gabinij

Gabinij, is quoquo conſilio fecit, fecit certè ſuò. de Orat. 139 b, Aut quoquo animi vitio dictum ſit.

QVOQVOMODO. *quomodo, quocunque modo, quacunque ratione, omni ratione.* pro Mil. 119 b, Stet hæc vrbs præclara quoquomodo de me merita erit. Off. 76 a, Etiam temperantiam inducunt, non facillimè illi quidem, ſed tamen quoquomodo poſſunt. item ibid. Atq; in his tribus generibus quoquomodo poſſunt, nõ incallidè tergiuerſantur. Att. 128 b, & 24 b, Pridie quoquomodo poteram ſcripſeram, &c. Attic. 120 b, Quoquomodo ea res huic quidem cécidit. in Vat. 36 b, Ego legibus tuis, quoquomodo latæ ſunt, pareo. Epiſt. 135 a, Vt quoquomodo te liberarem. I. A. 109 a, Fuit aliquis caſus quem tulimus, quoquomodo ferendus fuit. pro R. P. 126 b, Quoquomodo potero me expediam. de D. 111 b, Quocunque enim modo nos geſſerimus, fiet tamen illud quod futurum eſt. Epiſt. 5 a, Quoquomodo quidem ſe res habeat. & 55 b, Quoquomodo res ſe haberet. Att. 121 b, Quoquomodo nunc eſt, non eſt, &c.

QVOQVOTEMPORE *quandocunque.* Attic. 136 a, Aduentus noſter illi quoquo tempore fuerit, erit gratus.

QVOQVOVERSVS, *vel* QVOQVOVERSVM. *in omnem partem.* in Ant. 224 a, Vtiq; locum ſepulcro in campo Eſquilino C. Panſa conſul, ſeu quo alio in loco videtur, pedes triginta quoquouerſus deſignet.

QVORSVM, *vel* QVORSVS. *quò, ad quid.* Tuſc. 160 b, Quorſum igitur hæc ſpectat oratio? Ep 181 b, Quorſum igitur hæc oratio longior? quia, &c. & de Orat. 151 a, Quorſum igitur hæc ſpectat tam longa, & tam altè repetita oratio? in Anton. 223 a, Quorſum hæc omnis ſpectat oratio? Poſtquam. 198 b, Quorſum igitur hæc diſputatio? quorſum? vt, &c. de N. 71 b, Veſtri hæc confirmant, interpretãdo quorſum quicque pertineat. Att. 51 b, Verebar quorſum id caſurum eſſet. Att. 113 b, Hæc intelligentur, quorſum euaſura ſint. pro Qu. R. 52 b, Quorſum recidat reſpõſum tuum, non magnopere laboro. Att. 145 a, Videamus illius rationes quorſum fluant. & 153 a, Videamus hoc quorſum euadat. de Leg. 156 b, Quorſum tandem aut cur iſta quæris? & 168 b, Sed quorſum hæc pertinent? Att. lib. 2, Tanto in odio eſt omnibus, vt quorſus eruptura ſit, horreamus. de Clar Quorſum inquam iſthuc? de Leg. lib. 1, Quorſus hæc pertinent?

† Syntaxis. *Quorſum iſta ſpectat oratio? Quorſum id pertinet? id cadet? iſta euadent? recident? fluent? Quorſum, & cur? erumpent? Quorſus iſta?*

QVOT. Att. 59 b, Qui tot annos quot habet, deſignatus cõſul fuit, nec fieri Cos. potuit. de Orat. 201 b, Quot oratorum genera, &c. totidem orationes ſunt. de Orat. 121 a, & 163 b, Si in perſonis ponitur, quot homines, tot cauſæ. Tuſc. 174 b, Cras autem & quot dies erimus in Tuſculano, agamus hæc. Acad. 11 a, In his quale ſit id quod percipi poſſit, totidem verbis, quot Stoici. Tuſc 166 b, Quot, quãtas, quàm incredibiles calamitates hauſit.

QVOTANNIS. *ſingulis annis, omnibus annis, in ſingulis annis.* I. V. 135 a, Siculi ex cenſu quotannis tributa conferunt. Orat. 211 a,* Quę *oratio Platonis* ſic probata eſt, vt eam quotannis illo die recitari neceſſe ſit.

QVOTCVNQVE. de Leg lib. 3, Huic poteſtate pari quotcunq; Senatus creuerit, populusúe iuſſit, tot ſunto.

QVOTENVS, a, um. Att. 197 b, Is opinor ita partes fecit in ripa, neſcio quotenorum iugerum, vt certa precia conſtitueret.

QVOTIDIANVS, a, um. *communis, aſſiduus.* Epiſt. 2 a, Nam cùm in ſermone quotidiano, tum in ſenatu palàm ſic egit cauſam tuam, &c. Luc. Ep 70 b, Tu non intelliges, te querelis quotidianis nihil proficere? de Or. 105 a, Præbere alicui victum quotidianum in Prytaneo. Tuſc 242 b, Quotidiano cultu atq; victu. de Or. 101 a, In vſu quotidiano. de In. 80 a, & de Orat. 101 b, In ſermone quotidiano. de Orat. 160 b, Vulgaris, quotidianus, peruagatus Att. 131 b, Non dubito, quin tibi odioſæ ſint epiſtolæ quotidianæ. Att. 284 b, Audire aliquid de te, non ſolùm vſitatum, ſed etiam quotidianum eſt. de Fat. 140 b, Primò illa quæ erãt quotidiana, & quaſi legitima nobis, de pace dicta ſunt. I. P. 93 a, b, In hac quotidiana aſſidua vrbana vita.

† Syntaxis. *Vſitatum & quotidianum. Vulgare, quotidianum, peruagatum. Quotidiana, aſſidua vrbana vita.*

QVOTIDIE. *ſingulis diebus, in dies, in ſingulos dies.* Attic. 71 a, Quotidie, vel potius in ſingulos dies, breuiores literas ad te mitto. pro Do. 236 a, Cùm mihi ſumma & quotidie maiora præmia in rep. fore putabas. Att. 175 b, Quotidie Balbi ad me literæ languidiores. Epiſt. 86 a, Me quotidie Cæſar magis amplectitur. Qu. fr. 323 b, Comitiorum quotidie ſinguli dies tolluntur obnunciationibus. in Anton. 153 b, Quotidie magis magiſq; perditi homines minabantur. ad Brut. 289 a, Obdureſcunt quotidie magis boni viri. Att. 188 b, Et id quotidie magis. Quint. fr. 319 b, Quòd ſcribis te à Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

❡ *Quouis die.* pro Cæl. 37 b, Lex quæ de ſeditioſis ciuibus quotidie quæri iubeat. *id eſt, quocunq; die, etiam feſtis diebus.*

† Syntaxis. *Quotidie vel potius in ſingulos dies.*

QVOTIES, *vel* QVOTIENS. pro Mil. 109 a, in Ver. 138 a, Verùm quoties & quot nominibus auferes? de Orat. 107 a, Toties quoties præſcribitur. in Catil. 100 b, Quotiens iam, quotiens tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? Epiſt. 6 a, Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, &c. & 99 a, Toties, &c. quoties, &c.

QVOTIESCVNQVE. *quocunq; tempore, quandocunque.* I. C. 99 b, Quotieſcunque me petiſti, per me tibi obſtiti. pro Dom. 227 b, & de Or. 121 a, Senatus quotieſcunque, &c. pro Seſt. 28 b, Is quotieſcunque me viderit, ingemiſcet.

QVOTQVOT. Epiſt. 178 b, Peream, ſi te omnes, quotquot ſunt, ferre poterunt. de Inu. 80 b, Si duæ Leges, ſi plures, aut quotquot erunt.

QVOTVS, a, um. de Orat. 161 a, Quotus enim quiſque eſt, qui teneat artem numerorum ac modorum? Atttic. 7 a, Quotus enim quiſque, qui epiſtolam paulò grauiorem ferre poſſit? de Nat. 17 a, Quotus enim quiſq; formoſus eſt? Tuſc. 177 a, Quotus enim quiſq; philoſophorum inuenitur, qui ſit ita moratus, vt ratio poſtulat? pro Flac. 166 a, Quotus enim quisque eſt, qui hanc in repub ſectam ſequatur? pro Pl. 272 b, Quotus enim quiſq; diſertus, quotus quiſque iuris peritus. de D. 119 a, Quota enim quæq; res euenit prædicta ab his? I. V. 179 b, Quotus erit iſte denarius, qui non ſit deferendus? *id eſt, an bini, vel terni, vel deni.* Att 144 a, Sciebam enim de *(al. te)* quoto anno, & quãtum in ſolo ſolere quærere. pro Lig. 141 a, Quotus enim iſtud quiſque feciſſet? vt, &c. item, At fuit fama, quotus quiſque eam fugere poteſt in tam maledica ciuitate? ad Heren. 22 b, Ne quando perturbatione ordinis impediamur, quo ſecius quoto quôque loco libebit, poſſimus, &c. & 22 a, Vt in quamlibet partem quoto quôq; loco libebit, poſſimus, &c.

† Syntaxis. *Quotus quiſq; eſt, qui, &c. Scio de quoto anno, & quantum. quotus enim iſtud quiſque feciſſet? Quoto quoq; loco licet?*

QVOVSQVE, *quamdiu, quem ad finem, quoad, quatenus.* Att. 12 b, Quouſque, inquit, hunc regem feremus? & 248 a, Quouſque ludemur? & b, Quouſque, inquies? Quoad erit integrum: erit autem, vſquedum ad nauem, de Som. 128 a. Quæſo, inquit ille, quouſque humi defixa tua mens erit? I. C. 97 b, Quouſq; tandem abutêre Catilina patientia noſtra? pro Fl. 160 b, Quouſq; negociabere? pro Planc. 257 a, Quouſq; iſta dicis?

* QVVM. vide CVM.

R

R *Litera Latinorum, eſt muta.*

RABIDE`. *furenter. rabioſè.* Tuſcul. 231 b, Omnia rabidè appetens, cum inexplebili cupiditate.

RABIDVS, a, um. *rabioſus. furens.* in Arat.

*Vel toto ſpirans rabido de corpore flammam.*

ad Heren. 39 b, Iſte aſpectu rabido circumſpectans huc & illuc.

RABIES, ei. *furor* in Sal. 273 a, Quòd iſta inuſitata rabie petulanter in vxorem meam inuaſiſti Tuſc. 204 a, Hecubam putant propter animi acerbitatem quandam & rabiem fingi in canem eſſe conuerſam Tuſcul. 220 b, Neque eos exiſtimet ſine rabie quicquam fortiter facere poſſe.

RABIOSE`. *rabidè, furioſè.* Tuſcul. 219 b, Nihil ne in ipſa quidem pugna iracundè rabioſéue fecerunt. )( *leniter, quietè.*

RABIOSVLVS, a, um. Ep. 102 b, Primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti.

RABIOSVS, a, um. *rabidus.* Tuſc. 219 b, Vide ne fortitudo minimè ſit rabioſa, ſitq; iracundia tota leuitatis.

† Syntaxis. *Animi acerbitas & rabies. Iracundè ac rabioſè.*

RABVLA, læ. *cauſidicus, rabioſus & ineptus.* Orat. 201 a, Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro quærimus. de Or. 102 a, Non enim cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem aut rabulam hoc ſermone noſto conquirimus. * de Clar. 180 b, Omnium oratorum ſiue rabularum, qui & indocti planè, aut inurbani, aut ruſtici fuerunt, quos quidem ego cognouerim, ſolutiſſimũ in dicendo & acutiſſimum iudico noſtri ordinis Q. Sertorium, equeſtris C. Gorgonium.

RADIANS, tis. *radiatus.* in Arat.

*Stellæ ſub pedibus ſtratæ radiantis aquari.* Orat. 211 a.
*Hoc motu radiantis eteſiæ in vada ponti.*

RADIATVS, a, um. *radians.* de D. 89 b, Orbis flammeus radiatus,

diatus, Accij. de Or. 157 b, Lumen radiatum, Ennij.

**Radicitvs.** *ſtirpitùs, funditùs,* de Nat. 25 a, Epicurus ex animis hominum radicitùs extraxit religionem. de Fin. 70 a, Tollere atque extrahere aliquid radicitùs. Tuſc. 173 b, Hanc excutere opinionem mihimet radicitùs volui. pro Dom. 220 a, Radicitùs euellere omnes actiones alicuius.
† Syntaxis. *Radicitùs extrahere, euellere, excutere actiones, opiniones. Tollere atq; extrahere radicitùs.*

**Radicvla**, læ. *parua radix.* de Diuin. 136 b, * Secundum quietem viſus ei dicitur draco radiculam ore ferre, & ſimul dicere quò illa loci naſceretur: eius autem eſſe vim tantam, vt Ptolemæum facilè ſanaret. ibi. Qui illā radiculam quærerent. Qua inuenta & Ptolemæus ſanatus dicitur, & multi milites.

**Radivs**, dij. *luminis quaſi iaculum.* de Fin. 141 b, Vt ſtellæ in radio ſolis, ſic bona corporis in virtutum ſplendore ne cernuntur quidem. in Ar.
*Et quantum radios iacimus de lumine noſtro.*
Att. 23 a, Cyrus aiebat, radiorum διαφάσεις latis luminibus, non tam eſſe ſuaues. * Prognoſt.
*Stinguuntur radij cæca caligine tecti.*
¶ *Item Geometræ inſtrumentum, ſeu virga, qua lineas ducit.* Tuſ. 241 a, Humilem homunculum à puluere & radio excitabo. *id eſt, Archimedem.*
¶ *A centro linea ducta.* de Vn. 198 a, Globoſum, cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur.

**Radix**, cis. *ſtirps.* de Fin 123 a, Videmus ea quæ terra gignit, corticibus & radicibus validè ſeruari. Off. 41 a, Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur. Tuſc. 193 a, Non ſolùm ramos amputare miſeriarum, ſed etiam radicum fibras euellere. pro Cæl. 40 a, Niſi tot vitiorum tanta immanitas quibuſdam virtutis radicibus niteretur. I. A. 193 b, Virtus eſt vna altiſſimis defixa radicibus, quæ nulla vnquam vi labifactari poteſt. Brut. 287 b, Malum, quod fundamentum & radices habeat altiores. Att. 165 a, Nam habent ſuas radices: quas tamen euellerem, ſi poſſem. * I. V. 253 b, Nautæ fame coacti radices palmarum agreſtium colligebant, & his miſeri perditiq; alebantur. de Diu. 137 b, Cùm radicem ore teneret *draco*, locutus eſt.
¶ *Pars humilior.* * con. Rull. 79 b, Vtrum in Maſſici radices, an in Italiam, alióue deducamini. Anteq. 196 b, Cuius templum à Romulo victis Sabinis in Palatij radice cum Victoria eſt collocatum.

**Rado**, dis. de Leg. 128 a, Mulieres genas ne radunto.

**Ramvlvs**, li. de Diu. 105 b, Ramulum adductum, vt remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe.

**Ramvs**, mi. in Ar.
*Denudat folij ramos & cortice truncos.*
pro Cec. 296 b, Qui prætereuntes ramum defringerent arboris. * Chorogr. Ibi quercorum rami ad terram iacēt, vt ſues, quaſi capræ ex ramis, glande paſcantur. de Orat. 159 a, Quid in arboribus? in quibus non truncus, non rami, non folia ſunt denique, niſi ad retinendam conſeruandamq; naturam.

**Rana**, næ. de N. 51 a, Ranæ marinæ dicuntur ſeſe obruere arena ſolere, & moueri prope aquam: ad quas quaſi ad eſcam piſces cùm acceſſerint, confici à ranis atq; conſumi. * Att. 246 a, Ranæ ῥητορεύουσιν.

**Ranvncvlvs**, li. *rana.* Epiſt. 104 a, * Vlubris honoris mei cauſa vim maximam ranunculorum ſe commôſſe conſtabat. de Di 83 a, Quis eſt qui ranunculos hoc videre ſuſpicari poſſit? Sed ineſt mirè & ranunculis quædam natura ſignificans aliquid.

**Rapacitas**, tis *cupiditas rapiendi.* pro Cæl. 40 a, Quis in rapacitate auarior?

**Rapax**, cis. *prædo.* I. P. 93 b, Iſte crudelis olim furunculus, nunc verò etiam rapax. Sal. in Cic. 271 a, Manus rapaces. I. V. 148 b, Furem aliquem aut rapacem accuſaris. * Epiſt. 96 b, Reliqui primum in ipſo bello rapaces, deinde in oratione ita crudeles.
¶ *Auidus.* de Am. 105 b, Nihil eſt appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, quàm natura.
¶ *Citus, velox.* de Nat. 64 b.
*Europam Libyamq; rapax vbi diuidit vnda.*
† Syntaxis. *Fur, aut rapax. Nihil natura rapacius.*

**Rapidè.** *velociter.* de Orat. 208 b, Quod cum rapidè fertur, ſuſtineri nullo modo poteſt. de Leg. 170 a, Rapidè dilapſus.

**Rapidvs**, a, um. *velox.* de Fin. 64 b, Nuſquam orationem rapidam coerceas.

**Rapiendvs**, a, um. Oct. 33 b, Illum hoſtem accerſitum ad bona populi Rom. rapienda. I. A. 193 a, Sed ſpes rapiendi atque prædandi cæcat animos. de Orator. 130 b, Vita eorum, qui ob facinus ad ſupplicium rapiendi videntur.

**Rapina**, næ. *furtum quod per vim fit.* I. C. 106 a, Nihil cogitant niſi cædes, incendia, rapinas. Off. 44 a, Atq; etiam largitionem ſequuntur rapinæ. Ep. 188 a, Spes prædæ ac rapinarum. & 138 a, Si qua vis, aut ſi quæ rapinæ fieri cœperint. * Att. 241 a, *Hircij.* Noli ſinere hæc omnia perire, quæ funditus mediusfidius rapinis, incendijs, cędibus peruertuntur.



**Rapio**, is. *abripio, aufero, furor, prædor.* I. A. 172, Latrones tantum habent, quantum rapere poſſunt. Off. 56 b, Detrahere aliquid alteri, & rapere ad ſe commoda alterius. * de Or. 157 b, *Viue Vlyſſes dum licet, Oculis poſtremum lumen radiatum rape.* Non dixit cape, non pete. Haberet enim moram ſperantis diutiùs eſſe ſeſe victurum: ſed rape. Hoc verbum eſt ad id aptum, quod antè dixerat, Dum licet.
¶ *Accipio, aſſumo.* Off. 3 a, Cùm vtilitas ad ſe rapere, honeſtas contrà reuocare videtur. Epiſt. 99 a, Eſſedum aliquod rapias, ad noſq; recurras.
¶ *Impello, ago.* Offic. 20 a, Ὁρμὴ, quæ hominem huc & illuc rapit.
¶ *Allicio.* Off. 40 b, Cum aliqua his ampla & honeſta res obiecta eſt, totos ad ſe conuertit & rapit.
¶ *Traho.* I. C. 102 a, Quò te iſta tua cupiditas effrenata rapiebat. de Fin. 64 b, Cùm fertur quaſi torrens oratio, multa cuiuſq; modi rapit, &c. de Fin. 94 a, Cùm de rebus grandioribus dicas, ipſæ res verba rapiunt.
¶ *Adduco.* contra Rull. 88 a, Marianus tribunus pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit. ad Heren. 2 a, Rapere aliquem in odium.
¶ *Interpretor.* Epiſt. 165 b, Rapere conſilium alicuius in contrariam partem.

**Rapior**, ris. Epiſt. 198 b, In Græciam deſperata libertate rapiebar. Tuſc. 230 b, Cùm cæteræ virtutes ad tortorem rapiantur. Off. 40 b, Ad quas *res* plerique inflammati auiditate rapiuntur. de D. 103 a, Et ad diuinarum rerum cognitionem cura omni ſtudioq; rapiuntur. de Ar. 256 b, Ad quem metum ſi deorum monitis non duceremur, tamen ipſi noſtro ſenſu coniecturaque raperemur. I. P. 92 a, Cupiditate cæca prædæ ac rapinarum rapi. de L. 178 a, Opinionibus vulgi rapimur in errorem. pro Pom. 7 b, Claſſis quæ ad Italiam ſtudio inflammato raperetur. Ep. 261 a, Cùm Cæſar amentia quadam raperetur.

**Rapserit**, *pro* **Rapverit**, *antiquum verbum.* de L. 174 a, * Sacrum ſacróue commendatum qui clepſerit rapſeritq;, parricida eſto.

**Raptatvs**, a, um. pro Seſt. 28 a, Euerſa domus eſt, fortunæ vexatæ, diſſipati liberi, raptata coniunx.

**Raptim.** *curſim, ſubciſiuis (vt aiunt) operis.* Att. 28 a, Hæc ſcripſi raptim. pro Dom. 241 b, Cùm ille ageret raptim & turbulentè illam rem. ad Her. 40 a, Iſte ſe raptim domum ſuam conijcit.

**Rapto**, as. pro Dom. 225 a, Vxor mea, quam vexauiſtis, raptauiſtis, omni crudelitate lacerauiſtis. Tuſ. 171 a, Quadrijugo curru raptari.

**Raptvs**, a, um. Tuſc. 161 b, Ganymedes à dijs raptus.

**Raptvs**, us. *ſtuprum.* Tuſc. 225 a, Quis de Ganymedis raptu dubitat, quid poëtæ velint? * I. V. 225 a, Locus vt ipſe raptum illum virginis, quem iam à pueris accepimus, declarare videatur.
† Syntaxis. *Raptim ſe domum conijcere. Raptim ſcribere, agere. Raptim ac turbulentè.*

**Rarenter**, *pro* **Raro**, *teſte Chariſio lib. 2.*

**Raritas**, tis. de N. 53 b, In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongijs mollitudo.

**Raro**, *rarenter, inſolenter, non ſæpe, minus ſæpe.* )( *vulgó.* ad Her. 19 a, pro S. R. 24 b, Hoc maleficium ita raro extitit, vt ſi quando auditum ſit, portenti ac prodigij ſimile numeretur. de In. 51 b, Deinde id euenire vulgò ſoleat, an inſolenter & raro. * de Fat. Accipenſer admodum raro capitur.

**Rarvs**, a, um: ſsimus. *quotus, paucus.* de Som. 129 b, Vides habitari in terra raris & anguſtis locis. de Am. 108 b, Qui igitur in vtraq; re conſtantem ſe præſtiterit, hunc ex maximè raro hominum genere iudicare debemus. de Fin. 81 b, In omni re optimum quidq; rariſſimum eſt. de Am. 111 a, Omnia præclara, rara. de In. 97 b, Oportet autem animaduertere, ne cùm aliter multa ſint iudicata, ſolitarium aliquod aut rarum iudicatum afferatur. Top. 226 b, Rarum, ſingulare. )( *vulgare.*
† Syntaxis. *Inſolenter & raro.* )( *vulgo. Ex maximè raro hominum genere Cæſ. Solitarium aut rarum.*

**Rasvs**, a, um. *abraſus.* *. pro Q. Roſc. 48 a, Qui capite & ſupercilijs ſemper eſt raſis.

**Ratio**, nis *mens, animus.* Off. 20 b, Duplex eſt enim vis animorum atque naturæ: vna pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt Græcè Ὁρμὴ, quæ hominem huc & illuc rapit: altera in ratione, quę docet & explanat, quid faciendum fugiendúmue ſit. ita fit, vt ratio præſit, appetitus verò obtemperet. de Nat. 35 a, Ratio eſt, quæ præſtat omnibus. de Leg.

Leg. 172 b, Omnia quæ rationem habent, præſtant ijs quę ſunt rationis expertia. * Timæ. Ratione & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum eſt Solis & Lunæ. Tuſc. 197 b, Parêre cenſet animum rationi poſſe, & quò illa ducat, ſequi. Vetat igitur ratio intueri moleſtias: abſtrahit ab acerbis cogitationibus hebetem etiam ad miſerias contemplandas: à quibus cum cecinit receptui, impellit rurſum & incitat ad conſpiciendas totaq; mente contrectandas varias voluptates. de Nat. 32 b, Homini hoc amplius *dedit natura*, quòd addidit rationem, qua regerentur animi appetitus.

¶ *Mentis actio, iudicium, intelligentia, conſilium.* de N. 73 b, Motus celer cogitationis, acumen, ſolertia, quam rationem vocamus. Acad. 7 b, Ratio omnis tollitur quaſi quædam lux lumenq; vitæ. Tuſc. 185 b, Domina omnium & regina ratio. pro Qu. R. 50 b, Vertit hic rationem, & id quod probare non poteſt, fingere conatur. pro Fl. 166 b, Bonæ rationi, & conſtanti, & graui nullum à nobis fructum eſſe propoſitum. pro Syl. 168 b, Sin eſt in me ratio reip. religio priuati officij, nihil minus accuſator debet dicere. de Sen. 91 a, Mens, ratio & conſilium in ſenibus eſt. pro Quin. 9 b, Rationi ac conſilio locum dare. de Cl. 172 b, In mundo & mentem & rationem ineſſe. de Leg. 159 b, Lex eſt mens ratioq; prudētis. & ibid. Lex eſt ratio ſumma inſita in natura. & ibid. Eadem ratio cùm eſt in hominis mente confirmata & confecta, lex eſt. de D. 126 a, Quibus in rebus non ratio & conſilium, ſed temeritas & caſus valet. de Ar. 244 a, Iracundi longius digredi, quàm ſapientis hominis cogitata ratio poſtulat. Off. 16 a, Exercendum eſt corpus, & ita afficiendum, vt obedire conſilio rationiq; poſſis in exequendis negocijs, & in labore tolerando. de N. 64 b, Homo habet ſenſum, & rationem, & orationem. Top. 226 b, Expers rationis. )( *Ratione vtens.* Off. 3 a, Homo qui rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit, principia & cauſas rerum videt, earumq; progreſſus & quaſi anteceſſiones non ignorat, ſimilitudinesq; comparat, rebusq; præſentibus adiungit atq; annectit futuras. de Nat. 73 b, Quemadmodum ratione rectè fit, ita ratione peccatur. & ibid. *multa de ratione.* pro Clu. 39 a, b, Suæ ſententiæ rationem reddere. Tuſc. 156 a, Antiqui rationem ſententiæ ſuæ non ferè reddebant. ad Her. 23 b, Vt paucis rationem noſtri conſilij demus. pro Pom. 13 b, At Q. Catulus & Hortenſius ab hac ratione diſſentiunt. I. V. 110 b, Mea ratio voluntasque ab eo abhorret. pro Dom. 116 a, Nonnulli illam rem ad illam rationem coniecturamq; reuocabant. Antequam. 195 a, Qui nouam rationem ſuſcitant, veteres maiorum obterunt laudes. Off. 69 a, Hoc ego nihil vtilius inuenio, cùm ad veritatem cæpi reuocare rationem. de Orat. 207 b, Omnia quæ ratione docentur & via. pro Quint. 4 b, Modo & ratione omnia facere. Epiſt. 57 a, Itaque eam partem quæ ab exquiſita quadam ratione & doctrina proficiſcitur, non attingam. * pro Cluen. 56 b, Mulier abundat audacia, conſilio & ratione deficitur. Hortenſ. Vt ea ſibi ratio vera reſtituat, quæ conſuetudo vitioſa detraxerit. ibid. Quo magis hi *animi* fuerint in curſu, id eſt, in ratione & inueſtigandi cupiditate. ad Her. 10 b, Qui ſe propter vinum, aut amorem, aut iracundiam fugiſſe rationem dicet. pro Quint. 3 a, Rationem reddere earum rerum, quas libidine, non ratione, geſſerat.

¶ *Argumentatio, argumentum.* Orat. 214 b, Reddere rationem cur aliquid fit. I. V. 114 b, Reddere rationem de factis aliorum. Acad. 26 b, Vt etiam poſſis rationem reddere cur id eueniat, tamen, &c. I. V. 72 a, Perſolui rationem officij mei. pro Cæl. 44 b, Rationem tantæ familiaritatis reddas atque exponas neceſſe eſt. de D. 93 b, Hunc ergo antepones Platoni? qui vt rationem non redderet, autoritate tamen hos minutos philoſophos vinceret. & 121 a, Chryſippus naturalem rationem omnium reddit. pro Pl. 269 a, Sic ego contendo, me tibi cuiuſcunq; tribus rationem popoſceris, redditurum. pro Pl. 273 a, Clarorum virorum non minus ocij, quàm negocij rationem extare oporteret. Sal. in Cic. 271 a, Redde rationem, quantum patrimonij acceperis, quid tibi litibus accreuerit. de Inu. 73 a, Subijcere & ſupponere rationem. de D. 130 a, Et quidem cur ſic opinetur, rationem ſubijcit. de Orat. 162 a, Ad propoſitum ſubiecta ratio. & ibid. Suppoſita ratio. pro Cec. 303 a, Afferre rationem, quamobrem. & 298 a, Afferre rationes in aliquam rem. Att. 177 b, Quámnam rationem Cæſari allaturus es profectionis tuæ? de Nat. 16 a, Tertiam rationem affertis, quòd, &c. pro Mur. 124 b, Vt vobis mei rationem facti probem. de Ar. 244 a, Mei facti rationem exponere illis volo, qui, &c. Epiſt. 57 a, Afferre rationes, quibus aliquid probemus, vel cur ita ſit. 86 b, pro Syl. 167 a, Rationem facti ſui omnibus probare. de Fato. 141 a, Sine fato ratio omnium rerum ad naturam fortunamq; refertur.

de D. 83 b, Ventorum ſigna quam rationem habeant, non ſatis perſpicio, vim & euentum agnoſco. in Verr. 132 b, Hoc ſummi officij ratione impulſus facio. Epiſtol. 28 a, Certa quadam ratione non feci. Att. 127 b, Nihil niſi ſumma ratione facere. in Verr. 55 a, Si mei conſilij cauſam rationemq; cognouerit. Att. 6 a, Quòd domi te incluſiſti, ratione feciſti. pro Cec. 292 b, Nequaquam ſatis verbis cauſam & rationem iuris amplectaretur. de Orat. 128 b, Argumentum ratio ipſa confirmat, quæ ſimul atq; emiſſa eſt, adhæreſcit. I. V. 131 b, Quid habuit argumenti aut rationis res, quamobrem ita faceres? de Orat. 116 a, Argumentis ac rationibus noſtra confirmare, deinde contraria refutare. Orat. 281 a, Argumentorum ac rationum loci. de Nat. 61 b, Tu autoritates omnes contemnis, ratione pugnas. & 92 a, Rumoribus mecum pugnas: ego autem rationes requiro. pro Pom. 13 b, Omiſſis autoritatibus, ipſa re & ratione exquirere veritatem. de Diu. 127 a, Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate Luna feratur. pro Cec. 304 b, Quòd ſi adimi ciuitas illi poſſet, magis tamen rationem illam omnes quæreremus, quemadmodum poſſemus, &c. quàm vti nunc quiſquam exiſtat, qui, &c. de Fin. 53 a, Efficere & concludere rationem. de Orat. 123 a, Veráne ſit ſumma cuiuſque rationis. de Diu. 113 b, Concluditur ergo ratio ſi enim, &c. de Nat. 78 b, Neque id dicitis ſuperſtitioſè atque aniliter, ſed phyſica conſtantiq; ratione. pro Cec. 296 b, Cauſæ ratione, non vocibus ponderari debent. Epiſt. 70 a, Tum rationes in ea diſputatione à te collectæ vetabant, me reip. penitùs diffidere. de Nat. 74 b, Suggerere rationem alicui ſententiæ. de Fin. 108 a, Neque ſenſuum fidem ſine ratione, neq; rationes ſine ſenſibus requiramus. & 55 a, Rationibus conquiſitis de dolore diſputandum. & ibid. Exquiſitis rationibus confirmare aliquid. de Sen. 93 a Nec me ſolùm ratio & diſputatio impulit, vt ita crederē, ſed nobilitas etiam, & autoritas ſummorum philoſophorum L. ARGVMENTVM. Epiſt. 18 b, Coramq; contra iſtam rationem meam dicam.

¶ *Modus, via, conſilium, inſtitutum, genus, conditio, menſura.* Off. 27 b, Vt incipiendi ratio fuerit, ita definendi modus. & 30 a, Cynicorum ratio eſt inimica verecundiæ. in Verr. 236 a, Hæc eadem nunc ab illis defenſionis ratio viaq; tentatur. pro S. R. 22 a, Sylla pacis conſtituendæ rationem & belli gerendi poteſtatem ſolus habet. Qu. fr. 324 a, Puerum in hanc noſtram rationem conſuetudinemque inducemus. pro Dom. 230 b, Is conſtans in optima ratione ſemper fuit. Attic. 283 a, Ratio illa, quæ etiam poſteris poſſet eſſe ſalutaris. pro Dom. 231 a, Nemo mihi ſe ipſa populari ratione anteponat. de Orat. 159 a, Idque ad omnem rationem mutatur & vertitur. de Orat. 135 b, Mea ratio in dicendo hæc ſolet eſſe, vt ornem, &c. in Verr. 72 b, Tua ratio eſt, vt ſic facias: mea autem, vt ſic, &c. pro Pomp. 4 a, Non mea me voluntas, ſed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ prohibuerunt. I. C. 107 a, Docui, quēadmodum eſſet ei ratio totius belli deſcripta. contra Rul. 67 a, Summus labor ac difficillima ratio gerendi conſulatus. cont. Rull. 67 a, Omnibus eſt difficilis & magna ratio. Antequam. 197 b, O miſera vitæ ratio, quæ, &c. pro R. P. 128 b, Augere rem bonis & honeſtis rationibus. Epiſt. 7 b, Si hæc ratio rei gerendæ pericuIoſa tibi videtur. pro Dom. 243 a In vtendo ratio, in carendo patientia expetenda eſt. pro Planc. 259 a, Ille hoc magna ratione fecit. pro S. R. 34 b, Qua ratione illi primùm nunciauit? de D. 118 a, Rationem cauſamque alicuius rei quærere. Poſtq. 202 b, Ab aliquo prouinciæ adminiſtratæ rationem repetere. pro S. R. 19 a, Non modò ignoſcēdi ratio, ſed etiam cognoſcendi conſuetudo de ciuitate ſublata eſt. de Cl. 188 b, Cæſar rationem adhibens, conſuetudinem vitioſam emendat. Epiſt. 34 a, Ex diebus & ratione itineris conſtituti, &c. conſtitues. Qu. fr. 295 a, Vt eos omni ratione tueare. pro Clu. 31 b, Te oro, vt mihi rationem oſtendas iudicij corrumpendi. Att. 191 b, Inire rationem faciendi aliquid. & 225 b, Ea ratio ædificandi initur, &c. Epiſt. 165 a, Rationem ineo. Off. 41 b, Pecuniæ quærendæ non ſolùm ratio eſt, ſed etiam collocādæ, quę perpetuos ſumtus ſuppeditet. pro Pl. 267 a, Ratio quam in decernendo ſecuti ſumus. Off. 42 b, Duplex eſt orationis ratio, quarum in altera eſt ſermo, in altera contentio. Att. 6 a, Duæ epiſtolæ in eandem rationem ſcriptæ. de Or. 122 b, Rationem bene viuendi hominibus dare. * de reg. Potol. Difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis. Hortenſ. Quantum inter ſe homines ſtudijs, moribus, omni vitæ ratione differant. de Clar. 177 a, Nihil non ad rationem & tanquam ad artem dirigebat. pro Pomp. 17 b, Honores neque ab vno, neque ex hoc loco, ſed eadem noſtra illa laborioſiſſima ratione vitæ cōſequemur.

¶ *Res negotium, factum,* Poſtquam. 198 a, Nunquā meas rationes

tiones ſaluti veſtræ antepoſui. pro Mur. 133 b, Quantos æſtus habet ratio comitiorum. & ibid. Nihil eſt fallacius ratione tota comitiorum. Epiſt. 3 b, Quod ad popularem rationem attinet. & 10 b, De qua ratione tota iam videtur mihi exponendi tempus dari, vt tibi reſcribam ad ea quæ quæris. & 7 b, In hac ratione quid tempus ferat, tu perſpicies. & 9 a, Ego me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi eſſe adiungendum putaſti. Attic. 165 a, Illa de ratione numaria non ſunt eiuſmodi. pro Qu. 3 a, Hoc eo per te agebatur, quod propter ærariam rationem non ſatis erat, &c. de Prou. 76 b, Nec totam rationem Gallici belli propè iam explicatam perturbare atque impedire debemus. Qu. fr. 295 a, Incumbe omni ſtudio in eam rationem, qua adhuc vſus es. Attic. 149 b, Ad eam rationem exiſtimabam ſatis aptam eſſe perſonam meam. pro Mur. 139 b, Nemo eo commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis. Off. 24 a, Ad hanc rationem maximam natura vim habet. & 16 a, Hæc res non ſolùm ex domeſtica eſt ratione: attingit enim & bellicam.* pro C. Cornel. 1, Inſtitui exemplum meis alieniſſimum rationibus cupierunt. pro Quint. 3 a, Cùm & de ſocietate inter ſe multa communicarent, & de tota illa ratione atq; re Gallicana. pro Clu. 31 a, Docui rationem nullam huic corrumpendi fuiſſe. de Prouin. 73 a, Propter rationem Gallici belli prouinciam extra ordinem decernebant.

¶ *Habitus, deſpectus.* de Cl. 168 b, Oratorum fontes vides ad noſtrorum annalium rationem veteres, ad ipſorum ſanè recentes. de Or. 103 b, Licet iſta ratione dicamus, pila ludere proprium eſſe, &c.

¶ *Propoſitum, conſilium, optatum, deſiderium.* Qu. fr. 298 a, Ea noſtra ratio eſt, vt omnes boni faueant, omnes improbi oderint. Ep. 33 a, Tua ratio poſtea eſt commutata. I. A. 194 a, Nulla cum eo pacis ratio eſſe poteſt, in quo eſt incredibilis crudelitas, fides nulla. * pro Rab. 95 a, Cùm ignauiæ ratio te in fugam atq; in latebras impelleret. & b, Nec tuas vnquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes.

¶ *Conditio, genus, qualitas, ſtatus.* I. C. 106 a, Diuerſa Catilinæ ſtudia in diſſimili ratione. pro Flac. 155 b, Niſi mihi totam rationem omni & perſonarum genere & literarum explicâris. Poſtquam. 203 a, In officio perſoluendo diſſimilis ratio pecuniæ debitæ eſt. Epiſt. 144 b, Nunc alia ratio eſt omnium rerum. de Or. 120 a, Oratoriæ facultatis tres ſunt rationes: vna: &c. altera, &c. tertia, &c. pro Quint. 14 a, Quæro, cur nemo ex tot creditoribus alijs ad iſtam rationem acceſſerit. de Clar. 198 a, Cæſar ſplendidam quandam & minimè veteratoriam dicendi rationem tenet. pro Flac. 180 b, Pergami non multum auri ratio conſtat.

¶ *Ius, fas.* ad Her. 28 a, Minari diuiſoribus ratio non erat. Acad. 19 b, Ironiam alterius perpetuam præſertim nulla ratio fuit perſequi. pro Cec. 287 b, Nulla ratio eſt amittere hanc occaſionem.

¶ *Qæſtio, tractatio, diſputatio.* de Diu. 105 a, Continet enim totam hanc quæſtionem ea ratio, quæ eſt de natura deorum.* de Fin. 51 b, Prima veniat in medium Epicuri ratio, quæ pleriſq; notiſſima eſt, quam à nobis ſic intelliges expoſitam, vt ab ijs, pui eam diſciplinam probant, non ſoleat accuratius explicari.

¶ *Iudicium, lis, cauſa forenſis.* I. C. 109 b, Bona ratio confligit cum perdita. *id eſt, cauſa & pars.*

¶ *Adminiſtrationis, & rei pecuniariæ, calculique, multiplici formula.* I. V. 83 a, & de Opt. 244 b, Referre rationes. & 96 a, Referre rationes ad ærarium. & 248 a, Et ciuibus ſuis rationem referre debebat. I. P. 92 b, Scriba qui rationes ad ærarium retulit. & 93 b, Ratio quidem hercule apparet, argentum *οἴχεται. ex Plaut. in Trinummo.* Epiſt. 28 a, Rationes mei quæſtoris nec verum fuit me tibi mittere, nec tum erant confectę: eas nos Apameæ deponere cogitabamus. & 75 a, & Att. 96 b, Vt apud duas ciuitates, Laodicenſem & Apamenſem, rationes confectas & conſolidatas deponeremus. I. A. 197 b, Pecunia publica, cuius ratio in æde Opis confecta eſt. Att. 60 b, Putare rationes cum aliquo. pro Flac. 150 a, Inferre rationes falſas. de Nat. 44 a, Inita ſubductaque ratione nefaria ſcelera meditari. I. V. 266 a, Cedo rationem carceris, quæ diligentiſſimè conficitur, quo quiſque die datus in cuſtodia, quo mortuus, quo necatus ſit. & 97 b, Inducere aliquam pecuniæ ſummam in rationem. Attic. 75 a, Ego eam rationem Philogeni, & permutationis eius, quam tecum fecit, edidi. & 102 b, Edere rationes alicui. Attic. 247 b. Rationes Erotis propemodum cognitas habeo. & 83 a, Quid opus eſt, inquam, potius, quàm rationes conferatis? aſſident, ſubducunt ad nummum, conuenit. pro Cec. 303 a, Accipere rationes à colono. I. V. 59 a, & de Opt. 244 b, Rationem vitæ ab altero repoſcere, qui non poſſit ſuæ reddere. Epiſt. 147 a, Reddere rationem omnium rerum. de Orat. 90 a, Reddere rationem ſui operis. I. V. 114 a, pro Qu. 3 a, Semper ita viuamus, vt rationem nobis reddendam arbitremur. pro Clu. 39 a, Qua lege in eo genere à ſenatore ratio repeti ſolet de pecunijs repetundis. pro Pomp. 7 a, Publicani ſuas rationes & copias in prouinciam contulerunt. * Hortenſ. Cùm rationem à diſpenſatore accipis. ibid. Ineundis ſubducendiſq; rationibus. Att. 220 a, Tu velim è Pollice cognoſcas rationes noſtras ſumptuarias.

¶ *Promiſcua & elegantiſſima, cum verbis Habeo, Duco, ſignificatione, grauis iudicij & animaduerſionis.* I. V. 145 b, Habuit rationem annorum, per quos, &c. & 250 a, Habeo rationem dierum. & ibid. Rationem numerumq; habere. & 256 a, & Att. 125 b, Hanc rationem habere cœpit. I. V. 139 b, Habere rationem officij in ſocios. & 139 b, Et huius pecuniæ quæ permagna eſt, non habui rationem: neque habere potui, quantum ab aratoribus, &c. eſſet coactum. Att. 276 a, Exiſtimo omnino rationem abſentium ſacerdotum comitijs poſſe haberi. de Leg. 172 b, Deos piorum & impiorum habere rationem. Att. 128 a, Duxi meam mecum rationem. pro S. R. 40 a, Ducere rationem ſui commodi. pro Seſt. 7 b, & in Ver. 102 a, Ducere rationem alterius. in Ver. 134 b, Qui non tam cœli, quàm cælati argenti rationem duceret. Epiſt. 96 b, & 130 a, & 114 b, Ducere rationem ſalutis ſuæ. de Sen. 87 b, Agricolæ rationem habent cum terra, quæ nunquam recuſat imperium. in Anton. 242 b, Si habenda cum Antonij latrocinio pacis ratio fuit. pro Cæl. 48 a, Cùm hoc aliquid adoleſcentem hominem habuiſſe rationis, num tibi turpe videatur? I. V. 146 b, Nihil cum eo rationis habui. Att. 25 b, Cum omnibus Muſis rationem habere cogito. pro Syl. 177 b, Magna ratione cũ rege contracta. I. A. 194 a, Hoſtis, qui haberet rationem aliquam, ſi res ita tuliſſet, pacis & fœderis. Att. 93 a, Pro ratione pecunię liberiùs eſt Brutus tractatus, quàm Pompeius. pro Qu. 13 b, Omnes quibus cum ratio mihi aut eſt, aut fuit. pro Qu. R. 51 b, Quæ ratio tibi cum eo interceſſerat. in Verr. 57 a, Vniuſcuiuſque facultatis ad agendum ratio eſt. &, Officij rationem duci conuenit. L. Dvco. de Offic. 24 b, Vtriſque ratio habenda eſt in deligendo genere vitæ, ſed naturæ magis. & 28 a, Habere rationem non ſui ſolùm, ſed etiam aliorum. Attic. 80 b, Vt habeam rationem non modò negocij, ſed etiam ocij tui. Att. 284 a, Qua in re maiorem habeo rationem tuæ voluntatis, &c. quàm conſtantiæ meæ. ad Her. 30 a, Videndum eſt, cuiuſmodi rationem in diſponendo habere conueniat. de Or. 97 b, Quibus in rebus habenda eſt ratio diligenter, quos imitemur, quorum ſimiles velimus eſſe. Off. 20 a, Eſt autem, quod differat in omni ratione habenda inter iuſtitiã & verecundiam. pro Pomp 7 a, Horum vobis pro veſtra ſapientia eſt habenda rario diligenter. pro Clu. 41 b, Cùm huiuſce periculi, tum cæterorum quoq; officiorum & amicitiarum ratio conſeruata eſſe videatur. pro Mil. 120 b, Ex omnibus præmijs virtutis ſi eſſet habenda ratio præmiorum, ampliſſimum præmium eſſe gloriam. de Orat. 110 a, Qui eorum quibus cum eſt, vel dignitatis vel commodi rationem non habet, is ineptus dicitur. Att. 141 b, Præſtabo, ſi Cæſarem bene noui, eum prius tuæ dignitatis quàm ſuæ vtilitatis rationem habiturum. de Nat. 13 a, Non tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quàm audiendi. Att. 131 a, Vt ſummam reipub. rationem habeamus. in Verr. 123 a, Hoc rationis habebãt, non poſſe, &c. pro Cec. 285 a, Niſi fortè hoc habui rationis, quoniam, &c. Epiſt. 39 a, Habui rationem, vt tibi conſulerem. in Verr. 243 b, Neq; illud rationis habuiſti, eam prouinciam, &c. & 243 a, Habeo rationem, quid à populo Rom. acceperim. Attic. 129 b, Verùm cùm habeo rationem dierum, antè puto tranſmiſſurum, quàm potuerit conueniri. Epiſt. 35 a, Vt habere rationem poſſis, quo loco me conuenias.

† Syntaxis. *Cogitationis motum celerem, acumen, ſolertiam, vocamus rationem. Ratio lux & lumẽ vitæ, domina & regina omnium. Dare locum rationi. Obedire rationi in negocijs exequendis. Rationis expers, particeps. Redddere ſententiæ rationem, dare. Ab hac ratione diſſentio. Ratio mea ab iſto abhorret. Reuouocare aliquid ad rationem: & contrà. Ratione facere omnia. Reddere rationem, cur quid fiat, de factis. Rationem ſubijcere & ſupponere, afferre, referre, probare alicui facti ſui, exponere. Ratione impulſus hoc facio. Rationibus ſua confirmare. Pugnare ratione. Rumoribus mecum ne pugnes: rationes requiro. Rationem efficere & concludere. Summa rationis. Sententiæ cuipiam ſuggerere rationem. Nec ſenſuum fides ſine ratione, neque rationes ſine ſenſibus requirendæ. Rationibus conquiſitis de aliquo diſputare, exquiſitis confirmare aliquid. Ratio incipiendi, defenſionis, &c. Rei adminiſtratæ ab aliquo repetere rationem. Rationem adhibere, inire. Ratio comitiorum, popularis, &c. Adiungere ſe ad rationes alicuius. Hæc mea eſt ratio, vt, &c. Ratio huius negotij non conſtat. Nulla ratio eſt hæc perſequi, &c. Rationes cum aliquo putare. Inferre rationes. Ratione inita & ſubducta, ſcelera meditari. Summam pecuniæ*

*induce-*

*inducere in rationem. Rationes alicui edere, ab aliquo repoſcere. Habere rationem annorum, dierum. Meam rationem mecum duxi. Sui cōmodi rationem ducere, alterius. Pro ratione huius cauſæ ſum liberè tractatus. Ratio mihi eſt cum illo, intercedit.*

RATIOCINANDI, do. de Inu. 74 a, Ratiocinando quod cuiuſque officij ſit, quæri oportebit. Tuſc. 149 a, At nos metiendi ratiocinandiq́; vtilitate huius artis terminauimus modum.

RATIOCINATIO. *συλλογισμὸς.* de Inu. 53 b, Ratiocinatio, eſt oratio ex ipſa re probabile aliquid eliciens, quod expoſitum & per ſe cognitum ſua ſe vi & ratione cōfirmet. ad Her. 29 a, Ratiocinatio, *exornatio* eſt, per quam nos ipſi à nobis rationem poſcimus, quare quidque dicamus, & crebrò noſmet à nobis petimus vniuſcuiuſq; propoſitionis explanationem. de Inu. 64 a, Ratiocinatio, eſt diligens & conſiderata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. ad Her. 5 a, Multæ leges afferuntur, è quibus ratiocinatio naſcitur.* de Inu. 53 b, Partim quinq; eius *ratiocinationis* partes eſſe dixerunt, partim non plus quam in tres partes poſſe diſtribui putauerunt. de Inuen. 54 a, Qui putant in quinque diſtribui partes oportere *ratiocinationem.* & b, Per ratiocinationem expolitur genus *argumentandi* & 55 a, Quæ *argumentatio* per ratiocinationem tractatur. de Inu. 64 a, Cauſa diſtribuitur in impulſionem & in ratiocinationem. ibid. Ea *ratiocinatio* dicitur tum interfuiſſe. & b, Cùm autem non impulſione, verùm ratiocinatione aliquem commiſiſſe quid dicet. de Inu. 65 a, Ratiocinationis ſuſpiciones infirmabit.

RATIOCINATIVVS, a, um. *genus controuerſiæ, vnum ex ijs quæ ex ſcripto exiſtunt.* de Inu. 46 a, Quartum genus ratiocinatiuum, quintum definitiuum nominamus.

RATIOCINATOR, oris. *rationum ſubducendarum peritus, quem imperiti Calculatorem vocant.* Off. 12 b, Vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus & addendo deducēdoq́ue videre, quæ reliqui ſumma fiat.* Att 65, Libertum ego habeo ſanè nequam hominem, Hilarem dico ratiocinatorem & clientem tuum. De eo mihi Valerius interpres nunciat, Chiliusq́; ſe audiſſe ſcribit hæc, eſſe hominem cum Antonio.

RATIOCINOR, aris. *rationem habeo, rationem ineo.* de In. 76 b, De pecunia ratiocinari ſordidum eſt, cùm de gratia referenda deliberetur. ad Her 27 a, Socij noſtri profectò ratiocinati eſſent etiam atque etiam, quid poſſent facere. & 12 b, Ex eo quod ipſe facturus eſt, non ex eo quod fieri conuenit, ratiocinatur. I. A. 171 a, Omnia noſtra mala, ſi rectè ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. pro Mil. 107 b, Cuius illi conatus, vt ille ratiocinabatur, nec ſi vellent, reprimere poſſent, de Inu. 69 b, Ratiocinari, quid in ſimilibus fieri ſoleat. I. V. 70 a, Etenim ſic ratiocinabantur, ſic inter ſe loquebantur.

RATIONALIS, le. *quod in ratione verſatur* ad Her. 9 b, In cauſa rationali primùm qæretur, ecquid, &c.

RATIS, tis *genus nauigij planum, & trabibus tantùm inter ſe aptis & connexis factum.* Tuſc. 164 a, Tanquam ratis in mari immenſo, noſtra vehitur oratio. I. V. 236 b, Cùm aut nauibus, aut ratibus conarētur accedere. & ibid. Ratibus coniunctis freto ad Meſſanam tranſire. Att. 148 a, Ratibus exitum portus teneri.

RATIVNCVLAE. de Nat. 74 b, Atq; huic ſententiæ ratiunculas ſuggerit. Tuſc. 218 a, Leues autem eorum ratiunculas, qui, &c. & 181 a, Concludunt ratiunculis Stoici.

RATVS, a, um. *firmus, conſtans, certus, fixus.* )(*.irritus.* de Nat. 45 b, Qui tam certos cœli motus, & ratos aſtrorum ordines viderit. & ibid. a, Aſtrorum in omni æternitate rati & immutabilis curſus. Tuſc. 242 a, Quorum vagi motus, rata tamen & certa curſus ſpacia definiant. de D. 112 a, Aliquid ab omni æternitate certum fuiſſe, eſſe venturum rato tempore. de D. 117 a, Aliquid rato tempore fieri. de Som. 128 b, Sonus interuallis coniunctus imparibus, ſed tamen pro rata portione diſtinctis. Tuſc. 169 a, Omnia iſta perinde vt cuiq; data ſunt pro rata parte à vita, longa aut breuia dicuntur. pro Cec. 303 b, Si populus hoc iuſſerit, putáſne hoc iuſſum ratum atq; firmum futurum? pro Cor. 66 a, Dubitandum fuit, quin quo in genere iudiciòrum præmia rata eſſent, in eodem iudicia imperatorum valerent? de Prou. 78 b, Cuius tribunatus ſi ratus eſt, nihil eſt quod irritum ex actis Cæſaris poſſit eſſe I. A. 198 b, Quæ, ſi leges irritas feceritis, rata eſſe non poſſunt. Att. 236 a, Vt omnes acta Cæſaris haberent rata. pro Cec. 299 a, Rata autoritas harum rerum à iure ciuili ſumitur. Part. 241 a, Ratum habere iudicium.)(*.reſcindere iudicium* pro Dom. 229 a, De agris ratū eſt: fuit enim populi poteſtas. pro Fl. 166 a, Si dat tantā pecuniā, nempe idcirco dat, vt rata ſit emptio. pro Qu. 45 b, & de N 4 a, Quod retuleris, id ratum habebo. Att. 71 b, Deinde vt Fauſtæ, cui cautum ille voluiſſet, ratum eſſet. pro Clu. 45 a, Hoc fixum & in perpe-



petuum ratum eſſe oportet. de Orat. 99 a, Teſtamentum ruptum aut ratum. Acad. 8 a, Decretum, ſtabile, fixum, ratum eſſe debet. de Fin. 68 b Epicuri *κυρίας δόξας*, id eſt, maximè ratę ſententię. Acad. 35 b, Verùm illud certum, comprehenſum, præceptum, ratum, firmum, fixum fuiſſe vis. de Diu. 121 b,

*Scire ratóſne habeant, an vanos pectoris orſus.*

Off. 74 a, At non debuit ratum eſſe, quod actum per vim: quaſi verò, &c. de Leg. 173 b, Cœli fulgura regionibus ratis temperanto. & 180 a, Quod pater approbauit, &c. ratum eſt, &c. quod non approbat, ratum non eſt.

† Syntaxis. *Ratum & immutabile. Rato tempore. Pro rata portione, pro rata parte. Iuſſum, ratum, ac firmum. Si populi poteſtas eſt, ratum eſt. Fixum, & in perpetuum ratum. Decretum ſtabile, fixum, ratum. Certum, comprehenſum, perceptum, ratum, firmum, fixum.*

RAVCVS, a, um. *qui vocem obtuſam habet, feſſus dicendo, vel clamando.* de Orat. 108 a, Itaq; nos raucos ſæpe attentiſſimè audiri video. Epiſt. 127 a, Niſi ipſe rumor iam raucus erit factus. de Clar. 177 a, Vox permanens, ſubrauca verò natura.

RAVDVSCVLVM, li. *pecuniola. æs enim veteres raudum vocabant. vide Varronem de Lingua Lat lib.* 3. Att. 59 a, & 97 a, De rauduſculo Puteolano gratum. & 101 a, De rauduſculo Numeriano multum te amo. & 232 b, Nec mehercule me rauduſculum mouet.* Att. 59 a, De rauduſculo quod ſcribis.

RAVENNA, næ. *vrbs.* Att. 98 b, pro Corn. 65 a.

RE. *exitu: pro quo indiſerti dicunt, Actu & effectu.* pro Mil. 103 b, Senatum non quod ſentiret, ſed quod ego vellem, re decernere. Epiſt. 51 b, & 148 a, Re ipſa & exitu præſtare aliquid I V. 118 a, Verbo.)(*.Re.*

*REA, æ. à Reus. pro Mil. 111 a, Tota denique rea citaretur Hetruria.

REAEDIFICO, as. *reſarcio, inſtauro.* Att. 89 a, Putat enim Pompeius Cæſarem immeritò (* *al. in Nemorenſi*) reædificando diligentiorem fore.

REAPSE. *re ipſa.* de Diu. 97 b, Formæ quæ reapſe nullæ ſunt, ſpeciem autem offerunt. de Fin. 130 b, Quod idem reapſe primum eſt.

REATINVS, na. *à Reate oppido.* de Nat. 27 de Cl. 187 a,* Incer. Reatinis tantum paludibus vngulas iumentorum indurari.

RECALESCO, ſcis. *concaleſco, referueſco.* de N. 31 a, Corpora noſtra motu atq; exercitatione recaleſcunt.

RECEDITVR. ad Her. 17 a, Nullo dolore cogi, vt ab officio recedatur. * pro Cæcin. 285 a, Sin è conſuetudine recedatur. *Alij à legunt.*

RECEDO, dis. *diſcedo, abeo.* pro S. R. 37 a, Recede de medio, per alium tranſigam. I. A. 199 b, Antonius recedat à Mutina. Poſtquam. 205 b, Quà ſtrage nonnulli permoti magiſtratus, paulului à mea cauſa receſſerunt pro S. R. 21 a, Poſtquam ab armis receſſimus. pro Qu. 12 a, Res ab vſitata conſuetudine receſſit. Attic. 186 b, Si à ſententijs eius dictis, ſi ab omni voluntate conſilijsq́ue, quæ de Repub. habuit, recedam, & 85 b, Recedere ab edicto ſuo. pro Cec. 292 a, A' verbis recedis, & æquitate vteris. & 296 a Vt longius à verbo recedamus, ab æquitate ne tantulum quidē. de Fin. 115 b, Pyrrho penitùs à natura receſſit. Tuſc. 217 b, A' vita recedere. *id eſt, mori.* I. A. 218 a, Non modò ille Gallia non diſceſſit ſed ne à Mutina quidem receſſit. Off. 8 b, A' peregrino enim receſſit *nomen Hoſtis*, & propriè in eo qui contra ferret arma, remanſit. & 26 b, Elaborandum eſt, ne animi motus à natura recedant.

RECENS, tis: tior, ſſimus. *nouus.*)(*.antiquus, vetus.* Tuſc. 217 b, Epiſt. 177 b, Quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quærit: nō quod veterem comederit (nullam enim habuit) ſed hanc ipſam recentem nouam deuorauit. pro Mur. 127 b, Itaq; non ex ſermone hominum recenti, ſed ex annalium vetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuę. & ibid. Non modò Curij antiqui illi, &c. ſed hi recentes Marij, &c. Tuſc. 217 b, Aliter ferat inueterata, aliter recentia. ad Brut. 91 b, Recenti illo tempore, tu omnia, &c. I. V. 104 a, Recenti re. de Nat. 27 a, Recentiore memoria. Att. 256 a, Rhegyni quidam venererunt Roma ſanè recentes. & 208 b, Expecto recens aliquid. *id eſt, Nouum.* Acad. 41 b, Recentiſſima quæq; ſunt emendata & correcta maximè. Ep. 43 a, In altera Epiſtola, quæ mihi recentior videbatur. de Fin. 82 b, At tuliſti aliud humanius horum recētiorum, nunquam dictum ab ipſo illo, quod ſciam I. V. 97 a, Datam inter omnes recenti negocio conſtabat. de Leg. 156 b, In recenti memoria Att. 133 a, Recentiſſima tua eſt epiſtola Cal. data. I. V 67 b, Cùm è prouincia recens eſſet. Epiſt. 73 a, Inuidiaq́; non recenti, ſed vetere ac diuturna flagraret. Item: Proximè recenti aduentu meo. de Nat. 62 a, Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit. *id eſt, Tyndaridarum.* ad Heren. 8. a, Alius alio recentior eſt in dolore.

Att. Quanquam recentiora audiebam ex ijs qui ad me veniebant. de Sen. 92 a, Omnis conglutinatio recens ægrè inueterata, facilè diuellitur. * Hortenſ. Recens hæc quidem ætas.

† Syntaxis. *Recens nouum id eſt, ſimul. Venerunt milites recentes. Recens nihil audiui. Recentiſſima epiſtola. Recens ex prouincia eſt ille. Proximè recenti illius aduentu. Recens ab illorum ætate. In dolore recens.*

Recenseo, es. *percenſeo, perſequor, percurro.* Att. 251 a, Obruis enim, recenſes multa, quæ vellem minui.

Recensio, onis. *cenſus, recognitio* pro Mil. 115 b, Qui ædiũ nympharum incendit, vt memoriam publicam recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret.

Recentoricvs, a, um. contra Rull. 62 b, 77 a, * Recentoricus ager.

Receptacvlvm, li. *receptator locus, perfugium.* de N. 53 b, Aluus cibi potionisq; eſt receptaculum. Tuſc. 159 a, Nam corpus quidem eſt quaſi vas, aut aliquod animi receptaculum. & 251 a, Mors ibidem eſt æternum nihil ſentiendi receptaculum. I. V. 109 b, niſi illud receptaculum claſſib. noſtris pateret, & 247 b, Illud tibi oppidum receptaculum prædæ fuit. contra Rull. 84 a, Illi Capuam receptaculum aratorum eſſe voluerunt. I. P. 81 b, Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum veterumq; Catilinæ militum, caſtellum forenſis latrocinij. I. A. 226 a, Græcia eſſet receptaculum pulſo Antonio.

† Syntaxis. *Mors receptaculum eſt.*

Receptator, oris. *recipiens.* pro Mil. 111 a, Suſtinuiſſet hoc crimen ille latronum occultator & receptator locus.

Receptrix, cis. *receptaculum.* I. V. 203 b, & 235 & 268, Meſſana, furtorum receptrix.

Receptvm, pti. *promiſſum.* in Verr. 264 a, Satis eſt factum promiſſo noſto ac recepto. I. A. 175 b, Ille induxit, vt peteret, promiſſum & receptum interuertit.

Receptvs, ptus. *refugium, reuocatio à bello.* Plan.. Epiſtol. 150 a, Animaduerti nullum alium receptum Antonium habere, niſi in his partibus. Att. 130 b, Neq; ex oppidis contrahere copias expedit, ne receptũ amittam. I. A. 241 a, Quis enim reuocante & receptui canente ſenatu, properet dimicare? Tuſc. 197 b, A' quibus cùm cecinit receptui *ratio*, impellit rurſum, &c. *id eſt, à miſerijs contemplandis.* I. A. 249 a, Receptui ſignum aut reuocationem à bello audire non poſſumus.

Receptvs, a, um. *reſtitutus.* de Fin. 78 b, Poſt libertatem receptam. I. V. 109 a, Hoc onere ſuſcepto, & recepta cauſa. de Orat. 118 a, In quo eſt illa quidem magna offenſio vel negligentiæ, ſuſceptis rebus: vel perfidiæ, receptis. Top. 229 b, Rutis cęſis receptis.

Recessvs, ſus. *digreſſus.* )( *acceſſus.* de Orat. 159 b, Luna acceſſu & receſſu ſuo ſolis lumen accipit. de Diu. 115 b, Quid de fretis aut de marinis æſtibus dicam? quorum acceſſus & receſſus Lunæ motu gubernatur. * de Nat 32 b, Beſtijs ſenſum & motum dedit natura, & cum quodam appetitu acceſſum ad res ſalutares, à peſtiferis receſſum. Ep. 134 a, Ita pedetentim & gradatim tum acceſſus à te ad cauſam facti, tum receſſus.

¶ *Latebra.* pro Mar. 134 b, Cùm in animis hominum tantæ latebræ ſint, & tanti receſſus. de Or. 152 a. Sed habebat tamen admiratio illa vmbram aliquam & receſſum, quo magis, &c. Attic. 194 b, Mihi ſolitudo & receſſus prouincia eſt.

Recido, dis. *conuertor, cado, redundo.* pro Syl. 184 b, Citò illa omnia ex lætitia ad luctum reciderunt. pro Seſt. 28 b, Multo mihi præſtat in eandem illam recidere fortunam. pro Plan. 278 b, Quæ *tela* ſi viginti quieſſem dies, in aliorum conſulum vigiliam (* *al. iugulum*) recidiſſent. Attic. 1 b, Qui ſi in noſtrum annum reciderit. pro S. R. 31 b, Non modò adhoc crimen reſilire videas, verùm omnem ſuſpicionem in noſmetipſos recidere intelligas. I. V. 269 a, Huccine tandem omnia reciderunt. Orat. 220 a, Ad nihilum omnia recidere patiare. Attic. 65 b, Id ego puto, vt multa eiuſdem, ad nihil recaſurum. & 193 a, Ab his me remedijs noli in iſtam turbam vocare, ne récidam. ad Brut. 287 a, Is ſe maledictis non abſtinet ijs, quæ in ipſum dupliciter récidunt. de D. 105 b, Ramulum adductum cum remiſſus eſſet, in oculum ſibi recidiſſe. de Clar. 194 b, Cõtentio nimia vocis reciderat, & quaſi referbuerat oratio. pro Qu. R. 52 a, Quorſum récidat reſponſum tuum, non laboro. Att. 286 a, Nónne hoc eſt in eaſdem tenebras recidiſſe? I. A. 193 a, Vt huius amentiæ pœna in ipſum familiamq; eius récidat. * pro Q. Roſc. 54 a, Quodcunq; tibi exigeres, id in ſocietatem recideret.

† Syntaxis. *Ex lætitia ad luctum hæc récidunt. Recidere in fortunam in vigiliam amicorum. Ille récidit in annum ſuum. Suſpicio in te récidit. Ad nihilum tua conſilia récident, & ad nihil. In te récident maledicta. Adductus ramus in oculum récidit. In te récidit amentiæ tuæ pœna.*



Recino, nis. *reſono.* de Clar. 179 b, In vocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam & reſonat vrbanius.

Recipiendvs, a, um. Offic. 76 b, Quanquam tibi hi tres libri inter Cratippi commentarios tanquam hoſpites erunt recipiendi. pro Plan. 260 a, Non ſolùm dignitatis facienda iactura eſt, ſed etiam largitionis recipienda ſuſpicio.

Recipio, pis. *accipio, adſciſco, recupero.* Attic. 198 a, A' te heri duas apiſtolas recepi: alteram, &c. alteram, &c. accepiq; ab Aegypta literas eodem die, &c. pro S. R. 37 a, Quid recipis mandatum, ſi neglecturus es? & ibid. Qui mandat, & qui mandatum recipit. Attic. 245, Recipere aliquem in fidem ſuam. Epiſt. 212 a, Recipere aliquem in amicitiam ſuam. Attic. 135 b, Ita me ſibi fuiſſe inimicum, vt ne honorem quidem à ſe recipere vellem. pro Qu. R. 48 b, Recipere quæſtus magnos. contra Rull. 84 a, Recipere aliquem tectis ac ſedibus ſuis. pro Arch. 186 b, Luculli eum domum ſuam receperunt. pro Flac. 159 a, Aſia illum ſuis vribus recipiebat. pro Corn. 61 a, Recipere aliquem in ciuitatem. ad Her. 39 b, Recipere aliquem ſplendidè. Top. 222 b, Recipere aliquem ad epulas. I. V. 127 b, Prætor pronunciauit, ſeſe nomen eius recepturum. * pro Sex. Roſc. 24, Quod non totum telum corpore recepiſſet. de Orat. 129 b, Sed dicet te, cum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæſis ſolium tibi paternum recepiſſe. Top. 222 b, Sed quoniam auidum hominem ad has diſcendi epulas recepi.

¶ *Iterum aſſumo.* I. A. 192 a, Græci ſedentes vocem ab acutiſſimo ſono vſque ad grauiſſimum ſonum recipiunt, & quaſi quodammodo colligunt.

¶ *Exeo, abeo, redeo, proficiſcor.* I. V. 204 b, Cùm ex hiſce ſe locis reciperent, & eódem deferrentur. de Clar. 195 a, Cùm anno pòſt è Sicilia me recepiſſem, iam, &c. Epiſt. 95 a, Niſi cùm ad hyemem me ex Cilicia recepiſſem. Offi. 61 a, Qui cùm ad diem ſe recepiſſet, tyrannus, &c. Att. 62 a, Recipe te ad nos, ad quod tempus confirmaſti. pro Cæl. 43 a, Et ſe ad bonam frugem, vt dicitur, recepiſſe. Attic. 79 b, Ipſe me Laodiceam recipiebam. Epiſt. 153 a, Si latro rurſus in Italiam ſe recipere cœperit. I. A. 192 a, Antonius ita ſe recipiebat ardens odio veſtri, vt, &c. * Att. 173 a, Recipio me tempore domo. *al. domum.*

¶ *Suſcipio, aſſumo.* pro S. R. 18 b, Recipere cauſam alicuius defendendam.

¶ *Recupero.* de Sen. 79 a, Qu. Maximus Tarentum recepit. de Orat. 134 a, Recipere arcem amiſſam.

¶ *Colligo, animo, confirmo.* de Som. 128 a, Vt me recepi.

¶ *Promitto, polliceor.* Att. 75 a, Thermus omnia ſe facturum recepit. & 10 a, Tu mandata effice, quæ recepiſti. & 37 a, Fidem recipere de aliquo. & 204 a, De æſtate polliceris, potiùs recipis. Epiſt. 148 b, Nihil te cæteris de me fruſtra recepiſſe lætor. & 11 b, Quid ſibi is de me recepiſſet, in memoriam redegit. Epiſt. 155 b, Omnia ei petenti recepi, & vltrò pollicitus ſum. Epiſt. 65 a, Quæ tibi promitto ac recipio, ſanctiſſimè eſſe obſeruaturum, diligentiſſimeque facturum. Epiſt. 211 a. b, Tibi ſpondeo, in meq; recipio, eos, &c. & 208 a, Promitto in meq; recipio, fore eum, &c. Att. 189 b, Lenas hoc mihi receperat. Epiſtol. 205 b, Id tu mihi recepiſti. & 86 a, Sed tamen ei ſcripſeram, librum legeret, & ea conditione daret, ſi reciperes te correcturum. Qu. de Pet. 208 a, Recipere & confirmare aliquid alicui. Epiſt. 147 a, Vt iudicares omnia me reip. cauſa præſtitiſſe, quæ & tua exhortatione excepi, & mea confirmatione * (*al. affirmatione*) tibi recepi. de Or. Cùm Bucculeius ædes L. Fuſio venderet, in mancipio lumina, vti tum erant, ita recepit. Ep. 223 a, Omnes tui pro me recipient ita fore & 168 a, Pro Caſſio & te, ſi quid velitis me recipere, recipiã. & 153 b, Recipio vobis celeriter me negocium ex ſententia confecturum.

Recipior, ris. in Ant. 212 a, Recipi in ſenatum, vel in aliquem ordinem. contra Rull. 78 b, Si qua pecunia ex nouis vectigalibus recipitur.

† Syntaxis. *Recipere literas, mandatum, in amicitiam, in fidem, honorem aliquem ſuis tectis, in ciuitatem, ad epulas. Recipere ſe ad bonam frugem, ad ſuos. Se recipit Antonius. Arcem recipere amiſſam. Eia te recipe. Fidem recipere. Recipere ac polliceri: & contrà. Recipio, & vltrò polliceor. Promitto ac recipio. Tibi ſpondeo, in meq; recipio. Recipio & confirmo. Mea confirmatione recipio. Ego pro illo recipio ſe facturum.*

Reciprocando. *viciſſim remeando.* de N. 64 a, Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri poſſe conſtantius?

Reciprocor, ris. de D 82 b, Si quidem iſta reciprocantur, vt & ſi diuinatio ſit, dij ſint: & ſi dij ſint, ſit diuinatio.

Recisvs, a, um. *conciſus, cæſus, exciſus.* de Prou 75 a, Nationes, quæ multitudine hominum poterant in prouincias

noſtras

noſtras redũdare, ab eodem partim reciſæ, partim repreſſæ ſunt.

Recitando. pro Dom. 230 a, L. Philippus auunculum ſuum præterijt in recitando ſenatu. * pro Clu. 47 a, Ex duabus eius orationibus capita alterna inter ſe contraria recitanda curaſſet.

Recitatio, onis, *lectio*. * ad Heren. 8 b, His locis vtemur, &c. deinde ſcripti recitatione. & 9 a, Noſtræ legis expoſitione, recitatione, collaudatione vtemur pro Cluen. 47 b, Vt illum recitationis ſuæ pœniteret. pro Dom. 217 b, Certè conſilium tuum de Catonis honore, illarum literarum recitatione patefactum eſt.

Recitator, oris. *autor, lector*. de Inuen. 79 b, * Neque enim vos ſcripti ſui recitatores, ſed voluntatis interpretes fore putauit pro Cluen. 47 a, Cùm Brutus duobus recitatoribus conſtitutis ex duabus eius orationibus capita alterna inter ſe contraria recitanda curaſſet. ibid. Tres & ipſe excitauit recitatores cum ſingulis libellis.

Recitatus, a, um. pro Cecin 295 a, Teſtamēto ſi recitatus hæres eſſet pupillus.* pro Cluen. 47 b, Ego illa recitata non moleſtè fero.

Recito, as. *tracto, reddo, percenſeo, pronuncio*. pro Do. 230 a, L. Cotta iuratus dixit, ſe, ſi cenſor tum eſſet, cùm ego abeſſem meo loco Senatorem recitaturum fuiſſe. I. V. 83 b, Recita denuò. Epiſt. 198 a, & 153 a, Panſa tuas literas recitauit. & I. A. 250 b, Dum eas literas recito, quæſo attendite. pro Quint. 16 b, Poſtea recitaui edictum, quod, &c. in Sal. 274 b, Si illud eulogium pro lege palàm vniuerſis recitarem. contra Rull. 75 b, Quàm tu mihi ex ordine recita de legis ſcripto populi Rom. auctionem. pro Flac. 154 b, De tabulis publicis recitare. * ad Her. 9 a, Qui ſcriptum recitet. pro Cluen 47 a, Et multa in Equites Rom. cùm ex ea oratione aſperiùs dicta recitaſſet.

Recitor, ris. pro Quint. 15 b, Att. 123 b, Næ ego iſtas literas in concione recitari velim. * pro Cluen. 47 a, Eorum initia cùm recitarentur.

† Syntaxis. *Ex ordine recitare. De tabulis recitare.*

*Reclamans, tis. pro Pomp. 16 a, Propterea quòd iſtis reclamantibus vos vnum illum ex omnibus delegiſtis.

Reclamatio, onis. *acclamatio*. I. A. 92 a, Præclara reclamatione veſtra factum Martialium comprobauiſtis.

Reclamator. pro Dom. 215 a, Ab vniuerſo ſenatu reclamatum eſt. Ep. 3 a, Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum eſt.

Reclamito, as. *reclamo*. pro S. R. 28 b, Reclamitat iſtiuſmodi ſuſpicionibus ipſa natura.

Reclamo, as. *repugno*. de Orat. 161 a, Si in his modò offenſum eſt, theatra tota reclamant. pro Cor. 67 a, Vna voce omnes iudices, ne iuraret, reclamarunt. Epiſt. 177 b, Cùm ſenſiſſem, &c, ijdem illi qui ſolent, reclamarunt. I. A. 198 b, Legiones Antonij promiſſis reclamarunt.

Reclino, as *reflecto, inclino*. in Arato,

*At Cepheus caput atque humeros palmasq; reclinat.*

Recludo, dis. *aperio*. de Nat. 73 a, *Poetæ*. * Quibus *repagulis* ego iram omnem recludam.

Recogito, as. *meditor, reputo* Qu fr. 307 a, Sic tu mihi videris in Sardinia de forma Minutiana, & nominibus Pomponianis in ocio recogitaſſe.

Recognitio, onis. *recenſio*. I. V. 226 a, Qui tandem iſtius animus eſt nunc in recognitione ſcelerum ſuorum.

Recognitus, a, um. in Verr. 147 a, Hęc omnia ſumma cura & diligentia recognita & collata ſunt.

Recognoſcendi, in Vat. 29 b, Is codicem non recitandi cauſa legit, ſed recognoſcendi.

Recognoſco, ſcis. *æſtimo, conſidero, agnoſco, recenſeo*. I. V. 69 a, Non videtur hæc multitudo cognoſcere ex me cauſam voluiſſe, ſed ea quę ſcit, mecum recognoſcere. pro Deiot. 144 b, Perturbat me C. Cæſar illud etiam interdum, quod tamen cùm te penitùs recognoui, timere deſino. in Sal. 272 a, Nihil audietis noui, ſed omnia vetera recognoſcetis. I. A. 208, Verba tua recognoſce & aude negare, ſeruientis aduerſus regem iſtas eſſe preces. I. C. 98 b, Conſilia tua omnia, quæ licet mecum recognoſcas, meminiſtine, &c. & 99 b, Recognoſce mecum tandem illam noctem. pro Syl. 181 a, Conuerte crimen cum vita illius, &c. tum crimen ipſum recognoſcite. pro Cor. 57 a, Non Pompeij decretum, iudicium de conſilij ſententia pronunciatum recognoſcemus? Antequam. 194 a, Quis eſt, qui noſtrum periculoſiſſimum caſum recognoſcat, qui non, &c. de Leg. 191 b, Nunc non recognoſcimus leges Populi Rom. ſed, &c. Epiſt. 188 a, Legi tuas literas, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognoui. Tuſc. 160 a, Declarat, ſe non tum illa didiciſſe ſed reminiſcendo recognoſcere. * I. V. 82 b, Quæ adoleſcentia qualis fuerit, aut meminiſtis, aut ex eo, quem ſui ſimillimum produxit, recognoſcere poteſtis.

Recognoſcor, ris. in Verr. 250 a, Alij cùm à multis recognoſcerentur, ſecuri feriebantur. I. A. 208 a, Quanquam non fuit alienum, perſonas quaſdam à vobis recognoſci, vt quibus cum bellum geratis, taciti poſſitis cogitare.

† Syntaxis. *Recognoſce quæſo te, amicos, caſum iſtum. In literis tuis recognoſco tuum amorem. Reminiſcendo recognoſco, non addiſco. Perſonas haſce recognoſcite.*

Recolligo, is. *mitigo, reconcilio*. Att. 3 b, * A me recolligi oportere quid dicas.

Recolendus, a, um. pro Arch. 188 a, Si tantum temporis mihi ad hæc ſtudia recolenda ſumſero. de Or. 85 a, Ad eas artes, quibus à pueritia dediti fuimus, celebrandas, inter noſq; recolendas. * Frag. ep. Sed eò magis recolendam eſſe dignitatem.

Recolo, lis. *recognoſco, animaduerto*. I. A. 257 a, Quę ſi tecum ipſe recolis, æquiore animo moriere.

*Reconciliandus, a, um. Attic. 6 a, Vt agerem quàm diligentiſſimè cum Luceio de veſtra vetere gratia reconcilianda.

Reconciliatio, onis. *reditus in gratiam*. de Ar. 256 a, & 56 b, Et ſignificat, ſe illi amiciſſimum eſſe, & reconciliationem eſſe gratiæ factam. I. C. 116 b, Quæ diſſenſiones non reconciliatione concordiæ, ſed internecione ciuium dijudicatæ ſunt. 242 a, Cæſar agit de reconciliatione gratiæ ſuæ & Pompeij. pro R. P. 127 b, Reconciliatio gratiæ C. Memmij fuit mihi cauſa defendendi Gabinij. * pro Clu. 38 b, Irridebatur hæc illius reconciliatio. Poſtq. 200 b, Cùm omnia cum omnibus fœdera, reconciliationes gratiarum, ſanguine meo ſancirentur.

Reconciliatus, a, um pro Mil. 105 b, Timuit, ne videretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. Ep. 45 a, Vt cauerē ne cui ſuſpicionē fictę reconciliatę gratię darē. & 153 b, Reconciliata voluntas. Epiſt. 60 a, Non intelligo, cur reconciliatam gratiam eſſe dicas, quæ nunquam immutata eſt. Antequam. 162 b, Fructu libertatis reconciliato.

† Syntaxis. *Facta gratiæ reconciliatio. Diſſenſio reconciliatione concordiæ dijudicata. Reconciliatio gratiæ Cæſ. & Pompeij. Reconciliatio gratiæ Cæſ. cauſa erit. Reconciliatæ gratiæ firma fides. Ficte reconciliata gratia. Reconciliata voluntas. Fructu libertatis reconciliato.*

Reconcilio, as *placo, in gratiam reduco, in veterem gratiam reſtituo, diſtractos in priſtinam concordiam reduco, controuerſiam dirimo, reduco in gratiam, pacem concilio*. de Pro. 73 b, Hic me meus in rempub. animus priſtinus ac perennis cum C. Cæſare reducit, reconciliat, reſtituit in gratiam pro Deiot. 150 b, Id autem eſt, te vt planè Deiotaro reconciliet oratio mea. Att 96 a, Quintus filius currentem animum patris ſui ſorori tuæ reconciliauit. item: Videſne, vt excipiam te ex improborum ſubita gratia? & reconciliem bonis omnibus de Prou. 73 a, Quibus cum (*al. enim*) omnibus eadem reſp. reconciliauit, quæ alienârat.* Ep. 155 b, Reconciliarem me Lepido.

¶ *Reſtituo, redintegro*. Att. 6 a, Reconciliare veterem gratiam aliquorum.

¶ *Acquiro, lucror*. Ep. 17 b, Tibi ſum autor, vt quibus rebus poſſis eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges.

¶ *Recupero*. I. V. 67 a, Adduxi hominem, in quo recõciliare exiſtimationem iudiciorum amiſſam, &c. poſſetis.

Reconcilior, ris. *reſtituor, redeo*. pro Dom. 239 a, Inimici in gratiam reconciliabuntur.

† Syntaxis. *Reducere recõciliare, reſtituere in gratiam cum aliquo. Reconcilio te illi. Reconciliare veterem aliquorum gratiam. Reconciliare quempiam. Vel reconcilies, vel mitiges. Reconciliare exiſtimationem. Amici in gratiam reconciliantur.*

Reconcinno, as. *reficio*. Qu. fr. 311 a, Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno.

Reconditus, a, um. *occultus, retruſus, abditus, abſtruſus.)( in promptu*. I. V. 204 b, Quod celari oportebat, habebant ſepoſitum ac reconditum. de N. 45 b, & 56 a, Venæ auri reconditæ, & penitùs abditæ. & 11 a, Res occultæ & penitùs abditæ. de Cl. 168 b, Exercitationem mentis à reconditis abſtruſisq; rebus ad forēſes & populares cauſas traducere. de Or. 85 b, Studia quæ reconditis in artibus verſantur. de N. 97 b, Interiores reconditæ literæ. Epiſt. 178 a, Si quid erit occultius, &, vt ſcribis, reconditum. Acad. 3 b, A me quæ in promtu erant, dicta ſunt: à Lucullo reconditiora deſidero. pro Dom. 221 a, Venio ad augures: quorũ libros, ſi qui ſunt reconditi, nõ ſcrutor & 218 a, Nimiũ recõditus & penitùs abſtruſus animi dolor pro Qu. 10 b, Quintius natura triſti ac recondita fuit. Off. 10 b, Hoc qd' dico decorum, non recõdita quadam ratione cernitur, ſed eſt in promptu. pro Syll. 176 a, Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari. I. C. 98 a, Habemus ſenatuſconſultum incluſum in tabulis, tanquam in vagina reconditum. contra Rull. 74 a, Occultò latere reconditi-

conditum eſſe de Or. 98 a, Multæ ac magnificæ res conſtructæ ac reconditæ. * I.V.195 a, Locus reconditus. pro C. Cornel. 1, Lex ad excogitandum recondita. de Leg. 161 a, Speciem ita formauit oris *natura*, vt in ea penitùs reconditos mores effingeret.

RECONDO, dis. *condo ſepono.* Acad. 9 a, Mens viſa arripit ac recondit, è quibus memoria oritur. de Inu. 64 a, Gladium cruentum in vaginam recondidit. * Oecon. 1, Qui tectis reconderet atq; cuſtodiret victum. de Nat. 47 a,

*Hoc caput hic paulum ſeſe ſubitoq́; recondit.*

† Syntaxis. *Sepoſitum & reconditum. Venæ auri reconditæ, & penitùs abditæ. Occultum & abditum. Reconditum & abſtruſum. Interiores & reconditæ literæ. In ſpecie oris reconditos mores effingit natura. Natura triſtis ac reconditus. Non reconditum, ſed in promptu. Occultò latens, reconditum. Conſtructum, & reconditum.*

RECOQVO, quis. de Sen. 94 b, Quò quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit, néue tanquam Peliam recoxerit. *prouerbium.* * Al. *pilam retorſerit.*

* RECORDANS, tis. Att. 66 a, Quam *nauigationem* mehercule ego valde timebam, recordans ſuperioris tuæ tranſmiſſionis.

RECORDANDVS, a, um. pro Syl. 172 a, Mihi ne ad ea quidē quæ geſſi, recordanda & cogitanda, quicquam relinquitur temporis.

RECORDATIO, onis. *memoria, reuocatio.* Epiſt. 68 a, Habet enim præteriti doloris ſecura recordatio delectationem. & 70 a, Das enim mihi iucundas recordationes conſcientiæ noſtræ. de Orat. 104 b, & de Clar. 165 b, Qui patris clariſſimi recordatione & memoria, fletum populo moueret. de Or. 142 b, Acerba ſanè recordatio veterem animi curam moleſtiamq́; renouauit. Att. 109 b, Recordationes fugio, quæ quaſi morſu quodam dolorem efficiūt. de Cl. 189 b, Præteritorum recordatio eſt acerba, & acerbior expectatio reliquorum. I.A. 186 a, Primùm in Cæſarem maledicta congeſſit, deprompta ex recordatione ſtuprorum ſuorum. Att 88 b, Suauem habui recordationem clariſſimi iuriſiurandi. de Or. 85 a, Mihi repetenda eſt veteris cuiuſdam memoriæ non ſatis explicata recordatio. de Sen. 78 b, 79 a, Conſcientia bene actæ vitæ, multorumq́; benefactorum recordatio iucundiſſima eſt. * de Fin. 60 b, Sapientes bona præterita grata recordatione renouata delectant. de Prou. 78 a, Nonne vobis videor & vltimi temporis recordatione, & proximi memoria, medium illud triſtiſſimum tempus debere, ſi ex rerum natura nō poſſemus euellere, ex animo quidem certè excidere? Qu. fr. 307 a, Habet profectò quoddam Sardinia appoſitum ad recordationem præteritæ memoriæ. & 315 b, Quàm ſuauis ei tuus aduentus fuerit, & recordatio veteris amoris.

† Syntaxis. *Habet recordatio ſecura præteriti mali delectationem. Recordatio & memoria. Alicuius ſuauem habere recordationem. Repetere veteris memoriæ recordationem.*

RECORDOR, aris. *reminiſcor, memoria teneo, memoria cuſtodio, memoriam alicuius rei habeo, in memoriam redit aliquid, alicuius rei in memoriam venit, recogito, animum ad aliquam rem refero, memoria retineo, memoria alicuius rei me tenet, mente infixum eſt, memoriam alicuius rei teneo, ſeruo, aliquid in mente verſatur, memoriam excito, animo, animo ac memoria teneo, venit in mentem, memoria repeto, in memoria mihi eſt, reuoco animum ad memoriam, memoriam conſeruo, ex animo meo non diſcedit, mea memoria eſt.* Att. 128 b, At ego, qui omnia officio metior, recordor tua conſilia. de Or. 105 b, Cùm omnis gradus ætatis recordor tuę. Ep. 27 b, & 19 a, Recordor deſperationes eorum, qui, &c. pro Pl. 281 b, Quoniam iſtis veſtris lacrymis de illis recordor, quas, &c. contra Rull 66 b, & pro Syl. 168 b, Nam profectò ſi recordari volueritis de nouis hominibus reperietis, &c. de Fi. 150 b, Tu ſi meliore memoria es, velim ſcire, ecquid de te recordere. Tuſc. 231 a, Multaq́; de M. Aquilio recordatur. I. P. 82 a, Iſte certè cum aliquo dolore flagitiorum ſuorū recordabitur. pro Pl. 274 a, Huius meriti in me recordor. *id eſt, Plancij.* pro Arch. 185 b, Pueritiæ memoriam recordari vltimam. pro Mur. 141 a, Tamen re ipſa admonitus recordor, quantum, &c. Or 189 b, Sed ego recordor longè omnibus vnum anteferre Demoſthenem. Tuſc. 160 a, Ex quo effici vult Socrates, vt diſcere nihil aliud ſit, quàm recordari. Ep. 73 a, Cùm animi tui magnitudinem diligentius eſſem mecum recordatus. Tuſc 231 a, Prudentia hoc videt, non omnes bonos eſſe etiam beatos, multaq́; de M. Attilio recordatur, &c. Attic. 205 b, Et ſi, vt recordor, miſi. & 276 a, Hoc mihi iam in te placuiſſe potes ex ſuperioribus literis recordari. de Sen. 93 b, Recordari & & reminiſci res. pro Lig. 143 a, Quoniā hoc eſt animi tui, te aliquid de huius quæſtoris officio cogitantem, etiam de alijs quibuſdam quæſtoribus reminiſcentem recordari. * con. C. Ant. Cui ſpectaculum eiuſmodi tua crudelitas præbuit, vt nemo ſine luctu aſpicere, ſine gemitu recordari poſſet. de Sen. 79 b, Vt vrbium



expugnationes, vt pedeſtres naualéſue pugnas, vt bella à ſe geſta triumphosq́; recordentur.

† Syntaxis. *Recordari aliquid, de aliqua re, alicuius rei. Mecum recordor. Ex literis tuis recordor. Recordor & reminiſcor. Reminiſcēs nunc recordor.*

RECREATVS, a, um. *reſtitutus, releuatus, relaxatus, confirmatus. )( ſubactus, oppreſſus, perculſus.* pro S. R. 41 b, In hoc bello non recreatus, neq; reſtitutus, ſed ſubactus oppreſſusque populus Rom. eſt. Epiſt 13 a, & 14 a, Senſus bonorum, qui recreatus abs te totus eſt. & 88 a, Recreatis enim bonis viris conſulatu tuo, &c. Poſtquam. 198 b, Qui è graui morbo recreati ſunt. de Inuen. 81 b, Ille autem leuiter ſaucius, facilè eſt ex vulnere recreatus. Quint. frat. 294 b, Complures dirutas ac penè deſertas vrbes per te eſſe recreatas. pro Pl. 266 a, Vbi illa antiqua libertas? quæ malis oppreſſa ciuilibus extollere iam caput, & aliquando recreata ſe erigere debebat? Attic. 116 a, Bonorum animi recreati Romę, improbi quaſi perculſi. * I.V. 268 b, Qui, &c. ex illo metu mortis ac tenebris quaſi luce libertatis & odore aliquo legum recreatus reuixiſſet.

RECREO, as. *reficio, relaxo, colligo, reſtituo, releuo.* pro Pl. 259 a, Conſpectus veſter reficit & recreat mentē meam. de Pro. 70 a, Macedonia ita vexata eſt, vt vix poſſit ſe diuturna pace recreare. Att. 138 b, Tuas nunc epiſtolas à primo lego: hę me paulùm recreant. pro Mil. 101 b, Sed me recreat & reficit Cn. Pompeij ſapientiſſimi viri conſilium. I. V. 196 a, Erigere & recreare aliquem afflictum. I. C. 112 b, Tum ille, cùm vix ſe ex magno timore recreaſſet. Attic. 12 a, Ego recreaui afflictos animos bonorum, &c. Tuſc. 160 b, Cùm animus ſe collegit atq; recreauit, tum agnoſcit, &c. pro Pom. 8 a, Aliquem fugientem excipere, diffidentem confirmare, afflictum erigere, perditum recreare. *quæſo memoriæ commenda.*

¶ *Iterum creo.* de Nat. 28 a, Quos *augures & aruſpices* cum Gracchus conſul iterum recrearet.

RECREOR, ris. pro Dom. 232 b, Speraui me iacentem poſſe à viuis viris fortibus excitari: ſi vna cum bonis interiſſem, nullo modo poſſe recreari. Att. 60 b, Literis ſuſtentor & recreor. Ep. 79 b, Neceſſe eſt remp. aliquando recreari. Att. 189 b, Quod me ab hoc mœrore racreari vis, facit vt omnia. * Epiſt. 88 a, Et ipſa cauſa ea eſt, vt iam ſimul cum Repub. quæ in perpetuum iacere non poteſt, neceſſariò reuiuiſcat atq; recreetur.

† Syntaxis. *Reſtituere & recreare. Recreatum ex metu reuiuiſcere. Bonorum cenſum recreare. È morbo recreari. Vrbs recreata. )( diruta, deſerta. Caput extollere, & recreatum erigere caput. Reficere ac recreare. Pace recreare ſe. Recreare & reficere aliquem. Erigere ac recreare. Se colligens animus ac recreans. Suſtentari literis, ac recreari. Recreari à mœrore.*

RECRVDESCO, ſcis. Epiſt. 51 b, Nunc autem hoc tam graui vulnere etiam illa quæ conſanuiſſe videbantur, recrudeſcunt. *id eſt, renouantur.*

RECTA. *recta via.* I. V. 268 b, Loqui cœpit, ſibi rectà iter eſſe Romam. Att. 75 b, Erat mihi in animo rectà proficiſci ad exercitum. Ep. 138 a, Rectà à porta domum meam venit. ad Her. 39 b, Att. 258 a, Statuerā enim rectà Appia Romā. I.C. 102 a, Recta via perge in exilium. Off. 68 a, Et ceteri quidem alius aliò, Marius à ſubſellijs in Roſtra rectá. Att. 96 a, Cùm inſtituiſſem ad te ſcribere, Batonius è naui rectà ad me venit.

RECTE. *bene probè, præclarè, iurè, ritè, ordine, ratione, per rectum curſum. )( perperàm, obliquè, circuitione, anfractu, per circuitionem & anfractum, vitio.* Att. 152 a, Rectè auguraris de me: bene enim tibi cognitus ſum. & 208 b, Tuæ literæ rectè ſperare iubent. in Ver. 144 a, Si rectè homines noui. & 258 b, Si rectè vos cognoui. I. V. 271 a, Rectè & meritò commouebamur. Att. 4 b, Apud matrem rectè eſt. I. P. 94 a, Rectè an ſecus, nihil ad nos I.A. 191 a, Aliquem rectè atque ordine, exq́; republica feciſſe & facere. & 225 a, Literas Bruti rectè & ordine ſcriptas videri. Ep. 155 b, Si rectè iſtic erit. Att. 189 b, Pro malis rectè habebam. de Diu. 116, Epicurus circuitione quadam deos tollens, rectè non dubitat diuinationem tollere. de D. 124 a, Tabernaculum rectè captum. )( *Tabernaculum vitio captum.* de Ar. 255 a, Lex rectè lata. )( *Lex vitio lata.* pro Qu. 4 b, Rectè atq; ordine aliquid factum eſſe. pro Quin. 5 a, Quemadmodum ſolent homines nobiles, ſeu rectè, ſeu perperam facere cœperūt.

¶ *Rectà, rectis lineis, ad pares angulos, ad lineam.* pro Mur. 130 a, Homines cum rectè atq; in loco conſtitiſſent, iuberi abire. de Fin. 52 b, Hoc erit quaſi prouincias atomis dare, quæ rectè, quæ obliquè ferantur.

RECTE *factum*, κατόρθωμα. L. CATORTHOMA.

† Syntaxis. *Rectè ſpera. Rectè & meritò commoueri. Oppidum rectè captum. Rectè atq; in loco conſiſtere. Rectè, ex ordine & ex re ſua facere. Pro malis rectè habere. Apud tuos rectè eſt. Rectè non dubitas, ironicôs.*

RECTIO,onis *gubernatio,adminiſtratio.* de Fin.120 a,Omniumq; rerum publicarum rectiones præſcripſimus. & 126 b, Ea diſciplinæ pars quoque eſt ab iiſdem non ſolùm ad priuatæ vitæ rationem, ſed etiam ad rerum publicarum rectionem relata.

RECTOR,oris.*gubernator.* de Som.127 a, Ciuitatum rectores & conſeruatores hinc profecti huc reuertentur. *de Orat.102 b,Hunc Reipub.rectorem & publici conſilij autorem eſſe habendum. de Fin. 108 b, Quod ſi ſummi rectoris & domini numen.de Nat.44 a, Ineſſe aliquem non ſolùm habitatorem in hac cœleſti ac diuina domo,ſed etiam rectorem & moderatorem & tanquam architectum tanti operis,tantiq; muneris.de Diu.85 b,An Achiuorum exercitus & tot nauium rectores non ita profecti ſunt ab Ilio, vt profectione læti piſcium laſciuiam intuerentur?

RECTVM,*ſubſtantiuum.*)( *prauum.* Acad. quæſt. ed. 2. lib.1, *Rectum honeſtumq;* καλὸν κ' ἀγαθὸν 3.ad Heren.16 b,Rectum eſt,quod cum virtute & officio fit.de Fin.lib.4,Illud enim rectum, quod κατόρθωμα dicebas, contingit ſapienti ſoli. 2.de Leg.Rectum quod eſt, verum quoque eſt.2. de Leg. Rectum non cum literis, quibus ſcita ſcribuntur,aut oritur, aut óccidit.1. Acad. Quid rectum in oratione. ad Att. 6,97 b, Sauſeium ſine meis literis ad te venire vix rectum erat.3.ad Heren.Rectum non ſolius laudis cauſa ſequendum.Orat.Recti prauiq; partes 2.de Nat.deor.Recti prȩceptio, prauiq; depulſio. Para. Recto nil rectius. Off.1,In omni fortuna recta atque honeſta retinere. Acad.9 b, Intereſſe oportet,vt inter rectum & prauum,ſic inter verum & falſum.

† Syntaxis. *Rectum,honeſtumq; Te nihil ſcribere,rectum vix eſt,*

RECTVS,a,um.*bonus,directus.*)(*prauus.* de Fin.3, Ita iacere talum, vt rectus aſſiſtat. de Vniuer. Rectus & immutatus orbis.1.ad Her.Recta intelligentia pro Mur.Negat rectum fuiſſe Cato,me,&c.ad Att.lib.13,In omni vita ſua quenq; à recta conſcientia tranſuerſum vnguem non oportet diſcedere.in Catil.Recta via perge in exilium.in Catil.Recta facta.de Leg.& de Or.Recta ac praua tacito quodam ſenſu dijudicamus.Tuſc.quæſt. Sic hæ ſurſum rectis lineis in cœleſtem locum ſubuolent.pro Rab. Poſth. Rectis oculis vrbem intueri.2. de Orat. Rectiſſimus in dicendo.5.Fam. Rectiſſima quæ ſunt,ea maximè conducunt.

† Syntaxis.*Rector ac gubernator. Rector ac dominus. Rector, moderator,& architectus.Rectis oculis intueri.In dicendo rectiſſimus. Conducunt, quæ rectiſſima.*

RECVBANS.*iacens,quieſcens, recumbens.* de Orat.148 b,Sed in hortulis quieſcet ſuis, vbi vult:vbi etiam recubans molliter & delicatè,nos auocat à roſtris.

RECVMBO,bis.*cubo.*de Or. 135 b, Cæteris in campo ſe exercentibus, ipſe in herba recumbebat. & 144 a, Craſſus in lectulo recubuit.de Diu.92 b,Is primò perterritus ſomnio ſurrexit,deinde cùm ſe collegiſſet,recubuit.pro Deiot.15 b,Cùm in cubiculo recubuiſſet.

RECVPERANDVS,a,um.pro Clu.22 a, Illi qui erant ad propinquum inueſtigãdum recuperandumq; profecti.* I.V. 165 b, Cn. Domitium non patris interitus ? non auunculi mors? non ſpoliatio dignitatis ? ad recuperandam libertatem, ſed mea autoritas excitauit?

*RECVPERATIO,onis.I.A.228 b,Ita præclara eſt recuperatio libertatis, vt ne mors quidem ſit in repetenda libertate fugienda.

RECVPERATOR,oris *iudex in cauſis priuatis,& ciuilibus.*I.V. 63 b,Iudicant recuperatores.& 153 b, De conuentu nullum vnquam iudicem nec recuperatorem dedit.pro Cec. 286 b, Si quis iudex recuperatórue dicat, potuiſti, &c. *I.V.153 b,Iubet recuperatores reijcere decurias.ibi. Cuiuſmodi iſtius de cohorte recuperatores exiſtimati ſint.& 154 a,Cùm è Verris turpiſſimo flagitioſiſſimoq; comitatu tres recuperatorum nomine aſſediſſent. ibid. Illi viri optimi de cohorte iſtius recuperatores non de abſoluendo Apronio deliberarent, ſed quærerent, quomodo petitorem ipſum Apronio condemnarent.ibid.Habuiſſe te edictum,recuperatores daturum in octuplum. Si mehercule ex omni copia,&c.faceres poteſtatem aratori,non modo reijciendi, ſed etiam ſumendi recuperatores. I. V.155 a, Arator tuos iſtos recuperatores nunquid volet?I.V.162 a, Se ad recuperatores eſſe dicturum ibid.Recuperatores ſe de cohorte ſua daturum minabatur. & b, Ingerebat iſte Artemidorum,&c.& huiuſmodi recuperatores: quorum ciuis.Rom.nemo erat:ſed Grȩci,ſacrilegi,iampridem improbi,repentè Cornelij. Videbant Agyrinenſes, quicquid ad eos recuperatores Apronius attuliſſet, illum perfacilè probaturum. ibid. Quærebant quæ in verba recuperatores daret?ibid.Iniquiſſimis verbis, improbiſſimis recuperatoribus, conflictari malebant,quàm. ibi. At arator repetere poterat. Verum Artemidoro recuperatore. I. V. 163 a,Recuperatores reijce, quod aduerſum edictum feceris.

Ex quo numero ? Ex eadem cohorte. ibid. Dubitatio damnationis illis recuperatoribus quæ poterat eſſe?

RECVPERATORIVS,a,um.*vt recuperatorium iudicium:id eſt, rei priuatæ,vt poſſeſſionis.*de Inu.69 b,& I.V.153 a.

RECVPERATVS,a,um. pro Flac.158 a,Pecunia recuperata eſt multis pòſt annis.

RECVPERO,as.*redimo,recipio,reparo.*pro Mur.136 a,Qui cõſumpta replere,erepta recuperare vellent. Poſtquam. 212 b,Recuperare amiſſa.I.A.182 a,Reſpub.ſe adhuc tantummodo vlta eſt,nondum recuperauit. Att. 119 b,Si quando Pompeius remp.recuperabit.cont.Rul.74 b,Miſimus, qui ab illo pecuniam depoſitam noſtris recuperent.I.A.248 a, Pompeius Albanum à Dolabella recuperabit.pro S.R.42 a,Nobilitas experrecta remp.recuperauit.I.V.154 b,155 a, Ille autem vnde ablatum eſt,iudicio ſuum recuperare poteſt.pro Cec.286 b, Si vlla ratione ius noſtrum recuperare poſſemus. Att.6 a,Eius voluntatem quæ fuerat erga te, recuperare non poteram.& 244 a,Videtur Reſpub.ius ſuũ recuperatura.

RECVPEROR,ris.de Or.153 a, Placeátne, à Carthaginenſibus captiuos noſtros,redditis ſuis,recuperari.

RECVRRENDO.*reuertendo.* de N. 36 a, Lunæ ſpecies mutatur tum creſcẽdo,tum defectionibus ad ( * *al.defectibus in*) initia recurrendo.

RECVRRENS,tis.*rediens, reuertens.*Hortenſ.Omnibus planetis in eundem recurrentibus locum.

RECVRRO,is *redeo,reuerto.*Att.29 a, Puero quem ad me ſtatim iuſſi recurrere,da ponderoſam aliquam epiſtolam.& 220 a,Calendis in Tuſculanum recurram. Ep.156 b,Cùm primùm poterit iſtuc recurrere, non dubitabit, nequo loco reip.deſit.& 173 b, Recurri ad copiolas meas.pro Mil. 107 a,Illi qui erant cum Clodio, gladijs eductis recurrere ad rhedam,vt,&c.de L.198 b, Eaq; vnde generata,quò recurrant,viderit,&c.Att.241 a, Noli me tam ſtrenuum putare, vt ad Non. recurram.

RECVSANDVM.Att.284 a, Niſi fortè non de ſeruitute,ſed de conditione ſeruiendi recuſandum eſt à nobis. * pro Marc. 134 b, Non fuit recuſandum in tanto ciuili bello, tantoq; animorum ardore & armorum, quin.

RECVSANS, tis. de Orat.200 a, Rogatus & recuſans hoc feci.

RECVSATIO,onis.*declinatio.*de Orat.111 a, Hæc ipſa recuſatio diſputationis,diſputatio quædum fuit mihi quidem periucunda.pro Clu. 48 b, Neque hæc tua recuſatio confeſſio ſit captæ pecuniæ,ſed laboris & periculi declinatio. in Cat.111 b, Illi ſine recuſatione ac ſine vlla mora negocium ſuſceperunt.I. A. 211 a, Omnes ſine vlla recuſatione, ſummò etiam cum ſtudio nomina dant. de Legib. 178 a, Pœna violatæ religionis iuſtam recuſationem non habet.

RECVSO,as.*refuto,abnuo, recuſationem habeo, defugio, refugio, aſpernor,repudio,reijcio,nego,deprecor, tergiuerſor,abhorreo,deuito,reclamo,grauor.*de Orat.120 a, Nihil tibi à me poſtulanti recuſabo.I.V.264 b,Seruilius & recuſare & deprecari.pro Pl.259 b,Nihil de pœna recuſabo.Off.72 a,Sententiam ne diceret,recuſauit. pro Mil.121 a,Non recuſo,non abnuo. Orat.200 a, Non recuſo quin : cauſam haud dico, quare, &c. Att.237 b, Ea conditione nati ſumus, vt nihil quod homini accidere poſſit,recuſare debeamus.* de Sen.87 b, Quæ terra nunquam recuſat imperium.

† Syntaxis.*Recuſare & deprecari. Hoc tibi non recuſo. De hoc nihil recuſo. Recuſo, abnuo.*

REDACTVRVS,a,um.Att.99 b, Scripſi etiam ad eum, me quicquid poſſet numerorum ad apparatum ſperati triumphi,ad te redacturum.

REDACTVS,a,um.in Ver.186 b, Cur omnis copia frumenti decumarum nomine penes iſtum eſſet redacta. ꝓ Mar. 132 b, Nobiliſſima familia iam ad paucos redacta.

REDAMO,as. de Am. 105 b, Animus virtute præditus, qui vel amare,vel(vt ita dicam) redamare poſſit.

REDARGVO.is. *conuinco, coarguo, reuinco.* Attic. 88 a, Quis non dixit, Εὔπολιν ab Alcibiade deiectum eſſe in mare,redarguit Eratoſthenes.de Nat. 78 a,Improborum proſperitates redarguunt vim omnem deorum. de Orat. 133 b, Idque Scaurus tenuitate Magij redarguebat. pro Dom. 217 a, Atque in hoc inconſtantiam redarguo tuam, qui, &c. Part. 232 b,In reprehendendo redarguere contraria.

¶*Increpo, accuſo.*de Fin.76 a,Poterat autem impunè,quis enim redargueret?pro Cl. 30 b, Redargue me, ſi mentior, &c.de Ar.255 a,In quo fallebat multos,quòd cum nemo redarguebat.

REDARGVOR,ris.de Orat.136 a, Si noſtra faciliùs probari, quàm illa redargui poſſunt.ad Her. 32 b,Oratio,quæ neq; redargui,neq; conuinci poſſit. Tuſc.176 a,Noſq; ipſos redargui refelliq; patiamur.

† Syntaxis. *Redarguere & conuincere orationem. Redarguere atq; refellere.*

REDDENDVS, a, um. de N. 64 b, Omnium rerum ratio reddenda eſt. pro C. Corn. 1, Tribus ad collegam reddendum priuatum introuocare.

REDDITVS, a, um. I. A. 221 b, Reddita eſt ei tum à maioribus ſtatua pro vita. & 264 a, O` fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria eſt potiſſimùm reddita. Attic. 277 a, Cùm has ad te ſcriberem literas ab Satrio legato C. Trebonij reddita eſt mihi epiſtola. & 143 b, Eo ſerius ad epiſtolam tuam redditæ ſunt literæ meæ. ad Brut. 90 b, Literæ mihi in ſenatu redditæ ſunt à Lentulo noſtro. Attic. 132 b, Pecuniam Domitio non eſſe redditam. pro Qu. 13 a, Cui neque iudicium redditum eſt vſitatum. * pro Marc. 136 a, M. Marcello à te huic ordini populoq; Rom. & Reipub. reddito.

REDDO, dis *reſtituo, refero, perſoluo, remunero*. Attic. 265 a, Is mihi H-S. XIIII. non reddit, quæ dedi eius filio mutua. de Fat. 140 b, Mutuari aliquid ab aliquo, & ei viciſſim reddere aliquid aliud. de Cl. 166 a, Offic. 10 b, Attic, 207 b, Heſiodus eâdem menſura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, ſi poſſis. Poſtq. 204 a, Qui deniq; noſmetipſos nobis reddidiſtis. de Fin. 77 a, Eiq; nihil opinanti viri mandatum expoſuit, hæreditatemq; reddidit. Qu. fr. 293 b, Cogebantur Syllani homines, quæ per vim & metum abſtulerant, reddere. & 294 a, Illi quibus imperium ita datum eſt, vt redderent. Antequam. 192 b, Vitam vobis datam repeto, vt reddatis. pro Syll. 183 b, Sed etiãſi quid ab omnibus mihi conceditur, id reddo ac remitto. * I. V. 175 a, Se per iſtum erepta Siculis maiorum noſtrorum beneficia, ius ipſorum, conditionem ſocietatis, amicitiæ, fœderum, reddidiſſe. de Vni 203 a, Particulas ignis, & terræ, & aquæ, & aëris, à mundo, quas rurſus redderent, mutuabantur. I. V. 68 b, Quæ *monumenta* noſtri imperatores victores ciuitatibus Siculis aut dederunt aut reddiderunt. pro Syll. 184 b, Lucíſne hanc vſuram eripere vis, &c. libenter reddiderit, adempta ignominia fœdiſſimi criminis. Acad. 21 a, Si vna fefellerit ſimilitudo, dubia omnia reddiderit. de Nat. 53 a, Eandemque *animam aſpera arteria* à pulmonibus reſpiret & reddat.

¶ *Do, affero*. Attic. 11 a, Puer tuus mihi literas abs te reddidit. Epiſtol. 28 a, Literas à te mihi ſtator tuus reddidit. Att. 29 a, O` ſuaues epiſtolas tuas, vno tempore mihi datas duas.

¶ *Tribuo, trado*. pro S. R. 41 a, Suum cuiq; honorem & gradum reddere. in Vat. 30 b, Quod quidem ego tibi reddo tuum. nam, &c. de Cl. 188 b, Perge Pomponi de Cęſare, & redde quæ reſtant. Off. 47 b, Pecuniam reddere. pro Pl. 278 b, Reddere vitam pro repub.

¶ *Recito*. de Cl. 193 a, Hortenſius, quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eiſdem reddebat. de Or. 97 b, Cùm ea quæ legerem Græcè, Latinè redderem.

¶ *Narro*. de Diu. 121 a, Chryſippus naturalem rationem omnium reddidit. Tuſcul. 156 a, Reddere rationem ſententiæ ſuæ. * I. V. 118 a, Reddebant eorum negotiorum rationem in Senatu.

¶ *Efficio, præſto*. pro Dom. 227 b, Omnem locum, quò adis, exilij ſimillimum reddis. Attic. 56 a, Clodius omnes Catilinas Sicinioſq; (* *al. Acidinoſq;*) reddidit I. V. 125 b, Domum exornatam & inſtructam iſte reddidit nudã & inanem. pro S. R. 35 b, Cupiditas reddit homines cæcos. Att. 152 b, Nam me hebetem moleſtiæ reddiderunt. de Cl. 168 a, Hic orationem mollem reddidit. de Or. 209 b, Reddere memoriam alicuius immortalem. Att. 280 a, Vt charitas liberorum amiciores reip. parentes redderet. ꝑ Cec. 290 a, Reddere aliquem placidum ac mollem. Anteq. 196 b, Pompeius hoſtes reddidit pacatos. Ep. 54 b, Reddere aliquem ferociorem. & 142 b, Reddere aliquem ocioſum. pro Clu. 32 a, Reddere aliquem iratum alicui. Attic. 22 a, Quid ſi ita Cæſarẽ reddo meliorem? in Ant. 212 b, Vt populum Romanum metu vacuum noſtra vigilia redderemus. * Oecon. 1, Hunc ſexum timidiorem reddidit, quàm virilem *natura*.

RDDOR, ris. de Orat. 212 b, Siue paribus paria redduntur, ſiue opponuntur contraria. Att. 24 b, Mihi placet ea, quæ malè empta ſunt, reddi. in Verr. 217 a, Illo tempore Segeſtanis hæc ipſa Diana redditur, reportatur Segeſtam.

† Syntaxis. *Tu mihi me reddidiſti. Reddere vitam pro aliquo. Eiſdem verbis reddere. Latinè reddere. Reddere aliquem ocioſum, metu vacuum.*

REDEMPTIO, onis. *conductio*. I. V. 68 a, Redemptio eſt huius iudicij facta grandi pecunia. de Pro. 71 a, Publicanos temeritate redemptionis penè eſſe euerſos.

REDEMPTOR, oris. *dicitur, ſiue operis faciendi, ſiue vectigalium conductor, qui & Manceps à Cic. dicitur*. I. A. 224 a, Qu. fr. 309 b, Redemptori tuo dimidium pecuninæ curaui. de Diuin. 118 a, Redemptor, qui columnam illam de Torquato cõduxerat faciendam, non inertia aut inopia tardior fuit, ſed à Dijs immortalibus ad iſtam horam reſeruatus eſt. de In. 74 a, Niſi ad ſacrificium quoddam redemptor hoſtias præbuiſſet. * I. V. 105 b, Qui à vetere redemptore acceperit *opus*. & 106 b, Si quis de populo redemptor acceſſiſſet, cùm die cæteros redemptores excluſiſſet.

REDEMPTVS, a, um. Qu. fr. 296 b, Publica malè redempta. Att. 12 b, Rem illã redemptã eſſe à iudicibus confitentur.

REDEO, is. *reuenio, reuerto vel reuertor, me recipio*. Att. 206 b, Ad quos dies rediturus ſim, ſcribam ad te. pro Quint. 10 b, Statim vt Romam redijt, &c. pro Mur. 130 a, Redire viam, & inire viam, *apud Iuriſconſ*. Poſtq. 220 a, Vt ad illam diem res cùm rediſſet, rogarentur, &c. pro S. R. 39 a, Hæc bona in tabulas publicas nullas redierunt. Epiſt. 7 a, Redeo ad illud quod initiò ſcripſi. pro Cec. 293 a, Vt ad priuatas res redeam. de Inuen. 60 a, Ita in memoriam redibit auditor. pro Qu. 10 a, Diſcedẽs in memoriam redijt Quintius. quo die, &c. de Prou. 73 a, Redire in gratiam cum aliquo. Attic. 99 b, Atque hæc de rebus forenſibus: redeamus domum. * frag. ep. Ego cùm in gratiam redierim cum Ap. Claudio, & redierim per Cn. Pompeium. I. A. 252 a, Quo ſcelere damnatus in eam vrbem redijt armis, à (*al. è*) qua exceſſerat legibus. de Sen. 81 a, His ipſis, *ſepulchris* legendis redeo in memoriam mortuorum. de Amic. 114 b, Quamobrem ad illam primam *amicitiam* redeamus, eamq; ipſam concludamus aliquando. Ep. 126 a, Scito enim me poſteaquam in vrben venerim, rediſſe cum veteribus amicis, id eſt, cum libris noſtris, in gratiam.

† Syntaxis. *Ad quos dies redibis? Redire viam. In gratiam redire cum aliquo. Hæc de bello: redeamus domum.*

REDHIBEOR, ris. *quaſi retrò habeor*. Off. 70 b, In mancipio vẽdendo ea vitia dicenda ſunt, quæ niſi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili.

REDIGENDVS, a, um. Orator. 197 b, Quicquid eſt, de quo ratione & via diſputetur, id eſt ad vltimam ſui generis formam ſpeciemq; redigendum. in Verr. 118 a, Bona verbo redigenda, re diſpertienda. pro R. P. 128 b, De pecunia ex bonis redigenda.

REDIGO, gis. *recipio, adduco, pertraho*. I. A. 193 b, 194 a, Maiores noſtri potentiſſimos reges, bellicoſiſſimas gentes in deditionem huius imperij redegerunt. Off. 67 b, C. Marius Iugurtham redegit in ſuam poteſtatem. pro Fl. 152 a, Prædones redactos eſſe omnes in poteſtatem. cont. Rul. 81 a, Redigere aliquem in ſuam ditionẽ & poteſtatem. in Ant. 293 b, & pro Cl. 50 a, Cæſar equites in ſuam poteſtatem redegit. I. V. 115 a, Redigere omnia in ſuam poteſtatem. Ep. 192 a, Redigere vectigalia in ſuam poteſtatem. pro Corn. 59 a, Populi, quos ſubegimus, atq; in ditionem noſtram redegimus.

¶ *Colligo, contraho, reuoco, reduco, deduco*. in Ant. 248 a, Decreuiſtis tantam pecuniam Pompeio, quantam ex bonis patrijs in prædæ diſſipatione inimicus victor redegiſſet. in Verr. 63 b, Redigere pecuniã ex bonis venditis. cont. Rul. 86 a, Redigere pecuniam ex vectigalibus. Ep. 11 b, Quidq; ſibi is de me recepiſſet, in memoriam redegit. in Ant. 163 b, Quid autem tibi venit in mentem, redigere in memoriam noſtram, te domi P. Lentuli eſſe educatum? Or. 217 a, Redigere ſententias in quadrum numerumque. ad Her. 19 a, Redigere inuenta in ordinem. & 24 a, Qui omnia in arte ſcribenda redigit in ſingulas rationes præceptionis. * de Aruſp. 253 b, Quæſtum illum maximè fœcundum vberemq; campeſtrem totum ad ſe redegit.

REDIGOR, ris. I. A. 196 b, Si hoc genus in vnum redigatur. de Orat. 100 b, Nihil eſt quod ad artem redigi poſſit, niſi, &c. & 121 b, Ius ciuile ad artem facilè redigi poſſe. * Incer. Quod non aliquando ad interitum redigatur, vel iniuria hominum, vel ipſa confectrice omnium vetuſtate.

† Syntaxis. *In ſuam ditionem & poteſtatem redigere. In ſui imperij ditionem redigere. Subigere, & in ditionem redigere. Redigere pecuniam ex, quæſturam ad ſe. Redigere in memoriam. In quadrum & numerum orationem, ad artem, in ordinem redigere.*

REDIMENDVS, a, um. pro Seſt. 18 a, Qui rex illo anno non aut emendum ſibi quod non habebat, aut redimendum quod habebat, arbitrabatur.

REDIMICVLVM, li. *mitra*. I. V. 164 b, Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat.

REDIMIOR. *ornor*. Tuſc. 199 b, Incendes odores? & ſertis redimiri iubebis & roſa?

REDIMITVS, a, um. *ornatus, coronatus*. I. C. 106 b, Sertis redimiti, vnguentis óbliti. de Som. 129 b, Terra quaſi quibuſdam redimita & circundata cingulis. * pro Q. Gall. Redimitus coronis.

REDIMO, mis. *emo, recupero, conduco*. I. A. 248 a, Pompeio ſua domus patebit, eamq; nõ minoris quàm emit Antonius, redi-

redimet:redimet, inquam, Cn. Pompeij domum filius. ad Her. 38 a, Re viliſſima & parua maximam redemit. ℘ Qu. R. 50 b, Roſcius ſocietatis, nõ ſuas lites redemit, cùm, &c. Offic. 44 a, & I. V. 254 a, Redimere captos à prædonibus. Offic 46 a, Redimere captos è ſeruitute. ad Her. 16 b, Redimere captiuos ab hoſtibus. de Clar 172 a, Qui pecuaria (* *al. picarias, al. paſcuarias*) P. Cornelio, L. Mummio cenſoribus, redemiſſet. Att. 178 b, Redimere fundum. Ep. 27 a, b, Quam quidem acerbitatem ego à Rep. meis priuatis incommodis libentiſſimè redemiſſem. pro Syll. 163 a, Ego vitam omnium ciuium, &c. quinq; hominum perditorũ pœna redemi. pro Mil. 118 b, Qui pecunia ſe palàm à iudicibus redemerat. Epiſt. 147 b, Redimere culpam. * pro M. Scau. Fibri redimunt ſe ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur. I. V 82 a, b, Qui iſtum eripiendum redemerunt. I V. 240 a, Statuite quanti hoc putetis, & quàm multo redemiſſe. ad Qu fr. 296 b, Id autem imperium, &c. æquo animo parte aliqua ſuorum fructuum pacem ſibi ſempiternam redimat atq; ocium.

Redimor, ris. in Verr. 240 a, Hæc verò quæ vel vita redimi rectè poſſent, pecunia æſtimare non queo. & 238 b, Damnatorum vitam à prætore redimi.

† Syntaxis. *E ſeruitute captos redimere. Se iudicibus pecunia redimere. Culpam redimere.*

Redintegratio, onis. *renouatio, iteratio.* Antequã. 194 b, Quid ego improborum facta renouem oratione, vt redintegratione illius coniurationis animos vulnerem veſtros? ad Her. 33 a, Vehementer auditorem commouet eiuſdem redintegratio verbi.

Redintegro, as *renouo* ad Heren. 33 a, Interpretatio eſt, quæ non iterans idem redintegrat verbum, ſed commutat. Ep. 172 a, Redintegrare bellum.

Redintegror, ris. de Inu 60 a, Ita per breuem comparationem auditoris memoria & de confirmatione, & de reprehenſione redintegrabitur. ad Her. 15 a, Vt renouetur, non redintegretur oratio.

†Syntaxis *Renouare, non redintegrare orationem.*

Reditio, nis I. V. 79 a, Celeritas reditionis. *id eſt, reditus.*

Reditvs, tus. *reditio, reuerſio.* Att. 256 b, Quàm valde ille reditu, vel potius reuerſione mea lætatus? pro Clu. 42 a, Sic hominibus iniuria notatis neq; ad honorẽ aditus, neq; in curiã reditus eſſet. de Aruſp. 256 a, Quid exiſtimatis eum, ã reditus ei gratię patuerit, eſſe facturũ? & Att. 24 b, Hic ſunt hæc, &c. ſi placet etiam cum Cæſare reditus in gratiam. & 240 b, Quis porrò noſter itus, reditus, inceſſus inter eos? Hoc illis *animis* faciliorem aſcenſionẽ & reditum in cœlũ fore. de Clar 185 a, Quibus *temporibus* inter profectionem reditumq; L. Syllæ ſine iure fuit & ſine vlla dignitate Reſpub. pro Seſt 26 a, Domum reditus erat eiuſmodi. I. A 258 b, Reditum ad veſtitum confectæ victoriæ reſeruate. de Som. 127 a, Cùm ætas tua ſeptenos octies Solis anfractus reditusq; conuerterit.

Rediviv**vs**, a, um *renouatus, in vitã renouatus.* I. V 106 a, Rediuiua ſibi habeto, quaſi quicquã rediuiui ex illo opere tolleretur, ac non totum opus ex rediuiuis conſtitueretur.

Redolens, tis. I A. 172 b, Antonius vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus totum tribunal impleuit.

Redoleo, les. *oleo* pro Seſt. 7 b Quòd ita domus fumabat, vt multa eius ſermonis indicia redolerent. *aliter, redoleret.* ℘ Cæl. 47 b, Nihil igitur illa vicinitas redolet? de Or. 118 b, Definitio genere ipſo doctrinam redolet. de Clar. 171 b, Oratio redolens antiquitatem. de Clar. 191 b, Mihi ex illius orationibus redolere ipſæ Athenæ videntur.

† Syntaxis. *Verba antiquitatem redolentia. Ex verbis antiquitas redolet.*

Reducendvs, a, um. Offic. 69 a, Hunc Fabricius reducendum curauit ad Pyrrhum.

Redvco, cis. *reſtituo, redigo, reporto.*)(*. eijcio.* Attic. 123 a, Aliquos diſtractos rurſus in priſtinam concordiam reducere. Poſtquam. 202 b, Aliqua medicina reducere aliquem ad ſalutem. I. A. 219 b, Domum recipere legatum hoſtium, in cubiculum admittere & reducere. pro R. P. 125 b, Tu Gabinium, vt regẽ reduceret, impuliſti. I. A 157 b, & 162 a, Reducere aliquẽ de exilio. de Inu. 60 b, Reducere aliquid in memoriam. in Sal. 274 b Qui exules reduxit. * Hortenſ. Vt calculum reducas. Acad. 39 a, Satis cum longo interuallo ad ſuam villam reduximus. Qu. fr. 311 a, Craſſum Conſulem è Senatu domum reduxi.

Redvcor, ris. *reuocor.* ad Her. 15 a, Vt auditor, ſi memoriæ mãdauerit, ad id quod ipſe meminerit, reducatur. ad Her. 20 a, Et vox reducitur in quendam ſonum æquabilem ℘ R. P. 125 b, Reduci in gratiam cum aliquo. Qu. fr. 307 b, Cũ multitudine regẽ reduci periculoſum reip videtur. Att. 58 b, Philoxenus reduci in carcerem maluit. Poſtq. 210 b, Reduci in patriam. ibid. Reduci ab exilio. & 200 a. pro Qu. 11 a, Curat, vt ſeruus domum reducatur ad Quintium.

Redvctio, onis. Epiſt. 6 b, * Quoniam SC nullum extat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta ſit, eaq; quæ de ea ſcripta eſt autoritas, &c.

Redvctvs, a, um. pro R P. 130 a, Poſſum excitare multos reductos teſtes liberalitatis tuæ. Ep. 2 b, & 3 a, ℘ Dom. 216 b, Senatus autoritas mecum ſimul reducta videtur pro Cl. 38 b, Reges ab aliquo in gratiam reductos eſſe. Att. 150 b, Ab eo patriæ proditores ab exilio reductos eſſe.

† Syntaxis. *Diſtractos in concordiam in gratiam reducere. Ad ſalutem reducere. De exilio reducere, aliquid in memoriam, vocem in ſonum æquabilem.*

Redvndans, tis. de Clar. 169 a, Aſiatici parum preſſi & nimis redundantes. & 194 b, Is redundantes nos & ſuperfluentes iuuenili quadam dicendi impunitatate & licentia repreſſit. de Orat. 116 a, Verba efferueſcentia, & paulo nimium redundantia. de Diu. 122 b, Reprimere lacum redundantem. & 101 a. pro Seſt. 13 a, Quorum hodie copia redundans volitat ædibus.

Redvndantia, tiæ. *profluentia.* de Orat. 106 b, Ipſa illa pro Roſcio iuuenilis redundãtia multa habet attenuatã, quædam etiam paulò hilariora.

Redvndo, as *ſupero, ſuperfluo, effluo.* I. V. 205 b, Crux ciuis Romani ſanguine redundauit. I. C. 116 a, Omnis hic locus aceruis corporum, & ciuium ſanguine redundauit. Tuſc. 213 b, Cùm pituita redundat, aut bilis in corpore. de Diu. 100 b, Si lacus Albanus redundaret, isq; in mare fluxiſſet, Romam perituram. de Orat. 129 a, Tota illa defenſio redundauit hilaritate quadam & ioco. Epiſtol 51 a, Cùm tu omnibus vel ornamentis vel præſidijs redundares. ad Heren. 40 a, Vrbs redundat militibus. pro Corn. 66 b, Vt aliqui ſermones inuidorum etiam ad aures veſtras permanarent, & in iudicio ipſo redundarent. de Orat. 116 a, In verborum definitionibus neque abeſſe quicquam debet, neq; redundare Or. 207 b, Vt nihil neq; prætermittat, neq; redundet. I. V. 182 b, Quod redundaret de noſtro frumentario quęſtu. de N 231 a Tuus deus non digito vno redundat, ſed collo, ceruicibus, lateribus, aluo, tergo, poplitibus, manibus, pedibus, feminibus, cruribus, membris. de N. 46 a, Aqua conglobatur vndiq; æqualiter, neq; redundat vſquam neq; effunditur de Orat. 86 b Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. I. V. 96 b, Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ redundarunt. de Pro. 75 a, Nationes, quæ numero hominum & multitudine poterant in prouincias noſtras redundare, ab eodem partim reciſæ ſunt, partim repreſſæ de Or. 85 a, Fluctus qui à cõmuni peſte depulſi in noſmetipſos redundarunt. I. V. 103 a, Vereor ne quid parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in poſteritatem redundet. pro Cæl. 49 b, Serui ad quos aliquantum etiam ex quotidianis ſumptibus ac luxuria redundet. pro Mur. 144 a, Sed quid fiet, ſi hæc elapſa de manibus noſtris, in eum annum qui conſequitur, redundârint? pro Syll. 172 a, Si ex hoc tanto in omnes beneficio, nullum in me periculum redundabit. pro Dom. 227 a, Sed proſpexiſtis, ne qua in nos popularis aliquando inuidia redundaret. de Orat. 144 a, Neque in Antonio defuit hic ornatus orationis, neque in Craſſo redundauit. Quint. frat. 328 a, Hoc bonum mihi nunc denique redundat. I. P. 84 b, Capua ſplendidiſſimorũ hominum multitudine redundat. de Am. 110 b, Erumpunt ſæpe vitia noſtra in alios, quorum tamen ad vos redundat infamia. *id eſt, redit.* Par. 125 b, Ex meo tenui vectigali aliquid etiam redundat. pro R. P. 124 a, Non igitur reus ex ea cauſa quæ iudicata eſt, redundat Poſthumus. Pro Lig 138 b, Vel quòd laudem adoleſcentis propinqui exiſtimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. & 139 b, Acerbiſſimo luctu redundaret iſta victoria.

† Syntaxis. *Crux ſanguine redundans. Redundans & ſuperfluens iuuenili licentia Verbum efferueſcens ac redundans. In corpore pituita redundans. Redundans litera hilaritate. Redundare ornamẽtis. Vrbs militibus redundans, Manus digito redundans. Efflorescens ac redundans oratio. Populus hominum numero in Galliam redundans. Vitiorum filij ad patrem redundat infamia. Redundat hoc ad tuum fructum. Victoria luctu redundans.*

Redvvia, uiæ *vlcus digitorum, cùm recedit ab vngue caruncula magno dolore: πτερύγιον (inquit Celſus) Græci appellant.* pro S. R. 39 b, Intelligo me errare, qui cùm capiti S. R. mederi debeam, reduuiam curem.

Redvx, cis. *ex periculo, aut ab exilio reuocatus.* pro Mil. 121 b, Quod me reducem eſſe voluiſti?

Refectvs, a, um. *reconcinnatus.* Att 253 b, * Sed tamẽ idem σύνταγμα miſi ad te retractatiùs, & quidẽ ἀρχέτυπον ipſum crebris locis inculcatum & refectum.

Refellendvs, a, um. de Diu. 119 a, Num ergo opus eſt ad hæc refellenda Carneade?

Refellens, tis. Orator. 109 b, Nullius memoria iam refellente.

REFELLO,lis.*redarguo.* de Orat.92 a,Ea Menedemus exemplis magis quàm argumētis conabatur refellere. de Orat. 92 b,Vt id quod intenderemus confirmare,& id qđ contrà diceretur, refellere poſſemus. pro Lig.239 b,Refellere & coarguere mendacium alicuius. Attic.187 b,Sed tu me *γεωμετρικῶς* refelleras.

REFELLOR,ris. de Diu. 129 a,Chaldæorum prædicta quotidie re & euentis refelluntur. Tuſcul.176 a, Nosque ipſos redargui refelliq; patiamur. & ibid. Et refellere ſine pertinacia,& refelli ſine iracundia parati ſumus.de Fin [illegible] b,Ita enim viuunt quidam,vt eorum vita refellatur oratio,item: Oratio refellitur moribus.

† Syntaxis. *Refellere & coarguere mendacium alicuius. Re & euentis, aſtronomorum prædicta refelluntur. Ne refellatur oratio moribus.*

REFERCIO,cis.*repleo.* de Nat.9 a, Heraclides puerilibus fabulis refercit libros.& 38 b,Poëtæ hominum vitam ſuperſtitione omni referſerunt.pro R.P.129 a,Complures aures refercit his ſermonibus.Tuſc.176 a,Eadem enim dicuntur à multis,ex quo libris omnia referſerunt.

¶ *Congero.* de Orat. 98 a, Perfice, vt Craſſus, quæ coarctauit & perangustè refercit,in oratione ſua dilatet nobis atq; explicet.

REFERCIOR,ris. pro Seſt.20 a, Corporibus ciuium Tiberim repleri,cloacas refarciri.

REFERENDVS, a, um. L.REFERO de Diu 105 b, De rebus obſcuris & incertis ad Apollinē cenſeo referendū. Off.11 a,Vulgaris liberalitas referenda eſt ad illum finē,nihilominus vt ipſi luceat.Poſtq.203 a, Mihi in ſententia ſimpliciter referenda fides non deerit. de Orat.96 b,Quò quidq; referendum,& quò intuendum.

REFERENS,tis. *ſubijciens.* de Clar. 193 a, Hortenſius nullo referente,omnia aduerſariorum dicta meminerat.

REFERO, ers. *reueho, reporto, reduco.* Ep.198 b,Auſter aduerſus maximo flatu me ad tribules tuos Rhegium retulit. Att.282 b,Auſter me in Italiam retulit. & 246 a, Itaq; me referunt pedes in Tuſculanum. * Frag. Epiſt. Cùm legati reſponſa retulerint.de Som.130 a,Cùm ad diem,vnde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierint,eandemq; totius cœli deſcriptionem longis interuallis retulerint. Att.90 b, Itaq; ſine vlla ignominia ſuis humeris pecunias publicas populis retulerunt.

¶ *Renuncio* pro Deiot.148 a, Miſit qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe referrent.

¶ *Reuoco* pro Dom.228 b,Referre rem iudicatam. *id eſt,reuocare & renouare iudiciū.* pro Pl. 267 b, Reijcere iudices )(. *referre iudices: id eſt,reuocare & aſciſcere* pro Cl 36 b,Te id qđ tum exploſum eſt,nunc retuliſſe miror. pro S. R. 36 b,Ad Syllam legati non adierunt: iſtius fide,ac potius perfidia, decepti pro re certa ſpem falſam domum retulerunt. pro Flacc.146 a, L. Flaccus veterem Valeriæ gentis in liberanda patria laudem propè quingenteſimo anno. Reipubl. retulit.

¶ *Reddo* de Or.101 b,Referre paria paribus,aduerſa cōtrarijs.de Diu.91 b,Is pateram retulit. Off.200 b,Vt extrema referant eundem in cadendo ſonū. Att.253 a,Referes igitur ei plurimā ſalutē.de Clar.184 a,Referre gratiam alicui. de Orat.144 a,Referre alicui debitam ac meritam gratiā. pro Cor.67 a, Quorū ego teſtimonio ac precibus munus hoc meritum huic, & vt à principio dixi iuſtam & debitā gratiam refero de Amic. 106 a,Cùm iam neutris, *neq; fidis amicis neq; infidis* gratiam referre poſſet.

¶ *Aſcribo,deſcribo* de Clar.172 b, Quam orationē in Origines ſuas retulit. de Orat.102 b,Illa quæ in commentarium meum retuli. Epiſt 263 a,Referre epiſtolas in volumina.I. V.258 a,Referre aliquem abſentem in reos. pro S.R.23 a, Eius fide factum eſt,vt hic potius viuus in reos, quàm occiſus in proſcriptos referretur. de Nat.9 a,Heraclides cœlū & terram refert in deos. in Verr. 106 b, Negabat opus in acceptum referre poſſe. pro Qu.R.45 b, Referre nomina in codicem accepti & expenſi. Att.83 a, Quid vos?quantum,inquam debetis?Reſpondent,CC.refero ad Scaptiū. de Opt. 244 b, Ne quis corona donaretur in magiſtratu, priuſquam rationes retuliſſet I.A.168 a, Ego amplius H S. ducenties accepta hæreditatibus retuli.& 156 b,Niſi fortè ſi quid memoriæ cauſa retulit in libellum, id numerabitur in actis. pro Flacc 160 a,Referre in tabulas,quodcunque commodum eſt, & inferre rationes falſas. & 155 b, Cùm illam pecuniam nominatim Flacco datam referrent. & ibidem. Cùm operi publico referunt, & in ædem ſacram faciendam perſcribunt. in Verr.96 a,Referre rationes ad ærarium. * de Nat.8 a,Qui tum imagines earumq; circuitus in Deorum numero *(al.numerum)* refert:tum illā naturam, quæ imagines fundat ac mittat: tum ſcientiam intelligentiamq; noſtram.

¶ *Deſero,propono.,profero,deliberandum adduco,in medium pono.* de Orat. 105 b, Referre ad aliquem de aliqua rē. ad Brut. 288 b,Quæſiuitque, qua de re ad Craſſum retuliſſet.item: At illa retulit quæſiuitque, &c. I. V. 201 b,Ideo Claudius retulit,vt Verres poſſet auferre de Diuin.138 a, Referre,& deferre aliquid ad interpretem. pro Dom. 239 b, Referre & deferre ad ſenatum.& 240 b,Caſſius de ſigno Concordiæ dedicando ad ſenatum retulit.Attic 253 a,Qui cum ei præſcriptum eſſet, ne quid ſine Seſtij noſtri ſententia ageret,neq; ad illum neq; ad quenquam noſtrûm retulit. pro Dom.223 b,Pluribus de rebus vno ſortitu retuliſti I.C.107 a,Rem omnem ad patres conſcriptos retuli. de Diu.87 a, Cùm vicini omnes ad vnum de rebus ſuis referrent,erat in magno honore & gloria. Poſtq.200 b, P.Lentulus de ſolenni religione retulit. pro C.Cornel. 1, C.Cotta de legibus abrogandis ipſe ad Senatum retulit. ibid. De corrigēda lege retulerunt.

¶ *Reſpondeo.* pro Cec.301 a, Hoc ego non ad meam defenſionem attuli,ſed illorum defenſioni retuli. & ibid.At ego tibi refero, ſi,&c.

¶ *Puto,cenſeo,ſtatuo* de Nat.77 b, Virtutem nemo vnquam Deo acceptam retulit.

¶ *Confero* Att.38 b,Referre cum aliquo.Epiſt.113 a, Introductus Vectius,primo negabat ſe vnquam cum Curione retuliſſe. item: Forſitan cum locupletiore referam.

¶ *Dirigo.* I. A. 228 b, Vt omnia conſilia atq; facta noſtra ad virtutem atque dignitatem referamus. de Orat.104 a,Referre omnia ad voluptatem corporis,doloremque.de Cl. 184 b, Eódem Q. Capionem referrem, niſi, &c. à ſenatu diſſediſſet *id eſt,his adnumerarem.* pro Deiot. 145 a,Tuum eſt Cæſar,qui pro multis ſæpe dixiſti,quid nunc mihi animi ſit,ad te ipſum referre,quò faciliùs,&c. *id eſt,de te coniecturam facere.*

¶ *Promiſcua.* de Or.156 b,Referre nunc animum ad hominum figuram,&c.& 85 a,Referre animum ad ſtudia.Epiſt. 9 a,& 16 b,Referre ſe ad ſtudia literarum. pro Qu.8 b,Referre oculos & animum ad aliquem. de Pro.77 a,Referre aſpectum aliquó.de Or.119 a,Vt ſimul ac poſita ſit cauſa, habeant quò ſe referant.pro S.R.26 a,Age nunc refer animum ſis ad veritatem, & conſidera, &c. pro Flacc. 156 b, Iſte iterum Romam ſe retulit. Par.116 b, Referre opus in apertum.id eſt,*edere* I.A.24 a,Referre pedem. * de Or.156 b.Refer ad illa te. de Prouinc.77 a, Qui ſi ex illa iactatione curſuq; populari bene geſta Repub.referūt aſpectū in curiam de Diu 94 b,*poëtæ* Ciues referte *(al.ferte)* opem. & reſtinguite *incendium.* de Leg 193 a,E' quibus *cœli partibus* ſæpe opem referre *(al.Reipub.ferre)* poſſit *augur.*

REFEROR,ris *narror. exponor.* de Diuin.110 b, Ad ſapientes hæc,non ad diuinos referri ſolent.

¶ *Proponor.* de Or.155 a,Vt de omni re ad eos referretur.ad Brut.91 b, Si tuis placuiſſet de his literis referri.

¶ *Dirigor.* Offic.7 a, Referri enim decet ad ea quæ propoſui in principio fundamenta iuſtitiæ I.A.227 a,Omniaque ad eorum voluntatem dicta factaque noſtra referantur. ad Brut. 288 b, Omnes meæ curæ ad te referuntur, & in te conſumuntur. I.A. 223 a, Leges ad facilitatem æquitatemque referri.Epiſtol.72 b,Quæ cura non cum illis communicabitur,ſed ad te ipſum propriè referetur. de Fat 341 a,Cùm ſine fato ratio omnium rerum ad fortunam naturamque referatur. de Legib.156 b, In hiſtoria pleraque ad veritatem,in poëmate ad delectationem referuntur.Offic. 44 a, Modusq; adhibeatur, isque referatur ad facultates. * Offic. 21 b, Victus cultusque corporis ad valetudinem referantur,& ad vires,non ad voluptatem. de Orat.162 a, Quod de ſingulis rebus propoſitis ductum refertur ad ſingula. de Legib. 192 a, Cuius non ad auditorem referatur animus. Attic. 97 b, Maximè de ſignis, tabulis quid fiat,referantúrne?

*Reſpondetur.* de Fat. 146 a. pro Quint.7 b, Quid autem à nobis refertur, *id eſt,reſpondetur.*

¶ *Reficior.* I.V.65 b,Hoc inſtitutum referri ac renouari moleſtè ferunt.

¶ *Excitor.* I.P.91 a,Non vt redire ex Macedonia nobilis imperator,ſed vt mortuus infamis referri videretur. * de N.55 a,Ex tortuoſis & incluſis referuntur ampliores *ſoni.*

¶ *Nuncior.* Qu.frat.298 a,b,Vocem ex Aſia vſq; Romam referri.Ep.11 b,Certorum hominum quos iam debes ſuſpicari,ſermones referebantur ad me.

REFERT, bat. *intereſt,ad rem pertinet,ad rem eſt.* Attic. 278 a, Tua iſtuc refert maximè.*ex Plauto.* Ep.76 a,Non adſcripſi, quod tua nihil referebat. I. P. 87 b, Nihil enim mea refert, vtrum tu,&c.an amici tui, &c. Att 288 a, Quid autem noſtra refert,victum eſſe Antonium?ſi, &c. Tuſculan.165 a, Ipſi animi magni refert quali in corpore locati ſint. Attic. 222 b,Magni refert,hic quid velit. Qu.frat.293 b,Parui refert ita fieri,niſi, &c. ad Her.7 a,pro Pomp.7 a, Illud parui refert,vos vectigalia poſtea recuperare. Qu.de Pet.211 b,

Quæ

Quæ ſi ſignificant voluntatem eſſe abditam, parui refert patere oſtium. Epiſtol.65 b, Sed quanti id refert? ſi tamen accidit. de Clar.174 b, Nihil refert, quàm magna dicam. I. A.166 a, Quid refert, vtrum voluerim fieri, an gaudeam factum? de Diuin.121 a, Quaſi verò referat, quod fieri poteſt, quàm id ſæpe fiat. & 123 a, Aues paſcantur néc ne, quid refert? & 129 a, Fac in puero referre, ex qua affectione cœli primùm ſpiritum duxerit. & 130 b, Fac dare deos: quid refert, ſi accipere non poſſumus? pro Flacc. 150 b, Quid refert igitur tanto pòſt feceris, an omnino non feceris? de Orat. 162 a, Refert etiam qui audiant, ſenatus an populus, an iudices, &c. pro Cæl. 49 b, At quibus ſeruis? refert enim magnopere id ipſum. Epiſt.120 b, Ne dicaris, aliquid, quod referret ſcire, reticuiſſe. de Natur.17 a, Quid refert?

REFERTVS, a, um. *confertus, plenus.* I. V. 229 b, Ornamentis fanorum domus plena, villæ refertæ. & 194 a, Tum refertius erit ærarium populi Rom. quàm vnquam fuit, &c. de Orat.98 a, Locuples & referta domus. Attic.134 b, Vrbem refertam eſſe optimatium audio. de Orat. 121 b, Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit. pro R.P.125 a, Mare refertum prædonum. I. P. 81 b, Palatium erat ciuitate omni, Italia cunctâ refertū pro Pomp.8 a, Domicilia regis omnibus rebus ornata atque referta. & 14 b, Inſula referta diuitijs. Orat.210 a, Doctiſſimis hominibus domus referta eſt. Tuſcul.233 a, Xerxes refertus omnibus præmijs donisq; fortunæ. & 246 a, Vita vndiq; bonis referta. pro Mur. 128 b, Aſia iſta referta, & eadem delicata. Tuſculan.199 b. *Totus liber, qui eſt de ſummo bono, refertus & ſententijs & verbis talibus eſt.

† Syntaxis. *Locuples & referta domus. Refertus præmijs & donis.*

REFERVENS, tis. pro Qu.R.47 b, Sic referuens falſum crimen in puriſſimam & caſtiſſimam vitam collatum, ſtatim concidit, & extinguitur.

REFERVEO, es. de Clar.194 b, Contentio nimia vocis reciderat, & quaſi referuerat oratio.

REFERVESCO, ſcis. *recaleſco.* de Diuinat. 90 a, Sanguis è patera fuſus, qui cùm terram attigiſſet, referueſcere videretur.

REFICIENDVS, a, um. de Am.113 b, Lex C.Papyrij de tribun.pleb.reficiendis.

REFICIO, cis. *recreo, reſtituo.* Attic. 103 b, Tyronis reficiendi ſpes eſt in M.Curio. Epiſt.107 b, Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam. Attic.189 b, Reficere vulnus. I.V. 224 b, Ad ea quæ dicturus ſum, reficite vos quæſo iudices per deos immortales. pro Mur. 144 a, Nihil eſt iam vnde nos reficiamus, aut vbi lapſi reſiſtamus. pro Seſt. 6 a, Colligere & reficere naufragium. pro Arch. 157 b, Hic homo ſuppeditat nobis, vbi & animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur, & aures conuicio defeſſæ conquieſcant. pro Planc. 259 a, Conſpectus conſeſſusq; veſter reficit & recreat mentem meam. pro Flac.155 b, Reficere ædem ſacram. Topic. 222 a, Reficere ædes, quæ vitiū fecerunt. de Opt 244 b, Demoſthenes mores refecit pecunia ſua. pro Pl.268 a, Reficere ſuam tribum ſuis neceſſarijs. *id eſt, conciliare.* Qu.fr.317 b, Ego ex magnis caloribus in Arpinati ſumma cū amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus. pro Mil.101 b, Sed me recreat & reficit Cn.Pompeij ſapientiſſimi viri cōſilium. * de Diuin.80 b. Quinetiam memoria noſtra templum Iunonis Soſpitæ L. Iulius de Senatus ſententia reficit ex Cæciliæ Balearici filiæ ſomnio.

REFICIOR, ris. Par.124 b, Nunquam eris diues, antequam tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum reficiatur, vt ex eo tueri ſex legiones poſſis. de Senect.84 a, Tantum cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur. I. V.105 a, Locatur opus quod ex mea pecunia reficiatur, ego me facturum eſſe dico.

† Syntaxis. *Rogo iam te reficias. Vulnus reficere. Colligere & reficere naufragium. Refici & recreari mentem ab. Aedes iam vitium facientes reficere. Vires reficiendæ, non opprimendæ.*

REFIGO, gis. *euello, reſcindo, infringo* Ep.183 b, Cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus. I.A.246 b, Acta Antonij reſcidiſtis, leges refixiſtis. & 241 b Num figantur rurſus hæ tabulæ, quas vos decretis veſtris refixiſtis.

REFLATVS, tus. *contrarius ventus.* Att.186 a, Naues delatas in Vticam reflatu.

REFLECTO, ctis. *reuoco, ſedo.* pro Syll.175 b, Animum incitatum ad vlciſcendam orationem tuam, reuoco ipſe & reflecto.

REFLECTOR, ris. de Orat.89 b, Cauſæ quibus mentes aut incitantur aut reflectuntur.

REFLEXVS, a, um. *retrò conuerſus, vel inflexus.* de Nat.47 a. *Obſtipum caput, & tereti ceruice reflexum.* ex Arato.

REFLO, as. *contrà flo.* Tuſc.174 a, Si enim reflantibus ventis reijciemur, tamen eodem paulo tardiùs referemur. Offic. 36 b, Cùm fortuna reflauit, affligimur. Att.96 b, Et ſi Eteſiæ valde reflauerint.

*REFORMIDANS, tis. de Finib. 91 a, Qui ne reprehenſionem quidem vulgi inanem reformidans, in ipſa curia ſoleret legere ſæpe.

REFORMIDATIO, onis. *formido, metus.* Part.230 b. * In ſuaſione proponet ſibi orator aut ſpem aut reformidationem deliberantis.

REFORMIDO, as. *refugio.* pro S. R. 32 b, Caſſiani iudices, quorum etiam nuncij, quibus cauſa dicenda eſt nomē reformidant. pro Cæl. 40 a, Huius amicitiæ crimen non reformido. I.A.212 b Sed pacis nomine bellū inuolutum reformido & 259 b, Refugit animus, eaq; reformidat dicere, quæ, &c. I.V.249 b, Tamē homines maritimos nō planè reformidat. pro Lig.138 a, Tuſc. 172 a, Sed ita retracta ſunt quædam, vt ea fugiat & reformidet orato. ad Heren. 29 b, * Sapienter cogitant, qui temporibus ſecundis caſus aduerſos reformidant.

REFRACTARIOLVS, a, um. *cōcertatorius.* Att.21 b, * Quòd ſe ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerit.

REFRAGOR, aris. *aduerſor.* I.A.235 a, Sed de hoc quidē hactenus, ne refragari homini amiciſſimo videar. pro Mur. 135 a, Sed tota illa lex petitioni tuæ refragata eſt.

REFRENANDVS, a, um. pro Cæl.53 b, Semper magno ingenio adoleſcentes refrenandi potius gloria, quàm incitandi ſunt. de Diuinat.109 a, Iuuentus his moribus atque temporibus ita prolapſa eſt, vt omnium opibus refrenanda atq; coërcenda ſit.

¶ *Effrenatus.* contra Rull. 77 a, O' libidinem refrenandam.

REFRENO, as. *reprimo, comprimo, cohibeo, coërceo, circumſcribo, retardo, contineo, reuoco, reflecto, reijcio, contraho, ſedo, debilito, edomo, moderor, tempero, remitto, teneo, reſtringo.* Para. 122 a, Refrenet prius libidines, iracūdiam teneat, coërceat auaritiam. I.A.231 a, Brutus Antonium inuadentem in Aſiam, à progreſſu arcuit, à reditu refrenauit.

† Syntaxis. *Refreno, teneo, coërceo. A' reditu refrenare.*

REFRICO, as *retracto, renouo & reuoco.* Ep.73 a, Vereor, ne refricem meis literis deſiderium ac dolorem tuum. I.P.97 a, Sic tuis ſceleribus reipub. præterita facta refricabis. I.A. 187 a. Cùm illam pulcerrimi facti memoriam refricat. cont.Rul.88 a, Ne refricare obductam iam reipub. cicatricem viderer. pro Flacc. 157 b, Cùm illud vulnus dicendo refricuiſſet. Att.76 a, Appij vulnera non refrico, ſed apparent, nec oculi poſſunt. de Orat.127 a, Eorum dolorem qui lugebant ſuos, oratione refricabam.

¶ *Iterum vexo.* Att.102 a, Hęc me refricant. & 169 b, Crebrò refricat lippitudo. pro Syl.170 b, Cùm illę infeſtę ac funeſtæ faces vniuerſumq; totius vrbis incendium, cùm tela, cùm cædes, cùm ciuium cruor, cùm cinis patriæ verſari ante oculos atq; animum, memoria refricare cœperat.

REFRICOR, ris. pro Cæl. 52 b, Vt illa vetus fabula refricaretur, idcirco Caſerni eſt cauſa renouata.

† Syntaxis. *Refricare vulnus, cicatricem, fabulam. Moribus refricat. Animus à memoria refricatur, vel cæde. Hæc me refricant.*

REFRIGERATIO, onis. de Sen.86 b, Me verò & magiſteria delectant, &c. & refrigeratio in æſtate, & viciſſim in hyeme aut ſol aut ignis hybernus.

REFRIGERATVS, a, um. de Nat.7 a, Membra partim ardentia, partim refrigerata, dicenda ſunt. & 30 b, Refrigerato & extincto calore occidimus ipſi, & extinguimur. I. V. 72 a, Defeſſa & refrigerata accuſatione. Ep.36 b, Refrigerato iam ſermone hominum.

REFRIGERO, as. de Nat 49 b, Stella Saturni refrigerat, Martis incendit. Ep. 65 b, Me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hîc refrigerauit.

REFRIGEROR, ris. pro Q.R.46 a, Ignis in aquam coniectus continuò reſtinguitur & refrigeratur.

¶ *Recreor ab æſtu.* de Sen 89 a, Vbi enim poteſt illa æſtas vmbris aquiſve refrigerari ſalubrius.

REFRIGESCO, ſcis. *refrigeror, deferueſco.* in Ant.200 a, Teretur interea tempus, belli apparatus refrigeſcent. pro Planc. 270 b, Illud verò crimen de nummis, quos, &c. caluit re recenti, nunc in cauſa refrixit. Att.18 a, Sed hæc res tota interpellata bello refrixerat. Ep.131 b, Vnum vereor, ne haſta Cæſaris refrixerit. & 253 b, Cùm Romæ à iudicijs forū refrixerit. & 67 b, Memmius planè refrixerat de Di.126 b, Cæteris verò in locis ſortes planè refrixerunt. Attic.22 a, Quod de agraria lege quæris, ſanè iam videtur refrixiſſe. Qu. fr.311 b, Nam quod de Pompeio Caninius agit, ſanè quàm refrixit. & 323 a, Scaurus refrixerat. & 327 b, Tota res & timetur, & refrigeſcit.

† Syntaxis. *Calor refrigeratus ac extinctus. Defeſſa & refrigerata accuſatio, ſermo. Reſtinguere, refrigerare ignem. Vmbris aquiſq; refrigeratus. Refrigeſcere apparatus. Interpellata bello ſtudia refrixerunt. Forum à iudicijs refrixit. Quod de hoc negocio petis, ſanè*

*quàm*

*quàm refrixit. Pompeius, cauſa, crimen, lex refrixit.*

REFRINGO,gis.pro Mur.127 b,Cùm ego clauſtra iſta nobilitatis refregiſſem.

REFVGIENS,tis. Epiſt.85 a,Non reuocans me ipſe,ſed penè refugiens.

REFVGIO gis.*fugio,recedo,caueo.*de Natur.50 a,Vites à braſſicis & caulibus, ſi propè ſati ſint, vt à peſtiferis & nocentibus refugere dicuntur. pro Seſt. 14 b, Ne recordatione mei caſus à cõſilijs fortibus refugiatis. de Orat 93 a,Semper ego à genere toto ſermonis refugi. pro Cæl. 45 a, Cur illecebris cognitis non refugiſti? de Finib.131 b, Refugit ſanguis metu. Attic.2 a,Ab inſtituta noſtra paucorum dierum conſuetudine longè refugit.Epiſtol.159 a,Neque tamen refugiendo commiſſuri ſumus,vt,&c.de Orat.109 b, Refugere à dicendo. Attic.190 b,Refugio a te admonendo.pro Qu.R.52 b, Quem ego ſi ferrem iudicem refugere non deberet. Attic.58 b,Sed mehercule incipiendo refugi. *Hortenſ. Vt ait Ennius: Refugiat timido ſanguen,atque exalbeſcat metu. de Orat.163 b,de Fin.131 a.

¶ *Trepido, formido,horreo.* I.A.259 b, Refugit animus,eaque reformidat dicere, quæ,&c.

¶ *Vito,excipio.* pro Cecin. 289 a, Aliquorum tela atque incurſus refugere. Epiſtol. 163 a, b, Refugere ac deprecari periculum.

¶ *Confugio.* pro Deiot. 149 b, Nónne cùm eſſet productus, & tecum fuiſſet,refugit ad legatos?

REFVGIVM,gij.*perfugium,portus,præſidium,arx.*Offic.38 a,Regum, populorum, nationum portus erat & refugium ſenatus.

REFVLGEO,ges.*reluceo.* de Nat.47 a,

*Sed prior illa magis ſtellis diſtincta refulget.* & 48 b,

*Feruidus ille canis ſtellarum luce refulget.* ex Arato.

REFVNDO, dis. *rurſus fundo.* de Natur.deor.49 b,Vaporibus altæ renouatæque ſtellæ atque omnis æther refundunt eadem.

REFVTANDVS, a, um. de Pro.75 b, Semper illas nationes noſtri imperatores refutandas potius quàm bello laceſſendas putauerunt. de Att.247 b, In refutandis maledictis improborum hominum.

REFVTATIO,onis.*confutatio.* Top.229 a,Refutatio accuſationis, in qua eſt depulſio criminis. Græcè στάσις dicitur, Latinè appelletur ſtatus, in quo primum inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio.

REFVTATVS,a,um.pro Pomp.13 b,Obſoleuit iſta oratio, re multo magis quàm verbis refutata.

REFVTO,as.*confuto, refello, repello, deſpicio, aſpernor.)(.complector,augeo,confirmo.*pro R P.120 b, Quam quidem virtutem non modò non aſpernari & refutare, ſed etiam complecti atq; augere debetis. de Ar.245 a,Si in me impetum facere conabitur,reſiſtam,& eius conatum refutabo. de Or. 108 b, Quos tum vt pueri refutare domeſticis teſtibus patre, & C. Aculeone propinquo noſtro, & L. Cicerone patruo ſolebamus. & 116 a, Noſtra confirmare argumentis ac rationibus,deinde contraria refutare. & 143 a,Libidinē tuam libertas mea refutabit. pro Font.283 b, Sceleratorū periuria laudationibus & teſtimonijs ſuis refutare. Ep 17 b, Præſertim cùm ſine ſuſpicione cupiditatis non poſſis illius cupiditatem refutare.

REFVTOR, ris. Tuſc.187 a,In primisq; refutetur ac reijciatur Philocteteus ille clamor. pro Syll. 171 b, Quare ne me peregrinum poſthac dixeris,ne grauiùs refutère. Epiſt.131 b,Non tam id laboro, vt ſi qui mihi obtrectent,à te refutentur,quàm,&c.

† Syntaxis.*Refuto & aſpernor. Reſiſtere ac refutare. Refutare ac reijcere.*

REGALIS,le. *regius.* de Ar.256 b, Sylla regalem habuit poteſtatem. de Ar.250 b,Deiotarus ſæpe à ſenatu regali nomine dignus exiſtimatus eſt de Clar.160 a.de Leg.187 a, Regale ciuitatis genus. de Finib.79 a, Ornatus regalis.de Diu.99 a, Veteres vt ſapere, ſic diuinare regale ducebant. *pro M.Scau.Purpura regalis.

*REGENDVS, a, um. pro Mur. 129 a, Ille exercitatus eſt in propugnandis finibus,tu in regendis. Att.90 a,Eſt magnum illud quidem, veruntamen multiplex pueri ingenium: quo ego regendo habeo negotij ſatis. Attic.159 a, Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regendum: pater enim nimis indulgens quicquid ego aſtrinxi relaxat. Part.236 b,Quæ verò *virtus* moderandis cupiditatibus, regendisque animi motibus laudatur.

REGERO,ris.*obijcio,oppono.* Ep.254 a, Pro quo tibi proxima epiſtola tot ruſticos Stoicos regeram, vt Catium Athenis natum eſſe dicas.

REGIA, giæ. *domus & aula regis.* Attic.156 a, Viſum te aiunt in regia,nec reprehendo de Finib.101 a, Nemo dicit in regia regem ipſum quaſi productum eſſe ad dignitatem. pro Milon.108 b, Nuper quidem vt ſcitis, me ad regiam penè confecit.



REGIÈ.*regio more.*I.V.172 b,Quæ regiè,ſeu potius tyrannicè ſtatuit in Aratores Apronius.

REGIENSIS,ſe.Ep.206 a.

REGIFICÈ. *regio apparatu.* Tuſc.200 a,Auro,ebore inſtructam regificè. *Poëtæ.*

REGILLVS,li.*lacus.*de Nat.62.

REGINA,næ.*ſocia regni,domina.* Antequam.196 b,Teq; particeps connubij ſocia regni,regina Iuno,oro,&c. de Orat. 125 b, Omnium regina rerum oratio. Offic. 57 b, Iuſtitia omnium eſt domina & regina virtutum. * Att.225 a,Reginæ fuga mihi non moleſta eſt. & 238 a, De regina rumor extinguetur.

REGIO,onis.*ora,plaga,fines,termini,ſpacium,tractus.*de Nat.7 a, Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles videmus. Epiſt.193 a, Syda, quæ extrema regio eſt prouinciæ meæ. Att 127 b, Qui regionibus excluſi intra arma aliena venerunt. de L.173 b, Sacerdotes cœli fulgura regionibus ratis temperanto. de Vn.199 b,Sic animus extremitatē cœli à ſuprema regione rotundo ambitu circumiecit. Ep.50 a, Ex Aſia rediens, cœpi regiones circumcircà perſpicere. cont.Rull.79 b,Definio,inquit,Italiam,ſatis certa regio de Nat.12 b,Immenſa & intermina in omnes partes regionū magnitudo. pro Pomp. 14 a, Aliqua pars regionis atque oræ maritimæ. pro Clu 20 a,Is non ſolùm municipij Larinatis,ex quo erat, ſed etiam regionis illius ac vicinitatis princeps, &c. cont.Rull.89,Cùm vſq; eò vicinos proſcriberet, quoad oculos confirmando ex multis præſidijs vnam eandemq; regionem formamq; perfecerit de Natur. 36 a,Regio Lunæ quæ tum eſt Aquilonaris, tum Auſtralis,*mutatur.*in Arat.

*Aram ſub media cœli regione locatam,*

de Diuin.86 b, Lituo Romulus regiones direxit,tum cùm vrbem condidit.Orat.122 a,Noſſe regiones intra quas venêre,& peruestiges quod quæris. de Orat.130 b,Locus & regio,quaſi ridiculi deformitate quadam continetur. Or, 210 a,Vix ſuas regiones fineſq; defendere. de Orat.109 a, Bene dicere autem non habet definitam aliquam regionem,cuius terminis ſepta teneatur. *id eſt,materiam.* contra Rull.73 a,Omne regnum regionibus certis continetur.de Or.114 b,Sed ita,vt ſit circumſcripta modicis regionibus. pro Arch.191 a,Vitæ ſpacium exiguis regionibus circumſcriptum eſt. I. C 123 a,Res geſtæ Pompeij ijſdem quibus Solis curſus,regionibus ac terminis continentur. I.C.117 a, Quorum alter finem veſtri imperij,non terræ, ſed cœli regionibus terminaret. pro Cor.68 a,Cæſar in ijs eſt nunc locis,quæ regionibus orbem terrarum, rebus illius geſtis imperium populo Rom.definiunt. Orat.210 a, Quæ *iuris ſcientia* ipſa auxilium ab eloquentia ſæpe peteret: ea verò repugnante vix ſuas regiones fineſq; defenderet.con Rul. 85 b,Singularis homo priuatus,niſi magna ſapientia præditus, vix facilè ſeſe regionibus officij, magnis in fortunis & copijs continet.pro Flac.151 b,In eiuſmodi regione atq; prouincia,quæ mari cincta,portubus diſtincta, inſulis circumdata eſſet, non ſolùm præſidij ſed etiam ornandi imperij cauſa nauigandum fuiſſe.pro Planc.263 b, Tota noſtra illa aſpera,& montoſa, & fidelis, & ſimplex,& fautrix ſuorum regio ſe huius honore ornari, ſe augeri dignitate arbitrabatur. pro Seſt.18 a, Quæ regio oráve terrarū erat latior? in qua non regnum aliquod ſtatueretur? in Piſ.90 b,Neq; regio fuit vlla, neq; municipium, neq; præfectura aut colonia, ex qua non publicè ad me venerint gratulatum. de Fin.86 a, Qui innumerabiles mundos infinitasq; regiones,quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas, mente peragrauiſſet. Epiſtol.244 a, Exercitum mihi ducendum per Cappadociæ regionem eam, quæ Ciliciam attingeret,putaui. Heren.22 a,Cogitatio quamuis regionem poteſt amplecti, & in ea ſitum loci cuiuſdam ad ſuum arbitrium fabricari & architectari. ibid. Noſmet ipſos nobis cogitatione noſtra regionem conſtituere.

† Syntaxis.*Regio,atq; prouincia.Regio prouincia.Circumcircà regiones perſpicere.Immenſa & interminata in omnes partes regionū magnitudo.Regio & ora maritima. Regio Lunæ.Locus ac regio Regio ac fines.Vitæ ſpacium exiguis regionibus circumſcriptum. Officij regionibus ſeſe continere.*

REGIVM, gij. *vrbs Italiæ, quæ etiam* REGIVM LEPIDI *dicitur.* Epiſtol. 172 a, Ex caſtris Regij & 185 b. *Præter Bononiam,Regium Lepidi, Parmam,totam Galliam tenebamus.

REGIVS,a,um. *regalis.* I.A.153 a,Dictatura, quæ vim iam regiæ poteſtatis obſederat. Ep 183 a,Nam rege interfecto, regios omnes nutus tuemur. de Som.126 b,Pòſt autē apparatu regio accepti, &c.

REGNO,as.*impero,dominor.*I.V.135 b, Timarchidem in Sicilia omnibus oppidis per triennium ſcitote regnaſſe. pro Pomp.5 a, Mithridates ab eo tempore annum iam tertium &

tertium & vigeſimum regnat, vt, &c. Offic.68 b, Si violandum ius eſt, regnandi gratia violandum eſt: alijs in rebus pietatem colas. *ex Euripide in Phœniſſis.* ꝑ Dom.217 a, Frater regis Alexandrini eodem iure regnans. Epiſtol.175 b, Quando equitum centurias tenes, in quibus regnas. Orat. 208 a, Alterum eſt, in quo non regnat oratio. At.125 a, Sed neutri σκοπὸς eſt ille, vt nos beati ſimus: vterque regnare vult. pro Milon. 110 a, Clodius interfecto Milone regnaturum ſe putabat. * Ep.244 b, Vt cum autoritate regnaret.

† Syntaxis. *Regnare per triennium. Regnare in centurijs.*

REGNVM, gni *dominatus, dominatio, poſſeſsio, ditio, principatus.* de Diu. 86 a, Deiotarus à Cæſare tetrarchiæ regno ſpoliatus eſt. I. A.177 a, Ad Lupercalia C. Cæſari dictatori perpetuo M. Antonius conſul populi iuſſu regnum detulit. Offic. 69 a, Multi iniqui atq; infideles regno, pauci boni ſunt, inquit Accius. Offic.6 a, Nulla ſancta ſocietas, nec fides regni eſt. pro Syll.172 a, Qui ſunt Romæ regnum occupare conati. I. A. 197 b, Qui regnum occupare voluerunt. pro Dom. 233 a, M. Manlius regnum appetiſſe eſt iudicatus. pro Milon.115 a, Incidere in ſuſpicionem regni appetendi. de Sen.89 a, C. Ser. Hala Spu. Melium regnum appetentem & occupantem interemit. de Aruſp.256 b, Aut dominatus, aut regnum. Ep.183 a, Non regno, ſed rege liberati ſumus: interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur. I.V.213 b, Nationes, quæ in eorum regno ac ditione ſunt. Att.106 a, Niſi eos timere putas, ne ſub regno ſint. de Nat. 14 a, Abuteris ad omnia atomorum regno atq; licentia. I. V 72 b, Hæc dominatio regnumq; iudiciorum. de Orat. 88 b, Niſi hic in tuo regno eſſemus, non tuliſſem, &c. Att. 231 a, Pòſt in hæc Cumana & Puteolana regna renauigare. I. A. 188 a, Quidam propter ſuſpicionem regni appetendi ſunt necati. de Am.104 a, Tyb. Gracchus rgenum occupare conatus eſt, vel regnauit is quidem paucos menſes. pro Milon.115 a, Dare & adimere regna. * I.V.72 b, Quoniam hæc te omnis dominatio regnumq; iudiciorū tantoperè delectat. pro Syll. 170 b, Hic ait ſe ille, iudices, regnum meum ferre non poſſe. Quid tandem, Torquate, regnum? Conſulatus credo mei. ibid. Quo in magiſtratu non inſtitutum eſt à me, iudices, regnum, ſed non permiſſum. de Nat.39 a, Vt eſſent ex fabulis tria regna diuiſa. Datum eſt igitur Neptuno maritimum omne regnum. Epiſt. 244 b, Perfeci vt è regno ille diſcederet. & 245 a, Cur abeſſet à regno. Attic.1 a, Aquilius illud ſuum regnum iudiciale oppoſuit.

† Syntaxis. *Regnum deferre, occupare, appetere, dare, adimere. Regnum ac ditio. Regna Puteolana.*

REGO, gis. *guberno, moderor.* de Som.130 b, Animus, qui regit & moderatur corpus. Acad.28 b, Qui claros viros à ſe inſtructos dicant rempub. ſæpe rexiſſe. pro Cæl.40 a, Verſare ſuam naturam, & regere ad tempus. Qu. frat.283 a, Seruos cùm omnibus in locis, tum præcipuè in prouincijs regere debemus. Par.236 b, Regere, gubernare, moderari, &c. de Nat. 8 b. Regere atq; tueri aliquid. de L.167 b, Regere fines. Epiſtol.58 a, Regere ſemetipſum. * Attic 251 b, Omnia noſtra, quoad eris Romæ, ita gerito, regito, gubernato, vt, &c.

REGOR, ris. de Finib.103 b, Mundum regi numine deorum. de Inuent. Domus, quæ ſine ratione regitur. Epiſtol.88 a, Quæ ſunt in fortuna, temporibus regentur. Offic. 18 b, Maximas geri res & maximi animi ab ijs qui remp. regunt, quòd eorum adminiſtratio latiſſimè pateat. * Incer. Ad militiam euntibus dari ſolebant cuſtodes, quibus primo anno regerentur.

† Syntaxis. *Regere iuuenem. Regere & moderari. Verſari ac regere ad tempus naturam ſuam, Regere ac tueri ſuos. Domus quæ ſine ratione regitur. Hæc temporibus regentur, quia ſunt in fortuna. Remp. regere.*

REGREDIOR, ris. *pedem, refero.* I. A.241 a, Att.130 b, Quare commoueri noli, ſi audieris me regredi. Offic.8 b, Regredi quàm progredi malo. de Fat. 147 a, Similiterq; ſuperiora repetentem, regredi in infinitum licet.

REGRESSVS, ſus. *receſſus.* de Nat.36 a, * Nihil errat, quod in omni æternitate conſeruat progreſſus & regreſſus, reliquosq; motus conſtantes & ratos.

REGVLA, læ. *norma, lex, exemplum.* de Opt.245 a, Quorum orationes ſi (vt ſpero) expreſſero, erit regula, ad quam eorū dirigantur orationes, qui Atticè volunt dicere. Orat.220 b, Illi enim à forma veritatis, & ab Atticorum regula abſunt. Offic.22 b, Tamen nos ſtudia noſtra naturę regula metiamur. & 66 b, Eadem vtilitatis, quæ honeſtatis eſt regula. de Clar.178 a, Habere regulam, qua vera & falſa iudicentur. & 188 a, Adhibenda eſt ratio, quæ mutari non poteſt, nec vtendū prauiſſima cōſuetudinis regula. Acad. 35 b, Fontem omnium bonorū in corpore eſſe: hanc normam, hanc regulā, hanc prǽſcriptionem eſſe naturę, à qua qui aberrauiſſet, cum nunquam quid in vita ſequatur, habiturum. & 15 a, Habeo regulam, vt, &c. & 8 b, Hæc eſt regula totius philoſophię. de Fin.62 a, Seruata illa, quę quaſi delapſa de cœlo eſt ad cognitionem omnium regula, ad quā omnia iudicia rerū dirigūtur. & ibid. Cognitionis regula. Off.45 b, In his aūt ipſis mediocritatis regula optima eſt. de L.159 b, Lex eſt iuris atq; iniuriæ regula. in Sal. 252 b, Salluſtius omniū maiores ad vnū exemplum & regulā quærit. Off.68 a, Omniū vna regula eſt, quā cupio tibi eſſe notiſſimā aut illud quod, &c. * 2 Acad. Nō egeremus perpendiculis, non normis, nō regulis. de Nat.10 b, Cuius rationis vim atq; vtilitatem ex illo cœleſti Epicuri de regula & iudicio volumine accepimus.



† Syntaxis. *Norma, regula, præſcriptio. Mediocritatis regula optima. Regula iuris atq; iniuriæ lex. Exemplum ac regula.*

REGVLVS, li. I. P. 188 b, M. Regulus reſectis palpebris in machina religatus, vigilando necatus eſt. & Offic.72 a, & de Fin.144 a.

REGVSTANDVS, a, um. Attic.66 a, Ille Latinus ἀττικισμὸς ex interuallo reguſtandus.

REGVSTO, as. *iterum, guſto, deguſto* Att.208 a, Sed crebro reguſto tuas literas, in his acquieſco. Attic.220 b, Varronis laudationem volo reguſtare.

REIECTANEA. *reiecta.* de Finib. 122 a, Illa autem, morbum, egeſtatem, dolorem, non appello mala, ſed ſi libet, reiectanea.

REIECTIO, onis. )( *ſelectio.* pro Corn.60 b, Si ciui Romano licet eſſe Gaditanū, ſiue exilio, ſiue poſtliminio, ſiue reiectione huius ciuitatis de Or.162 a, Reiectio in alium. I.V. 69 b, Reiectio iudicum facta eſt. pro Syll.185 a, Vos reiectione interpoſita repentini in nos iudices cōſediſtis. pro Planc.266 b, Senatus de ipſo ambitu, de reiectione iudicū fieri voluit iudicium alternorum. * Attic.11 a, Vt reiectio facta eſt clamoribus maximis. de Finib. 94 a, Inuenta ſelectione & reiectione.

REIECTVS, a, um. *reiectaneus.* I. A 171 b, Reiecta mater amicam impuri filij tanquam nurum ſequebatur. de Fin.93 a, & 101 a, Proegmena & apoproegmena, &c. quanquā hęc quidem præpoſita rectè, illa reiecta dicere licebit. ꝑ Mil. 106 b, Milo de rheda penula reiecta deſiluit. de Leg.181 a, Quemadmodum os reiectum terræ (* *al. reſectum terra*) obtegatur. de Orat.136 a, Abiecto vel reiecto ſcuto fugere. ꝑ Cec.302 a, Vt ſi qui ex alto, cùm ad patriam acceſſiſſet, tēpeſtate ſubitò reiectus optaret, &c. Attic. 3 a, In menſem Quintilem reiecti ſumus. * pro Lig.141 b, In Macedoniam, in C. Pompeij caſtra venit, in eam ipſam cauſam, à qua erat reiectus cum iniuria.

REIICIENDVS, a, um. Attic.64 a, Druſus reus eſt factus à Lucretio, iudicibus reijciendis. * pro Plan.267 b, Neq; editos ad reijciendum, ſed ab accuſatore conſtitutos iudices ita feremus. de Leg. 168 a, Et exacuerit *animus* illam vt oculorum, ſic ingenij aciem ad bona deligenda, & reijcienda contraria.

REIICIO, is. *aſpernor, repudio.* de Orat. 118 a, Vbi plus mali quàm boni reperio, id totū abiudico atq; reijcio. de Fin.49 b, Qui Ennij Medeam ſpernat aut reijcit. de Diuin. 81 a, & 126 b, Panætius, qui aſtrologorū prædicta reiecit. pro S. R. 44 a, Aliquid a ſe reijcere & aſpernari. de Orat. 162 a, Cùm aliquid à te ipſo reijcias. pro Corn 64 a, Qu. Scæuola cùm de iure prædiatorio conſuleretur, conſultores ſuos nonnunquam ad Furium & Caſellium prædiatores reijciebat. pro Syll. 181 b, In hunc igitur gregem vos P. Syllam reijcietis? in impiorum partem, atque in parricidarum numerum transferetis? de Leg.168 a, Deligere bona, & reijcere contraria. I.P.91 b, Lictores togulis acceptis ſagula reiecerunt. Top 221 a, Sed à libris *Ariſtotelis* te obſcuritas reiecit. Ep 162 b, Reijcere ſcutū. pro Pl.237 b, Eum ex ſenatu cenſor reiecerat. pro Mur.143 a, Quorū ego ferrum & audaciam reieci in campo, debilitaui in foro, compreſſi etiam domi meæ. Attic.105 a, Sed ne bis eadem legas, ad ipſam te epiſtolam reijcio. Epiſt.153 a, Hoc animo eſſe debes, vt nihil huc reijcias. I.V.154 a, Reijcere & ſumere recuperatores. Epiſt.23 b, Feliciter ab Antiochia hoſtē reiecerat. * pro Planc. 267 b, Cùm ex CXXV iudicibus, principibus equeſtris ordinis quinq; ex LXX reus reijceret, L referret. ibid. Aequitatem omnem reieciſti. Att.11 a, Cùm accuſator tanquam cenſor bonus, homines nequiſſimos reijceret: reus tanquam clemens laniſta, frugaliſſimum quenq; ſecerneret.

REIICIOR, ris. Tuſc.144 b, Reijci reflantibus ventis. & 187 a, Refutetur ac reijciatur dolor.

RELANGVEO, es. *oblangueo.* Att.218 a, Quòd autem relanguiſſe ſe dicit, ego, &c.

RELATIO, onis. de Inu 45 b, Relatio criminis eſt, cùm ideo iure factum dicitur, quòd alius antè iniuria laceſſierit. I.P. 85 b, Et quis audiuit non modò actionem aliquam aut relationem, ſed vocem omnino, aut querelam tuam?

¶ *Item verborum ornatus*.de Orat.161 a.

Relator,ris.Att.133 b,Incipiam ſperare conſilio ſenatus, autore te, illo relatore, Pompeium & Cæſarem coniungi poſſe.

Relatvs, a, um. *oppoſitus*. de Orat.133 a, Verba relata contrariè.

¶ *Reſtitutus*. I.V.65 b, Conſuetudo longo interuallo repetita atq; relata.

¶ *Conſcriptus*.pro Syl.175 a,Cùm ſcirem ita iudicium in tabulas publicas relatum.

¶ *Delatus*. I.P. 62 b,& cont. Rull.78 a, Quid relatum,quid reſiduum ſit.* pro M.Scau.Eas ſibi inimicitias non ſuſceptas,ſed relatas. de N. 55 a, Quod his naturis relatus amplificatur ſonus.

Relaxans, tis. de Natur.54 a, Cibi reliquiæ depelluntur tum aſtringentibus ſe inteſtinis tum relaxantibus.

Relaxatio,onis. *remiſſio*. de Orat.110 b, Ocij fructus eſt non contentio animi, ſed relaxatio. de Fin.84 b, Quæ eſt iſta relaxatio? *id eſt,remiſſio doloris*.

Relaxatvs,a,um de Diu.120 a,Animus ſomno relaxatus, ſolutè mouetur & liberè.

Relaxo,xas.*remitto,diſſoluo,ſoluo.*)( *aſtringo*. Att 159 a,Pater nimium indulgens, quicquid ego aſtrinxi, relaxat. *Hortenſ. Quæro non quibus rebus intendam animum, ſed quibus relaxem & remittam.

¶ *Demulceo,delinio*. de Orat. 130 b, Riſus triſtitiam mitigat & relaxat. de Diuinat.85 a, *Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas*.

¶ *Intermitto,requiem tribuo* de Fin.84 b, Dolor ſi longus,leuis:dat enim interualla,& relaxat.

¶ *Imminuo,detraho,remitto* de Legib.158 a,Sic tu à contentionibus, quibus ſummis vti ſolebas, quotidie relaxes aliquid.

¶ *Recreo,abſoluo* de Clar.166 b,Relaxa modò paulum animum,aut ſanè ſi potes, libera. Att.262 a,Si te occupatione iſta relaxâris. Ep.95 b, Si his occupationibus me relaxâro:nam vt planè exoluam, non poſtulo. Orat.214 a,Relaxare ſe à nimia neceſſitate faciendi aliquid. Offic. 25 a, Relaxare animum,& dare ſe iucunditati. pro Arch. 188 a, Niſi animos doctrina relaxemus.

¶ *Libero*.de Senect.94 a, Cùm ſe planè corporis vinculis relaxauerint animi.

Relaxor,ris *reficior,recreor*. I.A.168 a, Homines quamuis in turbidis rebus ſint,tamen ſi modò homines ſunt,interdum animis relaxantur. de Orat. 87 b, Vt ex priſtino ſermone relaxarentur animi omnium.

¶ *Laxior fio*. Partit.231 b, Conſtructio verborum tum coniunctionibus copuletur, tum diſſolutionibus relaxetur.

¶ *Releuor*. Academ.14 a, Idem contingit inſanis,vt & incipientes furere ſentiant,&c.& cùm relaxantur,ſentiant,&c.

¶ *Mollior fio*.de Natur.53 b, Aluus tum aſtringitur,tum relaxatur.

Relegatio,onis.*amandatio*.pro S.R.25 a,Tot prædia,tam pulcra, pater filio relegationis ac ſupplicij cauſa colenda tradiderat?& ibid.Taménne hęc vita relegatio atq; amandatio appellabitur?

Relegatvs, a,um *amandatus*. Attic.26 a,Relegatus mihi videor, poſteaquam in Formiano ſum.Ep.175 b,Lamia à Gabinio conſule relegatus. Tuſcul.179 a,Non ſæua terris gens relegata vltimis.

Relego, as *amando, exilio mulcto, expello, eijcio.*)( *reduco*.pro S.R.25 a,Pater hunc in prædia ruſtica relegarat. Offic. 74 b, Pater filium ab hominibus relegauit, edixitque, vt ab vrbe abeſſet mille paſſus.

Relegor,ris.Poſtq.211 b, Nominatim alij compellantur, alij citabantur,alij relegabantur.pro Dom 226 a,Cato inuiſus quaſi per beneficium Cyprum relegabatur. *I.P.84 b, Cùm equites Romani relegarentur.

Relègo,is. de Nat.40 b,Qui omnia quæ ad cultum deorũ pertinerent, diligenter pertractarent, & quaſi relegerent, ſunt dicti religioſi, ex relegendo.

*Relevatvs,a, um. I.C.105 b,Releuata mihi & recreata Reſpub. videtur.

Relevo,as.*leuo,conſolor*. Att.43 b, Hæc eò ſcripſi,vt potius releuares me, quod facis,quàm aut caſtigatione, aut obiurgatione dignum putares.

¶ *Minuo*. Quin. frat. 505 b, Si releuare potes communem caſum miſericordia hominum, ſcilicet incredibile quiddam aſſequêris. Attic.7 a, Quotus enim quiſq; eſt,qui epiſtolam paulo grauiorem ferre poſſit, niſi eam per lectionem releuârit?

¶ *Exonero*.pro Flac.154 b.Huius mors te ex aliqua parte releuauit:edacem enim hoſpitem amiſiſti.

Relevor,ris.*recreor,liberor*. I C.103 b,Ad breue quoddam tempus cura & metu releuari.

¶ *Minuor*.de Inu.47 b,Cibi ſatietas atq; faſtidium aut ſubamara aliqua re releuatur,aut dulci mitigatur.de Diu.109 b,Vt animus moleſtijs potiſſimùm releuatur.



Relictio,onis.*derelictio*. Att.256 b,Deſperatio & relictio reipub. *aliter,religio*. I.V.83 a, Quibus illam relictionem proditionemq; conſulis ſui gratam ſperat fore.*aliter,reiectionem proditionemq;*.

Relictvs,a,um.*derelictus*. pro Rab.95 a,Nemo eſt in quã inuentus tam profligatus,tam perditus,tam ab omni non modò honeſtate, ſed etiam ſimulatione honeſtatis relictus,qui,&c. Tuſc.231 a,Ne querantur,ſe à beata vita eſſe relictas.

¶ *Relicta loca ſunt,quæ limites non acceperunt, vt ait Frontinus de limitibus*. in Rull.61 a, Vt à maioribus noſtris poſſeſſiones relictas diſperdat & diſſipet. & paulo pòſt:Vtrum tandem hanc ſyluam in relictis poſſeſſionibus,an in cenſorum paſcuis inueniſti? Attic. 122 a, Tyronem ab altera quartana relictum audio. Epiſtol 46 a,Vrbs relicta direptioni atque incendijs.de Orat.120 a,Cùm æris alieni aliquantum eſſet relictum. & 120 a, Si quid ab Antonio aut prætermiſſum ſit,aut relictum. pro Cec.299 a, Fundum à patre relictum habere.

Religatio,onis.*colligatio*.de Sen 88 a,Capitum coniugatio & religatio & propagatio vitium me delectat.

Religatvs,a,um.*colligatus, vinctus*.Tuſc.198 b,Si prudentia extrinſecus religata pendeat. * de Inuent.81 b,Funiculus, qui à puppi religatus ſcapham annexam trahebat. Tuſculan. 171 a, Trahit Hectorem ad currum religatum Achilles. & 180 a, Aſpice religatum aſperis vinctumque ſaxis.

Religio,onis.*pietas,ſanctitas, cultus deorum,cerimoniæ,ſacra, religiones ſacræ & cerimoniæ, res diuinæ, cerimoniæ & ſacra, ſacra cerimoniæque, cerimoniæ religionesque in deos*. de Inu.82 b, Religio eſt,quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ, quam diuinam vocant,curam cerimoniamque affert. de Natur.24 b, Religio quæ deorum cultu pio continetur. pro Flacc 160 b,Sua cuiq; ciuitati religio eſt,noſtra nobis ſtantibus Hieroſolymis,pacatiſq; Iudæis, tamen iſtorum religio ſacrorum, à ſplendore huius imperij & maiorum inſtitutis abhorrebat.de Diu.102 a,Ad opiniones imperitorum eſſe fictas religiones. de Leg.168 a,Cultum deorum & puram religionem ſuſcipere. 164 b,Cerimoniæ religionesque in deos. contra Rull. 69 b, Religionem ſuperſtitio imitatur. Part.237 a,Religio ſacrorum. pro Dom.234 b,In religionibus ſuſcipiendis caput eſt interpretari, quæ voluntas deorum immortalium eſſe videatur. pro Planc.276 b, Qui ſancti?qui religionum colentes? niſi qui meritam dijs immortalibus gratiam iuſtis honoribus & memori mente perſoluunt. de Nat.1 b,Pietas,ſanctitas,religio,quæ omnia purè & caſtè deorum numini tribuenda ſunt. de Inu. 42 a,Nondum diuinæ religionis ratio colebatur. de N.15 b,Ego ipſe pontifex,qui cerimonias & religiones publicas ſanctiſſimè tuendas arbitror. pro Dom.234 a,Autor & magiſter publicæ religionis. & 234 a, Qui religionem è domo pontificis maximi eripuit, & in meam intulit.I.V.217 b,Mercurius apud Tyndaritanos ſumma religione colebatur.de Ar.250 a,Quæ Perſæ,&c.ſemper ſumma religione coluerũt. pro Corn.66 a,Sacra Cereris ſumma religione cerimoniaq; confici ſolita. de Leg.181 a,Totaq; huius iuris compoſitio pontificalis magnam religionẽ cerimoniamq; declarat. pro Dom 238 b,Dedicatio magnam habet religionem.de Diu.139 a, Sacris cerimonijsq; retinendis maiorum inſtituta tueri,ſapientis eſt.Poſtq 212 a,Mecum deorum omnium ſanctitates omnes & religiones afferunt. pro Dom.213 a,Pontifices religiones ſapienter interpretando.& 219 b,Alio modo conſtituere de religione pontificum,quàm ius cerimoniarum cogat. & 241 b,Qui aram in littore deſerto ſomnijs ſtimulatus aut religione aliqua conſecraret. in Verr.227 a,Tanta religione obſtricta eſt tota prouincia, tanta ſuperſtitio mentes illorum occupauit,vt,&c.pro Dom.238 a,Nunquid igitur is bona Lentuli religionibus religauit?de Inu.62 a,Fani ſiue templi religio.I.V.178 a, Sancta religio ſocietatis.pro Flacc.148 a, Teſtimoniorum religionem & fidem nunquam iſta natio coluit. pro Qu Roſc.52 b,Fides & religio iudicis. Ep.182 b,Sum admiratus fidem tuam, & in conſilio dando religionem. I.V. 148 a, Declinare à religione officij in aliqua re.pro Syll.168 b,Sin eſt in me ratio rei, religio priuati officij,nihil minus, &c. pro Mur.124 a,Si illa ſolennis comitiorum precatio tantã habet in ſe vim & religionem, quãta, &c. pro Rab.96 b, Mentes, quæ ex hominum vita ad deorum religionem ſanctimoniamque demigrarunt. pro Font.280 a,Religio iuriſiurãdi, ac metus deorum immortalium in teſtimonio dicendo. & ibid.Cæteræ gentes pro religionibus ſuis bella ſuſcipiunt, iſte contra omnium religiones. Att.391 b,Ego me maiore religione,quam quiſquam fuit vllius voti, obſtrictum puto. de Clar. 192 a, Si aſſuecera-

aſſeueramus,religio tam nobis adhibenda eſt,quàm ſi teſtimonium diceremus. Ora. 200 a, Hac ego religione non ſum ab hoc conatu repulſus.de Clar.191 a, & Orat. 199 a, Oratio nimia religione attenuata.Orat. 199 a, Eorum religioni cùm ſeruiret orator,nullum verbum inſolens ponere audebat.pro S.R.29 a,Magnam vim,magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus maternuſq; ſanguis.pro Ceci.303 b,Cùm Cotta decemuiris religionem inieciſſet, non poſſe ſacramentum noſtrum iuſtum iudicari,quod,&c.pro Cec.304 a, Vt religione ciuitas ſoluatur I.C 114 a, Quæ religio C.Mario non fuerat, quo minus Glauciam prætorem occideret. Item: Ea nos religione in P Lentulo puniendo liberati ſumus. contra Rul.82 a L.Sylla omnia ſine vlla religione, quibus voluit, dilargitus eſt.de Nat.28 a,Gracchus cùm rem illam in religionem populo veniſſe ſentiret,rem ad ſenatum retulit. de Orat.142 b, Sed vide,ne quid Catulus attulerit religionis: opus hoc cenſorium eſt: id autem committere vide, &c.Epiſtol.151 a,Oblata religio Cornuto eſt pullariorum admonitu,non ſatis diligenter eum auſpicijs operam dediſſe.Offic.43 b, Nec tamen vt hoc fugiendum eſt,ita habendum eſt religioni contrarium,nocentē aliquando defendere.de Diu,96 b,Nec eam rem habuit religioni,obiecto ſigno,ne committeret prælium.I P.92 a,Pontinius ſuſceptis religionibus impeditur. Poſtq.200 b, Lentulus de ſolenni religione retulit. Anteq.194b,Illi quorum animus eſt religionis pietate defunctus. pro Syll 180 b, Qui peruerſam atq; impiam religionem recordatur, qui illū nefariè cogitaſſe miretur? Part.136 b, Religio eſt iuſtitia erga deos.I.P.90 b,Pub.Lentulus prouinciam,quam habebat, interpoſita religione depoſuit. I.A.155 a, Ne inexpiabiles religiones in rempublicam inducerentur. de Leg.175 a, Tum maximè religionem & pietatem verſari in animis, cùm rebus diuinis operam damus & ibi. b, Confiteri religiones. pro Mil.115 b, Expiare ſolennes religiones ſupplicio alicuius.pro Deiotar.146 b, Deiotarum fide & religione vitæ defendendum puto. in Ver.218 a,Tibi illa Diana religionem nullam attulit. * I.V. 180 a, Deſinat putare ſe emere,quam ipſe ſemper venalem habuit, religionem. 3.de Nat deor.Ne ſuſceptas publicè religiones diſputatio talis extinguat. pro Font.278 b, Teſtes cupidi & irati, & coniurati,& ab religione remoti.cot Rul.62 a,Quam *Carthaginem* P.Africanus nudatam tectis,&c. ſiue ad oblatam aliquam religionem,ad æternam hominum memoriam conſecrauit.de Aruſup.250 a, Nihil te igitur neq; maiores tui cōiuncti cum his religionibus, neq; ſacerdotiū ipſum, quo eſt hæc tota religio conſtituta: neq; curulis ædilitas, quæ maximè hanc tueri religionem ſolet, peruenit. ibid. Quod *fanum* cum Deiotarus religione ſua caſtiſſimè tueretur.Epi.2 a, Senatus religionis calumniam non religione,ſed maleuolentia, & illius regiæ largitionis inuidia cōprobat. & b,Quod inſtituit referre de religione, & ſæpe iā retulit.ibid.Hortenſij & mea & Luculli ſententia cedit religioni de exercitu. ibid. Vt exercitum religio tollat.

† Syntaxis. *Pio cultu religio continetur. Cultum Dei & puram religionem ſuſcipere. Cerimoniæ, religioneſque in deos. Religiones colentes. Pietas, ſanctitas, religio. Dedicatio magnam religionem habet. Religione obſtringi. Bona alicuius religionibus religare. In conſilio dando religio. Attenuata oratio nimia religione. Inijcere religionem. Religione aliquem ſoluere. Id in religionem illi venit. Oblata religio. Habere aliquid religioni. Religionis pietate defunctus animus. Religiones expiare ſolennes alicuius praui ſupplicio.*

RELIGIOSE'. *bona fide, candidè, ſanctè, accuratè*, Epiſtol.21 a. Faciamq; id,quod debēt facere ij qui religioſè & ſine ambitione commendant: ſpondebo enim tibi,&c.

RELIGIOSVS,a, um. *ſumma religione præditus, ſanctus, colens religionis, auguſtus.*)(*.impius*.de Natur 41 b, Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent,diligenter pertractarent,& tāquam relegerent,ſunt dicti religioſi ex relegendo.Quin.fiat 320 a,b, Vir naturá ſanctus & religioſus.I.V. 201 b,Homines integri,innocentes, religioſi.in Vat.29 a, Religioſus teſtis. pro Cecin.290 a,In teſtimonio dicendo religioſus.pro Flac.151 a,Natio minimè in teſtimonijs dicendis religioſa. de Orat.125 a,Iuſtus, integer, religioſus, perferens iniuriarum. pro Rab 91 b, De locis religioſis & delubris.pro Planc.277 b,Altaria religioſiſſima de Ar.246 a,Quod tres pontifices ſtatuiſſent, id ſemper omnib. ſanctum,auguſtum & religioſum eſſe viſum. de Inuent.52 b, Religioſum *iudicatum* eſt, quod iurati legibus iudicauerunt.de Aruſp.251 a,Tu meam domum religioſam facere potuiſti.pro Pomp.16 b,Quod fanum putatis noſtris magiſtratibus religioſum? quam ciuitatem ſanctam? quam domum ſatis clauſam ac munitam fuiſſe? pro Flac.150 a, Qui nullo impellente fallebat,eos vrgente Lælio timidos ac religioſos fuiſſe putamus? Orat. 199 a, Atticorum aures teretes & religioſæ.Attic.137 b, Itaque alter religioſus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus.Q.fr.309 b,Dies erant duo, qui poſt Latinas habentur religioſi. * Incer. Qui fuit locus religioſiſſimus,is erit deſertiſſimus.

¶ *Superſtitioſus*.de Fin.69 a,At qui reperiemus aſotos, ita non religioſos,vt edant de patella.

† Syntaxis. *Religioſè aliquem alicui commendare. Naturá ſanctus & religioſus. Integer, innocens, religioſus. Sanctum, auguſtum, religioſum. Religioſam facere domum alicuius. Aures teretes & religioſæ.*

RELIGO, as. *vincio, colligo.* pro Dom.238 a, Nunquid igitur is bona Lentuli religionibus religauit?

RELIGOR, ris. Anteq.195 a, Manus ad demonſtrandam religantur iniuriam,

RELINQVENDVS,a, um. pro Cæl 47 a, Omittendæ ſunt omnes voluptates, relinquenda ſtudia delectationis, ſermo familiarium deſerendus.

RELINQVITVR, *id eſt, conficitur, ſequitur: idque in argumentorum concluſione*, de Inu.44 b, & 52 a,de Diuinat. 111 a,Ita relinquitur,vt ea diuinari poſſint,quę,&c. L. SEQVITVR.

RELINQVO,quis. *linquo, reliquum vel reliqui facio, miſſum facio, relictum eſſe patior, mitto, deſero, dimitto, relictum facio, tardo, prodo, remoueo, diſcedo* pro Mur. 140,a Quod dubium eſt, id relinquere incertum: quod dubium non poteſt eſſe, id iudicare. in Vat.34 a, b, Qui in ſumma copia optimorum adoleſcentiū pari virtute reliquit neminem. pro Q.9 a,Vita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit. Ep.8 a,Sed planè nec precibus noſtris,nec admonitionibus reliquit locum. de Clar.168 a,Vt memoriam concinnitatis ſuæ relinqueret. Atticar.92 b, Videatúrne aut pietatis eſſe meæ,fratrem relinquere: aut diligentiæ,nugarum aliquid relinquere.Epiſt.26 a,Si Qu.fratrem reliquiſſem, dicerent iniqui,non me planè poſt annum ex prouincia deceſſiſſe, quoniam alterum me reliquiſſem de Finib.57 a, Hoc non modò in oratione mea non pono,ſed ne in opinione quidem cuiuſquam relinquo. I.V.59 a, In quo quid poſſim efficere,malo in aliorum ſpe relinquere, quàm in oratione mea ponere de Orator.120 a,Relinquere aliquem hæredem teſtamento.pro Sext.Roſc.21 b, Nam fundus treis & decem reliquit.I.V.170 b,Audiſtis hæc omnia,quę nūc ego prætereo ac relinquo. de Pro 70 a, Omitto iuriſdictionem contra leges,cædes relinquo, libidines prætereo. de Orator 87 a,Non contemno ea,quæ Græci dicendi artifices reliquerunt.de Orato.80 b,Duo illa relinquamus, idq; largiamur inertiæ noſtrę.Tuſ.181 a,Relinquere multa officia.Acade.45 b,Neutra autem in medijs relinquebat.de Orato.165 a,Et prudentiæ ſuæ triſte nobis deſiderium reliquerat.pro Cec.294 b,Aliquem non ſolùm relinquere, ſed etiam prodere. Attic. 83 a, b, Seducit me Scoptius,rogat vt rem ſic relinquam.Epiſt.27 b, Filio meo ſatis amplum patrimonium relinquam in (*al. omittunt.*) memoriam nominis mei. Attic.89 a, Ecce autem puſilla epiſtola,quam non relinquam ἀναντιφώνητον. * pro Arch.191 b, An,cum ſtatuas & imagines non animorum ſimulacra, ſed corporum,ſtudioſè multi ſummi homines reliquerūt, conſiliorum relinquere ac virtutum noſtrarum effigiem nónne multò malle debemus? Epiſt.18 b, Aut certè teſtatum apud animum tuum relinquam quid ſenſerim. pro Cluent.43 b,Quem ijdem iſti cenſores ærarium reliquiſſent.de Cla 174 a,Iſq; & orationes reliquit & annales.pro Mur.131 b,Quem L.Murena vehementiſſimè vigilantiſſimeque vexatum,repreſſum magna ex parte, non oppreſſum,reliquit.Inc. Hippocrates nobiliſſimus medicus ſcriptum reliquit.ibid

*Iam mare Tyrrhenum longè penituſque palumbes*
*Relliquit,* —

pro Marcel.135 a,Parúmne, igitur, inquies, gloriam magnam relinquemus? Imò verò alijs ſatis, tibi vni parum. ibid. Vt deuictis aduerſarijs Rempubl.in eo ſtatu relinqueres.Epiſt.166 a,*Aſiny*.Antonium turpiter Mutinæ obſeſſionem reliquiſſe.

RELINQVOR, ris. pro Cecin.304 b, Non adimitur ijs ciuitas,ſed ab his relinquitur atque deponitur. contra Rul.64 a, Ne libertatis quidem retinendæ ſpes relinquitur. pro Cecin.286 b, Nunc verò quis eſt, qui vim armatis hominibus factam relinqui putet oportere? * I. V. 172 b, Multis autem non ſolum granum vllum,ſed ne paleæ quidem ex omni fructu,atque ex annuo labore relinquerentur. de Fin.74 a,Vt perexigua pars ipſi relinquatur.

RELIQVIAE,arum. *reſidua* de Natur.deorum 54 a,Cibi reliquiæ depelluntur tum aſtringentibus ſe inteſtinis, tum relaxantibus. Atticar.174 b, Reliquias hoſtium Brutus perſequitur. pro Syl 167 a, In his priſtinis fortunæ reliquijs miſeris & afflictis tamen haberet quoſdam. pro Dom.212 a,Vidi, ſi viciſſem, tenues reipupl. reliquias: ſi victus eſſem, nullas futuras. pro Qu. 9 a, Bonorum emptores,quaſi carnifices conueniunt ad vitæ reliquias lacerandas.

cerandas. de Leg.181 a, C. Marij ſitas reliquias diſſipari iuſſit Sylla. * Epiſt.136 b, Nec tamen eas cœnas quæro, vt magnæ reliquiæ fiant. & 150 a, Animaduerti nullum alium receptum Antonium reliquiasque, quæ cum eo eſſent, habere, niſi in his partibus. Epiſt.204 b, Cùm in eam *poſſeſſionem* tanquam è naufragio reliquias contuliſſet. Attic. 53 a, Tuarum non tam facultatum, quàm conſiliorum ad colligendas & conſtituendas reliquias noſtras indigemus.

¶ *Veſtigia* de Diu.137 a, Reliquiæ earum rerum mouentur in animis, de quibus vigilantes cogitauimus.

Reliqvvs, a, um. *reſiduus, reiectus, reliqua pars.* Atticar.10 a, Qu frat. Argiletani ædificij reliquum dodrantem emit. & 262 a, Vt pecuniam reliquam Buthrotij ad diem ſoluerēt. Offic.32 b, Deinceps gradatim reliqua reliquis debentur. de L.187 a, Si vnus omnibus reliquis magiſtratibus imperabit Poſtquam.209 a, Si mihi nullum eſſet officium in omni vita reliquum, niſi, &c. & ibidem. Tamen exiguum reliquæ vitæ tempus ad commemorandam gratiam mihi relictum putaretur. I. V. 122 a, Erant mihi oppida complura etiam reliqua, quæ adire vellem, pro Cluent.22 a, Hunc tantùm vnum ex multis fortuna reliquum eſſe voluit. Epiſtol.234 b, Neminem præter te reliquum habeo, in quo, &c. & 220 a, Ex qua familia reliquus eſt M. Titurnius. & 138 a, Potes mulo iſto, quem tibi reliquum dicis eſſe, quando canterium comediſti, Romam peruehi. I.V. 57 b, Si qua ſpes reliqua eſt. contra Rull.63 a, Deinde reliquum tempus ſancit, &c. & Epiſtol. 147 b, In reliquum. Attic.15 a Alexandria reliquaq; Aegyptus, de Diuin.95 a, Reliqua diuinationis breui confecta ſunt. Attic.42 b, Hæc cura addita, vix mihi vitam reliquam fecit. Epiſt 45 a, Nullum onus officij cuiquam reliquum feciſti. I. V. 147 b, Quibus iſte nihil reliqui fecerat, & quibus aliquid reliqui fuerit. I. V. 179 a, Duarum ciuitatum mihi reliquos feci agros. de Finib.86 a, Cùm reliqui nihil ſit. de Prou. 70 b, Qui locus in Græcia tam ſanctus eſt, in quo vllum ſimulacrum reliquum ſit. de Pro. 70 b, Offic. 12 b, Addendo deducendoque videre, quæ reliqui ſumma fiat. pro Syl.184 b, Quod fortuna in malis reliqui fecit. & ibidem. Quid enim eſt huic reliqui? quod, &c. de Amic. 96 b, Qualem in reliqua Græcia reperiri neminem, Athenis vnum accepimus, &c. Qu. frat. 268 b, Non de reliqua & ſperata gloria laboramus, ſed de parta dimicamus. *de reliqua: id eſt, futura.* pro Seſt.19 b, Spe reliquæ tranquillitatis præſentes luctus fugi. *id eſt, futuræ.* Attic. 260 a, De reliquo quid ego tibi dicam? Epiſtol.93 a, De reliquo ita velim tibi perſuadeas, &c. de Orator.93 a, De reliquo iam noſtra culpa erit, ſi te dimiſerimus. Ep.109 b, Quod quando vterq; noſtrûm conſecutus eſt, vt officijs certemus inter nos, &c. Attic. 94 a, Paucos dies habebam reliquos annui muneris. & 65 a, Dies enim XXXIII erant reliqui. & 245 b, Cùm ex reliquis, quæ non April. fecit, abundare debeam cogor mutuari. * I.V.172 b, Quibus nihil non modo de fructu, ſed ne de bonis quidem ſuis reliqui fecit. I.V. 175 b, Reliqui: quo ex bello? qua ex vaſtitate? ibid. Reliquos aratores collegiſſe & recreaſſe videatur. ibidem. Reliquos hos eſſe ex tuo ſcelere, importunitate, auaritia, crudelitate. I.V.176 a, Reliquos: Propè lugubri verbo calamitatem prouinciæ Siciliæ ſignificat. pro C.Corn.2, Reliqui ſunt de conſularibus inimici. pro Marcell.135 a, Hæc tibi reliqua pars eſt, hic reſtat actus.

† Syntaxis. *Nullum iam eſt mihi officium reliquum in omni vita, niſi. Ex qua familia reliquus eſt Cæſ. In reliquum. Nullum officium cuiquam reliquum facere. Addendo, deducendoq; quid reliqui tandem? De reliquo quid dicam?*

Relvceo, es. *refulgeo.* de N.47 a, Stella relucet, & in Aruſp.

Rema, æ, de Diuinatione 102 b,

*Certabant, vrbem Romam Remámne vocarent.*

Remanendvm. Attic. 163 b, Literæ, quibus maximè ad remanendum commoueri poſſet.

Remaneo, nes. *maneo, reſto, reſideo.* Antequam. 193 b, Liceat manere, ſi non illum Tullium, &c. at certè reliquias Tullij liceat in vrbe remanere. Offic.86 a, Si in vita remaneas. Academ.37 a, Catulus remanſit, nos diſceſſimus. Epiſto.80 b, Aut eorum qui diſceſſerint, aut eorum qui remanſerint. Atticar.111 b, Mulieres noſtræ præter cæteras Romæ remanſerunt. & 133 b, Quòd Lentulum voluiſti hic remanere, Cæſari gratum. Offic.8 a, Catonis filius amore pugnandi in exercitu remanſit. I.C.98 b, Cùm tu diſceſſu cæterorum, noſtra, qui remanſimus, cæde contentum eſſe dicebas. pro Sext. Roſc.23 a, In qua muliere veſtigia antiqui officij remanent. pro Pomp.14 a, Rhodiorum vſque ad noſtram memoriam diſciplina naualis remanſit. Offic.8 b, A' peregrino enim receſſit nomen Hoſtis, & propriè in eo qui contrà ferret arma, remanſit. Tuſc. 153 b, Sed fac vt iſti volunt, animos non remanere poſt mortem. Attic.138 b, Proximè te gaudere oſtendunt, me remanſiſſe.

Remansio, onis. *manſio.* Qu. frat.321 a, Tuam remanſionem etiam atq; etiam probo Lig.137 b, Profectio certè animum tuum non debet offendere: num igitur remanſio? Multò minus. Nam profectio voluntatem habuit non turpem: remanſio etiam neceſſitatem honeſtam.

Remedivm, dij. *medicina, medicamentum, cautio, prouiſio, fomentum.* I. V. 56 a, Hoc vnum his tot incommodis remedium eſſe arbitror. Epiſt.71 a, Sed quòd illius tanti vulneris, quæ remedia eſſe debent, ea nulla ſunt. pro Syl. 179 b, In aduerſis fortunis ſine vllo remedio atque alleuamento permanere I. A. 251 b, Veneficum appellas eum, qui tuis veneficijs remedia inuenit. pro Cluent. 31 b, Is acrioribus remedijs ſaluti ſuæ ſubueniendum putauit. I.V. 66 a, Hoc remedium eſt ægrotæ ac propè deſperatæ reipublicæ. pro Cluent. 23 a, Quærere remedium ad aliquam rem. de Natur.de. 51 a, Pantheræ remedium habent, quo cùm ſint vſæ, non moriuntur. I V. 240 b, Ad magnitudinem frigorum præclarum ſibi hoc remedium comparat. Tuſculan.243 a, Nec verò illa ſibi remedia comparauit ad tolerandum dolorem. Oct.326 a, Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quę ſunt ſalutaria. * I.V. 176 b, Vt homines iniuriæ tuæ remedium morte ac ſuſpendio quærerent. Epiſt 67 b, In quo & illa poteris vti ciuilium commutationum ſcientia, vel in explicandis cauſis rerum noſtrarum, vel in remedijs incommodorum.

† Syntaxis. *Incommodorum remedia. Remedium & alleuamentum, Remedium morbo adhibitum, ſalutare, dolorem faciens.*

Remeo, as. *remigro, redeo.* de Natu.deor.49 b, Neque remearet aër, cuius ortus aqua omni exhauſta eſſe non poſſet.

Remex, gis. *qui remos agit.* I.V. 253 a, Claſſis inops & infirma propter dimiſſionem propugnatorum & remigum. & 217 b, In nautis remigibusque exigendis. Epiſt.189 b, Habere delectum remigum. Orato.112 a, Remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem deſcripſeras Atticar.210 a, * Arbitrabar ſuſtineri remos, cùm inhiberi eſſent remiges iuſſi, * de Orator.97 b, Vt concitato nauigio cùm remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum. pro Flac.152 a, Cùm L. Flaccus in Aſia remiges imperabat. & b, Tamen Flacci conſilium in remigibus imperandis reprehendetur? & 153 a, At enim negas fratrem meum, &c. pecuniam vllam in remiges imperaſſe. ibidem. Vt hoc ſumptu remigum ciuitates leuaret. Tuſculan.204 b, Vt remiges hortarentur. de Diui.94 b, Remigem quendam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum. & 132 a, Quid, inquies, remex ille de claſſe Coponijs nónne ea prædixit quæ facta ſunt? ibidem. Veſanum remigem, &c. conſilia Deorum immortalium perſpicere potuiſſe?

Remigatio, onis. *impetus pulſusque remorum, remigium.* Attic.210 b, Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis, nauem conuertentis ad puppim.

Remigivm, gij, *remigatio, vel remigum multitudo.* Tuſc.250 a, Quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita expictus eſt: vt quæ ipſe non viderit, nos vt videremus effecerit?

Remigo, as. *nauem remis propello.* Attic. 210 a, Non enim ſuſtinet remos, ſed alio modo remigant. Tuſc.211 a, Vtrum igitur mauis nos ſtatim vela facere, an quaſi è portu egredientes paululum remigare.

Remigro, as. *redeo, remeo.* Epiſt.138 a, Romam tibi remigrandum eſt. Tuſculan.240 b, Atque ei ne integrum quidem erat, vt ad iuſtitiam remigraret. Academ.41 a, Remigrare in domum veterem è noua. Tuſc. 174 a, Remigare in domum ſuam.

Reminiscendo. Tuſcul.160 a, Declarat ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere.

Reminiscens, tis. pro Lig.143 a, Aliquem de re aliqua reminiſcentem recordari. Anteq.164 a, In noſtro euentu aliorum reminiſcentes caſus.

Reminiscor, eris. *recordor.* Epiſto.50 b, Ea potius reminiſcere, quæ digna tua perſona ſunt. & Tuſcu 154 a, Reminiſcere quæ tradantur myſterijs. de Senect. 93 b, Homines ſcire pleraq; antequam nati ſint, quòd iam pueri cùm artes difficiles diſcunt, ita celeriter res innumerabiles arripiunt, vt non tum primùm accipere videantur, ſed reminiſci & recordari. * Attic.55 a, Reminiſcebantur *Conſules* Cal. Ian.

† Syntaxis. *Reminiſcentem recordari. Reminiſcor atque recordor.*

Remisse'. *leniter.* de Orato.107 b, & 152 a, Agere verſum leniter, remiſsè, non actuosè: pro Cæl 44 a, Remiſsè, leniter, vrbanè agere cum aliquo. ) (*grauiter, ſeuerè, priſcè.* I.V. 217 b, Iſte nihilo remiſſius atque etiam vehementius inſtabat. de Orat.107 b, Tu qui multo dicis remiſſius & lenius

lenius quàm ſolebas pro S.R.20 b, Omnes hanc quæſtionem te prætore de manifeſtis maleficijs quotidianoque ſanguine, haud remiſſiùs ſperant futuram.

† Syntaxis. *Remiſſe, leniter, vrbane agere, dicere.*

REMISSIO onis. *languor, abiectio.* Epiſt. 61 a, Si humanitas appellāda eſt in acerbiſſima iniuria, remiſſio animi & diſſolutio. * Tuſcul. 187 a, Animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum, remiſſione autem ſic vrgetur. Epiſt. 141 b, Nec id ad voluptatem refero, ſed ad communitatem vitæ atq; victus, remiſſionemq; animorum, quæ maximè ſermone efficitur familiari.

¶ *Deiectio, diminutio, inclinatio.* de Orat. 180 a, Demoſthenes vna continuatione verborum binas contentiones vocis & remiſſiones continebat. * de Orat. 128 b, Remiſſio lenitatis quadam grauitate & contentione firmatur. de Cla. 194 a, Omnia ſine remiſſione, ſine varietate, vi ſumma vocis, & totius corporis contentione dicebam. ibid. Remiſſione & moderatione vocis, & commutato genere dicendi me & periculum vitare poſſe, & temperatius dicere.

¶ *Intermiſſio.* de Amic. 110 b, Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione vſus leuandæ.

¶ *Decrementum, detractio.* * I.C. 121 a, Cùm multò magis ſit verendum, ne remiſſione pœnæ crudeles magis in patriā, &c fuiſſe videamini. Epiſt. 107 b, Viſa eſt mihi, &c. vel ipſa fortaſſis iam ſeneſcentis morbi remiſſio profuiſſe.

¶ *Deiectus, relaxatio.* Offi. 29 b, Ex oculorum obtutu, ex ſuperciliorum aut remiſſione, aut contractione, &c. facilè iudicabimus. * de Or. 163 b, Oculi ſunt, quorū tum intentione, tum remiſſimè, tum cōiectu, tum hilaritate, motus animorum ſignificemus apte cum genere ipſo orationis.

¶ *Ocium, ſolatium.* de Orator. 110 b, & 115 a, Ad omnem animi remiſſionem ludumq; deſcendere. pro Cæl. 45 b, Quem non quies, non remiſſio delectarent.

REMISSVRVS, a, um. Epiſt. 194 a, Vt ſine his honoribus præmijsq; veſtris nihil de meo ſtudio perſeuerantiaq; ſim remiſſurus. I.V. 82 a, Menſes mihi tres cùm eripuiſſetis ad agēdum maximè appoſitos, reliquum omne tempus huius anni me vobis remiſſurum putaſtis.

REMISSVS, a, um. *lenis, demiſſus, contractus.*) (. *acer, contentus.* pro Cæl. 40 b, Cum triſtibus ſeuerè, cum remiſſis iucundè viuere. de Orato. 126 a, Leni animo & remiſſo eſſe. Poſtq. 203 a, Qui vlciſcendo remiſſior fuit. I.C. 121 a, Sin remiſſiores eſſe voluerimus. de Fin. 90 a, Remiſſus in diſputando.) (. *acer in diſputando.* pro Mur. 136 b, Remiſſior in petendo. de Orat. 197 b, Tardioris tibicinis modos & cantus remiſſiores facere. de Orat. 117 b, Quædam dicendi meliora & remiſſiora genera viguerunt. Orat. 292 a, Contenta vox.) (. *remiſſa vox.* de Sen. 82 b, Sermo quietus & remiſſus. * Tuſc. 187 a. Onera contentis corporibus faciliùs feruntur, remiſſis opprimunt. Tuſcul. 148 a, Remiſſa temporibus *ſtudia.*

¶ *Timidus.* I.A. 206 a, Hodie neſcio qua re obiecta ſenatus remiſſior fuit. pro Font. 276 b, Maſſilięſes Gallicorum bellorum pericula populi Rom. copijs remiſſisq; (* *rectiùs armisque*) compenſarunt. de Diuin. 195 b, Reſpondit in agro ambulanti ramum adductum cùm remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe. pro Syl. 176 a, Noli putare, id omnino à me eſſe omiſſum, ſi quid eſt tibi remiſſum atq; cōceſſum. ad Her. 15 b, Si huic fuerit remiſſum. * I.V. 204 a, Tritici modiùm LX millia empta populo Rom. dare debebant. Abs te ſolo remiſſum eſt.

† Syntaxis. *Lenis & remiſſus animus. In vlciſcendo remiſſus.*

REMITTO, is. *retrò mitto.* Attic. 116 a, Mulieres, vt ſcripſeram ad te Romam remittebam. Atticar. 143 a, Demetrij librum de concordia tibi remiſi. Epiſt. 256 b, Volebam ad te Marionem remittere, quem ad me mitteres, cùm, &c. Top. 222 a, Si viri culpa factum eſt diuortium, etſi mulier nuncium remiſit.

¶ *Dimitto* pro Clu. 18 b, Opinionem iam mente antè comprehenſam, libenti animo remittere. pro Planc. 271 a, Vt eorum reprehenſionem vos veſtræ prudentiæ aſſumere, meæ modeſtiæ remittere debeatis. * de Diu. 83 a,

*Cùm primùm gelidos rores aurora remittit.*

¶ *Condono, concedo.* I.V. 297 a, Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo vſurus eram in eum quem cepiſſem, remitto tibi, & condono. Epiſt. 66 a, Verùm hoc quoq; vobis remitto. de Orator. 206 b, In qua arte tibi remittunt omnes iſtam voluptatem, & ea ſe carere patiuntur. *id eſt, relinquunt.* pro Planc. 275 a, Tibi remitto atq; concedo, vt eum defendas. Attic. 226 a, Ego verò tibi iſtuc (* *al. iſtum*) mi Antoni remitto. de Leg. 174 a, Remitto hoc tibi. pro Fl. 154 b, Neq; in toto Acmonenſium teſtimonio cōmouebor: etenim quibus iſtam laudationem remittam. pro Syl. 183 a, Sed etiam ſi quid mihi conceditur. id reddo ac remitto. Acad. 26 b, 27 a, Sed tibi aut concedendum eſt ita eſſe, aut memoriam mihi remittas oportet. *id eſt, concedas memoriam eſſe.* Qu. fr. 301 b, Te rogo, vt procuratoribus Flauij remittas de diminuendo, & de Apollonienſib. ne quid perſcribas. Attic. 156 a, Queſti ſunt, quòd non idem quoq; ſibi, quod mihi remiſiſſet.

¶ *Minuo, diminuo, detraho.* I.V. 165 b, Remittere alicui de ſumma. I.P. 155 a, Remittere aliquid de ſeueritate cogendi. I.V. 62 a, Ex eo quod ipſe poteſt in dicendo, aliquātum remittet. de Cla. 182 b, Ad infirmitatem laterum perſcienter contentionem remittere. I.A. 217 b, Remittere iracundiam. pro R.P. 127 a, Nec enim fuit Gabinij, remittere tātum de ſuo. I. V. 106 b, Remiſit D. Bruto CX milia. I. V. 247 b, Remiſiſti quod non oportebat, accepiſti quod non licebat.

¶ *Trado.* Att. 168 b, Dionyſio ego quidem non modo placabilem me præbuiſſem, ſed totum remiſiſſem.

¶ *Profero, produco.* I.V. 294 a, Nauem imperare ex fœdere debuiſti, remiſiſti in triennium.

¶ *Laxo, relaxo.* de Leg. 177 b, Vis ſonorum canendi tum remittit animos, tum contrahit. * Hortenſ. Quæro enim non quibus intendam animum rebus, ſed quibus relaxem ac remittam.

¶ *Sedor, demulceor.* de Clar. 176 a, Qui cum remiſerant dolores pedum, non deerat in cauſis. Att. 156 b, Iſte ardet furore, nec remittit aliquid, ſed indies ingraueſcit.

¶ *Intermitto.* de Fin. 123 b, Vrgent tamen, & nihil remittūt.

¶ *Perdo.* I.V. 80 a, Hic tu fortaſſe eris diligens, ne quam horam de meis legitimis horis remittam.

¶ *Abycio.* I.V. 231 b, Requieſcere, & curam animi remittere.

¶ *Contraho.* Ora. 202 a, Intendere & remittere ſonum vocis.

¶ *Depono, relinquo.* I. A. 218 b, Prouinciam remitto, exercitum depono. Att. 282 b, Italiæ ſua vobis ſtudia profitenti remiſiſtis. I.A. 209 b, Antonius remittit nobis Galliam citeriorem.

* REMORATVS, a, um. Anteq. 195 a, Ne, &c. calamitas remorata longiùs ſerpat atq; progrediatur, præcauete.

REMOROR, aris. *retineo, retardo.* pro Pom. 11 b, Sed hæ res quæ cæteros remorari ſolent, non retardārunt. Attic. 45 a, Scio te me his epiſtolis potius & meas ſpes ſolitum eſſe remorari. I.C. 98 a, Num vnū diem poſtea L. Saturninum mors & reip. pœna remorata eſt? ad Her. 5 b, Sine qua *ratione* ne parua quidem dubitatio poteſt remorari damnationem.

REMOTIO, onis. de Inu. 73 a, * de Inu. 45 b, Remotio criminis eſt, cum id crimen, quod infertur, ab ſe & à ſua culpa, vi & poteſtate in alium reus remouere conatur. & 73 a, Remotio criminis eſt, cùm eius intentio facti, quod ab aduerſario infertur, in alium aut in aliud dimouetur. ibidem. Cauſa remotionis.

REMOTIVS. *aduerb.* de Nat. 18, Stellæ aliæ propiùs à terris, aliæ remotiùs, &c. ſpatia conficiunt.

REMOTVS, a, um. *alienus, abhorrens.* Epi. 246 a, Si quiſquam fuit vnquam remotus & natura, & ratione, atq; doctrina ab inani laude, & ſermonibus vulgi, ego profectò is ſum. de Inu. 53 b, Hoc à religione & ſapientia veſtra remotiſſimum eſt. I.V. 192 a, Defenſio remota ab vtilitate reipublicæ, & ſeiunctā à volūtate legis. & 249 b, Remotus à nauigando. Atticar. 237 b, Veſtorius homo remotus à dialecticis. de Inu. 43 a, Procul remotus à vero. pro Clu. 18 a, Altera pars, quæ procul à iudicio remota eſt. de Inu. 82 b, Hoc à breuitate præcipiendi remotum eſt. & 70 b, Hæc à vulgari intelligentia remotiora ſunt. Offi. 18 a, Scientia, quę eſt remota à iuſtitia, calliditas appellanda eſt. cont. Rul. 72 b, Cùm tu à Gracchi æquitate ac pudore longiſſimè remotus ſis. Orat. 199 b, Sermo à forenſi ſtrepitu remotiſſimus. pro Font. 278 b, Teſtis cupidus, iratus, ab religione remotus. Epiſt. 207 a, A' cupiditate remotiſſimus.

¶ *Diſtans,* de Inu. 51 a, Res à memoria noſtra remotæ. I.V. 252 a, Locus arbitris remotus. pro S.Roſ. 40 a, Ego hæc à Chryſogono mea ſponte, remoto Sex. Roſcio quæro.

¶ *Deiectus.* Q.fr. 293 b, Sublata latrocinia, cædes repreſſæ, oppidorum furta eſſe depulſa, remotā illam calumniā, &c

¶ *Immunis.* pro Mur. 141 a, Ille à culpa remotus eſt.

¶ *Omiſſus, poſthabitus, dimiſſus.* de Nat. 45 b, Remota ſubtilitate diſputandi, & remoto ioco. Epi. 101 a, pro S.R. 34 a, Longè abſum ab eo crimine. de Or. 128 b, Abeſt enim totū à cauſa. * Att. 134 b, Remotis, ſiue omnino miſſis lictoribus.

¶ *Solitarius.* Ep. 105 a, Locus remotus, ſalubris, amœnus.

REMOVEO, es. *amoueo, dimoueo, moueo, abduco, auferro, reycio, deduco, ſubduco, transfero, arceo, abſtraho, auoco, auerto, deterreo, deprecor, deteſtor, deriuo.* de Orat. 137 a, & de Clar. 168 b, Ea ſecerni arbitror oportere, & ex oratione remoueri. pro S. R. 22 a, Multa palàm domum ſuam auferebat, plura clàm de medio remouebat. Epiſt. 262 a, Accepimus conditiones, ſed ita vt remoueat præſidia ex ijs locis quæ occupauit. cont. Rull. 70 b, Remoue te à ſuſpicione alicuius commodi.

modi. pro Cluent.26 a, Remouere ſe ab aliquo negocio. Epiſt.254 a, Remouere ſe à certamine. Atti 60 a, Quid ſit, quòd ſe à me remouit, ſi modò remouit, ignoro. pro Do. 217 b, Quòd idem in poſterum M. Catonem tribunatu tuo remouiſſes Orat.197 a, Sed ne opifices quidem ſe artibus ſuis remouerunt. Att.169 a, b, Tu nouum morbum remouiſti. Qu.fr.511 b, Catonem Lentulus à legibus remouit. Offic.14 b, Multi & ſunt & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expetentes, à negocijs publicis ſe remouerunt, ad ociumq; perfugerunt. de Am.110 b, Remouere ſe ab amicitia alicuius. * pro Corn 57 a, Fuiſſe iudicem, &c. neminē, qui remoueret oculos, & ſe totum auerteret. Aca. 2 b, Non modò operam noſtram nunquam à populari cœtu remouemus. Att.169 a, Quoniam quartana cares, & & non modò morbum remouiſti, ſed etiam grauedinem.

† Syntaxis. *Remouere præſidia ex locis, ſe à ſuſpicione, à certamine, ſe ab aliquo, ſe artibus ſuis. A` legibus remouit Catonem Lentulus. Se remouere à negocijs publicis.*

REMVNERANDVS, da, dum. Poſtq. 203 a, Vlciſcendæ iniuriæ facilior ratio eſt, quàm beneficij remunerandi. & ibid. In beneficijs remunerandis. Epiſt.250 b, Tibi ad me ornandum ſemper datur facultas, mihi ad remunerandū nihil ſuppetit præter voluntatem. de Cla.166 a, Vt à te ipſo ſumerem aliquid ad me reficiendum, teq; remunerādum, ſi non pari, ac grato tamen munere. de Inu. 82 b, * Gratia, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur.

REMVNERATIO, onis. *gratia, viciſſitudo ſtudiorum vel officiorum.* Offic. 47 b, A` quo celerior remuneratio fore videtur, in eum ferè eſt voluntas noſtra propenſior. de Am.105 b, Nihil eſt remuneratione beneuolentiæ, nihil viciſſitudine ſtudiorum vel officiorū iucundius. * de Inu 70 b, Gratiam, quæ in memoria & remuneratione officiorum, & honorum, & amicitiarum obſeruātiam teneat. pro Dom. 218 b, Quæ remuneratio beneuolentiæ prætermiſſa eſt?

REMVNERO as. *remuneror, retribuo, compenſo, beneficium reddo, mutuam gratiam pro beneficio alicui refero, gratiam reſtituo, mercedem do, repono.* Poſtq. 210 b, Quibus officijs T. Annij beneficia remunerabo. Q. de Pet. 210 b. Et quoniam nullum aliud tempus futurum ſit, vbi tibi referant gratiam, hoc te officio remunerent.

REMVNEROR, ris. *idem.* Epiſt. 93 b, & 20 a, Conſiderādum eſt, quónam te remunerer genere. Epiſt.130 a, Vt poſſem te remunerari quàm ſimillimo munere. Att.118 a, Tu ſi tibi eadem cauſa eſt, me remunerére ſanè velim.

† Syntaxis. *Officijs multis vnicum remunerare. Hoc te officio remunero. Quo te genere remunerer?*

REMVRIVS. *locus fuit Romæ, vbi Remus auſpicium & conſilium condendæ vrbis cepit, & in quo habitauit: Dionyſ. Halicar. & Sex. Pom. & Plutarchus in Romulo teſtantur.* I. A. 208 a, His quoq; diuiſit Remurium. *alij legūt, Remuria: alij, Semurium: ſed mendoſè, vt mihi videtur. Fabius Pictor habet Remurius, qui & Auentinus, quem collem ait Remo conſecratum fuiſſe. Sed & hic vereor, ne ſit mendum, Rumurius, pro Remurius.*

REMVS, mi. *Romuli frater.* de Diu. 102 b,

REMVS, mi. Aca 6 a, Neq; verò hoc loco expectandum eſt, dum de remo inflexo reſpondeam. Tuſcu.195 b, Res tetra, deteſtabilis, omni contentione, velis (vt ita dicā) remisq; fugienda. I. V.250 a, Nauigium quod erat factum ſex remorum numero, &c. & 263 a, Nullum remum vacuum trahi. de Orat.97 b, Intermiſſo impetu pulſuq; remorum. * Acad. Eius *maris* vnda, cum eſt pulſa remis, purpuraſcit. Aca.20 a, Tu autem te negas infracto remo, neq; columbæ collo cōmoueri. Primum cur? Nam & in remo ſentio non eſſe id quod videatur. Tuſc.211 a, Vtrum panderem vela orationis ſtatim, an eam antè paululum Dialecticorū remis propellerē. Att.210 a, Arbitrabar ſuſtineri remos.

† Syntaxis. *Res velis remisque fugienda. Vacuus ille trahitur remus. Impetus impulſusque remorum. Nauim remis propellere.*

RENASCOR, ris. *denuò naſcor, exorior, renouor.* Att 275 a, Primi cuiuſq; mali excidendi cauſa eſt, vt aliud renaſcatur illo peius. & 281 b, Renatum enim bellum eſt, idq; non paruo ſcelere Lepidi. de Som.131 a, & Tuſc.159 a, Nam principium extinctum nec ipſum ab alio renaſcetur, nec ex ſe aliud creabit. Attic.55 b, Qui mihi pennas inciderant, nolunt eadem renaſci.

*RENATVS, a, um. Epiſt.174 b, Bellum iſtic renatum homines mirantur.

*RENAVIGATVRVS, a, um. Att.231 a, Pòſt in hæc Puteolana & Cumana regna renauigaturus. *Alij renauigare legūt.*

RENAVIGO, as. Att 231 a, Perpaucis diebus in Pompeianum, pòſt in hæc Puteolana, & Cumana regna renauigare. *al. renauigaturus.*

RENAVO, as. Att.10 a, Renauabo operam. *aliter, renouabo.*

RENES, num. de Nat.53 b, Humores, qui ex renibus veſicaq; profundūtur. *id eſt, vrina.* Tuſc.188 a, Ex renibus laborare.

RENOVATIO, onis. *redintegratio.* de Natu.49 a, A` quo rurſum renouatio mundi fieret. de Clar.187 b, Qui conſoletur ſe vſurpatione & renouatione doctrinæ. Epiſto.176 a, Renouatio timoris magnam moleſtiam afferebat. * Att. 85 a, Vt ſoluerent centeſimis ſexennij ductis cum renouatione ſingulorum annorum.

RENOVATVS, a, um *inſtauratus.* de Nat.38 a, Templum Honoris à M. Marcel. renouatum. Epi.192 a. Fœdus, quod renouatum erat. * de Fini. 60 b, Sapientes bona præterita grata recordatione renouata delectant.

¶ *Refocillatus.* de Natu.49 a, Vaporibus altæ renouatæque ſtellæ refundunt eadem.

¶ *Iterum ſtatutus.* de Ar.248 b, Quorum de ſententia illa eadem renouata atq; inſtaurata celebrantur.

¶ *Confirmatus.* de Pro.73 a, Ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus.

RENOVO, as. *renouationem facio, interpolo, inſtauro, refrico, integro, redintegro, refero, repræſento.* de Diu 109 b, Tum priſtinis orbati muneribus hæc ſtudia renouare cœpimus. I. V.68 a, Renouare & inſtaurare aliquid. Anteq.194 a, Quid ego improborum facta renouem oratione, aut redintegratione illius coniurationis animos vulnerem veſtros? Poſtq. 199 b, Qui ſuo fletu memoriam mei deſideriumq; renouaret. Acad.41 a, Hæc incluſa habebam, & ne obſoleſcerent, renouabam cùm licebat, legendo. Epiſt.200 a, Renouare amicitiam. & 103 b, Ego renouabo commendationem, ſed tempore. & 52 a, Renouare bellum. Att.10 a, Renouare operā. cont. Rul.73 a, Renouare veteres colonias, & deducere nouas. pro Mur.126 b, Memoriam propè intermortuā generis ſui virtute renouare. pro Qu.12 b, Nolo hanc rem cōmemorando renouare, cuius memoriam deleri oportere arbitror. de Orat.142 a, Acerba ſanè recordatio veterem animi curam moleſtiamq; renouauit. de Orat. 127 a, Et animos iudicum ad Qu. Cæpionis odium, à quo erant ipſi propter iudicia abalienati, renouabam atq; reuocabam. pro Deiot.145 a, Tu vetus hoſpitium renouare voluiſti. I. A.153 a, Athenienſiumq; renouaui vetus exemplum. Qu.frat.313 b, Appius vult, inquam, renouare honores eoſdem, quo minus togam prætextam quotannis interpolet. * de Prouin.176 a, Impolitę res & acerbæ ſi erunt relictæ, quanquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquando, & ad renouandum bellum reuireſcent.

¶ *Inſtauro, reficio.* pro Mur. 132 a, Mithridates ſe rege Armeniorum adiuncto nouis opibus copijsq; renouauit.

RENOVOR, ris. de Inu. 68 a, Animus aut renouatur ad ea quæ reſtant, aut omnibus iam dictis exuſcitatur. de Inu. 47 b, Animus defeſſus audiendo aut admiratione integratur, aut riſu renouatur. ad Her.15 a, Vt renouetur, non redintegretur oratio. I. V.65 b, Hoc inſtitui, atque adeò inſtitutum referri ac renouari moleſtè ferunt.

† Syntaxis. *Renouatum templum à, fœdus. Altæ renouatæque vaporibus ſtellæ. Renouare & inſtaurare bellum, amicitiam, memoriam, ſe nouis copijs.*

RENVNCIANDVS, a, um. *exponendus.* Epiſt.208 a, Qua in re & amorem eius in ſuſpiciendo negotio perſpexi, & fidem in conficiendo ac renunciando.

RENVNCIATIO, onis. *nunciatio.* in Ver.84 a, Renunciationemq; eius, quæ erat in publicas literas relata, illorum legibus tolli iuſſerat pro Mur.128 a, Non idem eſt ordo dignitatis & renunciationis. * pro Mur.128 a, Renunciatio gradus habet. per Planc.216 b, Nihil eſt iam quod ſupplicatio magiſtratuum renunciatio ſuffragiorum expectetur. I. V.163 b, Quorum renunciatio legibus illorum, literis publicis mandata eſt.

RENVNCIATVR. *defertur.* Sulp. Epi.49 b, Poſteaq. mihi renunciatum eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ, &c. Qu.fr.300 b, Renunciari tibi Licinium plagiarium tributa exigere. * de Orat.104 a, Credo, ne Stoicis renunciaretur. pro Clu.52 b, Vt nobis renunciatur.

RENVNCIATVS, a, um. *pronunciatus.* I. V.243 a, Prætor primus centurijs cunctis renunciatus ſum. & ibid. Tu cùm eſſes prætor renunciatus. Ep.134 b, Eo modo ſacerdos Climachias renunciatus eſt. * I. V. 69 b, Renunciata eſt tota conditio (*al, conductio.*) pro Planc 269 a, Vocatæ tribus, latum ſuffragium, deſcriptæ, renunciatæ.

RENVNCIO, as, *ſignifico,* in Ver.69 b, Renuncio tibi te hodiernis comitijs eſſe abſolutum. Epi.120 a, Eosq; Parthos eſſe ſenatui renunciauiſſe. I. V.94 a, Qui Mileſijs rem geſtam renunciârat. de Diu.123 b, Nunc imperant pullario: ille renunciat.

¶ *Expono.* I. A.108 b, Cùm legati renunciârint, quod certè renunciabunt: Antonium non eſſe in veſtra poteſtate. * I. V.163 a, Qua de re Agyrinenſes magiſtratus & quinqueprimi acta & imperia tua domum ad Senatum ſuum renunciauerunt.

¶ *Pronuncio.* de Or.137 a, Renunciare aliquem conſulem.

* Epiſt.

* Epiſt.164 a,*Pollionis.* Comitia biennij biduo habuit,hoc eſt,renunciauit quos ei viſum eſt.

¶ *Refello.* I.V.126 b,Renunciare hoſpitium alicui,& domo emigrare.Attic.23.Renunciare conductionem. I.A.221 a, Renunciare legationem.

*Renvncior aris I.V.134 a,Vt pro ſuffragio Theomnaſtus familiaris ſuus in tribus illis renunciaretur. I.V.210 a, Quod H S lxxx millia diuiſoribus, vt prætor reuunciarere,dediſti. pro Clu.47 b, Tibi ſi renunciari, me habere in animo,&c.

† Syntaxis. *Hoc tibi primus renuncio. Renunciant legati. Renunciatus eſt conſul Cæſ. Conditionem, hoſpitium renunciare. Stoicis renuncio.*

Renvens, tis. pro R.P.128 a, Quibus ſupercilijs renuentes huic decem millium crimini.

Renvo. *omitto,aſpernor.* pro Planc.266 b.pro Cæl.43 a, Qui nullum conuiuium renuerit, qui vnguenta ſumſerit, qui Baias viderit.

Reor, ris *puto, cenſeo, arbitror.* Off.39 b,Illos, in quibus eas virtutes eſſe remur,à natura ipſa diligere cogimur. Topic. 227 b,Rentur eos eſſe,quales ſe ipſi velint. de Orat.150 a, Quem quidem antea rebar ita dicere,vt,&c.Academ.44 a, Quintum genus Ariſtoteles quoddam eſſe rebatur. de Diu. 109 b,Quos quidem plures quàm rebar, eſſe cognoui.de Aruſp.255 a,Tum verò eſt ratus ſe poſſe.. Att,103 a, Nicias nomen rebatur oppidi eſſe Pirça. de Nat.62 b,Rebantur enim fore,&c.

Repagvla,orum. *ſunt vectes,quibus ianuæ clauduntur, & firmantur.* de Diui.96 a, In templo Herculis valuæ clauſæ repagulis,ſubitò ſe ipſæ aperuerunt & I V.222 a, Conuulſis repagulis effractisq; valuis demoliri ſignum conantur. in V.243 b.Perfringere omnia repagula iuris, pudoris & officij. * de Nat.73 a.Ille tranſuerſa mente mihi hodie tradidit repagula,Quibus ego iram omnem recludam. *Poetæ.*

Repandvs,a,um. *incuruus,reflexus.* de Natur.17 b,Soſpita cum pelle caprina.& calceolis repandis.

Reparo,as. *recupero,iterū acquiro* I.V.193 a.Perdere id quod alio prætore eodem ex agro reparare poſſit.

Repastinatio,onis. *ſecunda aratio nam repaſtinari ager is dicitur,cuius natura fodiendo mutatur.* de Senect. 88 a, Quid agri foſſiones repaſtinationesq; proferam?

Repedandvm. *remeandum.* de L.187 b,Domum cum laude repedandum.

Repellendvs,a,um.de Orat.115 a, Aduerſarius,qui ſit & feriendus & repellendus.

*Repellens, tis. Off 13 a, Non modò enim id virtutis eſt,ſed potiùs immanitatis omnem humanitatem repellentis.

Repello,lis. *propello, propulſo,refuto.* pro Mil.111 b, Repellere uim.)( *inferre vim.* pro Sect.21 b,Vim vi repellere. pro Mur.131 a, Repellere pericula.de Fin.55 a, Repellere dolorem à ſe. pro Corn.61 b,Ipſæ enim leges te à cognitione ſua iudicio publico repulerunt pro Cecin.291 a, Armis repellere,fugare,& auertere aliquem.I.C.102 b, Cùm te à conſulatu repuli. Off. 28 a , Grauitatem retinere, iracundiam repellere. pro Mil.116 a,Ego Clodij furorem à ceruicibus noſtris repuli. Anteq 292 b, Qui à veſtro corpore iugum acerbiſſimum repulit ſeruitutis.Orat 200 a,Homines audaces ab eius templi aditu aſcenſuque repuliſti.* de Nat.55 a,Superiora ſupercilijs obducta ſudorem à capite & fronte defluentem repellunt.Off.66.b, Qui non modò non repellit,ſed etiam adiuuat iniuriam. Att.281 b, Quibus *Idibus Martijs* ſeruitutem à tuis ciuibus repuliſti.

Repellor,ris.de Orat.89 a,A' quibus omnibus vna penè repelli voce oratorem à gubernaculis ciuitatum,& excludi ab omni doctrina,&c. videbam.de Orat.148 b,Non repelletur *philoſophia* inde,quò aggredi cupiet Qu.de Pet. 313 b, Ab impediendo ac lædendo repelluntur. Off.27 b, Vt ſeueritas adhibeatur,contumelia repellatur.

Rependo,dis. *reddo,repono.* de Ora.134 a,Cui pro Gracchi capite erat aurum repenſum.

Repens. *repentinus.* Tuſc. 196 a, Ne me imparatum cura laceraret repens.& 201 b,Hoſtium repens aduentus.

Repente`. *derepente, ſtatim, ſubitò, repentinò.* L.Ex orior. I.C 113 a,Is recitatis literis conſcientia conuictus repentè conticuit.Off 24 b,Amicitiam magis decet ſenſim diſſuere,quàm repentè præcidere.I.A.173 a,Modò eges, repentè diues.in Sal.275 a,Quibus rationibus repentè tanquam ſomnio factus eſt tam affluens,& tam beatus. pro Sil.181 b,Iſta importunitas repentè exarſit.& ibidem : Iſta vis repentè erupit.pro Cluent.20 a,Repentè exorta eſt mulieris importunæ nefaria libido Ep.49 a, Repentè præter ſpem dixit,&c. I.V.63 b, Repentè, è ueſtigiò.& 63 b,Ecce autem repentè,&c·& ibid.Cùm iſte repentè,&c. de Orato. 107 a, Repentè & ſubitò.

† Syntaxis. *Repentè amicitiam præcidere. Modò egens,repentè diues. Repentè,tanquam ſomnio. Repentè præter ſpem. Repentè è veſtigiò. Repentè & ſubitò,*

Repentino'. *repentè.* pro Qu.3 a,Et moritur repentinò.

Repentinvs,a,um. *improuiſus,inſperatus, inexſpectatus, repens,inopinatus.* de Or.129 b,Quæ fuit illa quanta vis,quàm inexpectata,quàm repentina cont.Rull,78 a & pro Dom. 215 b,Vnde iſte amor tam improuiſus ac tam repentinus. Tuſ.200 a,& 196 a, Omnia repentina & inopinata grauiora. Epiſt.64 b,& 15 a, Non repentina aliqua voluntate aut fortuitò ad tuam amplitudinem meis officijs amplectandam incidi. pro Sect. 27 a, & pro Cluent. 54 a, Repentina morte perij,. Offic.6 a,Leuiora ſunt ea,quæ repentino aliquo modo accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur.cont.Rul. 89 a,Et repentinus Sylla nobis exoritur. de Clar.187 a,Ignoti homines & repentini quæſtores celeriter facti ſunt. de Inu.65 a, Idcirco aliquem Callidium vocari,quòd temerario & repentino conſilio ſit.

† Syntaxis. *Inexpectatus, repentinus. Improuiſus ac repentinus amor. Repentinum & inopinatum. Repentino motu id accidit. Repentini conſules facti. Temerarium ac repentinum conſilium.*

Reperiendvs,a,um. in Ver.171 b, Mihimet ineunda ratio & reperienda via eſt,qua,&c.

*Reperiens,tis. Acad.5 a, Zeno nihil noui reperiens, ſed emendans ſuperiores.

Reperio,ris. *inuenio.* de Fin.70 b,Reperiam multos,vel potius innumerabiles,qui,&c. de Clariſ.195 b, Sed ſi quærimus,cur,&c.cauſas reperiemus veriſſimas duas: primùm, quòd,&c.aliud autem genus eſt,&c. Attic.103 b, Quid ad hæc reperéris ? ſoluamus,inquis. de Cl 165 b,Quibus armis quemadmodum vterentur, non reperiebant. de Nat. 22 b,Nec vos exitum reperitis, reſq; tota vacillat ac claudicat.Epiſt. 153 a, Noſtræ ſolicitudinis hic finem reperiemus. * Att.135 b,Virtutis diſciplinam meliorem reperiet nullam,quàm contemplationem atq; imitationem tui.

Reperior,ris. de Natur.27 b, Si conferre volumus noſtra cum externis, cæteris pares, aut etiam inferiores reperiemur,religione autem multò ſuperiores.de Clar.175 a, Iidem traducti à diſputando ad dicendum,inopes reperiūtur.pro Fl.164 a,Tum vel hoc maximè moliūtur,vt veſtræ mentes,veſtræ ſententiæ optimo cuiq; infeſtiſſimæ atque inimiciſſimæ reperiantur.Att.283 a,Faciliùs in timore benigni,quàm in victoria grati eſſe reperimur.de Cla.170 b, In orationib. Catonis omnes oratoriæ virtutes reperiuntur.* pro Cæl.46 b.In M. Cælio nulla luxuries reperietur, nulli ſumtus,nullum æs alienum , nulla conuiuiorum ac luſtrorum libido. I. V. 117 b, Hanc ſolam *dicam* illo conuentu reperiere ſortitus.

Repertvs,a,um.Tuſc.173 b,Poſt diem tertium,qui vt illuxit,mortui ſunt reperti * in Clod.In vnius hominis perditi iudicio plures ſimiles reperti ſunt.

† Syntaxis. *Iucunda ratio,& via reperienda. Si quæras,reperies.*

Repetendvs,a,um. *requirendus.* in Vat. 33 b, Cùm ei, qui expectare velit, antè iniuſta pœna luenda ſit,quàm iuſta repetenda.I.A.228b,Ne mors quidem in repetenda libertate fugienda.

¶ *Reuocandus, petendus,exordiendus,commemorandus.* de Leg. 179 b,Cùm ſcias,à quò ſit capite repetendum ius. Epi.72, Euentiſq; aliorum memoria repetēdis,nihil accidiſſe nobis noui cogitemus.de Leg. 159 b,Natura iuris ab hominis natura repetenda eſt.pro Plan.272 b,Tamē eum poſtea fuiſſe maximis in rebus arbitror, vt non ita mihi multum ſit ex quæſturæ laude repetendum. de Orat 85 a,Ac mihi repetenda veteris cuiuſdam memoriæ non ſatis explicata recordatio.

Repetens,tis. *reſumens,memorans.* de Fat.147 a,Licuit vel altius, vtinam,&c.etiam ſuprà,vtinam,&c.ſimiliterq; ſuperiora repetētem regredi in infinitum licet.pro Arch.185 b, Nam quoad lōgiſſimè poteſt mēs mea reſpicere ſpacium præteriti temporis,& pueritiæ memoriam recordari vltimam,inde vſq; repetens,video hūc,&c. de Or.85 a,Et memoria vetera repetenti perbeati fuiſſe illi videri ſolent.

Repetitio,onis. *ornatus rhetoricus.* de Orator. 162 a,Eiuſdem verbi crebra tum à primo repetitio,tū in extremum conuerſio.ad Her.28 a,Repetitio eſt, cum continenter ab vno atq; eodem verbo,in rebus ſimilibus & diuerſis principia ſumuntur,&c.

Repetitvs,a,um. Epiſt.32 b, Tamen quoniam ex alto repetita ſunt,nónne,&c.de Orato.157 b,Tranſilire ante pedes poſita,& alia longè repetita ſumere. Att.217 b, Deinde ſomno repetito,ſimul cum ſole experrectus ſum. Parad.121 a, Cùm eſſet iuris & æquitatis repetita memoria,de In.62 a,Ac veteres quidem ſcriptores artis vſq; ab principe illo atq; inuentore Thyſia repetitos vnum in locū conduxit Ariſtoteles. de Orat.151 a, Quorſum igitur ſpectat hæc tam longa, tam altè repetita oratio ? Epiſt 216 b,Expectare te arbitror hæc tam longè repetita principia quò

 ſpe-

ſpectent. in Verr.65 b, Hæc maiorum conſuetudo longo interuallo repetita atq; relata. de Ora.197 b, Ac video hãc primam ingreſſionem meam non ex oratoris diſputationibus ductam, ſed ex media philoſophia repetitam. de Diu.85 b, Diuinatio eſt ab omni æternitate repetita. & 133 a, Somnia quorum defenſio repetita quàm longè eſt. pro Seſt.9 b, Vereor ne quis fortè miretur, quid hæc mea oratio tam altè ac tam longè repetita velit. * Off.8 a, Nullum bellum eſſe iuſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur.

REPETO, tis. *exigo, peto, repoſco, reuoco, cùm ad res ablatas & iudicia pertinet.* pro Flac.166 a, Ac repetit eam, quam ego patri ſuo quondam pro ſalute patriæ ſpopondi dignitatem. pro Plan.280 b, Repetere promiſſa. ad Her.9 b, Quòd argentario obtuleris expenſum, à ſocio eius rectè repetere poſſis. Anteq.192 a, Repetere officij premium & fructum. pro Cluen.39 a, Repetere ab aliquo rationem de pecunijs repetundis. in Verr.57 b, Quo nomine abs te ſeſtertiũ millies repeto. Anteq.193 b, Non peto vt mihi detis vitã, ſed datam repeto vt reddatis. in Verr.57 a, Repetere ius ſuum. pro Syl.84 a, Quæ erepta ſunt, non repeto. pro Clu.31 a, Repetere ab aliquo, quod ei dederis. Offic.8 a, Repetere res ablatas bello. pro S.R.29 b, & Anteq.195 b, Furiæ, quæ parentum pœnas à conſceleratis filijs repetant. pro Dom.242 b, Vos qui maximè me repetiſtis atq; reuocaſtis. * Anteq.195 b, Etenim ſi à me Lentuli mortui ſordes, ſi Catilinę notiſſimus furor, ſi amentia Cethegi, ſi luxuries ac ſtupra Caſſij pœnas repetunt. Tuſc.168 b, Si repetit *natura vitam*, cum vult. Att.187 b, Pro iſto aſſo Sole à te nitidum Solem vnctumq; repetemus.

¶ *Exordior, incipio, renouo, reuoco, facio, recordor, reſtituo, aſſumo.* de Fat.140 b, Longo interuallo hæc ſtudia repeto. de Leg.159 b, Altè verò & à capite repetis, quod quærimus. & 160 a, Iuris ortum à fonte repetere. & ibid. Repetam ſtirpem iuris à natura. item. A' principio, à ſtirpe, à capite, à fonte repetere. *id eſt, arceſſere.* pro Mur.131, & Epiſt.lib.7, 100 a, Ferro rem repetunt. pro Clu.29 a, Atq; vt intelligas, &c. paulo longius exordium rei demonſtrandæ repetam. de Diu.80 b, Principiò Aſſyrij, vt ab vltimis autoritatem repetam, motus ſtellarum obſeruauerunt de Orat.92 b, Neminem fuiſſe diſertum dicebat, cùm repeteret vſq; à Corace neſcio quo & Thyſia. I.V.225 a, De quo paulò altius ordiar, & repetam memoriam religionis. de Inu.42 a, Cùm res ab noſtra memoria propter vetuſtatem remotas ex literarum monumentis repetere inſtituo. pro Deiot.147 a, Obſecro Cæſar repete temporis illius memoriam. de Orator.86 b, Repetamq; non ab incunabulis noſtræ veteris puerilisq; doctrinæ quendam ordinē præceptorum. Qu. frat.500 b, Si omnium mearum literarum præcepta repetes, intelliges, &c. Tuſc.173 b, & 174 a, Repetunt ab Erichtheo Codrum, qui ſe, &c. de Fini.62 b, Repetere aliquid ab vltima antiquitate. ad Heren.3 a, Repetere aliquid ab vltimo initio. de Inu.48 a, & ad Her.3 b, & 12 b, & de Nat.7 a, Repetere ab vltimo ad Her.12 b, Repetere aliquid nimium longè, & petere. de Inu.59 a, Petere aliquando vltrà quàm ſatis eſt, & repetere longius quàm neceſſe ſit. Epiſt.91 b, Repeterem initium amicitiæ ex parentibus. & 181 a, Quantum memoria repetere præterita poſſum. de Nat.5 a, Quamobrem Vellei, niſi moleſtum eſt, repete quæ cœperas: repetam verò, &c. de Fin.137 a, Prætermiſſa repetimus, inchoata perſequimur. de Diui.128 b, L.Tarutius vrbis noſtræ natalem diem repetebat ab ijs parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus. * de Leg.159 a, Natura iuris nobis explicanda eſt, eaque ab hominis repetenda natura.

REPETOR, ris. *memoror.* Attic.242 b, Ego negabam oportere præterita repeti.

¶ *Accipior, haurior.* Tuſc.235 a, Hius ſententiæ grauitas à Platonis autoritate repetatur.

¶ *Repoſcor.* de Cl.168 b, * Cùm ſublatis in Sicilia tyrannis res priuatæ longo interuallo iudicijs repeterentur.

† Syntaxis. *A' quo capite repetendum eſt? Memoria repetere. Repetere veteris memoriæ recordationem. Ex alto repetere. Longe petita ſumere.) (linquere, quæ ſunt ante pedes. Scriptores vſq; à principe illo repetitos conduxi: Ariſt. Altè repetita oratio. Ex media medicina repetitum. Diuinatio ab omni æternitate repetita. Altè & longè repetita oratio.*

REPETVNDARVM *de pecunijs repetundis, capta pecunia.* I.V.171 b, L.Piſo Frugi legem de pecunijs repetundis primus tulit. de Clar.274 a, Iudicium de pecunijs repetundis. I.V.56 b, pro Clu.39 a, Ab aliquo rationem repeti pecunijs repetundis. pro Clu.48 b, Clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri, neq; hæc tua recuſatio confeſſio ſit captæ pecuniæ.

REPLEO, ples. *refarcio.* de Prou.69 b, Vt exhauſtas domos replere poſſent *gentes hę.* * pro Mur.136 a, Qui cõſumpta replere, erepta recuperare vellent.

REPLEOR, ris. de Orato.100 b, Vel paſſim licet carpentem & colligentem vndiq; repleri iſta iuris ciuilis ſcientia. pro Seſt.20 a, Meminiſtis tum iudices, corporibus ciuium Tyberim repleri, cloacas refarciri.

REPLETVS, a, um. pro Pomp.12 a, Referto foro, repletisq; omnibus templis.

REPLICANS, tis. de Diu.106 b, Traductio temporis noui nihil efficientis, ſed primum quidq; replicantis.

REPLICATIO, onis. *conuerſio.* * de Nat.8 b, Vt replicatione mundi quadam motum regat atq; tueatur *Deus.*

REPLICO, as. *repeto.* pro Syl.172 a, Si quæris qui ſint Romę regnum occupare conati, vt ne replices annalium memoriam, ex domeſticis imaginibus inuenies. de Leg.190 b, Nam licet videre, ſi velis replicare memoriam temporum, qualeſcunque, &c.

REPONENDI. de Nat.57 b, Scientia condendi ac reponendi fructus. * Epiſt.168 b, *Bruti & Caſſi.* Quos etiam de reponenda ara cogitare audimus.

REPONO, nis. *colloco.* de Nat.51 a, Grues in tergo præuolantium capita reponunt. Tuſc.235 b, In ſe ipſo ſpem omnem reponet ſui. pro Syl.185 a, In veſtra manſuetudine atq; humanitate totam cauſam repono. * Occon.1, Vt quidque ſuo loco reponeret. de Natu.9 b, Ita fit, vt Deus ille, quem mente noſcimus, atque in omni animi notione tanquam in veſtigio volumus reponere, nuſquã prorſus appareat.

¶ *Appono.* Atticar.188 a, Si in libris tuis Ariſtophanem repoſueris. pro Eupoli. ad Her.32 a, Et pro eo, id quod magis idoneum eſt, reponit.

¶ *Conſeruo.* Epiſtol.104 a, Non enim puto te meas epiſtolas delere, vt reponas tuas.

¶ *Annumero, numero, recenſeo, adſcribo, reputo.* de Inuent.51 a, Reponere aliquid in numerum fabularum. de Natur.9 b, Homines mortuos reponere in deos. Attic.162 a, Reponere aliquem in ſuis. de Orat.126 b, Si placuerit, vos hanc defenſionem in aliquo artis loco reponetis Poſtqu.201 b, Vos in eo me loco, in quo veſtris beneficijs fuerã, iiſdem centurijs quibus collocaueratis, repoſuiſtis. pro Seſt.27 a, b, Quos equidem in deûm immortalium cœtu ac numero repono. de opt.244 a, Tamen hunc in numero non repono. de Nat.36 b, Reponere ſtellas in numero deorum.

¶ *Adapto, reſtituo.* pro Seſt.16 b, Hunc Pompeius erexit atq; inſigne regium quod de ſuo capite abiecerat repoſuit.

¶ *Sufficio.* I V.119 a, At verò præclarum diem repoſuiſti, Verrea vt agerent.

¶ *Rependo.* Attic.207 b, Ergo hæc ad Varronem transferamus, Catulo & Lucullo alibi reponemus. Epiſto.14 b, Næ tibi ego idem reponam, cum veneris: tametſi poſſum vel abſenti.

REPONOR, ris. I. A.227 b, Nam ſi alij propterea laudantur, quòd pro libertate arma ceperunt: cur non M Brutus in eadem cauſa reponatur? in Ver.195 b, Reponi in numero proborum hominum. Brut. Attic.285 a, Reponi in locum alterius.

† Syntaxis. *Condere & reponere fructus. Reponere caput, ſpem, cauſam omnem in iudice. Reponere multa falſa in libro. Reponere in numerum deorum, in deos, in dijs, in ſuis, in digno loco, in cœtu ac numero ſenatorum. In numero non hunc repono. Reponere pileum. His deletis iſta reponas. Pro damno quid reponas? In eadem tam digna cauſa me reponas. In locum alterius reponi.*

REPORTANDVM. *acquirendum.* de Leg.187 b, Nihil præter laudem bonis atq; innocentibus, neq; ex hoſtibus, neq; à ſocijs eſt reportandum.

REPORTATVS, a, um *reuectus.* Poſtq.210 b, P.Lentuli beneficio non ſolùm reducti ſumus in patriam, ſed equis inſignibus & curru aurato reportati.

¶ *Reſtitutus* I.V.131 a, Quæ tabula à te reuulſa, nunc à me reportata eſt.

REPORTO, as. *refero, reduco, reueho.* I.V.214 b, Statuerunt id *candelabrum* ſecum in Syriam reportare. Poſtquam 212 a, Reſpub. ſimulatq; reuocata eſt, me ſecum pariter reportauit. Sal in Cic.271 b, Italia Ciceronem exulem humeris reportauit. Att.65 b, Ad vi. Cal. Octob. exercitum à Britannia reportabant.

¶ *Conſequor, obtineo.* pro Pomp.5 a, Ab aliquo victoriam reportare. Att.86 a, Reportare beneuolentiam omnium ex prouincia.

¶ *Affero.* I.V.262 a, Ex tua calamitate cineri atq; oſſibus filij ſui ſolatium vult reportare.

¶ *Defero, denuncio.* contra Rul.78 a, Si eſt æquum prædas ac manubias ſuas imperatores non in ornamenta vrbis conferre, ſed ad decemuiros, tanquam ad dominos reportare.

† Syntaxis. *Laudem à cunctis reportare, exercitum ab inſula. Reportare tabulam reuulſam. Reportare literas alicui, ſolatium, rem ad iudices.*

REPOSCENDVM. de Am.102 b, Propenſiores ad bene meren-

merendum,quàm ad repoſcendum eſſe debemus.

REPOSCO. *repeto.* Poſtq.26 a,Alter à me Catilinam amatorem ſuum repoſcebat. I.V.184 b,bona ſua repoſcere ac perſequi lite atq; iudicio. & 148 b,Repoſcere rationem vitæ ab altero.I.V.59 a.

REPOSITVS,a, um. *ſitus.* Qu.fr.303 b, Omnes in vita mea partem aliquam tuæ vitæ repoſitam eſſe dicebant. * 228 b, *Antonij.* Voles P.Clodium in ſpe optima puerum repoſitum exiſtimare.

¶ *Reſtitutus.* in Ver.105 b,Columnæ deiectæ eiſdem lapidibus repoſitæ ſunt.

¶ *Impoſitus.* I. V.201 a, Sacra in capitibus repoſita ſuſtinebant.

¶ *Nixus,* Epiſt 134 a,Reſpub. in te repoſita eſt.

REPRAESENTANDO. *ſoluendo pecunias.* Att.196 a,Si qua etiam iactura facienda ſit in repræſentando.

REPRAESENTANDVS.a,um.*exprimendus,* Attic.251 b,Mihi videntur iſtorum animi incendi etiam ad repræſentandam improbitatem ſuam.

REPRAESENTATIO,onis. *pecuniarum ſolutio.* Atti.106 b,Si Faberianum vēderem, explicare vel repræſentatione non dubitarem.Att.214 b,Dolabellæ nomen iam expeditum videtur,vt etiam repræſentatione concludam.

REPRAESENTO,tas. *præſentem pecuniam ſoluo, præſentem alicui gratiam refero gero, perſonam gero, aliquid re præſenti exhibeo, præſto.* Atticar.194 b,Reliquæ pecuniæ vſuram Sillio pendemus dum à Faberio repræſentabimus. Epiſt.262 b, Dies promiſſorum adeſt, quem etiam repræſentabo, ſi adueneris.

¶ *Antecapio,præuenio.* Epiſto.72 b,Neq; expectare temporis medicinam,quam repræſentare ratione poſſumus.

¶ *Exprimo,refero,in conſpectu pono.* pro Seſt 8 a,Erat eo tempore ſenatus in æde Concordiæ: quod ipſum templum repræſentabat memoriam conſulatus mei.

REPRAESENTOR, ris. *confirmor, reſtituor.* I.A.182 b, Ego corpus libenter obtulerim, ſi repræſentari morte mea libertas ciuitatis poſſet. *id eſt, reſtitui.recuperari.*

REPREHENDENDVS,a,um.Epiſt.13 a Et ſi accuſandi ſunt, qui,&c. magis etiam reprehendendi,qui,&c. de Naut.58 b, Arripere aliquid ad reprehendendum.

REPREHENDO,dis.*increpo,arguo,redarguo, accuſo,verbis caſtigo,exagito, inſector, aſperius appello, in crimen voco, damno, condemno,culpo.* pro Planc.267 a, Nunc diſceſſum meum quaſi reprehendere & ſubaccuſare voluiſti. pro Cluent.38 a, In eodem genere, in quo quis offenderit,alios reprehendere.pro Lig.140 b,Grauiſſimis verbis aliquem reprehendere.Attic.156 a, Viſum te aiunt in regia,nec reprehendo: quippe cum, &c.I.V.244 b, & 245 a,Nunc non modò te hoc crimine non arguo,ſed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. Ora.199 a.Reprehendere & exagitare aliquem.Epiſt.68 a, Cùm reprehendes ea quæ vituperanda duces. * Off.45 b,Theatra,porticus,noua templa verecundius reprehendo propter Pompeium: ſed doctiſſimi non probant.

¶ *Retraho,manu abduco.* Aca.35 a, Laboro, vt aſſentiar Epicuro: reuocat virtus,vel potius reprehendit manu.

REPREHENDOR,ris.de Natur.d.7 b, Xenophanes de ipſa mente ita reprehenditur vt cæteri,de infinitate autem vehementius.Part.241 b,Reprehendi in aliquo vitio. * Aca.16 b,17 a, Nam ſi minimis in rebus pertinacia reprehenditur.

† Syntaxis. *Arripere aliquid ad reprehendendum. Reprehendo & ſubaccuſo. In eodem genere, in quo tu offendis, alium reprehendes? Vituperatione magna reprehendo. Reprehendo & exagito.*

REPREHENSIO,onis. *vituperatio.* Att.156 a, Nec reprehendo,quippe cum ipſe iſtam reprehenſionem non fugerim. Off.29 a,At hoc idem Sophocles,ſi in athletarum approbatione dixiſſet,iuſta reprehenſione caruiſſet. Epiſto.156 a,Dum à reprehenſione temeritatis abſum. Or.197 a,Vereri reprehenſionem prudentum. de Orato.152 a,Oratio concinna,diſtincta,ornata,feſtiua,ſine intermiſſione, ſine reprehenſione, ſine varietate,&c. non poteſt in delectatione eſſe diuturna. * pro Mur.126 a, Intelligo, iudices, tres totius accuſationis partes fuiſſe, & earum vnam in reprehenſione vitæ,&c. eſſe verſatam.I.A.244 a, Gloriam in morte debent hi,qui in Repub.verſantur,non culpę reprehenſionem & ſtultitiæ vituperationem relinquere. de Fin.49 a, Vt hic noſter labor in varias reprehenſiones incurreret.Tuſc.218 b, Vt homines caſtigationibus, reprehenſionibus,ignominijs affici ſe in delicto dolerent.

¶ *Confutatio, refutatio oratoria.* de Inu.57 a, Reprehenſio eſt, per quam argumētando aduerſariorum confirmatio diluitur,aut infirmatur,aut eleuatur. *aliter.allenatur. aliter.alleuiatur.*

† Syntaxis. *Iuſtâ reprehenſione carere. Reprehenſionem fugere. In reprehenſionem incurrere.*



REPREHENSOR,oris *exagitator,excuſator.* pro Planc.270 a, Vt patres reprehenſores eſſent comitiorum. de Opt.244 b, Huic labori noſtro duo genera reprehenſorum opponuntur.Acad.2 b,Reſtat etiam vnum genus reprehenſorum,quibus Academiæ ratio non probatur.

REPREHENSVS,a,um. pro Corn.1, In quo cùm multa reprehenſa ſint,tum imprimis celeritas actionis.

REPRESSOR, oris. *vindex.* pro Seſt.28 a, Video Milonem repreſſorem cædis quotidianæ.

REPRESSVS,a,um.*cohibitus.* in Ver.208 a, Itaq; furor eius paululum repreſſus eſt. Att.117 a, Fuga,quæ parabatur, repreſſa eſt.

¶ *Suppreſſus.* pro Cæl.52 a,Memoria non extincta illa quidem,ſed repreſſa vetuſtate. pro Mur.131 b,Quem L. Muræna repreſſum magna ex parte,non oppreſſum reliquit.

REPRIMO,mis.*contineo,comprimo,coërceo.* Epiſt.38 b,Hos ego ſermones laceſſiui nunquam,ſed non valde repreſſi.Epiſt.154 b,Quæ ſi aduētus meus repreſſerit,agam gratias fortunæ,de Aruſp 243 b,Reprimere imprudentiā alicuius.de Somn.137 b, Reprimere fletum. pro Seſt.25 a,Vix homines odium ſuum à corpore eius impuro repreſſerunt. de Diuin.122 b,Reprimere fluuium redundantem.pro Pom.6 a, Impetus hoſtium reprimere ac retardare. Brut.91 a, Repreſſi impetum,ardoremq́; reſtinxi. pro Seſt.23 a, Qui furorem exultantem repreſſit.Attic.67 a, Nunc reprimam ſuſceptam obiurgationem. * Attic.162 b, Dubitauit noſtrûm nemo, quin Cæſar itinera repreſſiſſet: volare dicitur.

REPRIMOR,ris.I. C.103 b,Hæc reipub.peſtis paulìſper reprimi,non in perpetuum comprimi poteſt. de Finib.49 b, Quod ſemel admiſſum coërceri reprimiq; non poteſt.

† Syntaxis. *Reprimere paratam fugam. Repreſſa vetuſtate memoria. Reprimere furorem, fletum. Coërcere ac reprimere.*

REPROBO,as. *improbo,reijcio.* Acad.33 a,Qui cùm Zenonis fuiſſet auditor,reprobauit illa, quæ ille, &c. de Finib.53 a, Quod ipſa natura aſciſcit & reprobat. *id eſt, voluptatem & dolorem.* de Amic.100 b,Atq; hoc quidem omnes mortales & intelligunt, & reprobant. *aut, re probant, diſtinctè legendum eſt: aut,probant, ſimpliciter. nam reprobant,coniunctè, contra ſententiam eſt.*

REPROMISSIO,onis. *reſtipulatio.* * pro Q. Roſc.51 b,Tu non exitum exactionis, ſed initium repromiſſionis ſpectare debes.ibidem. Poſt repromiſſionem recentem hanc Fannij H CCCIↃↃↃ Fannium à Q.Flauio Panurgi nomine abſtuliſſe. & 54 b, Sine cautione & repromiſſione nihilo minus id Fānius ſocietati,hoc eſt, Roſcio, debebat.

REPROMITTO,tis.*reſtipulor ſtipulanti promitto, vel ſpondeo,* de Clar.166 a,Non mehercule tibi repromittere iſtuc quidem auſus ſim.pro Qu.R.51 a,Repromittis tu ab hinc triennium Roſcio,recita iſtam reſtipulationem clarius.Poſtquam.203 a, In referenda gratia hoc vobis repromitto, ſemperq́; præſtabo, me,&c.

* REPTITIVS,a,um.Saluſt in Cic.270 b, Reptitius, accitus,& paulò antè inſitus huic vrbi ciuis. *Alij legunt repertitius,alij repetitus.*

REPVDIANDVS. Offic.18 a, Iracundia omnibus in rebus repudianda eſt.

REPVDIATIO, onis. *reiectio.* pro Mur.126 a, Repudiatio ſupplicum ſuperbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit. Attic.lib.1.

REPVDIATVS,a,um Orat.198 a,Eloquentia forenſis ſpreta à philoſophia & repudiata.

REPVDIO,as. *recuſo,reſpuo,aſpernor* )( *amplector.* pro Cec.29 a,Cùm te obſtitiſſe & repudiaſſe dicis,certè hunc voluiſſe concedis.Atticar.34 b,Sed ego hoc non repudio.pro Qu.8 a, Conditionem æquiſſimam repudiare. Orator.199 a. Funditùs repudiare aliquid.de Orator.143 a, Conſilium ſenatus à repub repudiare. pro Cl 60 a, Cuius *matris* vota & preces à veſtris mentibus repudiare debetis. * I.A.188 b, Prouinciam magno animo & conſtanti C. Ceſtius repudiauit. pro C. Corn.1. Populus legem hanc flagitabat, illam repudiabat. cont. C.Anton.Hunc honeſtiſſimarum rerum defenſorē pop. Rom autore te repudiare poteſt? de Natu.27 a,Si res omnino repudiarent *fabulæ.*

* REPVDIOR, aris. pro Marc.133 a, Dolui non modò pacem, ſed orationem etiam ciuium pacem efflagitantium repudiari.

† Syntaxis. *Spernere & repudiare. Obſtare & repudiare. Funditùs repudiare. Repudiare à ſua mente alicuius vota, preceſq́ue.*

REPVERASCO, ſcis. *ad puerilem ætatem redeo, iterum puer fio.* Orat.110 b,Eoſq; incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos. de Senect.94 b,Si quis deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repueraſcam,& in cunis vagiam.*aliter repueriſcam.*

* REPVGNANDVS,a,um.Tuſc.195 b,His perturbationibus, &c.omnibus viribus atq; opibus repugnandum eſt.

REPVGNANS, tis. )( *conſentaneum, congruens, conſequens.* de

Orator. 155 b, Qui aliquid repugnante natura faciunt.de Ora.125 b,Aduerſantem & repugnantē capere. Offi.68 a, Aduerſante & repugnante natura. pro Cæl.39 b, Contrariæ diuerſæq; atq; inter ſe repugnantes naturæ. Top.122 a, & 225 a,Ex repugnantibus locus.de Orat.124 a.

Repugnanter. *inuitè.* de Am.113 a, Alterum patienter accipere,non repugnanter.

Repugnantia, tiæ. *pugna,contentio.* Offic.58 a, Panætius induxit eam,quæ videretur, non quæ eſſet, repugnātiam. I.A.164 a, Sed qui tantarum rerum repugnantiam non vides, nihil ſapis. Offic.55 a, Nec id quod verè honeſtum eſt,fas eſt cum vtilis repugnantia comparari.

Repugno,as. *aduerſor,obſiſto,reclamo* )( *pugno, conſequor.* Epiſt 61 a,Quare non ego oppugnaui fratrem tuū , ſed fratri tuo repugnaui. pro Rab 93 a, Repugnare & reſiſtere crudelitati. pro Qu.R.53 b, Reſiſtere & repugnare contra veritatem de Fin. 110 a Qua *magnitudine animi* facilè poſſet repugnari obſiſtiq; fortunæ. Att.131 a,Regiones eiuſmodi obtinere,è quibus repugnemus. de Fin.143 a, Illud vehementer regugnat,eſſe beatū,& multis oppreſſum dolorib. Top.222 a, Repugnat enim rectè accipere,& inuitū reddere.Ac.11 b,Nō enim quiſquis repugnat.At.130 b, Vt pars ad te accedat, vt non pugnet,ſed locis ſuis repugnet. * Acad.Quæ ſi tu alio nomine vis vocare,nihil repugno.

† Syntaxis. *Repugnans & aduerſans.Contrariæ,diuerſæ,ac inter ſe repugnantes naturæ. Patienter,non repugnanter accipere. Repugnare,& reſiſtere.Hoc repugnat eſſe,&c.*

Repulsa,læ. *offenſio,repudiatio à magiſtratu.* de Orat. 134 b, P.Rutilius repulſam tulit.Tuſcu.238 b,Cùm bonus vir ſuffragijs prçteritur, nō ille à vano populo repulſam fert potius,quàm,&c.cont.Rul.66 b,Qui ſine repulſa cōſules facti ſunt I. P.79 b, Qui omnes honores ſine repulſa obtinuit.Offic.15 a, Qui cùm offenſiones,tum repulſas quaſi quandam ignominiam timent & infamiam. pro Pl.268 b, C.Marius duas ædilitias accepit repulſas.& ibid. Aedilitia repulſa.ibid. Repulſam ferre & præteriri. *I.P.79 b,Se omnes magiſtratus ſine repulſa aſſecutum.Epiſt.123 a, *Cælij.* Si in repulſa Domitij vultum vidiſſes.

Repulsus,a,um. *reiectus.* de Ar.256 b, & 257 a.pro Dom. 224 a,Hac ego religione non ſum ab hoc conatu repulſus. de Pro.70 b,Byzantij Mithridatis impetū ægrè repulſum, & ceruicibus interclusum ſuis ſuſtinuerūt. * de Aruſp.256 a. Deteriores , repulſos, hos appellant *Hetruſci libri*, quorum & mentes & res ſunt perditæ , longeq; à cōmuni ſalute diſiunctæ. & 257 a. Repulſos videamus. ibid. Quid ſunt igitur repulſi ? Non,vt opinor, ij, qui aliquando honorem vitio ciuitatis , non ſuo, non ſunt aſſecuti,&c. Repulſi ſunt ij,quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parātes,quos apertiſſimè largiētes,non ſolùm alieni,ſed etiam ſui vicini,tribules, vrbani, ruſtici,repulerunt. Hi ne honore augeantur monemur.

Repulsus,ſus. de Diuin.82 b, 83 a,

*Aut denſus ſtridor cum celſo è vertice montis*
*Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſu.*

† Syntaxis. *Repulſam ferre,accipere. Repulſam ferre & præteriri.*

Repungo,gis *viciſſim pungo.* Epiſt.15 a, In quo poſſem illorum animos mediocriter laceſſitus repungere.

Reputans,tis. Epiſtol.11 a,Tamen non reputans quid ille vellet, permanebam, &c. Tuſc.173 b, Humanæ vitæ varia reputantes mala.

Reputo,as. *animo agito,cogito.* pro Deio.151 a,Hæc ego reputo, & dies & noctes cogito. Poſtq.211 a, Quibus ego rebus obiectis multa mecum ipſe reputaui de Natur.49 a, Hunc horum nihil vnquam reputauiſſe , certò ſcio. pro Pomp.8 a,Satis opinor hoc eſſe laudis , atq; ita reputo, vt vos hoc intelligatis,Lucullum à nullo,&c.

¶ *Sentio,animaduerto.* Ep.73 b,Cum tibi nil merito accidiſſe reputabis.

¶ *Decerno, ſtatuo, conſtituo, perſpicio, intelligo.* in Sal.274 a, Ita non eſt facile reputare,vtrùm,&c.de Sen.82 a,Tum etiam in ſenecta hoc reputo miſerrimum,ſentire,&c.

Requies,etis,requiem & requietem. *quies.* Att.16 a,Tantum requietis habeo , quantū cum vxore & filiola conſumitur.de Or.104 a,Philoſophorum autem libros reſeruet ſibi ad huiuſcemodi Tuſculani requiem atq; ocium. pro Arch.188, Quantū temporis alijs conceditur ad requiem animi & corporis.Ep.70 b,Vel animo defatigato tuo,qui nunc requiem quærit ex magnis occupationibus. de Fini. 137,Si requietem natura non quæreret. de Diu.85 a,

*Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.*

Off.33 b Oblectatio animi requieſq; curarū.de Am.115 b, In amicitia Scipionis requies mihi plena oblectationis fuit

† Syntaxis. *Multum habeo requietis. Ad requiem & ocium in patria reſeruare. Requies animi & corporis. Ex occupationibus requiem quærere. Curas relaxare requiete. Animi oblectatio, requieſq; curarum. In amicitia requies oblectationis plena.*

Requiescendum. I.A.22 a,Hortari aliquem ad requieſcendum. de Orat.85 a,Initium requieſcendi fore.

Requiesco,ſcis. *conquieſco,acquieſco.* I.V.231 b, Cum diutius in eo negotio curaque fueram,vt requieſcerem,curamq; animi remitterem,ad Carpinatium reuertebar. Att. 137 b, Ego tamdiu requieſco,quamdiu ad te ſcribo.pro Cæl.54 a,Qui hoc vnico filio nititur,in huius ſpe requieſcit de Orato.130 b,Requieſcam in Cæſaris ſermone,tanquam in aliquo peropportuno diuerſorio. pro S.R.35 a, Nullam partem noctis requieſcere in ſepulchro. & ibid. Vbi corpus requieſcat à malis. Offic.52 b, Requieſcere à reipublicæ muneribus.de Diu.101 b,Puella defatigata petijt à matertera,vt ſibi concederet pauliſper, vt in eius ſella requeſceret. Attic.132 a, Crede mihi,requieſco paululùm in his miſerijs,cùm quaſi tecum loquor. * Attic.16 b,Domeſticarum ſolicitudinum aculei & ſcrupuli,&c.nullius amantis conſilio aut ſermone requieſcunt.

Requieturus. * contran conc.Q.Met.Niſi eorum exitio non requieturam.

Requirens,tis. Orato.199 b,Deſiderium,quo conficior, congreſſus veſtros , conſuetudinem victus, doctiſſimos ſermones requirens tuos.* de Fin.138 b, Voluptatem requirentes.

Requiro,ris. *quæro, poſtulo, flagito, depoſco.* Topic.221 a,À me eorum librorū ſententiam requiſiuiſti. Epi.70 b,Te requiſiui ſæpius,vt viderem.pro Cçl.52 a,Ex quibus requiram quónam modo latuerint. pro Dom.213 b, Primum illud à te requiro,quæ tanta,&c.Att.171 b,Signum requirent aut manum,dices ijs,&c.Tuſcu.232 b,Qui beatus eſt, non intelligo quid requirat vt ſit beatior. I.V.201 b, Non requirebat ille Cupido lenonis domum ad meretriciam diſciplinam. I.P.85 a, Cùm experrecta tandem virtus clariſſimi viri,& verum amicum , & optimè meritum ciuem, & ſuum priſtinum morem requiſiuit. Brut.281 b Breues literæ tuæ,breues dico ? immò nullæ,&c.& requiris meas. Offi.117 a, In quo equidem maiorum noſtrorum ſæpe requiro prudentiam.Att.86 a,È quibus libris vnum ἱστορικὸν requris de Cn.Flauuio.de Orat. 132 a,Cùm gregales eum in campum non veniſſe requirerent.* Acad. Tu fortaſſe verum dicis,ſed requiram diligentius. pro Pomp.5 a,Quibus *vectigalibus* amiſſis,& pacis ornamēta,& ſubſidia belli requiretis. Acad,6 b,Vt ſi optio naturæ noſtræ detur,& ab ea Deus aliquis requirat.de Fin.61 b,Virtutem nixam hoc honeſto nullam requirere voluptatem.

Requiror,ris. Qu.fra.301 a,Succeſſorem habes perblandum,cætera valde illius aduentu tua requirentur.pro Qu. 10 a,Conſtantia animi non requiritur. Epiſt.8 a, Non tam mihi moleſtum fuit accuſari abs te officium meum,quàm iucundum requiri.

Res,rei. *id quod eſt ens dicunt nonnulli.* 2 ad Her. Res omnes obnoxiæ ſuperſtitionibus. 1 ad Her. Res quæ moueant riſum. 6.Fami Res quæ non prodeunt in aciem.ad Octau. Res memoria propagatæ.Acad.q.ed.1.li.2, Si enim res ita ſe habeant.ibid.Res abditæ & obſcuræ. de Fin.li 5, Res aſperæ reijciendęq;. Aca.q.ed.1.li.2, Res commentitiæ. ibi. Res euidentes.Aca q.ed.2.li.1,Res expetēdæ fugiendęq;. de Fin.lib.2, Res exquiſitiſſimæ ad epulandum.Tuſc.q.li. 4,Res formidoloſæ.Aca q.ed.2.li.1,Res quæ gignuntur è terra.Aca.q.ed.1.lib.2, Res illuſtres : quibus opponuntur obſcuræ.Aca.q.ed.2.lib.1, Res inuſitatæ. Cat.16,Res magnæ non viribus,aut velocitatibus,aut celeritate corporū geruntur,ſed conſilio,autoritate, ſententia. Aca.q.ed.2.li. 1,Res mobiles & concitæ.Aca.q.ed.1.li.2, Res multæ atq; magnæ.Off.3,Res ad viuendum neceſſarię.Diu.lib.1,Res obſcuræ & incertæ.Aca.q.ed.2.li.1,Res occultæ,& ab ipſa natura inuolutæ.de Fin.Res à natura occultæ & latentes. Aca.q.ed.2.li.1,Res ante oculos poſitę.Off.1 & 9. ad Att. Res priuatæ,publicæ,forenſes,domeſticæ.Off.1,Res proſperæ,& ad voluntatem noſtram fluentes.Aca.q.ed.1.li.2, Res in negocijs gerēdis,plus,quàm verba proſunt.de Fin. 1,Res rectæ atq; laudabiles eò referuntur omnes , vt cum voluptate viuatur. Diui. lib.1, Res vetuſtate robuſtæ. de Nat.lib.2,Res ſalutares : cui opponuntur peſtiferæ. Tuſ.q. lib.1,Res ſignatæ in mente. Diu.li.1,Res turbidæ.de Nat. 2,Rerum appetitus oriuntur à mente in homine : in belua quiddam ſimile mentis.de Na.3,Rerum auctores,non fabularum.3.de Or.68 Rerum copia verborum copiam gignit.2.Fam Rerum diſcrimen.de Nat.2, Rerum formæ & figurę efficiuntur ex atomis.2,de Inu. Rerum expetendarum & vitandarum genera tria. Part. Rerum bonarum & malarum genera tria.pro Quint.2, Rerum cæterarum paterfamiliâs prudens & attentus.*pro,in rebus cæteris.*pro Deiotar.Rerum exercitatio. de Finib.lib.1, Rerum gerendarum initia omnino aut à voluptate,aut à dolore proficiſcuntur.2.de Orator.Rerum memoria oratoris propria.de Natur.1,Rerum molitio. Acade.quæſt.ed.1.lib.2,Rerum innume-

innumerabilium multitudo. de Nat.1, Rerum communis
natura, vniuerſa atq; omnia continens. Acad.q.ed.1.lib.2,
Rerum natura nullā nobis cognitionē dedit finiū, vt vlla
in re ſtatuere poſſimus, quatenus 4.Ac. Negat tantā ſimi-
litudinē in rerum natura eſſe.3.de Nat. Eſſet aliquid in re-
rū natura, quod ab homine effici non poſſet. Acad.q.ed.2,
lib.1, Rerū notiones.6. Fam. Rerū & publicarū & ſuarum
acerbitas.7.ad At. Rerū prolatio.2.de Or. Rerū ratio in hi-
ſtoria quem ordinē deſideret.3.ad Her. Rerum ſimilitudi-
nes quomodo ad memoriā imaginibus exprimendæ. Or.
Rerū tractatio admirabiliorē orationem efficit. Aca.q.ed.
1.li.2, Rebus perſpicuis & euidentibus duas cauſas aduer-
ſari. Offic.1, Rebus præſentibus adiungere atq; annectere
futuras. de Nat.1. Rebus nouis noua ſunt ponenda nomi-
na.1.ad Heren. Res quas orator habere debeat. 2 Phil. Res
ſuas ſibi habere: *libelli remittendi formula.* 5. Phil. Res iudi-
care. pro Deio. Res cum aliquo iungere. lib.1. de Fini. Res
bonas verbis electis grauiter ornateq; dictas quis non le-
gat? Aca.q.ed.2.lib.1, Res laude dignas gerere. Aca.q.ed.
1.li.2, Quū res non bonas tractent, ſimiles bonorū videri
volunt. Tuſ.q.l.3, Res humanas perceptas penitùs & per-
tractatas habere.2.ad Attic. In res meas eum incitarent.11
Fam. Res nouas quærere, & rem veterē deuorare. Diu.li.1,
Res nouas coniectura perſequi. Aca.q.ed.1.lib.2, Res oc-
cultiſſimas aperire.1.de Or. Inuiſere res ruſticas vel fructus
cauſa, vel delectationis. de N.1, Res vtiles & ſalutares deo-
rum eſſe vocabulis nuncupatas dicit Perſeus. Aca.q.ed.1.
lib.2, Res iam vniuerſas profundam. Offic.1, Res vrbanas
maiores eſſe bellicis.12 Fam. Rebus bonis aut perditis. A-
cad.q.ed.1.li.2, Rebus vrbanis carere. Aca.q ed.2.li.1, Re-
bus congruere. Aca.q.ed.1.lib.2, Rebus congruere, nomi-
nibus differre. de Na.1, Rebus omnibus excellit natura di
uina.1 ad Her. A' rebus ipſis beneuolentia quomodo ca-
ptanda. Ac q.ed.2 li.1, De rebus ante oculos poſitis nullâ
arte adhibita, vulgari ſermone diſputare. *hoc eſt, ſine omni
orationis elegantia, nulla vel dicendi vel diſſerendi arte adhibita:
quod faciebant Epicurei.* Offic 1, Sunt, qui in rebus contrarijs
parum ſibi conſtent, voluptatem ſeueriſſimè contemnāt,
in dolore ſint molliores: gloriam negligant, frangātur in-
famia. Aca.q.ed.1.li.2, Ea eſt in ipſis rebus obſcuritas, & in
iudicijs noſtris infirmitas, vt non ſine cauſa & doctiſſimi
& antiquiſſimi inuenire ſe poſſe quod cuperēt, diffiſi ſint.
de Orato.91 a, Vide ne plus ei tribuas, quàm res & veritas
ipſa concedat. & 29 b, Id ſi difficile nobis eſt, ſit tamen in
re poſitum atq; natura. de Or.86 b, Etenim ex rerū cogni-
tione efflorеſcat & redundet oportet oratio. ad Att lib.8,
Frumentaria res. Aca q.ed.1 li.2, Res idonea, de qua quæ-
ratur. de Fin.li.2, Res illuſtris & facilis. de Fin.li.3, Res inu-
ſitata.4.in Ver Res iudiciaria. Diu.li.2. Res luctuoſa. Diu.
li.1, Res magnifica & ſalutaris li.1. de Fin Res eo melior,
quo maior ſit. Ac.q.ed.1.li.2, Res militaris. de Nat.1, Res
alia ex alia nexa. Tuſc.q.li.1, Res notiſſima. Diu.lib.2, Res
noua atq; admirabilis. de Fini.lib.2, Res in vulgus peruul-
gata. Læl. Res vilis atq; cōtemta.2.de Or. Res omnis quæ
ornatè & grauiter dici debeat, oratoris propria.1.ad Her.
Res quibus contemtus ſine inuidia excitetur. Tuſc.q.li.1,
Si ita res feret.2.ad Att.54, Vt nunc res ſe habet, admirabi-
li illi gloria eſt.15 Fam. Res ipſa loquebatur.9 ad Atti. Res
ipſa apud te pro me loqueretur. Tuſc, q lib.1, & Læl Si res
poſtularet. de Ar. reſponſ. Res récidat in vnius imperium.
13 Fam. Res autem hæc eſt.1 ad Attic. Res eodem eſt loci,
quo reliquiſti. pro Cæl. Tanti ſceleris res nemini fuit cre-
denda.3 de Leg. Rem populum docendo.11 Fam. Matij,
Rem potiorē oratione ducas. Aca.q ed.2.lib.1, Rem à me
ſæpe deliberatam, & multū agitatam requiris. Aca.q.ed.1.
li.2, Rem obiectam, perſpicuam approbare.8 Fam. Cælij,
Rei totius ſcena hæc. pro Leg. Manil. Rei militaris ſciētia.
2 ad Her. Rei turpitudo.2 ad Att. Rei magnitudo longam
orationem deſiderat. Diu.lib.1,62, Res commentitia. *con-
traria eſt, Res facta.* de Finib.lib.2, Res difficilis & obſcura.
Or.203 b, Sine re nulla vis verbi eſt. Tuſc.234 b, Rem opi-
nor ſpectari oportere, non verba. Epiſto.146 b, Tum enim
cùm rem habebas.* de Sen.93 b, Natura res eas continet.
ibid. Pueri ita celeriter res innumerabiles arripiunt, vt eas
non tum primum accipere videantur, ſed reminiſci & re-
cordari. Att.264 b, Id mihi ſic erit gratū, vt nulla res gratior
eſſe poſſit. ibi. Cuius permagna res agitur ibid. Res iſta eſt
firma, quam Coſſ. de conſilij ſententia decreuerunt. cum
& lege, & S.C. cognoſcerent Cat. Vt maiora omnia re quā
fama viderentur. pro C.Corn.1, Quę leges rem militarem
impedirent. Aca. Quibus rebus hęc nomina imponā. Non
enim vocabulorum opificem, ſed rerum inquiſitorem de-
cet eſſe ſapientem ibi. Non enim res laudanda, ſed ſpes eſt.
Her.4 b, Cùm res ſine propria lege venit in iudicium, quæ
tamen ab alijs legibus ſimilitudinem quandam aucupa-
tur. de Orat 134 a, Cùm honeſto verbo vitioſa res appel-



latur. de Prou.76 a, Impolitæ res & acerbæ ſi erunt relictę,
quanquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquando, &
ad renouandum bellum reuireſcent. de Fat.146 a, Quæ-
dam ſunt in rebus ſimplicia, quædam copulata. ibid. Co-
pulata res eſt & confatalis: ſic enim appellat. de Vniu.199
b, Eſt autem vnus animus ex omnibus rationis concen-
tionisq; (quæ ἁρμονία Græcè) ſempiternarum rerum &
ſub intelligentiam cadentium compos & particeps. Epi-
ſtol.136 b, Nunc mutata res eſt. & 146 a, Commemoratio
tua, &c. cæterarumq; rerum, quæ ad eam ſententiam per-
tinebant, incredibilem mihi lætitiam attulerat. ibid. Nec
quicquam ex omnibus rebus humanis eſt præclarius aut
præſtantius, quàm de Repub. bene mereri. ibid. Fortuna
ſuffragante videris res maximas conſecutus. Epiſt.204 a,
Si Volaterranos omnibus rebus integros incolumesque
eſſe volueris. ibid. Si pro meis priſtinis opibus facultatem
mihi res hoc tempore daret. & b, Qui tibi rem magnam
difficilemq; commiſit. ibi. De æquitate rei ſcribere. ibi. Vt
C.Curtij rem meam putes eſſe. Ep 205 a, Tu re velim effi-
cias. & b, Si omne genus liberalitatis non modò re, ſed et-
iam verbis, vultu deniq;, expreſſeris. de Fin.109 b, Viuere
adhibentem ſcientiam earū rerum, quæ natura euenirent.
& 111 b, De ipſis rebus nihil mutetur, eædē res maneant.
¶ *Negocium.* de Amic.98 b, Quo cum mihi coniuncta cura
de re publica & de priuata fuit. pro Qu.3 b, Erat ei pecua-
ria res ampla & ruſtica, ſanè bene culta & fructuoſa. & 5 b,
Iudicium de re pecuniaria eſt. pro Pom.14 a, Cùm neque
priuatam rem maritimam, neq; publicam iam obire poſ-
ſemus pro Qu 4 a, Hic cùm rem Gallicanam cuperet reui-
ſere, &c. ibi.5 a, De tota illa re atq; ratione Gallicana inter
ſe communicant. & ibi.b, Decidere de omnibus rebus ra-
tionibusq; ſocietatis.9 ad Attic. Ex re & ex tempore con-
ſilium capere.2 ad Attic. Neq; tantum eſt in re, quantus eſt
ſermo. Ora In re optimum quæritur, in homine quod eſt,
dicitur. Offi.1, Turpe valdeq; vitioſum eſt, in re ſeuera cō-
uiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre ſermonem.
Epiſt.9 b, Rem te valde bene geſſiſſe rumor erat. & 7 a, Si
rem iſtam ex ſententia geſſeris. & 31 a, Omnibus ei de
rebus, quas curari à me voles, mandata des velim. & 22 b,
Non ædepol quantam egeris rem, &c.4 Academ. Si enim
mihi cum Peripatetico res eſſet, qui, &c.6 Famil. Rei fru-
mentariæ cauſa. pro Dom. Rei frumentariæ inopia. pro
Cluent.59 a, Qui res pecuniarias in agro Larinati habent.
pro Cæl.46 b, Reuocet ſe aliquando ad curam rei dome-
ſticæ, rei forenſis, reipublicæ.13 ad Atticū. Quamdiu de
nugis: de re enim nihil habeo quod loquar.6 ad Atticum
Res geſtæ dignæ triumpho.2 ad Qu. frat. Res geſtæ ho-
dierni diei.2 ad Her. Res iudicatæ. ad Attic.lib.7. Rem mi-
ſeram: malas cauſas ſemper obtinuit. in optima cóncidit.
Poſt red. Conficere rem ſuam non minus ſtrenuè, quàm
publicam.3.de Orator. A' re ciuili abhorrere. Acad q.ed.
1.lib.2, Rei militaris occupatio. I.V.244 a, Rem naualem
adminiſtrare. Attic.64 a, Res diuina. item: Senex ad rem
diuinam dicit ſe velle diſcedere. de Natur.69 a, Facere rem
diuinam alicui deo. Attic.118 a, Si rem frumentariam tibi
ex prouincijs ſuppeditari vis. ad Bru.289 a, Inopia rei fru-
mentariæ. Offic.67 b, Vt res nummaria de communi ſen-
tentia conſtitueretur. pro Sext.Roſc.32 b, Tecum mihi res
eſt. T.Roſci. de Cl.194 b, Cum Hortenſio mihi magis arbi-
trabar rem eſſe. Epiſt.138 b, Cum homine edaci tibi res eſt.
pro Flacc.155 a, Cum ciuitate mihi res eſt acerrima. pro
Seſt.11 a, Erat huic res cum exercitu C Marij. Læl. Vt res
cœpit ire.* Hortenſ. Quæro non quibus intendam ani-
mum rebus, ſed quibus relaxem ac remittam. ad Her.2 a,
Si pollicebimur, nos de reb. magnis, nouis, inuſitatis ver-
ba facturos, aut de ijs rebus, quæ ad Rempub. pertineant,
&c. eſſe dicturos. ibid. Si numero exponemus res, de qui-
bus dicturi ſumus. ibid. Beneuolos auditores facere qua-
tuor modis poſſumus, &c. & à rebus ipſis ibid. Dummo-
dò hæc omnia ad eam ipſam rem, de qua agitur, ſint ac-
commodata. ibid. Si res eorum fortiter, ſapienter, man-
ſuetè, magnificè iudicatas proferemus. ibid. A' rebus ipſis
beneuolum efficiemus auditorem. ad Her.2 b, Cùm ipſa
res animum auditoris à nobis alienat. ibid. Rem, non ho-
minem: aut hominē, non rem ſpectari oportere. ibi. Cùm
diu rem auxerimus, ibidem. De aliqua re eorum dicturos.
Quibus rebus fides fieri ſoleat. ibid. His rebus nos inſinua-
bimus ad cauſam. ibid. Ab reliqua re, quæ riſum mouere
poſſit, exordiemur I.V.134 b, Res ad iſtum defertur, & i-
ſtius more deciditur. pro Marc.135 a, Cùm omnium ſalu-
tem ciuium cunctamq; Rempub. res tuæ geſtæ complexę
ſint. ibid. Quod ſi rerum tuarum immortalium hic exi-
tus futurus ſit. & b, Alij laudibus ad cœlum res tuas geſtas
efferent: alij fortaſſe aliquid requirent. Epiſt.2 a, Quo-
niam tu, niſi perfecta re, de me non conquieſti. ibid. Res
agitur per eoſdem creditores, ibid. Omnes rem ad Pom-
peium

peium deferri volunt, & b, Is hac regia cauſa excepta cæteris in rebus ſe acerrimum tui defenſorem fore oſtendit. ibid. Res ante idus acta ſic eſt. ibid. Teneri res aliter non poteſt. ibid. Quæ res auget ſuſpicionem Pompeij voluntatis. ibid. Inclinata res eſt Libonis & Hipſæi, non obſcura concurſatio & contentio, omniumq́; Pompeij familiarium ſtudium in eam opinionem rem adduxerunt. ibid. Vt in rebus multò antè quàm profectus es, ab ipſo rege & ab intimis ac domeſticis Pompeij clam exulceratis, deinde palàm à conſularibus exagitatis, & in ſummam inuidiam adductis, ita verſamur. Epiſt. 5 a, Ei rei quia iam obſiſti non poterat. & b, De his rebus pridie quàm hæc ſcripſi, Senatus authoritas grauiſſima interceſſerat. ibid. De cæteris rebus quicquid erit actum, ſcribam ad te, & vt quam rectiſſimè agantur, &c. Epiſt. 4 a, Vt quæ T. Ampius de eius re decreuerit, ea cõprobes, omnibusq́; rebus eum ita tractes. Attic. 111 b, Reſponſum eſt, ad vrbem nos redituros eſſe, & rem per Senatum confecturos. ibid. De tota re quid exiſtimes.

¶ *Facultas, ars, negocium, ſcientia.* de Diu. 124 a, b, Rem bellicam adminiſtrare. de Orato. 95 b, Rem militarem diſcere. de Senect. 88 b, Liber, quem de rebus ruſticis ſcripſi. I.P. 91 a, Vir fortis, in primis belli ac rei militaris peritus Q. Martius. * de Orat. 102 b, Tum adiungeremus de exercitu, &c. de reliquis rebus, quæ eſſent propriæ belli adminiſtrandi. I.V. 244 a, Rem naualem primùm ita dico eſſe adminiſtratã pro Pomp. 9 a, Ego ſic exiſtimo, in ſummo imperatore quatuor has res ineſſe oportere, ſcientiam rei militaris, virtutem, autoritatem, felicitatem.

¶ *Cauſa.* de Nat. 2, vtrâq; re valuiſti. Tuſ. q. li. 4, Qua oratione minimè neceſſaria ꝑtermiſſa, ea quæ rem cotinẽt pertractemus. Ac. q. ed. l. 2, Superius illud ea re eſſe cõceſſum.

¶ *Bona, opus, patrimonium.* 9 Fam. Res familiaris vix equeſtris. 2 de Or. & 11 Fam. D. Bruti, Familiaris res mea. Of. 2, Res familiaris augeatur ratione, diligentia, parſimonia. ibid. Quamobrem nec ita claudenda eſt res familiaris, vt eã benignitas aperire non poſſit: nec ita reſeranda, vt pateat omnibus. Tuſc. q. li. 1, Res familiaris miniſtra eſt & famula corporis. Offic. 1, Res familiaris non libidini potius luxuriæq́;, quàm liberalitati beneficentiæq́; pareat. ibid. Res familiaris primùm bene parta ſit, nullo neque turpi quæſtu, neq; odioſo. ibid. Res familiaris quàm plurimis, modò dignis, ſe vtilem præbeat. Offi. 51 b, Res familiaris quæri debet ijs rebus, à quibus abeſt turpitudo: conſeruari autem diligentia & parſimonia: eiſdem etiam rebus augeri. Tuſc. 164 a, Res familiaris miniſtra & famula corporis. de Orat. 117 b, Res familiaris mea. I.A. 231 a, Conſtituere rem familiarem ſuam. Tuſ. 128 a, Res domeſtica, & familiaris. Attic. 57 a, Re familiari comminuti ſumus. de Nat. 77 b, Honoribus aucti, aut re familiari. ad Brut. 289 a, Rei familiaris iactura tolerabilis eſt. Epiſt. 132 b, Res familiaris valde exigua. Att. 140 a, Res priuatæ. *id eſt, bona priuatorum.* de Senect. 87 b, Verſus, quibus affatur Flaminium ille vir, haud magna cum re. (*al. in re.*) ſed fide plenus. pro R.P. 128 b, Augere rem bonis & honeſtis rationibus. Parad. 124 b, Qui honeſtè rem quærunt mercaturis faciẽdis. de Orat. 134 a, Homo fatuus, poſtquam rem habere cœpit, eſt mortuus. de Sen. 89 b, Xenophontis liber de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inſcribitur. Ep. 100 b, & pro Mur. 131 a, *Rem repetunt armis.* ----.
2, in Catil. 106 a, b, Res eos iam pridem, fides deficere nuper cœpit. Offi. 2, Rem familiarem dilabi ſinere, flagitioſum eſt. pro Qu. Res aut honos agatur. 11. Famil. Rem veterem comederit. Offi. 48 b, Non eſſe in ciuitate duo milia hominum, qui rem habeant. * Oecon, 1, Cùm verò paratæ res ſub tectum eſſent congeſtæ, alium eſſe oportuit, qui & illatas cuſtodiret. * de Orat. 135 a, Quid huic abeſt, niſi res & virtus? Ep 136 b, Tum cùm rem augebas, quæſtiunculis te faciebam attentiorem: nunc cùm tam æquo animo bona perdas. Epi. 204 a, Eorum ego domicilia, ſedes, rem, fortunas, quæ à dijs immortalibus & à præſtantiſſimis in noſtra Repub. ciuibus ſummo S.P.Q.R. ſtudio cõſeruatæ ſunt, tuæ fidei, iuſtitiæ, bonitatiq́; cõmendo. Offi. 19 a, Delectarentur re ſua familiari non eam quidẽ omni ratione exaggerantes, neq; excludentes ab eius vſu ſuos, potiusq́; & amicis impartiẽtes, & Reip. ſi quãdo vſus eſſet.

¶ *Commodum, vtilitas, vſus, beneficium.* pro Clu. 59 a, Summa eſt enim hominis in communem municipij rem diligẽtia, in ſingulos municipes benignitas. 13. Fam. Rei alteri⁹ deeſſe. 2. Phil. Contra rem alicuius venire. pro S. R. 37 b, Si ex eo non paulum neſcio quid in rem ſuam conuertit. 5. Ver. Quòd ſi tua res non ageretur, à te potius poſtularent, ne amplius quam ſingulas, quã ab Apronio, vt ne plus quam ternas decumas darent. Poſtquam 206 a, Qui ſuam rem non minus ſtrenuè, quàm publicam confecit.

¶ *Factum.* ad Her. 23 b, Nihil neq; ante rem, neq; pręter rem locuti ſumus. de Fin. lib. 1, Req́; ex vtraq; parte audita. pro Cæl. 48 b, Rem tanti ſceleris nemini fuiſſe credendam. de Orator. 118 b, Cùm rem penitùs cauſamq́; cognoui, &c.

¶ *Euentus, exitus, effectus.* Epiſtol. 55 b, Re præſtare aliquid. Or. 206 b, Adoleſcens non tam re & maturitate quàm ſpe & expectatione laudatus. pro Do. 242 a, Omnes qui aut re aut ſpe ſunt boni. pro Clu. 27 a, Seruus, vt ipſa res demonſtrauit, frugi. de Diuin. 91 a, Ita res ſomnium comprobauit. * de Diu. 129 a, Chaldęorum prædicta quotidie re & euentis refelluntur.

¶ *Occaſio, opportunitas.* ad Attic. lib. 14. Antonij colloquium cum heroibus noſtris pro re nata non incommodum. ibi. lib. 7, Animaduerteram poſſe re nata, te non incommodè ad me in Albanum venire.

¶ *Promiſcua.* pro Clu. 28 b, Verbo ille reus erat: re quidem vera & periculo, & tota accuſatione Oppianicus. 3. Offic. At dares hanc vim M. Craſſo, &c. eſſe, qui re vera non eſſet hæres, in foro (mihi crede) ſaltaret. 9. Fam. Re ipſa eſt. pro R. Am. Qui recuſet, eum profectò, tametſi verbo non audeat, tamen reipſa de maleficio ſuo confiteri. 4. I.V. 124, Re ac ratione cum aliquo eſſe coniunctum. 10 ad At. Tam re eſſe triſte quàm verbo. 3. de Natur. In cœlum translatos non re, ſed opinione eſſe dicunt. 1. de Nat. Re conſentire, verbis diſcrepare. de Fin lib. 2, Vt in omnibus factis re, non teſte moueamur. de Fin. lib. 1. Oratio me iſtius philoſophi non offendit, re mihi non ſatis facit. Diu. li. 1, Qui re omiſſa nomen tantùm tenent. Tuſc. q. lib. 2, Sed re ſuccumbere non oportebat verbis gloriantem, 11. ad At. Rem ad ſummam negocij vides. Offi. 1, de Orat. In rem præſentem venire. 13. Fam. Rem cum eo conficiatis, vt quam poſſeſſionem habet in agro Fregellano à vobis emtam, eam liberam & immunem habere poſſit, &c. 1, Off. Ad rem gerendam qui accedit, caueat ne id modò conſideret, quàm illa res honeſta ſit, ſed etiam vt habeat efficiẽdi facultatem. 2. ad Her. Rem tranſigere. pro R. Am. Vides Eruci, quantum diſtet argumentatio tua à re ipſa atq; à veritate. Or, 218 a, Nihil ad rem, extrema illa longa ſit, an breuis. Tuſc. 240 b, Quàm bonum, nihil ad rem. Parad. Quũ re ac factis longè aliter iudicauiſſent. pro Do. ſua, Re bonus. 13. Fam. Re doctus. * Incert. Cùm ex aduerſis & perditis rebus ad meliorem ſtatum fortuna reuocatur. * pro Dom. 216 b, Rem maximam eripui à peſte ſummi periculi, non ſolùm eam, ſed etiam vos à cæde, incendijs, vaſtitate. Tuſc. 221 a, Cùm iam rebus tranſactis & præteritis orationes ſcribimus. ibi. Aegritudinem laudare, vnam rem maximè deteſtabilem.

RRVERA. *vide ſuo loco.*

RESALVTO, as. I. A. 180 b, Cùm omnes eum ſalutâſſent, conſtabat neminem eſſe reſalutatum.

RESARCIO, cis. *reſtituo, reficio.* pro Cæl. 45 b, Diſcidit veſtem, reſarcietur. Epiſt. 10 b, In meis damnis ex autoritate ſenatus reſarciendis.

RESCINDO, dis. *infirmo, refero, diſſoluo, labefacto.* I.A. 246 b, Acta Antonij reſcidiſtis, leges refixiſtis. Att. 84 a, & I.V. 137 a, Reſcindere conſtituta ab alio. de Pro. 71 a, Is pactiones ſine vlla iniuria factas reſcidit. I.V. 99 a, & 238 a, Reſcindere voluntates mortuorum. pro Syl. 179 a, Reſcindere res iudicatas. Par. 241 a, Reſcindere iudiciũ nititur æquitate. pro Pl. 261 a, Reſcindere iudicium. contra Rull. 66 a, Eum locum me duce reſcidiſtis. Q. fra. 318 b, Fundum audio te hunc Bombilianum velle reſcindere. *aliter. reſinere.* item: Augures poſſunt concilia vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere. pro Dom. 213 a, Quæ furore improborum in republica geſta ſunt, reſcindere. I.V. b, Metellus vtrunq; reſcindit & de Epicrate, & Heraclio.

¶ *Refello.* I.V. 121 b, Reſcindere iniurias alterius, & irritas facere.

RESCINDOR, ris. pro Dom. 221 a, Quæ contra auſpicia eſſent acta, per ſenatum reſcindi poſſe. pro Cec. 292 b, Quæ armis geſta ſunt, iure reſcindi poſſe. I.A. 157 a, Quibus cùm prouocatio datur nónne acta Cæſaris reſcinduntur?

† Syntaxis. *Reſcindere acta, conſtituta, factas pactiones, mortuorum voluntates, res iudicatas, iudicia. Iniurias, eaſq́ue irritas facere.*

RESCISCO, ſcis. *ſcio, intelligo, cognoſco.* Epiſto. 122 b, Id poſtquam reſcijt, excanduit. Offi. 70 a, Quærit etiam, ſi ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis, cùm id reſcierit, ſoluturúsne ſit eos, ſi cui debeat, ꝓ bonis?

RESCRIBO, bis. *per literas reſpondeo.* Epi. 10 a, Reſcribam tibi ad omnia quę quæris. Att. 63 b, Ad eam epiſtolã reſcribam igitur. & 3 b, Non mihi graue duxi reſcribere ad te de illius querimonijs. & 113 b, Reſcripſi ad Trebatium. & 117 a, Pompeio ſtatim reſcripſi, non me, &c. & 74 b, Cui rei fugerat me reſcribere. & 5 b, Vt epiſtolæ tuæ reſcriberem aliquid. & 45 a, Ad primam hoc tibi ſcribo, &c. reſcribo, &c. item: Eo ſerius ad tuam epiſtolam, cui ego ſtatim reſcripſeram, redditæ ſunt meæ literæ. Atticar.

211 a,

211 a, Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi, nunc reſpondebo veſpertinis. & 205 b, Epiſtola, quam ad eum reſcripſeram. & 5 b, Eo factum eſt, vt epiſtolæ tuæ reſcribere aliquid, breuitate temporis tam pauca cogerer ſcribere.* Att. 89 b, His ei literas dedi, quibus ad eas reſcripſi.
¶ *Chirographo deſcribo.* Att. 251 b, H-S cccc ſi in præſentia ſoluerimus, reliqua reſcribamus.

RESCRIPTVS, a, um. *deſcriptus.* Tuſc. 209 b, Ex quo perſpicuum eſt, & cantus tum fuiſſe reſcriptos vocum ſonis & carmina.

RESECANDVS, a, um. Tuſc. 218 b, Hæc reſecanda eſſe fatentur, euelli penitùs dicunt nec poſſe, nec opus eſſe, & I. C. 106, Quæ reſecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare.

RESECO, as. *exſeco, excido.* de Am. 99 a, Neq; id ad viuum reſeco, vt illi qui hæc ſubtiliter diſputant. Att. 16 b, Reſecare libidinem, & coërcere iuuentutem.

RESECOR, ris, Tuſc. 221 b, Nimia reſecari oportere, naturalia relinqui.

RESECTVS, a, um. de Diu. 128 a, Lingua inhærens ſcalpello reſecta liberatur. I. P. 88 b, Reſectis palpebris vigilando necari.

† Syntaxis. *Ad viuum reſecare. Libidinem reſecare. Nimia ſunt reſecanda.*

RESERO, as. *aperio.* Offi. 44 b, Non ita claudenda eſt res familiaris, vt eam benignitas aperire non poſſit: nec ita reſeranda, vt pateat omnibus. Orat. 213 b Non auſi reſerare. *ex Ennio.* I. A. 209 a, Vt reſerare nos exteris gentibus Italiam iuberet.

RESERVATVS, a, um pro Cæcin. 290 a, Is teſtis expectatus & ad extremū reſeruatus dixit, &c. pro S. Roſc. 43 b, Ad eámne rem vos reſeruati eſtis? contra Rul. 63 a, Idcirco à iudicibus prætermiſſam putant, quòd ſit ipſis reſeruata. * cont. C. Anton. Te non abſolutum, verùm ad aliquod ſeuerius iudicium ac maius ſupplicium reſeruatum.

RESERVO, as *ſeruo, conſeruo.* ad Brut. 289 b, Omnino tempora integram tibi cauſam reſeruant. Epiſt. 78 a, Rem totam vobis integram reſeruaui. & 11 b, Vt integrum mihi de cauſa Campana ad ſuum reditum reſeruarem. pro Sex. Roſc. 32 a, Si quid eſt, quod ad teſtes reſeruet, ibi nos, &c. pro Planc 261 b, Ego quoque, inquam, ad ea te tempora reuocaui, ad quæ te ipſe reſeruâras. & ibid. Si te tēporibus alijs reſeruâſti. pro Seſt. 14 a, Atque ille vitam ſuam ad reipublicę ſtatum reſeruauit pro Cęl. 50 a, Dij pręſentis fraudis pœnas in diem reſeruant. de Prou. 70 a, Inimicitias in aliud tempus reſeruare. Qu. fra. 321 b, Minutio me Labeoni reſeruabant. de Orat. 104 a, Philoſophorum autem libros reſeruet ſibi ad huiuſcemodi Tuſculani ocium. Attic. 20 a, Hoc autem in congreſſum noſtrum reſeruabo. Orat. 212 a, Vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui. pro Flacc. 166 b, Nomen clariſſimum reipublicæ reſeruate. pro Seſt. 9 a, Quid hoc homine facias? aut quò ciuem importunum reſerues? Att. 12 b, Erras Clodi, non te iudices vrbi, ſed carceri reſeruârunt. pro Mur. 134 b, Aut ſuam operam accuſationi reſeruant.* I. P. 80 a, Ego agrum Campanum melioribus autoribus reſeruaui. in Clod Nō te iudices vrbi, ſed carceri reſeruarunt. I V. 228 a, In hac partitione ornatus nō plus victoria Marcelli populo Roman. appetiuit, quàm humanitas Syracuſanis reſeruauit. de Nat. 63 b, Omniaq;, &c. in idem tempus reſeru- bo.

RESERVOR, ris. Qu. fra. 310 b, Sed cætera, vt tu ſcribis, præſenti ſermoni reſeruentur, hoc tamen non queo differre. I. V. 252 a, Eſt certa lex, quò hoc reſeruetur. pro Syl. 182 a, Quod ad tempus exiſtimationis partæ fructus reſeruabitur?

† Syntaxis. *Reſeruare aliquid præſenti ſermoni.*

RESIDEO, es. *conſiſto, remaneo, maneo, moror.* pro Mil. 111 a, Cur non antè occurrit? ne in villa reſideret. Att. 173 a, In oppido aliquo mallem reſediſſe. * in Arat. *de iuſtitia,*

*Et Iouis in regno cœlique in parte reſedit.*

¶ *Perduro, permaneo.* pro Corn. 55 b, Si ea lex quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo reſediſſet. Attic. 229 b, Vt ne quas inimicitias reſidere in familijs arbitretur.

¶ *Lateo.* I. C. 99 b, Nam ſi te interfici iuſſero, reſidebit in repub. reliqua coniuratorum manus.

¶ *Superſum.* pro Deiot. 145 a, Nemo vnquam te placauit inimicus, qui vllas reſediſſe in te ſimultatis reliquias ſenſerit. Epiſt. 63 b, Facilè plus officij reſidere apud me patior. Tuſc. 171 a, In corpore mortui nullus reſidet ſenſus. Epiſt. 72 a, Si in morte ſenſus vllus reſidet.

¶ *Immineo, impendeo.* pro Dom. 225 b, Cùm horum etiam tectis ac ſedibus reſidere aliquod bellum ſemper videretur I. C. 103 b, Periculum autem reſidebit, & erit incluſum penitùs in venis atq; in viſceribus.

¶ *Vigeo, ſum, reluceo.* Epiſt. 184 b, Etiam nunc reſidet ſpes in virtute tua. de Sen 90 a, Cuius non in ſententia ſolùm, ſed etiam in nutu reſidebat autoritas. Anteq. 107 b, O miſera vitæ ratio, quæ tamdiu reſides in voluptate. Epiſt. 62 a, Si quid reſidet in te amoris erga me.

¶ *Sedor.* in Salluſt. 273 b, Omnia quæ commota fuerant, pace & ocio reſederunt. Tuſculan. 196 a, Cùm timor animo reſediſſet. Epiſt. 112 b, Marcelli impetus reſederunt. Anteq. 193 b, Quomodo ſpes ſalutis cæteris reſidebit? cùm, &c. * de ſuis conſil. Tarditate modorum & grauitate cantus illorum furentem petulantiam reſediſſe.

¶ *Hæreo.* Att. 285 a, Cuius culpa in te reſidet. & 14 a, Huius incōmodi culpa vbi reſideat, faciliùs poſſum exiſtimare, quàm ſcribere. Qu. frat. 295 b, Res geſtæ, in quibus nulla poteſt reſidere inertiæ ſuſpicio. ad Brut. 289 a, Cùm tantum reſideat intra muros mali.

¶ *Declino.* I. P. 97 a, Si mōtes reſediſſent, amnes exaruiſſent.

¶ *Sedeo.* de Fin. 91 b, Sed reſideamus, inquit, ſi placet: itaq; fecimus.* pro S. R. 29 a, Ita negligens eſſe cœpit, vt, cùm in mentem veniret ei, reſideret: deinde ſpatiaretur.

RESIDERE, *vel* RESIDERI, *pro Feriari.* * de Leg. 181 a, Nec verò tam Denicales, quæ à nece appellatæ ſunt, quia reſidentur (*al. quæ reſidunt*) mortui, quàm cæterorum cœleſtium quieti dies ferię nominarentur.

*RESIDO, is. *reſideo.* de Leg. 181 a, Nec verò tam Denicales, quæ à nece appellatæ ſunt, qua reſidunt (*al. quia reſidentur*) mortui quàm cæterorum cœleſtium quieti dies feriæ nominarentur.

RESIDVVS, a, um *reliquus.* Epiſt. 150 b, Cupio nullam reſiduam ſolicitudinem eſſe. & 15 a, Cùm illud odium, quod ego effudiſſe me omne arbitrabar, reſiduum tamen inſciente me fuiſſet. contra Rul. 77 b, Quid relatum, quid reſiduum ſit. pro Clu. 37 a, Locus ab iudicibus Fauſto Syllæ de pecunijs reſiduis non eſt conſtitutus.

RESIGNO, as, *aperio, ſoluo.*) (*obſigno.* Attic. 176 a, Nam quòd literæ reſignatæ ſunt, habet, opinor, eius ſignum Pomponia. qro Arch. 187 a, Cùm Gabinij leuitas & calamitas omnium tabularum fidem reſignâſſet.

RESILIO, lis. *refugio.* pro Sex. Roſc. 31 b, Scopulum offendis eiuſmodi, vt non modò ab hoc crimen reſilire videas, verùm omnem ſuſpicionem in voſmetipſos recidere intelligas.

RESIPISCO ſcis. *ad me redeo, me colligo.* Attica. 103 a, & pro Seſt. 20 b, Cùm primum reſipuiſſet. Atti. 27 b, Vix aliquando te autore reſipui.

*RESISTENS, tis. *obſiſtens, repugnans.* cont. conc. Q. Met. Congredi non licet cum reſiſtente.

RESISTO ſtis. *repugno, obſiſto, par ſum.* Academ, 104 b, Serò reſiſtimus ei, quem aluimus contra nos. cont. Rull. 69 a, Vis tribunitia nonnunquam libidini reſtitit conſulari. & ibidem. Obſtitit. Epiſt. l Cæteris iniurijs, quæ propoſitæ ſunt à Catone, facilè, vt ſpero, reſiſtemus. Attic 23 a, Reſtitit & peruicit Cato de Orato. 113 a, Conſilia, quibus illi Tribuno plebis pro republica reſtitiſſem. pro Q. R. 53 b, Reſiſtere & repugnare contra veritatem. Epiſt. 73 a, Fortiter reſiſtere dolori. & 51 b, Sed opprimor interdum, & vix reſiſto dolori. & 60 b, Fratri tuo reipublicæ cauſa reſtiti. 155 a, Reſiſtere hoſtibus.* Tuſculan. 182 a, Si nudus es, da iugulum: ſin tectus Vulcanijs armis, id eſt, fortitudine, reſiſte *dolori.*

¶ *Par ſum.* Attic. 102 a, His ille rebus ita conualuit, vt nunc in vno ciue reſpublica ad reſiſtendum imbecilla ſit: quam mallem tantas ei vires non dediſſet, quàm nunc tam valenti reſiſteret. & 180 a, Non poſſum tanto dolori reſiſtere.

¶ *Remaneo.* Tuſculan. 244 a, Beata vita reſiſtet extra fores carceris.

¶ *Perſto.* de Fin. 117 b, Sed ego in hoc reſiſto.

¶ *Inſiſto* pro Mur. 144 a, Nihil eſt iam, vnde nos reficiamus, aut vbi lapſi reſiſtamus.

RESOLVTVRVS, a, um. *diſſoluturus, numeraturus.* I. A. 255 a, Senatum, quæ ſit antea pollicitus legionibus noſtris, ea ſummo ſtudio Reipublicæ recuperata reſoluturum. *aliter, perſoluturum.*

RESONANS, tis. Qu. frat. 298 a, Theatrum natura ita reſonans, vt vſque Romam voces referantur.

RESONO, as. *perſono, percrepo.* Tuſcula. 169 a, Cùm venenum obbibiſſet, reliquum ſic è poculo eiecit, vt id reſonaret. * Œcon. Ex eiuſmodi vocum concordia ipſis canentibus amicum quiddam & dulce reſonat. de Fin 54 b,

*Quod (ſaxum) eiulatu, queſtu, gemitu, fremitibus.*
*Reſonando multum flebiles voces refert.*

Tuſcul. 182 a, *Qui eiulatu, &c.*

¶ *Reſpondeo.* Tuſcul. 182 a, Gloria virtuti reſonat, tanquam imago gloriæ. de Clarif. 179 b, In vocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam & reſonat vrbanius. de Diuin. 115 a, Iam neruos in fidibus alijs pulſis reſonare alios, &c. de

&c. de Natur.56 a, Cornua, quæ ad neruos reſonant in cantibus.

*RESONOR,aris.de Nat.55 a, Sonus in fidibus teſtudine reſonatur,aut cornu.

† Syntaxis.*Gloria virtuti reſonat tanquam imago.Hoc in voce recinit & reſonat.Sonus in fidibus reſonatur.*

RESPECTANS,tis.*Reſpiciens.* pro Seſt.5 b, Verùm hæc ita prætereamus,vt tamen intuentes & reſpectantes relinquamus.de Seneƈt. 94 b, Animus verò non me deſerens,ſed reſpectans in ea profectò loca diſceſſit.

RESPECTO,as. pro Planc.268 a, Ne par his munus in ſua petitione reſpectent.

RESPECTVS,ƈtus.*ratio.*I.A.204 a,Itaq; cum reſpectum ad ſenatum & ad bonos non haberet,eam ſibi viam ipſe patefecit ad opes ſuas amplificādas, quam virtus liberi populi ferre non poſſet.

¶ *Proſpectus.* de Diu.94 b,Fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore.

¶ *Auerſus aſpectus.* ad Brut.90 b, Meus quidem animus in acie eſt,neq; reſpectum vullum quærit,niſi me vtilitas ciuitatis fortè conuerterit.

RESPERGO,gis. *aſpergo, perfundo,conſpergo.* I.V. 256 a, Cùm prætoris oculos prædonum remi reſpergerent.

RESPERSIO, onis. de Diui.118 a, Habes & reſperſionem pigmentorum,& roſtrum ſuis, & alia permulta.de Legib. 182 a,Ne ſumptuoſa reſperſio,ne longę coronæ,nec acerræ prætereantur.

RESPERSVS, a, um. *aſperſus.* pro S.R 29 b, Penè dicam reſperſas manus ſanguine paterno videāt oportet. I.A. 184 a,Quorum ſanguine os vxoris reſperſum eſſe conſtabat. de Orat.143 b,Simulacrum ſanguine reſperſum.

RESPICIENS,tis *rationem habens.* de. Natur.35 a,Epicurus non aptiſſimus ad iocandum, minimeq; reſpiciens patriam. * *al.reſipiens.*

¶ *Retrò aſpiciens.* de Diui.95 a, Et noctu ad oppidum reſpicientes,flagrantes onerarias videbatis. de Leg. 175 b,Reſpiciens ad opem ferendam.

RESPICIO,cis. *parco,rationem habeo,curo.*pro R.P.129 a,Cęſarem in tanta fortuna ſua aliena reſpicere magnū eſt.I.V. 176 a,Saltem populi Romani commoda reſpicite,ſi ſocijs proſpicere non laboratis.pro Planc.278 b,Reſpicere ſalutem ſuam. Epiſtol.150 b, & I.A.182 b,Reſpice quæſo aliquando rempub.Anton I.V.153 a,Cauere alicui,& reſpicere eum. de Finib.81 a, b. Si adeundum erit vitæ periculum,ne tum quidem te reſpecies,& cogitabis,&c.Epiſtol. 27 b, Quòd rogas, vt reſpiciam generum meum, adoleſcentem optimum,&c.* con.C.Anton.Nec ſe iam tum reſpexit cum notatus eſt.

¶ *Adiuuo.* Attic.11 b,Niſi quis nos Deus reſpexit. Atticar. 98 b,Niſi Deus reſpexerit remp. Attic.281 b,Quod ipſum, ſi rempub.cui ſuſpectus es,reſpicis,tibi iam iamq; faciendum eſt.

¶ *Animaduerto.* pro Arch.185 b,Quoad longiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpacium præteriti temporis.ad Brut. 90 b.Maiores partes animi te Caſſiumq; reſpiciunt.

¶ *Aſpicio.* Poſtquam. 205 a. Ex ſuperioris anni caligine & tenebris lucem in rep reſpicere cœpiſtis.Tuſc. 229 a,Tam longè retrò reſpicere non poſſunt.Epiſto.165 a, Cùm vaſtitatem Italiæ reſpexerint.

¶ *Retrò aſpicio.* de Diuinat.90 b, Tum ei dux ille præcepit, ne reſpiceret.de Arch.243 b,Sed vecors repentè conſtitit, deinde reſpexit,& ſimul ad Cn. Lentulum Coſ.aſpexit.de Diui. 95 b, Reſpexitque, & equum alacrem lætus aſpexit.

RESPIRANDO.de Na.54 a,Animæ pars redditur reſpirando, pars concipitur cordis ventriculo. Qu.frat.319 b,Romæ reſpirandi locus non eſt.pro Quin.16 a, Alicui vix reſpirandi poteſtatem dare.

RESPIRATIO,onis.*interpunctio,interſpiratio.* Orator.201 b, Diſtincta alios & interpuncta interualla,moræ,reſpirationesq; delectant.

¶ *Exhalatio.* de Natur.31 a,Aër enim oritur ex reſpiratione aquarum,& earum quaſi vapor habendus eſt.

¶ *Spirandi actus.* de Vniu.198 a,Neq; erant aëre circumfuſa extrema mundi,vt reſpirationem requirerent.

*RESPIRATVS,tus.de Nat.53 b, Qui *pulmones* tum ſe contrahunt aſpirantes,tum reſpiratu dilatāt. *Alij ſpiritu legunt.*

RESPIRO,as.*expiro,reddo.* de Natur.53 a, Aſpera arteria excipit animam eam,quæ ducta eſt ſpiritu, eandemque à pulmonibus reſpirat ac reddit.

¶ *Spiritum duco,anhelo.* de Fin.100 a, & 120 b,Qui demerſi ſunt in aqua,reſpirare non poſſunt.

¶ *Recreor,quieſco,animum erigo.* Para.119 a,Tuæ tibi occurrunt iniuriæ,quæ te reſpirare non ſinunt. Att.39 b, Reſpirabo,ſi te videro.de Fin 60 a,& pro Qu. 60 b, Improbitas nunquam ſinit eum reſpirare,nunquam acquieſcere. pro S.R.22 a,Reſpirare liberè.Attic.110 b, Cùm autem Dolabella venit in mentem,paulum reſpiro.& 154 b,Accepi litteras,& paulum reſpiraui.pro Clu.56 b, Hoc modo innocentiæ defenſio intercluſa reſpirat.Epiſtol.79 b, Si ciuitas reſpirauerit,dignitate tua frui tibi licebit.pro Cluent.60 a, Qui erigere animum , & paulum reſpirare à metu cœpit. de Arch.255 a, Reſpirare à metu cædis, emergere à fluctibus ſeruitutis,reuiuiſcere.&c.pro Seſt.19 a,Reſpiraſſe homines videbantur,nondum re,ſed ſpe reip. recuperandæ. pro Qu.9 b,Cupiditas atq; auaritia reſpiraſſet paululum. pro Mil.110 b,Reſpiraui,liberatus ſum.

¶ *Deſiſto,ceſſo,intermitto.* I. A. 218 a, Ne punctum quidem temporis oppugnatio reſpirauit.

† Syntaxis. *Reſpirat arteria aſpera,ac reddit animam. Reſpirabo, ſi te videro.Reſpiraui,liberatus ſum.Studia tua non reſpirant.*

RESPLENDEO , des.*refulgeo.* de Fin.69 b,Reſplendeat his veſtis.*aliter,reſpondeat.*

RESPONDENDI, do. de Cl.174 b, Rutilius magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. de L.175 b, Facultas reſpondendi iuris.de Orator.101 b,Multi in reſpondendo iure,autoritate plus quàm ingenio valent.

RESPONDENS , tis. de Cl.193 b, Qu.Scæuola conſulentibus reſpondebat.Orat.210 a,Alteros enim reſpondentes audire ſat erat.

RESPONDEO,des.*refero, reſponſum do, reſponſum reddo, reſcribo,conuenio.* Attic.19 a,b, Quæris ex me quid acciderit,&c. ego reſpondebo tibi. ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς. Epiſt.17 b, Quanquam qui iſtinc nunc veniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt,quòd nihil reſpondeas : partim contumelioſum,ꝙ malè reſpōdeas. I.A.153 a, Reſpondere ad ea quæ quæſita ſunt.in Vat.Reſpondere ad interrogata.Epi.57 b, quò faciliùs quibus eſt iratus,reſpondere triſtiùs poſſit de Fin.93 a, Ego tibi reſpondebo ad ſingula. Orat.217 a,Reſpondere ad ſingulas res.Att.251 b,Sæpe ij qui debent,nō reſpondent ad tempus. de Fat.141 b, Chryſippo primùm de ipſa rerum contagione reſpondeamus pro Cæl.41 a, Acutè arguteq; reſpondere alicui.Att.89 a,b, Habes ad omnia,nō,vt poſtulaſti, χρύσεα αὐτὶ χαλκείων, ſed paria paribus reſpondimus.Att.89 a,Ecce aūt alia puſilla epiſtola, quam non relinquā ἀναντιφώνητον. I.V.78 b, Videat,quid de illis reſpondeat quos necauit.pro Fl.157 b,De quo toto reſpondit Hortēſius.pro Cl.27 b, Ego ad reſpondendū ſurrexi. de Cl.175 b,Vt etiā pro Bruto reſpondeam.de Cl. 179 b,Cuius orationi Cæpionis ore reſpondit Aelius. de Or.102 b,Cùm vobis non grauatè reſpondero.de Ar.247 b,Reſpondere grauiter contra inimici contumeliam. pro Mur.124 b,Primùm M.Catoni de officio meo reſpōdebo. de Or.120 b,Aliquid alicui de iure reſpōdere.Ac.6 a,Neq; hoc loco expectandū eſt,dum de remo inflexo & de collo columbæ reſpōdeam.pro Mur.126 a,Alicui de iure cōſulenti reſpondere.pro Pl.272 a,Quæris,num iuriſconſultus? quaſi quiſquam ſit,qui ſibi hūc falſum de iure reſpōdiſſe dicat I.C.109 b,Iam verò vrbes municipiorū reſpōdebunt Catalinæ tumulis ſylueſtribus.de Nat. 12 a, Vt omnia omnibus,paribus paria reſpondeant. Ora.200 a,Vt verba verbis quaſi demenſa & paria reſpondeant. de Fini. 144 a,Reſpondent extrema primis. *id eſt,conueniunt.*de Ar. 255 a,Dixit ſe velle ædificare alterā porticū in carinis,quę palatio reſponderet.Ep.26 a,Nam ea quæ ſperas, &c. ſcio cui epiſtolæ tuæ reſpondeant.Ora.207 b,Rhetoricā quaſi ex altera parte reſpondere Dialecticę.Brut.Att.177 b,Qui veſtris paucorū reſpondeat laudibus. de Fin.91 a,Reſpōdere maioribus ſuis.de Cl.175 a,& Tuſ.148 b, Reſpondere gloriæ maiorum.Poſtq 209 a,Quæ memoria,quæ magnitudo obſeruantię tot tantisq; beneficijs reſpōdere poterit? Att.273 a, Nihil minus hominis videtur,quàm non reſpondere in amore ijs,à quibus prouocére. Epiſt.256 a, Cui quidem ego amori,vtinā cæteris rebus poſſem,amore certè reſpondebo : quo tamen ipſe tibi cōfido futurum ſatis. Epi.18 a, In omnibus tuis rebus,meis optatis fortuna reſpondit.Ep.19.b,Tua virtus opinioni hominū reſpōdet.Att.60 b,Vt poſſim tibi aliquid in eo genere reſpōdere.& 57 a,Qu. fratris liberalitati pro facultatib. noſtris reſpondemus. Att.228 b, Si bonitas tua reſponderit iudicio meo,gaudebo.Qu fr.298 b Fac, vt omnia tua facta atque dicta noſtris rebus iſtinc reſpondeant.I.A.181 a, Reſpondebíſne ad hæc? aut omnino hiſcere audebis? de Am. 106 b,Vt noſtra in amicos beneuolētia illorum erga nos beneuolentiæ pariter æqualiterq; reſpondeat.de L.150 a, Non enim quærimus, quid de quâq; conſultatione reſpondeamus.de Vn.203 b, Reſpondet aūt dextra dextris,læua læuis,conuerſione luminum.in Sal.272 a, Nihil enim tam obſcœnum dicere potes, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua reſpondeat.*pro C Corn.Quid ego nunc argumentis tibi reſpondeam? de Clar.193 b,Q. Scæuola conſulentibus reſpondebat. pro Clu.52 b, Videtis hæc quàm ſint leuia genere ipſo,quàm breuia reſpōſu.

RESPON-

Reſpondeor,ris.pro Mur.130 b,Quæ conſuluntur,minimo periculo reſpondentur.pro Cec.298 a,Alind iudicari de iure,aliud reſponderi non oportet.Epiſt.63 b,Mutuò officijs non reſpondetur. Att.256 b, Si cui quid debetur, vt ſit,vnde par pari reſpondeatur. ad Her.35 b, Non contrà tenuiter & nugatoriè reſponſum?

† Syntaxis.*De iure reſpondere. Reſpondent extrema primis. Maioribus ſuis reſpondere. Amori amore reſpondere. Optatis meis fortuna reſpondit. Virtus tua opinioni hominum reſpondet. In hoc tibi non poſſum aliquid reſpondere. Quæ conſuluntur,minimo periculo reſpondentur. Tenuiter & nugatoriè reſpondere, Inter eos mutuò officijs reſpondetur.*

Reſponſio,onis.*reſponſum.*)( ἀνταπολόγητος.I.V.244 b, Fuit iſta reſponſio quondam.pro Corn.62 b,In quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſponſione, qui ita dicebat,&c. I.P.91 a,Is me reſponſione inimica homo promtiſſimus laceſſiuit.

Reſponſito,as. *frequenter reſpondeo.* de Leg.158 b,Summos fuiſſe in ciuitate noſtra viros, qui id *ius* interpretari populo & reſponſitare ſoliti ſunt.

Reſponſum,ſi.*reſponſio.* Att.113 b,Hæc ex illius ad noſtra reſponſa reſponſis inttelligentur.I.V.243 b,Ipſis autē tantis de rebus reſponſum nullū dediſti.pro Plan.226 a,Cùm ſenatus impediretur, quo minus equitibus Romanis reſponſum redderetur.I. C.101 a,A' me quoq; id reſponſum tuliſti,me nullo modo poſſe. de Orat. 105 b,Auferre reſponſum ab aliquo. de Orat.107 a, Hominum peritorum reſponſa nobis cognoſcenda ſunt. *Frag. ep. Cum legati reſponſa retulerint.I. C. 112 b, Lentulum ſibi cōfirmaſſe ex fatis Sibyllinis aruſpicumq; reſponſis,ſe eſſe tertium illum Cornelium. pro Mur. 130 b, Deinde veſtra reſponſa atq; decreta & euertuntur ſępe dicendo,& ſine defenſione oratoris firma eſſe non poſſunt.

† Syntaxis.*Huic rei nullum do reſponſum, reddo. Reſponſum ferre, auferre. Reſponſa & decreta iuriſconſultorum.*

Reſpublica.*politia,communis res* pro Cluent.59 a,Epiſtol.108 b,Doleo ita communem rem eſſe dilapſam,vt,&c. pro Seſt.22 a, Res communem vtilitatem continentes, quas publicas appellamus. de Orat.152 a, Politici philoſophi appellati vniuerſarum rerum publicarum nomine vocabantur. Epiſt. 146 a, Nihil ex omnibus rebus humanis eſt præclarius aut præſtantius, quàm de rep.bene mereri. de Diu.109 b, & Acad.8 a, A' Platone philoſophiaq; didiceram,naturales eſſe conuerſiones rerum publicarum. I.V.136 a,Eo cenſu nullius ciuitatis reſpu. potuit adminiſtrari. Att.282 b, Hoc bello victores quā remp. ſimus habituri,neſcio:victis certè nulla vnquam erit. Quint.frat.295 b, Quod fortaſſe aliquando vniuerſæ reip.noſtræ,nunc quidem profectò iſti prouinciæ contigit.*id eſt, Aſiæ.* Epiſt.14 a,Atq; hanc ille cauſam ſibi ait non attingendæ reipubl. fuiſſe.de Inu.42 b,Verſari in publicis rebus. Offic.31 b,& pro S.R.19 a,Nondum ad rempublicam accedere. Epiſt.9 a,Rei totius publicæ ocium exoptandum eſt. Att.15 a,& 16 a,Quid dicam in publica re? Quint.fr.295 b,Plato fore beatas reſpublicas putauit, ſi aut docti aut ſapientes homines eas regere cœpiſſent,aut qui regerent, omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocaſſent. & 306 b, Qui iudicia impediuiſſet, eum contra remplicam eſſe facturum. 8 a, In quo ſi mihi obtemperatum eſſet,ſi non optimam, at aliquam rempublicam,quæ nunc nulla eſt,haberemus. & 31 b, Nam & erudierunt multos, quò meliores ciues in rebus ſuis publicis eſſent.de Leg.170 a,Neceſſe eſt eam patriam charitate præſtare, qua reipublicæ nomen vniuerſæ ciuitatis eſt. Attic.124 b,Nam ſic quinto,vt opinor,libro loquitur Scipio.Vt enim gubernatori curſus ſecundus,medico ſalus,imperatori victoria: ſic huic moderatori Reip. beata ciuium vita propoſita,vt opibus firma,copijs locuples,gloria ampla,virtute honeſta ſit: huius enim operis maximi inter homines atq; optimi illum eſſe effectorem volo. *con.C.Anton.Duas vno tempore conantur in Remp. ſicas diſtringere. de proſcript.lib. A' Repub.ſubmoueri. ibidem. His legibus ſolutis ſtare ipſa *Reſpub.* non poteſt.pro Dom.216 b, Rempub annonæ nomine in id diſcrimen, quod vocabatur, non eſſe venturā. & 217 a,Amiciſſimus Reipub. vir. ibid. Qui negas eſſe iuris,quenquam vlli Reipub extra ordinē præfici.pro Marc.134 b,Rudis in Repub.ibid. Doleo,cum Reſpub. immortalis eſſe debeat, eam in vnius mortalis anima conſiſtere. ibid. Quē Deum opitulari poſſe Reipub.credamus? ibid. Quin quaſſata Reſpub. multa perderet & ornamenta dignitatis,& præſidia ſtabilitatis ſuæ. pro Marc. 135 a,Cùm omnium ſalutē ciuium cunctamq; Rempub. res tuæ geſtæ complexæ ſint.ibid.Salus Reipub. ibid.Vt deuictis aduerſarijs Rempub.in eo ſtatu relinqueres, in quo nunc eſt. ibid. Vt Rempub. conſtituas, eaq; tu inprimis compoſita, ſumma tranquillitate & otio perfruare. pro Marc.136 a, Perfuncta Reſpub.eſt hoc miſero fataliq; bello. de Legib.191 b,Vtinam M.Cicero iſto animo atq; virtute in ſumma Repub.nobiſcū verſari,quàm in municipali maluiſſes.Ep.30 b,Si ipſa Reſpub.tibi narrare poſſet,quo modo ſeſe haberet:nō facilius ex ea cognoſcere poſſes. & 63 b, Reſpub. nos inter nos cōciliatura coniuncturaq; ſit. Ep.64 a,Vt tibi multò maiori quàm Africanus fuit, me non multò minorem quàm Lælius, facilè & in Repub.& in amicitia adiunctū eſſe patiare. Ep.64 b,In eadē Reipub.tempora incidimus. & 68 b, Autoritas clariſſimi & ſpectatiſſimi in Republ. maximis grauiſſimisq; cauſis cogniti, atq; inprimis probati viri. Ep.152 a,Quantū tibi à Repub.deberetur. ibid. Sperabam etiam Lepidum tēporibus admonitū tibi & Reipub. ſatis eſſe facturū. ibid.Rempub.diuino beneficio affeceris. ibid. *Planci.* Ad Rempub.putaui pertinere.Sedulitas mea, vt ſpero, & mihi & Reipub.tulit fructū. Ep.152 b,*Planci* Vt omiſſa omni contentione,reconciliataq; voluntate noſtra, cōmuni conſilio Reipub. ſuccurreret.ibid.nos mediocris modò fortuna Reipub. adiuuerit. Ep.153 a,Cùm rebus enim ipſis eſſent *literæ*, & ſtudijs beneficijsq; in Rempub gratiſſimæ. ibid.Quocunq; te ratio Reipub.ducet,ſequare. & b. *Planci.* Non magis ſibi quàm Reipub.cōualuiſſe ſe exiſtimans. ibid. Quod acerbiſſimo interitu conſulum Rempub.nudatam tali ciue prætore in vrbanis officijs indigere exiſtimabam.ibid.Quo obſide fidei illius & ſocietatis in Repub.adminiſtrāda vterer. ibid. Amicū eum Reipub. cognoſcere videor. Ep.154 a,Quod homini pudenti & cupido ſatisfaciendi Reipub. bonisq; omnibus accidere ſolet. ibid.Si hominem offenſum mihi coniunctum cū Repub. nō ſubleuaſſem. & b, Pars exercitus,quę benè de Rep.ſentit. Ep.155 a, Cupio omnia Reipub.cauſa:ſed mehercule in eá conſeruanda iam defatigatus,&c.4.de Repub.Aeſchines Rempub.capeſſiuit.

Reſpuo,is.*aſpernor,repudio.* Tuſcul.178 a,& 207 b,Ergo id natura reſpuit. de Orat.152 a, Guſtatus,quod valde dulce eſt aſpernatur ac reſpuit. pro Planc. 268 a, Sequeſtrémne Plancium?reſpuerent aures,nemo agnoſceret, repudiaretur.Part,231 a,Quod aures reſpuunt,immutandum eſt.de Fat.149 a,Dicere aliquid, quod omnium mētes aſpernentur ac reſpuant. Attic.190 b,Nunc omnia reſpuo.pro Cæl.45 a, & pro Mur.142 b, Calcitrat, reſpuit. pro Cec.295 b, Reſpuere aliquid, & pro nihilo putare.de N.30 b,Reliquię cibi,quas natura reſpuit. Att. 217 b, Aſpernari ac reſpuere aliquem.* in Piſ.89 a,Nemo bonus,nemo deniq; ciuis eſt, qui vos nō oculis fugiat: auribus reſpuat:animo aſpernet.

Reſpuor,ris.Att.117 a,Cæſaris interdicta reſpuentur.

† Syntaxis. *Aſpernari ac reſpuere. Calcitrat & reſpuit. Reſpuere, & pro nihilo putare. Reliquias cibi natura reſpuit. Aſpernari & reſpuere aliquem.*

Reſtinctio, onis.*ſedatio.* de Fin.66 a,Voluptas reſtinctionis ſitis in motu eſt.

Reſtinctus,a,um.Topic.225 a,Reſtinctus ignis Orat.199 a,Reſtinctis animorum incendijs. de Diuin. 93 b, Illa etiam tertia parte animi,in qua irarum exiſtit ardor, ſedata atq; reſtincta.

Reſtinguo,is *ſedo,comprimo.* de Fin.66 a,Reſtinguere ſitim.ad Brut. 91 b, Repreſſi impetū, ardorē reſtinxi de Fin.58 a,Reſtinguere ardorē voluptatum. de Orat.103 a,Eorum qui audiunt,mentes aut inflammare dicendo, aut inflammatas reſtinguere.de N.56 a, Eloquentia cupiditates iracundiasq; reſtinguimus.Att.206 b,Sermunculum omnē aut reſtinxeris, aut ſedâris. Or.197 a,Nec ipſe Ariſtoteles cæterorū ſtudia reſtinxit. I.C. 111 a, Reſtinguere ignē vel incendium. * pro Marc. 135 b, Niſi belli ciuilis incendium ſalute patriæ reſtinxeris.de Finib.107 b, Quid ille incendat?reſtinguet citiùs,ſi ardentē acceperit. de Diu.94 b, *Poëtæ.* Ciues referte opem, & reſtinguite *incendium.*

Reſtinguor,ris.*pereo.*pro Seſt.13 b, Animos hominum morte non reſtingui.

¶ *Extinguor.* pro Q. Roſc.47 b, Ignis in aquam coniectus continuò reſtinguitur & refrigeratur.

†Syntaxis. *Sedatus ac reſtinctus. Voluptatum ardorem reſtinguere. Non reſtinguitur animus morte. Reſtinguitur ignis,& refrigeratur aqua.*

Reſtipulatio,onis.*repromiſſio.*pro Quint R.51 b,Recita iſtam reſtipulationem clariùs.& ibid. Quid enim reſtipulatio clamat? Qvod à Flauio abſtulero, partem dimidiā inde Roſcio me ſoluturum ſpondeo.

Reſtipulor,aris.*repromitto.*pro Quint.R.51 a,Cur igitur decidit? & non reſtipulatur neminem amplius petiturum? & ibid.Hic porrò nunc reſtipulatur, quod iam pridem ipſe exegit. ibid. 54 a, Ex iuriſperitorum conſilio & autoritate reſtipulari ab aliquo.*id eſt, viciſſim ſponſionem ab aliquo rogare & petere.*

Reſtituendi. *reuocandi ab exilio.* pro Milon. 108 b, Quæ fuiſſet igitur cauſa reſtituendi mei, niſi fuiſſet iniuſta eij-

ciendi? Att.5 b,De noſtro amico placando, aut planè reſtituendo. Att.89 a,De Memmio reſtituendo,vt Curio cogitet,te audiſſe puto.

RESTITVO,is.*inſtauro*.pro Cec.289 a, Prætor edixit, vt vnde deieciſſet,reſtitueret.pro R.P.129 b,Rabirij dignitas,ex qua illi nihil detrahi poteſt quod non facilè reſtituat.Tuſ.220 a, Cùm Aiax Danais inclinantibus prælium reſtituit. pro S.R.28 b,Reſtitue nobis aliquando veterem illam tuã calliditatem atq; prudentiam. * pro C. Cornel.1, Qui reſtituerunt eam poteſtatem. ibid. Leges ſacratas ipſi ſibi reſtituerent.Hortenſ.Vt ea ſibi ratio vera reſtituat,quę cõſuetudo vitioſa detraxerit.

¶ *Refero*. Qu.de Pet.208 a, Reſtituere gratiam alicui.

¶ *Corrigo*. de Diu. 128 a, Reſtituere ac corrigere deprauata.

¶ *Veniam alicui do*.I. A.171 a,Antonius Lenticulam de alea condemnatum reſtituit.

¶ *Repono* I.V.68 b,Reſtitui in antiquum ſtatum.pro S.R.37 b,Damnatus per arbitrum & rem reſtituit, & honeſtatem omnem amittit.

RESTITVOR,ris *reponor* Epiſt 198 a,Vt ſtatua,quam turbo deiecerat,reſtitueretur. pro Cec.291 b,Prætor aut vim fieri vetat,aut reſtitui factã iubet. Att.157 b, Omnes qui lege Pompeia condemnati eſſent,reſtituerẽtur. I.V.214 a,Pollicetur, ſibi magnæ curæ fore, vt omnia ciuitatibus, quæ cuiuſq; fuiſſent, reſtituerentur. *I.V.238 a,Vt damnati in integrum reſtituantur.

¶ *Reficior, inſtauror*. pro Cæl.45 b,Effregit fores reſtituẽtur.

† Syntaxis. *Reſtituere aliquem.id eſt,reuocare ab exilio.Reſtituere ædes quæ corruerunt. Gratiam alicui reſtituere. Deprauata reſtituere, atq; corrigere. Condemnatum de alea reſtituere. In antiquum ſtatum reſtituere aliquem.*

RESTITVTIO,onis. I P.87 a,Nemini eſt triumphus honorificentiùs,quàm mihi ſalus reſtitutioq; perſcripta.* con. Rul.68 a,Neq; verò illa popularia ſunt exiſtimanda,reſtitutio damnatorum,&c.

RESTITVTOR,oris. ꝑ Mil.109 a,Erat id temporis P.Lentulus reſtitutor ſalutis.

RESTITVTVS,a,um. *refectus, inſtauratus*. I A.171 b,& pro Clu.38 a, Condemnatos ambitus in integrum eſſe reſtitutos.Ep.5 b,Et niſi per te ſit reſtitutus, deſertum ſe atque abiectum fore.de Diu.100 a,Templum eſt à ſenatu Iunoni Soſpitæ reſtitutum.* de Diu.100 b. Cæciliæ Q. F. ſomnio modò, Marſico bello, templum à Senatu Iunoni Soſpitæ reſtitutum.

¶ *Repoſitus*.pro Dom.230 b, Rurſus illi ſunt in ſuam priſtinam dignitatem reſtituti.

¶ *Redditus*.pro Dom 228 a,Vt ſalutem redditam ſibi ac reſtitutam accipere debuit.

RESTO,as,reſtiti.*maneo,remaneo,reſideo*. Att 120 b,At ſi reſtitero,idem fecero quod L.Flaccus.*id eſt,ſi non diſcedam*. I.B. 118 b, Qui ad Catilinam accipiendum Romæ reſtiterunt. Offic.74 a,Ita incolumis in patria Regulus reſtitiſſet. pro Lig.137 b, Ligarius poſt aduentum Vari in Africa reſtitit. pro Mur.143 a, Qui ab illo in ſpeculis relicti, in ceruicibus noſtris reſtiterunt.

¶ *Relinquor.ſupero, ſuperſum: ita reſiduum & reliquum eſt*. pro Quin.5 b,Illud etiam reſtiterat,quod heri fecerunt,vt te in iudicium adducerent. Att.122 b,Vnum etiam reſtat amico noſtro ad omne dedecus, vt Domitio non ſubueniat. Qu.fr.318 a,Nihil ei reſtabat præter balnearia & ambulationem,& auarium. de Diu.123 a, Reſtat etiam de Chaldæis.de Inu.76 a,Quid nobis ex eo genere reſtet, & quare reſtet admonendũ videtur. pro Mar.135 a,Hæc igitur tibi reliqua pars eſt,hic reſtat actus. de N.34 b,Reſtat igitur,vt motus aſtrorum ſit voluntarius. ꝑ Qu.7 a, Reſtat,vt aut, &c.Att.282 b, Longa ſunt quæ reſtant,prætereunda tamẽ. Off.54 a, Qui è diuiſione tripartita duas partes abſoluerit,huic neceſſe eſt reſtare tertiã. pro Syll.181 a,Quæ tamẽ ei ſola in malis reſtiterunt. *id eſt, ſtudia amicorũ*. * pro M. Scau.Cùm ex multis vnus ei reſtaret paternus inimicus. ꝑ Marc 136 a,Reſtat vt omnes vnum velint I.A.174 b,Cùm præſertim belli pars tanta reſtaret.

RESTRICTE' *anguſtè,ſtrictè*. de L.179 a, Hęc illi placent,ſed ego cætera non iam reſtrictè præfinio. de Finib.71 b,Nec tamen cur id tam parcè tamq; reſtrictè faciant, intelligo.

RESTICTVS,a,um. *parcus,auarus,tenax*. Ep.38 a,Cùm naturà ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior. Offic.46 a, In ijs tamen, qui, &c. reſtricti nullo modo eſſe debemus. Attic.165 a, An exiſtimas illum in hoc genere lentulum,aut reſtrictum?nemo eſt minus

RESVPINVS *ſupinus*.de Diuin.89 b, Exin proſtratum reſupinum,&c.Accij.

RETARDANDO. de N.35 a,Stellam tum antecedendo,tum retardando mirabiliter multa efficere.

RETARDATIO,onis.*commoratio*.I A.200 a,Vnde eſt adhuc bellum,niſi retardatione & mora?

RETARDATVS,a,um. pro Seſt. 18 a,Excitauit illam ſuam non ſolutam, ſed ſuſpicione aliqua retardatam conſuetudinem bene gerendæ reipub. *pro Pomp.6 a, Cuius aduentu ipſo atq; nomine, &c. impetus hoſtium repreſſos eſſe intelligunt ac retardatos.

RETARDO,as. *moror, remoror,moram affero, moram facio,moram & impedimentum infero*.pro Pom.8 a,Vt eo *membrorum* collectio diſperſa, mœrorq; patrius celeritatem perſequendi retardaret. Tuſc.164 b, Siue retardabis,ſiue properabis.I. V.60 a,Vt animos iſtius & impetus retardaret. in Vat.29 a,Vt ferocitatẽ iſtam tuam comprimerem, audaciam frãgerem,loquacitatem retardarem. pro Pomp. 11 b, & pro Clu.59 b,Sed hę res,quæ cæteros remorari ſolent,non retardarunt. I.A.211 a, Sed animi vires,corporis imbecillitas non retardauit.I.P.96 a,Quum certi homines non ſtudium eius à me alienaſſent,ſed auxiliũ retardaſſent.Poſtq. 209 a, Quẽ ad ſalutem meam voluntas impulit,vis retardauit,autoritas veſtra reuocauit. Ep.72 b, Poſteriora autẽ *tempora* me à ſcribendo tuis iniuſtiſſimis atq; acerbiſſimis incommodis retardârunt.ad Her.6 a,Ne qua poſſit animũ tuum defatigatio retardare. pro Arch.188 a, Vt ab illis *literis* me nullo vnquam tẽpore aut commodũ aut ocium meum abſtraxerit, aut voluptas auocârit,aut deniq; ſomnus retardârit. pro Pomp.8 a,Illum in perſequendi ſtudio mœror,hos lætitia retardauit. I. A.226 b,Quem niſi in via caducæ hæreditates retardaſſent, volaſſe eum diceres.de Sen.89 a, Ad agrum fruendum non modò non retardat, verumetiam inuitat atq; allectat ſenectus.

RETARDOR,ris. de Nat.46 b,Stellarum motus tum incitãtur tum retardantur,ſæpe etiam inſiſtunt. * Att 20 b,Alij, &c.ſimul atq; hoc noſtrum *ſcriptum* legerunt, neſcio quo pacto retardantur.

† Syntaxis. *Stella antecedit & retardat. Retardata conſuetudo. Retardatio & mora. Retardare aliquem. Retardare.)(.properare. Reprimere ac retardare impetum. A' ſcribendo aliquem retardare. Quid retardas? Ad agrum fruendum retardat minimè ſenectus. Stellarum curſus incitati,retardati, inſiſtentes.*

RETE,tis.*plaga,laqueus*.de N.50 b,Vt in araneolis aliæ quaſi rete texunt,aliæ ex inopinato obſeruant.

RETEGO,gis. *aperio, euoluo*. Att.59 a, Quaſi in hoc thecam numariam non retexeris, in alijs eris cautior.

RETENTIO,nis. Att.210 b, & 212 b,*bis*,Semper Carneades προβολὴν pugilis, & retentionem aurigæ ſimilem facit. Academ.15 b & 20,Ex his illa neceſſariò nata eſt ἐποχὴ: id eſt aſſenſionis retentio. & 20 a, Illud certè opinatione & perceptione ſublata, ſequitur omnium aſſenſionum retentio.

RETENTO,as.*ſuſtento,retineo*. de Diu.83 b,

*Quæ(mens diuina)penitùs ſenſus hominum vitaſq; retentat.*

& 121 b,

*Namq; omnes memori portentum mente retentant.*

RETENTVS,a,um. de Diu. 124 a,Ius augurum reip. cauſa conſeruatum ac retentũ,& ius retinendæ maieſtatis.Tuſc. 148 a,Studia retẽta animo,remiſſa temporibus de Fin.64 a,Qui mos à poſterioribus non eſſet retentus,Arceſilas eũ reuocauit. Tuſc. 244 b, Sunt autem hæ de finibus,vt opinor,retentæ defenſæq; ſententiæ. *I.V.160 b, Atq; ab Apronio,&c. equitem Rom. ſcitote biduum cibo tectoque prohibitum:biduum Leontinis in foro cuſtodijs Apronij retentum atq; ſeruitum: neq; antè dimiſſum, quám.

RETEXENS,tis.Acad.23 b, Dialectica quaſi Penelope telam retexens.

RETEXO,xis.*diſſoluo,renouo*. Ep.180 a,An quod adoleſcens præſtiti, nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipſe re exam. Epiſt. 74 b, Noui timores retexunt ſuperiora.de Fin.144 b,Audeo dicere, inquit, non potes,niſi retexueris illa.I.V.121 b, Omnino erant Metelli huiuſmodi,vt totam ſuam præturam retexere videretur. *id eſt, irritam facere*. I. A.166 b,Itaq; iam retexo orationem meam.*id eſt,quod negabam, confiteor*.

RETEXOR,ris.de Orat.123 a,Ea quibus antè exorſa,& potius detexta, propè retexantur.

† Syntaxis.*Non poſſum me ipſe retexere. Orationem ſuam retexere.id eſt,palinodiam canere.*

RETICENDO. ad Herenn.20 a, Arteriæ reticendo acquieſcunt. pro Clu.18 a,Subterfugere reticendo, & obſcurare dicendo.

RETICENTIA,tiæ.*taciturnitas*. Offic.64 b, A' iuriſconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. * I. A.264 a, Quòd veſtra virtus nec obliuione eorum qui ſunt, nec reticentia poſterorum inſepulta eſſe poterit. Offic.29 b,Ex locutione, ex reticentia,&c.facilè iudicabimus.

¶ *Eſt item figura rhetorica*. de Orat.162 a.

RETICEO,es.*conticeo,obmuteſco*. de Or.130 a,Hic cum Sulpitius reticuiſſet,inquit Craſſus,&c. Qu. frat.299 b, Nihil nec temerè dicere,nec aſtutè reticere debeo. Epiſtol.59 b,

Quæ

Quæ ſtatueras tibi in ſenatu de mea laude eſſe dicenda, reticuiſti. I.A.158 b, Non poſſum de vtriuſq; noſtrûm errore reticere.

† Syntaxis. *Arteriæ reticendo acquieſcunt.*

Reticvlvm,li.I.V.241 a,Reticulum ad nates ſibi apponebat tenuiſſimo lino,& minutis maculis, plenum roſæ.

Retinendvs,a,um. Offic.21 a, Ludendi etiam quidam modus retinendus. pro Corn.61 a, Sui quemq; iuris,& dimittendi & retinendi eſſe dominum. Offic.73 b,Qui retinendi officij cauſa cruciatum ſubierit voluntarium. *pro C. Corn. 1, Qui non modò cum Sylla, verum etiam illo mortuo, ſemper hoc per ſe ſummis opibus retinendum putauerunt.

Retinens,tis. Qu. fr. 201 b, Homo ſui iuris dignitatiſq; retinens. pro Pl.270 b, Homo nimium retinens equeſtris iuris & libertatis videtur.

Retineo,es.)(. *dimitto, amitto.* Attic.208 a, Quare niſi iam profecti ſunt,retinebis homines. de L.160 b,Quin labebar longius,niſi me retinuiſſem. Ep. 6 b,Illum ſuſpicantem te ab ſe alienatum, illa epiſtola retinuiſti. Acad. 30 a, Quos natura ipſa in officio retinere non potuiſſet. * de Fin. 49 a,Veritus ne mouere hominum ſtudia viderer, retinere non poſſem.con.C.Ant.Paſtores retinet. pro Marc.134 a, Aut ſua pertinacia vitam amiſerunt, aut tua miſericordia retinuerunt.& 136 a,Qui armorum periculo liberatus animum tamen retinet armatū.de Orat.123 b,& 124 a, Quorum *imperatorum* conſilijs, virtute, periculis retinemus & noſtram ſalutem,& imperij dignitatem. Offic.47 a,Quam quidem *iuris ciuilis cognitionem atq; interpretationem* ante hāc confuſionem temporum in poſſeſſione ſua principes retinuerunt. Ep.68 a, Quæ *voluptas* vehementer animos hominum in legendo ſcripto retinere poſſit.

¶ *Conſeruo.* de Amic. 109 b, Retinet tamen charitatem in paſtores.

¶ *Vſurpo.* pro Clu. 38 a, * Quæ ſeſtertia ille cùm accepiſſet nomine iudicij Safiniani, ſicut in Oppianici iudicio poſteà, retinuit atq; ſuppreſſit.

¶ *Colo.* pro Qu.13 b,Cogitent ita ſe graues eſſe,vt ſi veritatem volent retinere,grauitetem poſſint obtinere.

¶ *Tueor.* I.V.155 a, Retinere ius ſuum contra aliquem. *id eſt,obtinere.*

¶ *Delecto.* Ep 68 a,Etenim ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet,quaſi enumeratione faſtorum.

*Retineor, eris. pro Cæcin. 297 a, Ea vis tametſi verbis interdicti non concluditur, tamen ſententia iuris atq; autoritate retinetur. *al.continetur.*

Retorqveo,es,*reflecto.* I.C.104 b,Catilina retorquet oculos ſæpe ad hanc vrbem.de Sen,94 b, Quò quidem me ꝓficiſcentem non ſanè quis facilè retraxerit, néve tanquam pilam retorſerit.* *al.nec ſi tanquam Peliam recoxerit.*

Retractandvs,a,um: do. Attic.124 a, Sed hæc omittamus:augemus enim dolorem retractando. pro Mur.137 a,Nunc tertius ille locus de criminibus ambitus à me retractandus eſt.

Retractatio,onis.*reuocatio,recognitio.*Tuſc.244 b,Vt ſine retractatione liberè dicere auderent,ſapientes eſſe ſemper beatiſſimos. Att.212 b, Conficies igitur,& quidē ſine vlla dubitatione & retractatione. I.A.265 a, Cumque ſine vlla retractatione (*alij neceſſitate legunt*) pro patria vitam profuderint.

Retractatvs,a,um.*limatus.*Attic.252 b, Αρχέτυπ@ crebris locis inculcatus & refectus, ſed tamen idem συύταγμα miſi retractatius.

*Retracto,as. Attic. 124 a, Sed hæc omittamus:augemus enim dolorem retractando.

Retractvs,a,um in Anton.207 a,Hic ita mœſtus redijt,vt retractus,non reuerſus videretur. *I.V.268 b, Quem iam ingredientem nauem, & Verri nimis atrociter minitantem,à ſe retractum eſſe aſſeruatum.

Retraho,his. *retrò aut in contrariam partem traho,abſtraho,reuoco.*pro Cæl.51 a,Licinium cùm iam manum ad tradendum pyxidem porrexiſſet, retraxiſſe. Epiſt.70 a, Non habeo certum, quæ te res hinc maximè retrahat. de Sen.94 b,Quò quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit,néve tanquam pilam retorſerit. de Fin.76 b,Scipio Annibalem in Africam retraxit. pro Seſt.10 b, Retrahere aliquem à repub.

Retrahor,ris. Part. 242 a, Genus hoc calliditatis & calūniæ retrahatur in odium iudicis.

Retrecto,as.*detrecto.* * Tuſcul.164 b,Veniet tempus,& quidem celeriter:& ſiue retrectabis, (*al.retractabis,al.retardabis*)ſiue properabis. *ſubaudi,moriendum eſt.*

Retribvo,is.*rependo,refero.* ꝓ Q R. 52 a,Non mihi detraham, cùm illis exactæ ætatis ſeueriſſimè fructum quē meruerunt,retribuam. Anteq. 192 b, Fidei conducit, in loco debitum retribuere. & 193 b, Retribuere quod debetis.

Retro.*à tergo.*de Diu.99 b,Tum ei Deus præcepit,vt pergeret protinus: quid retrò atq; à tergo fieret,ne laboraret. Ep.124 a, Retrò ad alpes verſus iter mihi incidit. de Som. 128 b, Orbes qui verſantur retrò contrario motu atq; cœlum. in Arat.

*Sed conuerſa retrò cæli ſemper loca portat.*

de Nat.65 b,Cùm eadem viciſſim retrò commeant. Tuſc. 229 a,Tam longè retrò reſpicere non poſſunt & 245 b,Vt omnia quæ ſine honeſtate ſint, longè & retrò ponenda cenſeat. de Finib. 144 a, Vide rurſus retrò,dato hoc,dandum erit & illud. Part. 232 a,Et idem quaſi ſurſum verſus retroq; dicatur.

Retrorsvm.*retrò.* de N.42 b, Deinde retrorſum viciſſim ex æthere aër oritur.

† Syntaxis.*Retrò & à tergo Retrò ad alpes verſus iter incidit. Retrò verſantur orbes,econtrario motu atq; cœlum. Longè retrò reſpicere. Longè & retrò ponere. id eſt,negligere.Retrorſum viciſſim ex æthere oritur.*

Retrvsvs,a,um.*reconditus.* I.V.77 b,Simulachra deorum iacent in tenebris ab iſto retruſa atq; abdita. Q. de Pet.211 b,Abditum & retruſum. de Orat.92 a,Hæc ſunt penitùs in media philoſophia retruſa atq; abdita.

† Syntaxis.*Retruſum & abditum:& contrà.*

Retvndo,dis.*obtundo.*I.C.111 a,Iјdem gladios in rempub. diſtrictos retudimus. pro Syl. 183 a, Cuius nuper ferrum retudi.pro Dom.226 a, In me omnia, quæ ego quondam retuderam,coniurationis tela adhæſerunt. Attic.261 a,In præſentia bellè iſte puer retundit Antonium. pro Clu.43 a,Cenſorij ſtyli mucronem multis remedijs retuderunt. Ep.190 b,Retundere improbitatem alicuius.& 115 a,Quo facto retudit ſermones.

Retvsvs, a,um. *obtuſus.* de Diu.97 a,Aliæ quæ acuta ingenia gignant,aliæ quæ retuſa.

Revectvs,a,um. I.V. 217 b, Diana Segeſtam Carthagine reuecta.

*Revehor, eris. de Clar.185 a,Ad paulò ſuperiorem ætatem reuecti ſumus: nunc eam, de qua aliquantum locuti ſumus, reuertamur.

*Revellens,tis. I.P. 85 a,Principe Cn Pompeio referēte,& de corpore Reipub. tuorum ſcelerum tela reuellēte.

Revello,lis:reuelli.*refigo.*I.P.85 a,De corpore alicuius tela reuelle. pro Cec. 198 a, Qui ius ciuile contemnendum putat,is vincula reuellit iudiciorum. I.V. 205 b,Nec prius illam crucem,quę fixa eſt ad portam,reuelliſtis.Ep.219 b, Reuellere tabulam fixam.Attic.79 a,Honorificiſq; verbis omnes iniurias reuellimus ſuperiores.

Revellor,ris. Ep.219 b,Tabulam in qua nomina ciuium inciſa erant,reuelli iuſſit.I.V.211 a,Reuelli clauſtra, effringi fores pro Mur.131 a, Ianua,qua effracta & reuulſa,tota pateret prouincia.

† Syntaxis. *Vincula iudiciorum, tabulam fixam reuellere.Iniurias reuellere verbis honorificis.*

Revenio,nis.*redeo.* de Or.99 b, Cùm miles domum reueniſſet, egiſſetq; lege in hæreditatem paternam. & 100 a, Cum poſtea Mancinus domum reueniſſet. *bis.*

Revera,*reapſe,reipſa.* Ep.32 b,Et reuera confirmata amicitia,& perfecta fide commemoratio officiorum ſuperuacua eſt. pro Cor.65 a, Cuius igitur crimen eſt? reuera nullius,actione accuſatoris eius vnius,qui donauit. ad Her.8 a,Hæc enim modo exponi, quomodo reuera geſta ſunt. Epiſt.4 b, Qui nunc populi Rom.nomine,re autem vera ſceleratiſſimo latrocinio,ſi qua conabuntur agere,&c.I.V, 161 a, Cuius mortis cauſam fugitiui ſuſtinent, re quidem vera nemo dubitat,quin,&c. ꝓ Clu.28 b,Verbo ille reus, re quidē vera & periculo,& tota accuſatione Oppianicus. At.50 b,Cum reuera ita ſit,&c.pro R.P.126 b,Sint illa magna quæ reuera magna ſunt. pro Qu.10 b,Hæc ille ſi verbis non audet,re quidē vera palàm loquitur. ꝓ Dom.227 b,Quando igitur eſt turpe? reuera quando eſt pœna peccati,opinione autē hominum,ſi eſt pœna damnati. 2 Ver. Quam quum poſcebat,verbo illam poſcere videbatur,reuera iudicia poſcebat. 3 Verr. Quòd iſte M.Marcelli & P. Africani monimenta,quæ nomine illorum, reuera populi Rom & erant,& habebantur. 5 Ver.Verbo & ſimulatione poſcere, & reuera: *contraria.* pro Quint.1 b,Aduerſarium habet Quintius verbo Sex. Næuium, reuera huius ætatis homines diſertiſſimos, florentiſſimos,&c.

Reverens, tis. Tuſc.164 a, Multa aduerſa reuerens oratio. (* *al.reuertens.*) de Or.118 a,Dicam enim non reuerens aſſentandi ſuſpicionem.

Reverentia,tiæ.*honor,obſeruantia.*Offic.20 a,Adhibenda eſt igitur quædam reuerentia aduerſus homines.

Revereor,ris.*vereor,colo,cultu quodā & honore dignor.*Att.33 b,Sed mihi nihil eſt moleſtius,quàm Statiū manumiſſum: nec meū imperium, omitto imperium, nō ſimultatē meā reuereri ſaltē.ad Her.29 b,Difficile eſt virtutē reuereri qui

ſemper ſecunda fortuna ſit vſus. de Inu.70 b, Obſeruantia per quam ætate, aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus.

REVERSIO, onis. *reditus.*)(*.profectio.* I.A.153 a, Exponā vobis breuiter conſilium & profectionis, & reuerſionis meę. Att.256 b, Reditu vel potius reuerſione mea lętati ſunt. de Nat.46 a, Sol binas in ſingulis annis reuerſiones ab extremo contrarias facit. de Fin.86 a, Cùm omnium ſiderū eódem vnde profecta ſunt, fiat ad vnum tempus reuerſio. ꝓ Syl.177 a, Reuerſionē facio.* de N.64 b, Quarum febrium reuerſione & motu quid poteſt eſſe conſtantius?

† Syntaxis. *Reditus vel potius reuerſio. Reuerſio & motus febrium. aduerte diſcrimen reditus ac reuerſionis.*

REVERTO, tis. *reuertor, remigro, reuenio, aduenio, recurro, refero me.* At.121 a, Ipſe ne quò inciderē reuerti Formias. Tuſ.249 a, Multi egreſſi, nunquā domum reuertére. pro S. R.21 b, Legati Ameriam re inorata reuerterunt. de Diu.86 a, Itaq; perſæpè reuertit ex itinere, cùm iam, &c. Ep.84 b, Deinde vt in eam ciuitatē viri boni, & nulla ignominia notati non reuertantur, in quam tot nefariorum ſcelerum condemnati reuerterunt. & 39 a, Dicuntur omnes reuertiſſe. & 70 b, Epheſo Laodiceam reuertit. Ep.161 a, Ad illum animū meum reuerti priſtinum. & 141 b, Niſi ad ſuperiorem conſuetudinem reuertiſſes.

REVERTOR, ris. *reuerto, reuenio, redeo, refero me, reuerſionem facio, remigro.* pro Mur. 145 b, Vnde cnm honore diſceſſeris, eódem cum ignominia reuerti. Att.139 a, Ad propoſitum reuertar: feſtinationi meæ & breuitati literarum ignoſces. de Diu.90 a, Diſcedo parumper à ſomnijs, ad quæ mox reuertar. pro Dom.240 b, Sed vt reuertar ad ius publicum, &c, pro S.R.38 a, Vt ad me reuertar, &c. de Inu.83 a, Vtilitas aut in corpore poſita eſt, aut in extraneis rebus: quarum tamen rerum multo maxima pars ad corporis commodum reuertitur.

† Syntaxis. *Hoc reuertitur ad commodum corporis.*

REVINCOR, ris. *conuincor.* pro Arch.187 b, Quęre argumēta, ſi qua potes: nunquam hic nec ſuo, neq; amicorum iudicio reuincetur.

REVIRESCO, *fruticor, renouor, reuiuiſco.* de Prou.76 a,* Impolitæ res & acerbæ ſi erunt relictæ, quanquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquando, & ad renouandum bellum reuireſcent. ad Herenn. 34 b, Reipublicæ rationes, quæ malitia nocentum exaruerant, virtute optimatum reuireſcunt.

REVISO, ſis. *inuiſo, iterum viſo.* Att.17 a, Reuiſe nos aliquando. & 19 b, & Epiſtol.17 b, Attic.203 a, Quare cùm poteris, reuiſes nos. pro Quint. 4 a, Hic cùm rem Gallicanam cuperet reuiſere, &c.

REVIVISCENS, tis. Ep.49 a, Vt ſpeciem aliquam videar videre, quaſi reuiuiſcentis reipub. Oct.326 a, Templa in quibus reuiuiſcente iam libertate, deinde rurſus oppreſſa, ſenatus nihil conſulitur.

REVIVISCO, ſcis: reuixi. *in vitam redeo, renaſcor,* I.P.94 a, Is vbi galli cantum audiuit, auum ſuū reuixiſſe putat. Poſtq. 204 b, Si reuixiſſent hi qui hæc penè delerunt. ad Brut.285 b, Sed ne patri quidē meo, ſi reuiuiſcat, cōceſſerim. de Fin. 119 b, Si reuiuiſcant illi, &c. I.A.255 b, Vt facilùs reuiuiſcat Pompeianorū cauſa totiens iugulata. pro Mil. 117 a, Qui ſi eâdem lege reuiuiſcere poſſet, lata lex nunquā eſſet. Ep. 88 a, Ipſa cauſa ea eſt, vt iam ſimul cum repub. neceſſariò reuiuiſcat atq; recreetur. de N.45 a, Cùm aūt ſol illuxiſſet, tum vt reuixiſſe ſibi viderentur. I.V.268 b, Cùm ex illorū metu mortis quaſi luce libertatis recreatus reuixiſſet. Att. 76 b, Aduētu noſtro reuiuiſcūt *ciuitates* iuſtitia, abſtinētia, clementia tui Ciceronis. Attic.90 b,* Omnes *ciuitates* ſuis legibus & iudicijs vſæ, αὐτονομίαν adeptæ reuixerunt. I.A. 209 b, Senatus ad autoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcit. de Ar.255 a, Reuiuiſcere, reſpirare à metu cædis, emergere à fluctibus ſeruitutis. Para.123 a, Reuiuiſcat M Curius, &c.

† Syntaxis. *Reuiuiſcere ac recreari. Reuiuiſcens libertas.*

REVOCANDVS, da, dum: do pro Dom 241 b, Identidem ſe ipſe reuocando, dubitans, &c. de Orat.112 b, Non omnia quæcunq; loquimur, ad artem & ad præcepta ſunt reuocanda. * pro Marc.134 b, Omnia ſunt excitanda tibi, reuocanda fides.

REVOCANS, tis. I.A. 141 a, Quis reuocante & receptui canente ſenatu properet dimicare? Ep.85 a, Scripſi de te parcè & timidè, non reuocans me ipſe, ſed penè refugiens. de Amic.107 b, Aliquis omnia ad ſuam potentiam reuocans.

REVOCATIO, nis. I.A.249 b, Receptui ſignum aut reuocationem à bello audire non poſſumus.* Tuſc.197 b, Leuationem ægritudinis in duabus rebus ponit auocatione à cogitanda moleſtia, & reuocatione ad contemplandas voluptates.

REVOCATVS, a, um. Qu. fr.300 b, Teſtor omues deos, me hac vna voce à morte eſſe reuocatū, quòd, &c. Ep,143 b,



Poſteaquam de meo curſu reipub. ſum voce reuocatus. cont.Rull.87 b, Qui prouocati à me venire noluerunt, reuocati ſaltem reuertantur. * ꝓ A.Gabin. Amicitiæ ex inimicitijs reuocatæ in gratiam.

REVOCO, as. *voco, reduco.* pro Mur.129 b, Vnde tu me vocaſti, inde ibi ego te reuoco. de Prou. 71 b, Deducere & reuocare aliquem de prouincia. Epiſt. 150 a, Equitatum reuocaui. pro Dom.242 b, Vos qui maximè me repetiſtis atque reuocaſtis. * pro C.Corn.1, Ne quē in iudicium oratio mea reuocare videatur. Ep.126 a, Ignoſcunt veteres amici, id eſt, libri mihi, & reuocant in conſuetudinē priſtinā.

¶ *Refero.* Off.69 a, Hoc ego nihil inutilius puto, cùm ad veritatem cœpi reuocare rationē. de Fin.73 b, Reuocare omnia ad ſcientiam. pro Dom.216 a, Nonnulli illam rem ad illam rationem coniecturamq; reuocabant, qui, &c.

¶ *Reſumo.* Acad.15 b, Simulatq; ſe ipſe commouit, ad ſeque reuocauit. Ep.107 b, Reuocare vires amiſſas.

¶ *Auoco, remoueo, abſtraho, retraho.* Tuſcul.156 a, Reuocare mentem à ſenſibus. Attic.46 b, Reuocare aliquem à turpi conſilio. pro Clu.20 b, Eam non filij dolor, non filiæ mœror à cupiditate reuocauit. I.C. 113 a, Reuocare aliquem à furore vel à ſcelere.

¶ *Inflammo, comparo.* de Cl.195 b, Hortenſius reuocare ſe ad induſtriam cœpit. de Orat. 153 b, Meq; ad meum munus penſumq; reuocabo. de Cl.166 b, Ego me ad priſtina ſtudia reuocaui.

¶ *Reſumo, inſtauro, aggredior.* de Cl.194 b, Studium philoſophiæ nunquā intermiſſum, à primaq; adoleſcētia cultū & ſemper auctū, hoc rurſus ſummo autore & doctore reuocaui. Tuſc.148 a, Retuli me ad ea ſtudia, quæ retenta animo, remiſſa tēporibus, longo interuallo intermiſſa reuocaui. de Or.127 a, Iudicū animo ad Qu. Cepionis odium, à quo erant ipſi propter iudicia abalienati, renouabam atq; reuocabam. de Opt. 244 a, Ad quam eos quaſi formulam dicendi reuocent. pro Syl. 175 b, Animum incitatum ad vlciſcendam orationem tuam, reuoco ipſe.

¶ *Excito.* Poſtq.209 a, Qui me à morte ad vitam, à deſperatione ad ſpem reuocauit.

¶ *Recupero.* Epiſt.107 b, Sed ſi morbum depulero, facilè (vt ſpero) illa reuocabo. * Incert. Nullum vnquam verbum, quod reuocare vellet, emiſit.

REVOCOR, ris. Offic.27 b, Danda igitur opera eſt, vt etiam ſi aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. de Diu, 138 b, Hæc ratione explicari, & ad naturam reuocari facilè poſſunt. pro Cec.292 a, Ad incertum reuocari bona, fortunas, poſſeſſiones omnium. pro S.R. 37 a, In minimis rebus etiam negligentia in crimen mandati iudiciumque infamiæ reuocatur. * Incer. Cùm ex aduerſis & perditis rebus ad meliorem ſtatim fortuna reuocatur. de Orat.121 a, Quia etiam in ijs ipſis, vbi de facto ambigitur, argumenta & criminū & defenſionis reuocentur oportet ad genus & ad naturam vniuerſam. pro Cæcin. 299 b, Populi Romani cauſa, ciuitatis ius, bona, fortunæ, poſſeſſionesq; in dubium incertumq; reuocabuntur.

REVOLO, as *retro volo.* de Nat.51 a, Dux ipſe *gruum* quia non habet vbi nitatur, reuolat.

REVOLVENS, tis. de Natur.47 a,

** Has inter (ſtellas) veluti rapido cum gurgite fertur*
*Toruu' draco ſerpit ſubter, ſupraq; reuoluens Seſe.—*

REVOLVOR. *referor.* de Orat.121 a, Omnia neceſſariò à tēpore atq; homine ad communes rerum & generum ſummas reuoluentur.

¶ *Rapior.* Acad.6 a, Ita imprudens eò quò minimè vult, reuoluitur.

¶ *Redeo.* de Orat.120 b, Nec quotiens cauſa dicenda eſt, totiens ad eius cauſæ ſepoſita argumēta reuolui nos oportet de Diu.111 a, Primùm eódem reuolueris, nam, &c. ad Her.11 a, Neq; eódem identidem reuoluamur. Att.212 a, Reuoluor identidem in Tuſculanum.

REVS, rei. *ille vnde petitur, qui cauſam dicit, qui lege aliqua tenetur, maleficus, qui aliqua culpa tenetur erroris humani, qui arguitur, is de cuius re diſceptatur, ille vnde petitur.* pro Mur.133 a, I.V.127 b, Si quis abſentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet. pro Pl 270 b, Cur is abs te reus non factus eſt? Ep.223 b, Vt ſocrus adoleſcentis rea ne fiat. de Or. 125 a, Reos autem appello, non eos modò qui arguuntur, ſed omnes quorum de re diſceptatur. & 138 a, Reos appello, quorum res eſt. pro Syl.182 b, Parens tum Catilinæ reo de pecunijs repetundis fuit aduocatus. Anteq.193 a, Non citatur reus audaciæ, virtutis reus citatur. de Ar.253 b, Clodius cum propinquis ſuis decidit, ne reos faceret. & 254 b, Laudare reum. pro Seſt.10 b, Cùm equeſter ordo reus à conſulibus citaretur. pro Mil 108 b, Reus Milonis lege Plotia fuit Clodius, quoad vixit. Quint. frat. 323 b, Facere aliquem reum de ambitu. I.C.103 a, Leges, quę de ciuium reorum ſupplicio rogatæ ſunt. ad Att.275 b, Alienæ igitur

culpæ me reum facis.I.V.258 a,Referre aliquem abſentem in reos.I.A.171 a,Abſens in reos relatus.pro Mil.109 a,Milo reus eſt præclari facti. & 11 a, Tota deniq; rea citaretur Hetruria,&c. pro Deiot.151 a,Hieras totam cauſam ſuſcipit,& criminibus illis pro rege ſe ſupponit reum. de Orat. 125 a,Non ſemper fortis oratio quęritur, ſed ſępe placida, ſummiſſa,lenis, quę maximè cōmendat reos.& 138 a,Aut ex reo,&c. ſententias duci decebit.I.V.62 b,Vobis aūt tanta inopia reorum? vt mihi cauſam præripere conemini potius, quàm aliquos à columna Menia veſtri ordinis reos reperiatis?ibid.Quæ reus nocens in accuſatore ſuo cupiat eſſe.pro Mur.135 a,Si haberes nocentem reum.pro Planc. 267 b,Si reus tribus ederet.pro Rab.124 a,Non igitur reus ex ea cauſa, quæ iudicata eſt,redundat Poſthumus:ſed eſt arreptus vnus eques Rom. de pecunijs repetundis reus. Attic.64 b,Tres candidati fore rei putabantur,Domitius à Memmio,&c.

† Syntaxis. *Capitalis rei reum facere. De furto reus. Citatur audaciæ reus. Alienæ culpæ reus. Ille ab illo eſt reus. Referre aliquem in reos. Præclari facti reus. Citatur Italia rea. Crimini ſe reum pro aliquo ſupponere.*

REVVLSVS,a,um.I.P.84 b,Id autem templum ſublato aditu,reuulſis gradibus,armis tenebatur.I.A.196 a,Niſi ſeptis reuulſis introiri non poteſt.

REX,gis.*dominus*. Offic.41 a, Apud Medos,vt ait Herodotus,fruendæ iuſtitiæ cauſa videntur olim bene morati reges conſtituti. pro Seſt. 16 a, Rex ſedens cum purpura & ſceptro,& illis inſignibus regijs, præconi publico ſubijcitur. Offic.68 b, Ecce tibi qui rex pop. Rom. dominuſque omnium gentium eſſe concupierit.pro Pomp. 8 b, Regū afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciunt ad miſericordiam, vt regale ijs nomen magnum & ſanctum eſſe videatur: interfecto enim rege, regios omneis nutus intuemur. p R.P.127 a,Regum hæc ſunt imperia, Animaduerte & dicto pare, & præter rogitatū, ſi querare: & illæ minæ,Si te ſecundo lumine hic offendero,moriere. Attic. 117 b,Cæſaris interdicta, Si te ſecundo lumine hic offendero,reſpuentur. de Fin.105 b, Rectius enim appellabitur rex, quàm Tarquinius, qui nec ſe nec ſuos regere potuit. pro Dom. 217 a, Cùm lege nefaria Ptolemæum regem Cypri,fratrem regis Alexandrini eodem iure regnantem cauſa incognita publicaſſes. Epiſtol.2 a,Ammonius regis legatus ibid.Regis cauſa ſi qui ſunt qui velint.& b,Ex illo Senatuſconſulto, &c. tibi decernitur, vt regem reducas. ibid. Qui omnino reduci *regem* negat oportere. ibid. Res ab ipſo rege,&c. clam exulceratæ. Epiſt.3 a,Vt tres legati regem reducerent. ibid.Vt tu ſine exercitu reduceres *regem* & b,Totam rem iſtam iampridem à certis hominibus nō inuito rege ipſo,conſiliarijsq; eius,eſſe corruptam.Epiſt.5 a,Vt neq; iacere regem pateremur. & b,Vt cum rex intelligat ſeſe,id quod cogitabat vt à Pompeio reducatur, aſſequi non poſſe,& niſi per te ſit reſtitutus deſertum ſe atque abiectum fore, proficiſcatur ad te. Quod ſine vlla dubitatione faciet. Epiſtol.6 b,Reductio regis Alexandrini. & 7 a, Ptolemaide aut aliquo propinquo loco rege collocato,&c. vt Ptolemæus redeat in regnum. Ita fore vt per te reſtituatur,& ſine multitudine reducatur. & b,Vt ſi rex amicis tuis,qui per prouinciam imperij tui pecunias ei credidiſſent, fidem ſuam præſtitiſſet: & auxilijs eum tuis & copijs adiuuares. Att.26 a, Reges Armenij patricios ſalutare non ſolent?

REX ſacrorum.*qui rebus ſacris præeſt.* * pro Dom.220 b,Populus Rom. breui tempore neq; regem ſacrorum, neque flamines, neq; Salios habebit. de Aruſp.246 a,Meam domum P. Lentulus Cos. L. Claudius rex ſacrorum cauſa cognita,duobus locis dicta,&c.omni religione vna mente omnes liberauerunt.

REX ærarij.*qui ærario cuſtodiendo præeſt.* cont.Rull.

RHADAMANTHVS,thi. *iudex apud inferos.* Tuſc.150 a.

RHAMNVSIVS Antiphon. *orator, à Rhamno oppido Græciæ.* de Clar.168 b.

RHEDA,dæ *genus vehiculi.*I.A.271 b, Sequebatur rheda cum lenonibus *al.leonibus.* pro Milon.106 b,Obuius fit ei Clodius expeditus in equo,nulla rheda, nullis impedimentis. & ibid. Cùm Milo cum vxore veheretur in rheda penulatus. Attic.77 a, Hanc epiſtolam dictaui ſedens in rheda. Attic. 89 a, Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus eſſedis & rheda equis iuncta.* pro Mil.106 b,Cùm hic de rheda reiecta penula deſiluiſſet. & 107 a, Illi,qui erant cū Clodio,gladijs eductis partim recurrere ad rhedam. ibid. Cùm ad rhedam pugnari viderent. (cidunt.

RHEDARIVS,rij. pro Milon.106 b,Aduerſi rhedarium oc-

RHEGIVM,gij.*vrbs Calabriæ.*Epiſt.198 b.

RHEGINI.*populi.*in Verr.205.

RHEMMIA lex.L. Leges variæ.

RHENVS,ni. *fluuius.* in Piſon. 97 a, Rheni foſſa gurgitibus illis redundans. * pro Marc. 135 b, Imperia, prouincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, triumphos audientes & legentes tuos.

RHETOR,ris.*orator,dicendi artifex & doctor, qui dicendi præcepta tradit,rhetoricus doctor.* de Orat.91 b,& 92 a, Qui rhetores nominabantur, & qui dicendi præcepta tradunt. de Inu.43 a,Vis & artificium rhetoris. de Clar.168 a,Cōceſſum eſt rhetoribus mentiri,& in hiſtorijs,vt,&c. Quin. frat.320 b,Cicero noſter dum ego adſum, non ceſſauit apud rhetorem. opinor, valde exercitatus & bonus. item: Quæ poteſt turpitudinis eſſe tanta defenſio? cupio audire,vt videam. vbi rhetoris tāta merces, vbi campus Leontinus appareat. in Anton. 179 b,Quaſi rhetor ille te diſertum facere poſſet.de Natur.26 a,Nam neq; indiſertum Academicum pertimuiſſem, neq; ſine philoſophia rhetorem quemuis eloquentem.Offic.26 b.Contentionis præcepta rhetorum ſunt, nulla ſermonis. de Finib.67 b,Quaſi verò perpetua oratio rhetorum ſolùm, non etiam philoſophorum ſit. & 68 a, Latiùs loquuntur rhetores, dialectici autem compreſſiùs. Orat. 202 b, Sed & Græcè ab eloquendo rhetor, & Latinè eloquens dictus eſt. de Nat. deor. 26 a, Rhetor eloquens. Orat.205 a, Hanc hypallagen rhetores, metonymiam grammatici vocant. de Orat. 150 a,Corax & Pamphilus rhetores. de Inu.63 a,Fuit eodem tempore magnus & nobilis rhetor Iſocrates. de Fin. 90 b, Artes rhetorum totæ ſunt forenſes ac populares. Orat. 200 b, At ea de ſeniore ſcribit Plato, & ſcribit æqualis, & quidem exagitator omnium rhetorum hunc miratur vnum.I. A. 168 b, Tum verò adhibes ioci cauſa magiſtrum ſuffragio tuo & compotorum tuorum rhetorem. ibid. At quanta merces rhetori data eſt? Duo millia iugerum campi Leontini Sex. Clodio rhetori aſſignaſti. de N. 26 a. Næ ego incautus, qui cum Academico, & eodē rhetore congredi conatus ſum. Qu.fr.323 b,Cicero tuus noſterq; ſummo ſtudio eſt Pæonij ſui rhetoris,hominis, opinor,valde exercitati & boni.

RHETORICA, cæ. *ars rhetorica, rhetoris ars, vis oratoria, oratoris facultas,ratio dicendi, copia dicendi & commoditas orationis.* de Inu. 43 a, Artificioſa eloquentia, quam rhetoricam vocant. de Finib. 68 a,Zeno omnem vim eloquendi in duas partes tributam eſſe dicebat, rhetoricam palmæ,dialecticamque pugno ſimilem eſſe: quòd latiùs loquerentur rhetores,dialectici autem compreſſiùs. & ibid.Dicamque ſi potero rhetoricè: ſed hac rhetorica philoſophorum, nō noſtra illa forenſi,quā neceſſe eſt,cùm populariter loquamur, eſſe interdum paulo hebetiorem. de Finib. 107 b, Scripſit artem rhetoricam Cleanthes, Chryſippus etiam, ſed ſic, vt ſi quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legat. * ad Her.1 a,Quod te non ſine cauſa velle cognoſcere Rhetoricam intelligebamus.

RHETORICA,orum.*rhetorum res,ſiue præcepta.* de Fat.140 b, Mihi rhetorica veſtra ſat nota ſunt.

RHETORICE'.*rhetorico more,copioſè, ſplendidè, ornatè.*de Finib. 67 b, Rhetoricè igitur num mauis,quàm dialecticè diſputari? Tuſculan.240 a, At quàm rhetoricè,quàm copioſè, quas ſententias colligit, quæ verba contorquet? de Cl. 168 a,Rhetoricè & tragicè ornare aliquid. de Finib.95 b, Poteſt id quidem fuſè & copioſè, & omnibus electiſſimis verbis grauiſſimiſq; ſententijs rhetoricè & augeri, & ornari. (158 b.

RHETORICOTEROS. *magis rhetor,vel maior orator.* de Orat. *Craſſum habeo generum, ne rhetoricotero' tu ſis.* Lucilij. *Quidam legunt Rhetoriſtero.*

RHETORICVS,a,um. de Orat.96 a, Et noſtro more aliquando, non rhetorico loquamur. & 92 a, Quæ arte ſua rhetorici illi doctores complecterentur.de Nat.59 b,Exercitationes rhetoricæ. de Orat.108 a,Rhetorici quidam libri,quos tu agreſtes vocas.

RHODANVS,ni.*fluuius.* Epiſt.149,150.

RHODII.*populi.*de Offic.62.pro Pomp.14 a.

RHODOS,*inſula.*Att.21,Offic.62.

RHOPOGRAPHIA. *virgultorum ſtirpiumque deſcriptio, qualis ad ripas amnium eſſe ſolet, vel natura, vel arte facta.* * Attic. 246 a, Hæc rhopographia ripulæ videtur habitura celerem ſatietatem.

RHYTHMICI, corum. *qui ſtudioſè numeros ligant,quos muſici cantant ad lyram: & omnino rhythmici ſunt poëtæ lyrici.*de Orat. 160 b,Nec ſunt hæc rhythmicorum aut muſicorum acerrima norma dirigenda.

RHYTHMVS.* Orat.203 a, Quicquid eſt,quod ſub aurium menſuram aliquam cadit, etiamſi abeſt à verſu,numerus vocatur,qui Græcè ῥυθμὸς dicitur.

RICINIVM,nij.*pallij genus, ſiue veſtimentum quadratum.* de Legib. 182 a, Extenuato ſumtu tribus ricinijs purpuræ, &

decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. & 183 a, * De tribus ricinijs,& pleraq; illa,Solonis ſunt.

Rictvs, ctus. *os, præſertim minax, & hians*. I. V.222 a,Vt rictus ſimulacri Herculis, & mentum paulo ſit attritius.

Rideo,es.*riſum edo vel facio*. I. V. 161 b,Ridere conuiuæ,cachinnari ipſe Apronius. Epiſtol. 107 a, Vereris,ne,&c. rideamus γέλωτα σαρδόνιον *prouerb*. Attic. 314 a. & Qu. 16 a, Riſi niuem atram, teque hilari animo eſſe & prompto ad iocandum valde me iuuat. de Finib. 146 b, M. Craſſus, quem ſemel ait in vita riſiſſe Lucilius,& ea re ἀγέλαστον vocatum. Attic.230 a, De hæreſi Veſtoriana , & de Pheriorum more Puteolano,riſiſſe me fatis , nihil eſt neceſſe me reſcribere.

¶ *Derideo*,Ep.72 b,Dediſti nobis, quem ſemper ridere poſſemus de Ar 245 a, Cùm riſeritis impudentiam hominis, tum à me de tota concione audietis.

Ridicvle' *facetè,perridiculum,ioco*. I.V.234 b,Theomneſtus quidam homo ridiculè inſanus. ad Her. 25 b, Ridiculè facere Epiſtol. 140 b, Dicere aliquid ridiculè. de Orat. 106 a,Colligere multa non modò acutè,ſed etiam ridiculè ac facetè.

Ridicvlvm,li.*iocus,facetiæ,digna res quæ omnium irriſione ludatur*. de Or.135 a, Sæpe etiã ſententiosè ridicula dicũtur. Or.205 a,Altero vtetur in iacẽdo mittẽdoq; ridiculo.& ib. Vitabit etiam ridicula quæſita , nec ex tempore ficta , ſed domo allata,quæ plerunq; ſunt frigida. Offic.27 a,Per ridiculum dicere aliquid. * de Orat. 128 b, Cùm quoſdam Græcos inſcriptos libros eſſe vidiſſem de ridiculis & 130 b,Locus & regio quaſi ridiculi turpitudine & deformitate quadam continetur. ibid. Quatenus ſint ridicula tractanda oratori. ibid. Facinoroſos maiore quadã vi quàm ridiculi , vulnera i volunt. ibid. Materies omnis ridiculorum eſt in iſtis vitijs. de Orat.131 a,Cùm ad ipſa ridiculorum genera venerimus. ibidem. In re eſt item ridiculum, quod ex quadam deprauata imitatione ſumi ſolet.ibid. Atque ita eſt totum hoc ipſo genere ridiculum, vt cautiſſimè tractandum ſit. ibidem. Hæc duo genera ſunt eius ridiculi quod in re poſitum eſt, quæ ſunt propria perpetuarum facetiarum : in quibus deſcribuntur hominum mores, & ita effinguntur. ibidem. In dicto ridiculum eſt id , quod verbi aut ſententiæ quodam acumine mouetur.Sed vt in illo ſuperiore genere vel narrationis , vel imitationis , vitanda eſt mimorum ethologorum ſimilitudo : ſic in hoc ſcurrilis oratori dicacitas magnoperè fugienda eſt de Orat 131 b, Quoſcũnque locos attingam, vnde ridicula ducantur. ibidem. Ridiculum eſt illud Neronianum vetus in furace ſeruo : ſolum eſſe cui domi nihil ſit nec obſignatum nec occluſum. Quòd idem in bono ſeruo dici ſolet,ſed hoc iiſdem etiam verbis. Ex iiſdem autem locis omnia naſcuntur. de Orat. 132 a, Hoc ridiculum eſt, & vtrumque ex eo &c. eſt ductum. ibid.Non eſſe omnia ridicula faceta. Quid enim poteſt tam ridiculum, quàm Sannio eſt? ibidem. Alterum genus eſt in-uitatione admodum ridiculum, ſed nobis tantum licet furtim,ſi quando , & curſim. & b, Eſſet id genus ridiculi præter expectationem ibidem. Cùm ad ridiculum conuertas,quamobrem ita quis vocetur de Orat. 133 a, Tantum genus huius ridiculi inſigni aliqua & nota re notari volo. Eſt autem ex hoc genere illud , quod tu Craſſe nuper ei,&c.inquiſti.ibidem.In verbis etiam illa *ridicula* ſunt, quæ aut ex immutata oratione ducuntur,aut ex vnius verbi tranſlatione, aut ex inuerſione verborum. de Orator. 133 b, Quæ ſint, quod ridiculi proprium eſt, ſubturpia. & 134 a, Sunt etiam illa ſubabſurda , ſed eo ipſo nomine ſæpe ridicula , non ſolum mimis perappoſita, ſed etiam quodammodo nobis & b, Salſa ſunt etiam,quæ habent ſuſpicionem ridiculi abſconditam. Quo in genere eſt illud Siculi. ibidem. Me quidem hercule valde illa mouent ſtomachoſa, & quaſi ſubmoroſa ridicula: non cum à moroſo dicuntur. ibidem. Huic generi quaſi contrarium eſt ridiculi genus patientis ac lenti. de Orat. 135 b, Vt ad cuiuſque modi genus ridiculi vultus etiam accommodetur.Orat.205 a,Ridiculo ſic vſurum oratorem, vt nec nimis frequenti , ne ſcurrile ſit:nec ſubobſcœno , ne mimicum.

Ridicvlvs, a, um. *iocularis*. Attic.7 b, Facie magis quàm facetijs ridiculus. de Orat. 128 b, Inueni ridicula & ſalſa multa Græcorũ. pro Arch.187 a,Eſt ridiculum ad ea,quæ habemus, nihil dicere , quærere quæ habere non poſſumus.I.V.64 a,Ridiculum eſt putare, &c.

† Syntaxis.*Ridicula ſententiosè dicta.Iacere,mittereq; ridiculum. Ridiculum quæſitum , non ex tempore fictum , ſed domo allatum, frigidum. Perridiculum dicere aliquid. Ridiculus facie,non facetijs.Id agere,eſſe ridiculum.*

Rigeo,ges.*conglacio,congelo*. Tuſcul.161 b, Quòd aut frigore rigeant *partes*, aut vrantur calore.

Rigidvs, a, um. *durus, erectus, rudis*. de Natur. 21 b, Ibes ſunt aues excelſæ,rigidis cruribus,procero roſtro.de Clar. 170 b,Canachi ſigna rigidiora ſunt,quàm vt imitentur veritatem.

Rigo,as.*reſpergo*. de Diuin.84 b,

*Hic ſyluestris erat Romani nominis altrix*
*Martia,quæ paruos Mauortis ſanguine natos,*
*Vberibus grauidis vitali rore rigabat.*

ad Her. 25 b, Iſti cùm ſe fontes eſſe dicant, & omnium rigare debeant ingenia,non putat,&c.

Rima,mæ.*hiatus*.Att.225 b,Tabernę mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Orat. 220 a, Neq; inſerciens verba, quaſi rimas expleat.

Rimor,aris. *ſcrutor, inquiro*. de Diuin.107 a, Sed tamen id quod rimatur,quantum poteſt, Poſſidonius.

Ripa,pę de Natur.45 b,Liquores perlucidi amnium,riparum,veſtitus viridiſſimi. I. A. 165 b, Si ille ad eam ripam, quam conſtituerat , non ad contrariam naui ſe applicuiſſet de Diuin.92 b, Eodem equo aduerſam aſcendi ripam. de Clar.169 b, Cùm plebs prope ripam Anienis conſediſſet.de Leg b 159 a,In viridi & opaca ripa inambulare. pro Milon. 115 b, * Domino trans ripam lacus inſpectante. de Diuinat. 92 b, Cùm tu equo aductus ad quandam magni fluminis ripam prouectus ſubitò atque delapſus in flumen nuſquam apparuiſſes. de Clar.194 b,Vt nimis redundantes nos & ſuperfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia,reprimeret, & quaſi extra ripas diffluentes coërceret.

Ripvla,læ.*ripa*.Att.246 b,Hæc rhopographia ripulæ videtur habitura celerem ſatietatem. *(tra ripas.*

† Syntaxis. *Viridiſſimi riparum veſtitus. Diffluens fluuius extra ripas.*

Risvs,ſus. Attic.93 b,In quo tamen ille mihi riſum magis quàm ſtomachum mouere ſolet. I.A.174 a,Qui riſus hominum de te erat? & 218 b, Lætitiæ riſus (*al.vſus*) fatis maximæ præclariſſimæq; pugnæ. I. V.205 b,Riſus populi atque admurmuratio omnium facta eſt. Epiſtol.119 a,Poſt repulſam verò riſus facit, ciuem bonum ludit, & contra Cæſarem ſententias dicit. Quint fr.311 b,In tabulam magni riſus conſequebantur. Epiſtol.59 b,Viſa eſt oratio nõ iniucunda,& mediocris quidã riſus eſt conſecutus.de Cla. 292 b,Equidem in quibuſdam riſum vix tenebam. Quin. frat.312 b,Memini miros riſus nos edere. * ad Herenn.2 b, Si defeſſi erunt audiendo , ab aliqua re, quæ riſum mouere poſſit,exordiemur,ab apologo, à fabula veriſimili,imitatione, deprauatione, inuerſione , ambiguo, ſuſpicione,arriſione, ſtultitia exuperatione, collatione, adiectione , abiectione, literarum mutatione, præterea expectatione,ſimilitudine, nouitate, hiſtoria, verſu, aut ab alicuius interpellatione , aut irriſione. de Orat.129 a,Leue eſt totum hoc riſum mouere. & 130 b, De riſu quinque ſunt quæ quærantur, vnum quid ſit , alterum vnde ſit , tertium ſit'ne oratoris velle riſum mouere , quartum quatenus , quintum quæ ſint genera ridiculi. Atque illud primum quid ſit ipſe riſus, quo pacto concitetur , vbi ſit, quomodo exiſtat atque ita repentè erumpat, vt eum cupientes tenere nequeamus , & quomodo ſimul latera, os, venas, vultum, oculos occupet, viderit Democritus. ibidem. Odioſas res ſæpe , quas argumentis dilui non facile eſt , ioco riſuque diſſoluit *hilaritas*. de Orat.131 b, Omnis eſt riſus in iudicem conuerſus. ibidem. Riſum quæſiuit , qui eſt mea ſententia vel tenuiſſimus ingenij fructus. ibidem. Si quando riſus coniunctè re verboque moueatur. de Orator. 132 a, Ambigua non ſæpe magnum riſum mouent. ibidem. Riſus mouent alia maiores. & b, Hic nobiſmet ipſis noſter error riſum mouet. de Orator.133 b,Riſus eſt commotus. & 135 a, Vt teſtem omnium riſus obrueret & b, E pectationibus decipiendis, & naturis aliorum irridendis , ipſorum ridiculè iudicandis & ſimilitudine turpioris,& diſſimulatione, & ſubabſurda dicendo, & ſtulta reprehendendo, riſus mouentur Orat.229 b, Vt ſæpe in hilaritatem riſúmve conuertat *animos*.

† Syntaxis.*Mouere riſum,concitare. Riſus & admurmuratio facta. Riſum edere, tenere.*

Rite' rectè.de Vniuer. 200 b,de Nat.12 a,Hunc Deum ritè beateq; duxerimus. veſtium verò laborioſiſſimum, & 38 b,Quorum animi cùm æternitate fruerentur, dij ritè ſunt habiti. de Fin.72 b, Quæ poteſt appellari ritè ſapientia.de Diu 84 b,Veteres ritè deos coluerunt. de Aruſp. 249 a, Si ædilis verbo aberrauit, ludi non ſunt ritè facti. pro Dom. 240 a, Is nihil ritè, nihil caſtè,nihil more inſtitutoq; perfecit. ad Her. 5 a, Teſtamentum ipſo præſente conſcribunt, teſtes ritè affuerunt.de Leg.160 b,Ratio cùm perfecta eſt, nominatur ritè ſapientia.

† Syntaxis.

† Syntaxis. *Ritè, beateq́; ducere, dicere.*

RITVALIS, le. de D. 95 b. Rituales libri hi erant Hetruſcorum de ritibus & diſciplina ciuitatis.

RITVS, tus. *mos, conſuetudo rata & firma, præcipuè ſacra.* de Leg. 178 a, Deinceps in lege eſt, vt de ritibus patrijs colantur optimi. & 174 a, Ex ritibus patrijs optima colunto. de Nat. 66 b, Certę tempeſtates pop. Rom. ritibus conſecratę ſunt. pro Dom. 240 a, Quibúſnam verbis, aut quo ritu eius domum conſecrares. de L. 173 b, Quoq; modo & ritu fiant, diſcunto. & 175 a, Ritus familiæ patrumque ſeruari.* de L. 178 a, Vt de ritibus patrijs colantur optimi.

¶ *Mos etiam prauus.* de Am. 102 a, Qui pecudum ritu omnia ad voluptatem referunt. I. A. 172 a, Erat ei viuendum latronum ritu.

† Syntaxis. *Ritus patrij, familiæ, patrum, latronum, pecudum.*

RIVALIS, lis. *æmulus, quaſi competitor.* Qu. fr. 327 a, Pompeius quàm ſe ipſe amans ſine riuali.

RIVALITAS, tis. Tuſc. 221 b, Aemulatio, quæ riualitati ſimilis eſt.

RIVVLVS, li. * de Or. 119 a, Tardi ingenij eſt riuulos conconſectari, fontes rerum non videre. * pro Cæl. 416 b, Sin autem *Seriator* eſt riuulus accerſitus, *(al. arceſſitus)* & ductus ab ipſo capite accuſationis veſtræ.

RIVVS, ui. Top. 223 b, Riuorum à fonte deductio. de Fat. 141 a, * Naufragum illũ ſine nomine in riuo eſſe lapſum. Q. de petit. 206 a, b, Cùm inter digitos eius riui ſanguinis fluerent.

RIXA, æ. *lis, turba, iurgium.* in Verr. 234 b, Ecce autem noua turba atq; rixa. pro Cecin. 287 b, Defenſor nimium litigioſus, concitus ad rixam. Epiſt. 140 a, Aacademiæ noſtræ cum eo magna rixa eſt * Acad. In quorum rixam ſi Academicus incurrerit.

RIXOR, aris. *iurgio contendo.* de Or. 131 a, Cùm eſſet cum ea Tarracinæ de amicula rixatus.

ROBORO, as. *corroboro, confirmo, ſancio.* Orat. 201 a, Eloquentia educata nutrimentis epidictici generis, ipſa ſe poſtea colorat & roborat. Off. 23 a, Cato grauitatem ſuam perpetua conſtantia roborauit.

ROBOROR, ris. Epiſt. 187 b, Vt hæc autoritate tua roborarentur.

Syntaxis. *Orationem roborare & colorare.*

ROBVR, oris. *quercus, ſiue duriſſimum lignum.* de D. 127 a, In robore inſculptas fuiſſe priſcarum literarum notas. & b, Quis robur illud incídit, dolauit, inſcripſit? pro Mur. 142 a, Lacedæmonij qui quotidianis epulis in robore accumbunt. * Acad. 25 b, Non enim eſt è ſaxo ſcalptus *homo*, aut è robore dolatus.

¶ *Vis, virtus, firmitas, nerui firmamentum.* pro Pom. 5 b, Altera pars, quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat. pro Dom. 226 b, Cùm iam à firmiſſimo robore copiarum ſuarum relictus eſſet. de Ar. 248 a, Nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos ſuperauimus. pro Cęl. 53 a, Cùm autem paulum iam roboris acceſſiſſet ætati, in Africam profectus eſt. pro Cl. 50 a, Cn. Tintinnius, C. Mecœnas, illa robora populi Rom. pro Muren. 137 b, Venio nunc ad Catonem, quod eſt firmamentum ac robur totius accuſationis. de Finib. 127 a, Dummodo plus in virtute teneamus firmitatis & roboris. Att. 95 a, Auxilia ſanè bona Galatarum (hæc enim ſunt noſtra robora) Orat. 200 a, Verſaris in optimorum ciuiũ vel flore vel robore. pro Font. 297 b, Equites tantum habuerunt animi, tantum roboris, vt, &c. de Orat. 140 a, Virtutes quæ in animi magnitudine & robore poſitæ ſunt. Epiſt. 78 a, Quantum in cuiuſq; animo roboris eſt & neruorum. & 165 a, Nam & robur, & ſoboles militum interijt. cont. Rul. 85 b, Si paulum aſſumſerint vetuſtatis ac roboris, non continebuntur. pro Sext. Roſc. 43 b, Meſſala, qui ſi iam ſatis ætatis ac roboris haberet, ipſe pro Sext. Roſcio diceret. I. A. 227 b, Alter virtutis robore firmior. quàm ætatis, cùm his profectus eſt. ꝓ Mil. 121 a, Milo eſt incredibili quodam robore animi ſeptus. Off. 4 a, In animi excelſi atq; inuicti magnitudine ac robore *verſatur honeſtum.* * Tuſc. 169 a, Totam vim benè viuendi in animi robore ac magnitudine, &c. ponamus.

† Syntaxis. *Frmamẽtum ac robur. A copiarum robore derelinqui. Aetate robur accedens. Cæſ. imperij Romani robur. Frmitas ac robur. In ciuium flore roboreq́; verſari. Equitum animus & robur. Robur & magnitudo animi. Animi robur ac nerui Animi robore ſeptus. Excelſi & inuicti animi robur. Clodius accuſationis robur.*

ROBVSTVS, a, um. *fortis, valens, potens, neruoſus, habens firmamentum & robur, multum vel ſatis virium habens, maximus corporis viribus, lacertoſus.* cont Rul. 83 b, Robuſtus & valens, & audax ſatelles. I. C. 108 b, Homo ætate confectus, exercitatione robuſtus. pro Pl. 263 a, Non enim tribum Tarentinam, ſed ſolidã & robuſtam, & aſſiduã frequentiã præbuerunt. ꝓ Cæl. 38 b, Vellem aliquis ex vobis robuſtioribus hunc maledicendi locum ſuſcepiſſet. I. A. 172 a, Sed hęc quę robuſtioris improbitatis ſunt, omittamus, & 200 b, Malum inueteratum fit plerunq; robuſtius. de D. 87 b, Res vetuſtate robuſtas calumniando velle peruertere. Tuſc. 220 a, Robuſta illa & ſtabilis fortitudo. in Verr. 62 a, In clamãdo video eum eſſe bene robuſtum. I. P. 7 a, Quòd ſi eſſet vſu atq; ætate robuſtior, eſſem, &c. Att. 135 b, Quãto & honor hic illo eſt amplior, eſt ipſe robuſtior.

¶ *Profectior.* de Ar. 253 b, Deinde iam robuſtus, &c. *id eſt, grandior factus.* Off. 14 a, Robuſtus animus. in Anton. 203 a, Cn. Pompeius ætate robuſtior.

† Syntaxis. *Robuſtus & valens. Robuſta ſolidaq́; frequentia. Robuſta improbitas malum. Robuſta, & ſtabilis fortitudo In clamando robuſtus. Vſu robuſtus.*

RODO, dis. *corrodo: derodo, exedo.* de Diuin. 120 b, Quaſi verò quicquam interſit, mures noctem & diem aliquid rodentes, ſcuta an cribra corroſerint. & ibidem, Quòd clypeos Lanuuij mures roſiſſent.

¶ *Tranſlatè, carpo.* pro Cor. 67 a, More hominum inuident in conuiuijs rodunt, in circulis vellicant, Maledico dente carpunt.

† Syntaxis. *Rodere noctem & diem aliquid. Famam rodere, vellicare, carpere.*

ROGANDVS, a, um. *orandus.* Att. 286 b, Nos hi ſumus, de quorum ſalute vnus homo rogandus videatur. I. V. 247 b, Quo tempore etiam ſi præcariò eſſent rogandi, tamen ab ijs impetraretur. Off. 60 b, Mos rogandi iudicis, quæ ſalua fide facere poſſit. Tuſc. 226 b, Aut rogandi ſunt, orandique, ut, &c.

ROGANS, tis. Ep. 49 a, Cæſar dixit, ſe ſenatui rogãti de Marcello ne hominis quidem cauſa negaturum.

ROGATIO, onis. *rogatus, obteſtatio, preces.* Qu. fr. 319 b, Ego Curtium rogatione tua diligo. * de Orat. 182 a, In qua *orátione* cùm fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus & concinnus eſſe debebit, &c. & rogatio, atq; huic finitima quaſi percunctatio expoſitioq́; ſententiæ ſuæ.

¶ *Eſt item lex de quibuſdam, non omnibus: ſic dicta, quòd rogando populo feratur.* de Cl. 172 b, T. Libo tribun. pleb. rogationem in Galbam priuilegij ſimlem tulit. pro Corn. 61 b, Rogatio, quæ de Pompeio à Gellio lata eſt. pro Syl. 179 b, Sylla eam rogationem de ſe ferri non vult. pro Clu. 47 a, Diſſuaſio rogationis eius quæ contrà coloniam Narbonenſem ferebatur. Poſtq. 200 a, Tribunitijs illis rogationibus ſunt reſtituti. pro Dom. 223 a, Si retulit falſum S. C. tum eſt rogatio: ſi non retulit, nulla eſt. pro Seſt. 8 a, Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie. de Or. 126 b, Tribuni ex templo pulſi, cum rogationi intercedere vellent. Qu. fr. 207 b, Perferre rogationem per vim. * de Clar. 176 a, Rogatione Manilia, Iugurthinæ coniurationis inuidia, cùm pro ſeſe ipſe dixiſſet, oppreſſus eſt. de Fi. 123 b, Cuius is condemnatus eſt rogatione. Att 9 b, Piſo conſultor rogationis idem erat diſſuaſor. Att. 8 a, Deinde ex S. C. Conſules rogationem promulgaſſe. Att. 40 a, Nõdum rogatione correcta. ibid. Allata eſt nobis rogatio de pernicie mea, in qua quod correctum eſſe audieramus, erat huiuſmodi. & b, Iter Brunduſium verſus contuli ante diem rogationis. ibid. Vt legi rogationem.

ROGATIVNCVLA, læ. *rogatio legis, per contemptum ſic appellata.* pro Dom 223 b, * Ea te ex vna rogatiuncula feciſſe.

¶ *Interrogatiuncula.* de Fin. 57 a, Chryſippum hac eſſe rogatiuncula delectatum.

† Syntaxis. *Rogationem ferri, promulgari de alicuius pernicie. Intercedere rogationi.*

ROGATOR, oris. *is qui rogat, petit, quærit, qui ciſtas defert colligendis ſuffragijs per tribus.* de N. 28 a, Aruſpicices reſponderunt, non iuſtum fuiſſe comitiorum rogatorem. de Diu. 87 b, & 124 a, Qui rogator centuriæ fuiſſet. I. P. 87 a, Vos rogatores, vos diribitores, *(alij diſtributores legunt)* vos cuſtodes fuiſtis tabularum. Att. 263 a, Quanquam hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris.* Poſtq. 210 a, Quando illa dignitate tot rogatores, diribitores, cuſtodesq; vidiſtis?

ROGATVM, ti. pro Flac. 148 a, Is nunquam mihi ad rogatum reſpondet, & accuſatori plus quàm ad rogatum reſpondet.

ROGATVS, tus. *oratus.* de N 5 a, Ad eum ipſius rogatu accerſituq́; veneram. de Amic. 96 a, Vt prodeſſem multis tuo rogatu. Epiſt. 219 a, Rogatu meo impetrauit. Attic. 5 a, Et ego eius rogatu rogo. * Epiſt 95 b, Cogor nonnunquam homines non optimè de me meritos rogatu eorum, qui benè meriti ſunt defendere.

† Syntaxis. *Accerſitu rogatuq́; alicuius ire. Rogatu alicuius impetrare, rogare.*

ROGATVS, a, um. I. V. 203 b, Tametſi rogatus de Cymbea, tenetis memoria quid reſponderit. Att. 7 b, Primùm ſcito me non eſſe rogatum ſententiam. I. V. 64 b, Ille ab Sardis rogatus ad cauſam acceſſerat.

¶ *Populari rogatione*. pro Seſt. 15 a, Illo inquam ipſo die, die dico, imò hora, atque etiam puncto temporis eodem, mihi Reiq; publicæ pernicies, Gabinio & Piſoni prouincia rogata eſt. I. C. 103 a, Leges quæ de ciuium reorum ſupplicio rogatæ ſunt. pro Dom. 223 a, Hæc lex iure rogata eſt. pro Cec. 303 b, Si quid ius nō eſſet rogari, eius ea lege nihilum rogatum.

Rogo, as. *oro, precor, precariò precor, quæſo, deprecor, obſecro, obteſtor.* Anteq. 197 b, Illud à vobis peto & rogo, vt, &c. Qu. fr. 302 a, Hoc te ita rogo, vt maiore ſtudio rogare non poſſim. ibid. 318 b, Taurum de aqua per fundum ducenda rogabo. & 325 b, Quod me de faciendis verſibus rogas, incredibile eſt, &c. de Am. 108 b, Neq; rogemus res turpes, neq; faciamus rogati. Poſtq. 208 a, Quem in ſenatu tertio loco ſententiam rogâris. Qu. fr. 306 b, Racilius de priuatis me primùm ſententiam rogauit. Att. 151 a, Cæſar volet, vt Coſs. roget prætor, vel dictatorem dicat. Epiſt. 202 a, Nunc à te illud primùm rogabo, ne quid facias, &c. Att. 229 a, Meo iure te hoc beneficium rogo. Att. 163 a, Mi Planci rogo te atq; etiam oro, ſic mediusfidius, vt, &c. ad Heren. 25 b, Sed huius exemplum aliunde rogabo, tibiq; oſtendam. Tuſc. 151 b, Si te rogauero, nónne reſpondebis? & 246 a, & de Fin. 144 a, Quid me iſtud rogas, inquam? Stoicos roga. Orat. 197 a, Quod quoniam me ſæpius rogas, I.V. 91 a, Rogat & orat, &c. & 55 b, Rogare & orare, ne illos ſupplices aſpernarer. & 202 b, Profectò hinc natū eſt, Malo emere quàm rogare, prouerbium. Epiſt. 37 a, Nihil addidi, niſi quòd publicani me rogarunt. I.V. 214 b, Iſte petit à rege, & eum pluribus verbis rogat, vti, &c. & 31 a, Tum reſpondeto ad ea, quæ de te ipſe rogâro. * Att. 264 b, Quod vt facias, vehementer etiam atque etiam rogo. I.A. 162 b, Si erat is, de quo rogabas, Cæſaris lege reductus.

¶ *Cum populo ago de lege, de rogatione, legem fero, ſtatuo*. de L. 185 b, Quod tribuni plebem rogaſſint, ratum eſto. pro Fl. 152 a, Nos hæc in mare ſuperum & inferum ſeſtertiûm ter & quadragies rogamus. * pro C. Corn. 1, Legem dedit, an tulit, an rogauit, an hortatus eſt?

Rogor, ris. Att. 183 a, Cæſar ne rogari quidem ſe paſſus de illo. de Or. 162 b, Demoſthenes cùm rogaretur, quid in dicendo eſſet primum, reſpondit, &c. * Q. de petit. 212 a, Quòd non contra officium rogaretur.

¶ *In rogatione populari, de legibus*. Attic. 50 b, Cùm lex abrogaretur, illud ipſum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat.

† Syntaxis. *Rogatus ſententiam, de ſententia. Peto & rogo. Hoc te ita rogo, vt maiore ſtudio non poſſim rogare. Rogantur ſenatores ſententias. Hoc beneficium meo iure rogo. Rogo atque oro. Hæc ego de te rogo: reſponde.*

Rogus, gi. *lignorum ſtrues ad cadauera cremanda comparata*. de L. 182 a, Hoc plus, inquit, ne facito rogum, aſcia ne polito. de D. 90, Calanus Indus cùm aſcenderet in rogum ardentem, inquit, &c. de Nat. 77 a, Dionyſius in tympanidis rogum illatus eſt. Tuſ. 166 a, Metellum multi filij, filiæ, nepotes, nepotes in rogum impoſuerunt. * de Fin. 106 a, Beatam vitam vſque ad illam à Cyro extructum rogum protuliſſet. de Legib. 182 b, Rogum buſtumue nouum vetat lex propius ſexaginta pedes adijci ædes alienas inuito domino.

¶ *Vitæ finis, mors*. pro Qu. 18 b, Eum exiſtimatio bona vſque ad rogum proſequatur.

Roma, mæ. cont. Rull. 85 a, Roma in montibus poſita, & conuallibus, cœnaculis ſublata atq; ſuſpenſa. de Di. 102 b,

*Certabant, vrbem Romam Remámne vocarent.*

Poſt red. Roma arx omnium terrarum. de Pet. Conſ. Roma ciuitas ex nationum conuentu conſtituta. 1. de Orat. Roma domus virtutis, imperij & dignitatis. ibid. Roma domicilium imperij & gloriæ. I.C. Roma lux orbis terrarum, & arx omnium gentium Diu. lib. 1, Roma ſexennio poſt Veios captos à Gallis capta. Diu. lib. 1, Romæ & reges augures, & poſtea priuati eodem ſacerdotio præditi, rempub. religionum autoritate rexerunt. 1. ad Qu. fr. Romæ, vbi tanta arrogātia eſt, tam immoderata libertas, tam infinita hominum licentia. 4. ad Att. Redij Romam Fonteij cauſa ad VII. idus. Qu. 3. de Nat. deor. Roma in terris nihil melius. * Incer. Romam conditam Olympiadis ſextæ anno tertio cont Rull. 82 b, Tunc contra hanc Romā communem patriam omnium noſtrûm illa *Capua* altera Roma quærerétur. Att. 96 a, Habuimus in Cumano quaſi puſillam Romam: tanta erat in his locis multitudo.

Romani, orum. pro Leg. Man. Romani præter cæteras gētes laudis & gloriæ auidi. 4. Att. Romani ciues facti Siculi, lege Antonij. 9. Fam. Romani, veteres atque vrbani ſales. Tuſc. q. lib. 1. Romani ſerius quàm Græci poëticam acceperunt. Diuin. lib. 1. Romani nihil in bello ſine extis agebant, nihil domi ſine auſpicijs. Offic. 1. Romani Tuſculanos, Aequos, Volſcos, Sabinos, Hernicos victoria parta non modò conſeruârunt, ſed etiam in ciuitatem acceperunt. pro Mur. Romani tempora voluptatis laboriſq; diſpertiunt, &c. Tuſc. q. lib. 1. Romani omnia aut inuenerunt per ſe ſapientiùs, quàm Græci, aut accepta ab illis fecerunt meliora. Diuin. lib. 1. Romani omnibus rebus agendis, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumq; eſſet, præfabantur. pro Cec. Romani eos vendere ſolebant, qui milites facti non eſſent. 3. de Orator. Romani minus quàm Latini literis ſtudebant. pro Leg. Man. Romani omnibus naualibus pugnis Carthaginenſes vicerunt. Aca. q. ed. 1. lib. 2. Romanorum antiqua iuriſiurandi formula & conſuetudo. 1. de Or. Romanorum ingenia multum cæteris hominibus omnium gentium præſtiterunt. de Orat. Suauitas ſermonis Atticorum & Romanorum propria. Tuſc. q. lib. 4. Apud priſcos Romanos morem hunc epularum fuiſſe author eſt Cato in Originibus vt deinceps, qui accubarēt, canerent ad tibiam virorum clarorum laudes atq; virtutes.

Romanus, *adiectiuum*. de Nat. d. Romana Iuno talis non eſt, qualis Soſpita. de Nat. d. 3. Populi Romani omnis religio in ſacra & in auſpicia diuiſa. 16. ad Att. Populum Romanum manus ſuas non in defendēda repub. ſed in plaudendo conſumere. 10. ad Att. Regnum non modò Romano homini, ſed ne Perſæ quidem cuiquam tolerabile. 7. Famil. Romano more commendare. ibi. Romano more loqui. 1. de Or. & 7. in Ver. Romani ludi. 4. ad Att. Nunc Romanas res accipe.

Romilia, *tribus*. cont. Rull. 81 b, Reſpondit, à Romilia tribu ſe initium eſſe facturum. L. Tribus.

Romulus, li. *Quirinus*. I.C. 111 a, Romulum, qui hanc vrbem condidit, ad deos immortales beneuolentia famaq; ſuſtulimus. de L. 156 b, Romulus poſt exceſſum ſuum dixit Proculo Iulio, ſe deum eſſe, & Quirinum vocari: templumq; ſibi dedicari in eo loco iuſſit. I.C. 115 a, Romulus, quem inauratum in Capitolio paruum ac lactantem vberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. Off. 60 b, Peccauit igitur, pace vel Quirini vel Romuli dixerim. de D. 102 b, Romulus pulcer. L. Aevum. 2. de Leg. Romulus vrbem auſpicatò condidit. de Diu. 102 b, Romulus non ſolùm auſpicatò Romam condidit, ſed etiam optimus augur fuit. 3. de N. Romulus auſpicijs, Numa ſacris conſtitutis, fundamenta iecit noſtræ ciuitatis. Off. 3, Romulus, cùm ei viſum eſſet vtilius ſolum, quàm cum altero regnare, fratrem interemit. 1. de Or. Romulus conſilio magis & ſapientia, quàm eloquentia vſus eſt. Diu. lib. 2, Romulus & Remus cum altrice belua vi fulminis icti conciderunt. *de ſtatuis eorum*. Di. lib. 2, Romulus & Remus ambo augures fuerunt. in Cat. Romuli ſtatua de cœlo tacta. ibid. Romulum, qui hanc vrbem condidit, ad deos immortales beneuolētia famaq; ſuſtulimus. Som. Scip. Romulo moriente, deficere ſol hominibus extinguiq; viſus eſt.

Rorans, tis. de Sen. 89 b, Pocula vt in Sympoſio Xenophontis minuta atq; rorantia.

Ros, roris. *humor ille, qui ſereno cœlo noctibus fluit*. de Diu. 83 a,

*Cùm primùm gelidos rores aurora remittit.* ibid. 84 b,
*Martia quæ paruos Mauortis ſanguine natos*
*Vberibus grauibus vitali rore rigabat.*

Rosa, ſæ. I. V. 241 a, Puluinus perlucidus Melitenſi roſa fartus. Tuſcul. 242 b, An tu me in viola putas, aut in roſa dicere? & 199 b, Sertis redimiri & roſa. de Fin. lib. 2, Clamat virtus beatiorem fuiſſe, quàm potantem in roſa Thorium.

*Roscianus, a, um. de Or. 131 a, Ex hoc genere eſt illa Roſciana imitatio ſenis.

Roscius, ſcij. *hiſtrio nobilis.*)( *Statilius*. pro Q.R. 50 a, de Orat. 95 b, Roſcius hoc iamdiu ſit aſſecutus, vt in quo quiſq; artificio excelleret, is in ſuo genere Roſcius diceretur. de Cla. 192 a, de Or. 95 a, Roſcium eſſe in ſcena. de Or. 107 b, Noluit, inquiunt, hodie agere Roſcius, aut crudior fuit. & de L. 158 a, *de Roſcio*.

Rosia, iæ. *oppidū Italiæ*. Att. 92 b, Roſiæ vixi cum Axio, &c.

Rostratus, a, um. de Inu. 74 b, Roſtrata nauis.

Rostra. *templum, ſiue forum Romæ, ante curiam Hoſtiliam, in quo erat ſuggeſtum roſtris nauium captarum ornatum, vbi oratores conciones ad populum habere conſueuerant*. At. 283 b, Lepido ſtatuam in roſtris ſtatuimus. I.V. 34 a, Cùm Vectius peroraſſet, deſcendiſſetq; de roſtris. I.P. 80 b, Semper in roſtris curiam, in ſenatu populum defendi. * Epiſt. 184 b, Statuam poſuit in Roſtris. Att. 9 b, Hic tibi Roſtra Cato adulat. 1. pro pro Cæl. Cornel. Circuitis roſtris.

Rostrum, ſtri. *os, os auis, deinde etiam aliorum quorundam animalium & rerum*. de Nat. 21 b, Ibes ſunt aues excelſæ, rigidis cruribus, corneo proceroq; roſtro. & 50 a, Vnguium tenacitas, aduncitas roſtrorū. de Di. 85 a, & 11 b, Sus roſtro humi A' literam impreſſit. in Ant. 188 b, Roſtrum canis

canis. de Legib. 170 a, Hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus. * de N. 50 a, b, Vt cibum terreſtrem roſtris facilè contingant *animalia.*

ROTA, tæ. *orbis.* I. P. 84 a, In quo ne tum quidem fortunæ rotam pertimeſcebat. in Arat.

*----hunc tangit rota feruida Solis.*

¶ *Item patibulum.* Tuſc. 233 a, In rotam beatam vitam non aſcendere.

ROTVNDE`. *concinnè, explicatè.* de Fin. 107 b, Iſta ipſa quæ tu breuiter, regem dictatorem, diuitem ſolum eſſe ſapiētem, à te quidem aptè & rotundè.

ROTVNDO, das. *rotundum facio.* de Vn. 201 b, Cumq́; ſimilē vniuerſitatis naturæ efficere vellet, Deus mundum ad volubilitatem rotundauit.

† Syntaxis. *Aptè & rotundè dicere. Orbem rotundare ad volubilitatem.*

ROTVNDVS, a, um *globoſus, conglobata figura* de Nat. 61 b, Forma rotunda vllam negat eſſe pulcriorem Plato. & 49 b, Sunt enim rotuuda, quibus formis minimè noceri poteſt. de Somn. 118 a, Stellæ globoſæ & rotundæ. de Vniu. 198, Deus mundum ea forma figurauit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur: & globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὴς Græci vocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur: idq́; ita tornauit, vt nihil fieri poſſit rotundius. de Nat. deor. 35 a, Volubilis & rotundus Deus. de Orat. 159 b, Cœlum rotundum eſſe. Tuſc. 242 a, Medius mundi locus, qui eſt idem infimus in rotundo. de Fin. 72 b, Quadratum rotundum. de Clar. 190 a, Verborum apta & quaſi rotunda conſtructio. Orat. 100 b, Thucydides perfectior, nec ſatis, vt ita dicam, rotundus.

† Syntaxis. *Stella globoſa, atque rotunda. Volubilis ac rotundus. Medius ac infimus locus in rotundo: id eſt, mundo. Apta & quaſi rotunda verborum conſtructio. Thucydides rotundus orator.*

RVBEO, bes. *erubeſco, pudet.* I. V. 146 a, Hærere homo, auerſari, rubere. ad Att. 240 a, Rubeo mihi crede: ſed iam ſcripſeram, delere nolui.

RVBER, a, um. de Nat. 20 b, Rubrum mare. ad Heren. 39 b, Hunc dico rubrum, breuem, incuruum, canum, ſubcriſpum, cæſium. *rubrum: id eſt, ruſſum, quem ruffum alij vocant.*

RVBICON, onis. I. A. 206 b, Vt exercitum circa flumen Rubiconem, qui finis eſt Galliæ, educeret.

RVBOR, oris. Tuſc. 21 a, Ex quo fit, vt pudorem rubor conſequatur. de Nat. 16 a, Ille fuſus & candore mixtus rubor. Orat. 204 a, Fucati medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur. de Orat. 131 a, Præſtare ingenuitatem & ruborem ſuum verborum obſcœnitate vitanda. * ad Heren. 27 a, Iſte cœpit voce clamare iſta, quæ facilè rubores cuiuis eijcere *(al. elicere)* poſſet. ibid. Scurra exhauſto rubore.

RVBRA ſaxa, *locus.* Philip. 2.

RVBRICA, cæ *terra rubra.* ad Her. 23 a, Rubrica delibutus.

RVCTANS, tis. Tuſc. 237 b, Confer ſuadentes, ructantes, refertos epulis tanquam opimos boues. Epiſt. 198 b, Ructans & nauſeans.

RVCTO, as. *cruditatem exhalo.* I. A. 172 b, Cui ructare turpe eſſet, is vomuit.

RVCTOR, aris. *ructo* Feſtus li. 16. Cicero tamen Ructaretur dicit.

RVCTVS, ctus. *cruditatis exhalatio: & ructus oris eſt, crepitus ventris.* Ep. 141 a, Stoici crepitus aiunt æquè liberos, ac ructus eſſe oportere.

RVDENS, tis. de Diu. 106 b, Sed eſt quaſi rudentis explicatio. Ep. 112 b, Hic tibi clamor tonitruum, & rudentum ſibilus. * Tuſc. 236 a, Non ſanè optabilis iſta quidem eſt rudentibus apta fortuna.

RVDIMENTVM, ti. in Sal. 272 a, Qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus poſuit rudimētum. ibid. 273 a, An vlla alia putas eſſe rudimenta & incunabula virtutis?

RVDIS, de. *imperitus, indoctus, impolitus, ignarus, inſcius, tyro, hebes, tardus, pinguis, ſtupidus, bardus.* in Verr. 112 a, Tametſi Verres non prouinciæ rudis erat & tyro. & 126 a, Nos qui rudes harum rerum ſumus. Acad. 1 b, Rudis rei militaris. pro Corn. 64 b, C. Marius non rudis exemplorum. pro Fl. 149 b, Homines imperiti, rerum omnium rudes ignariq́;. pro Seſt. 13 a, Tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers conſilij aut ingenij? &c. de Or. 103 b, Orator nulla in re tyro ac rudis, nec peregrinus atq; hoſpes eſſe debet. in Ant. 208 b, & pro Mar. 134 b, Ignarus rerum & rudis in republ. Ep. 45 b, Rudis eſſe videbar in cauſa. de Or. 106 b, In communi vita non eſſe hebetem, neq; rudem & 87 b, Sermo facetus, & nulla in re rudis. de Nat. 61 a, Rudem me diſcipulum atq; integrum accipe. de Or. 120 b, Genus hominum rude, hebes, & impolitum. de Or. 160 a, Rudis & indocta oratio. de Clar. 192 b, Forma ingenij admodū impolita & planè rudis. de Or. 88 b, C. Barbo ignarus legum, hæſitans, rudis in iure ciuili. & 99 a, In minoribus nauigijs rudem eſſe ſe confiteri. pro Planc. 273 a, Has orationes ego ſcripſi rudis & ferus. de D. 179 b, Epicurus hebes ac rudis. Qu. fr. 313 a, Villa aperta, ac ne rudis quidem etiam nunc. Poſtq. 207 a, Homo ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguis rudis, tardus * de Fin. 50 a, Rudem eſſe omnino in noſtris poëtis. de Or. 85 a, Quæ pueris aut adoleſcentibus nobis ex commentariolis noſtris inchoata atq; rudia exciderunt. de Clar. 184 a, Neminem ex ijs, &c. cognoui in omni genere honeſtarū artium tam indoctum, tam rudē.



RVDIS, dis. *virga, qua donabantur, qui vacationem ab aliquo munere accipiebant. Hinc pro vacatione ipſa ſumitur.* in Antonium 174 b, Tam bonus gladiator, rudem tam citò accepiſti. Octau. 331 Qui veteres gladiatores reliquias ludi Cæſaris ad rudem compuliſſet. * de Opt. 244 b, Non in acie verſatur & ferro, ſed quaſi rudibus eius eludit oratio.

† Syntaxis. *Rudis ac tyro prouinciæ, rei militaris, rerum omnium. Imperitus, rudis, ignarus. Rudis, ignarus, cōſilij & ingenij expers. In ea re rudis, peregrinus, hoſpes. Hebes ac rudis in. Rudis ac integer diſcipulus. Rudis, hebes, impolitus. Inchoatū ac rude. Ignarus, hæſitans, rudis. Rudis ac ferus ego id ſcripſi. Homo ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguis, rudis, tardus.*

RVDIVS homo: *id eſt, Ennius, à Rudijs oppido, quæ fuit Ennij patria.* pro Arch. 108 a.

* RVDO, is. *aſinorum proprium,* Nominatione factum. ad Her. 33 b, Vt maiores rudere, & vagire, & mugire, & murmurare, & ſibilare appellauerunt.

RVGA, gæ. *ſunt, cùm cutis in ſenectute contrahitur.* de Sen. 90 a, Non cani, non rugæ repentè autoritatem afferre poſſunt. Poſtq. 207 b, Hic vos rugis ſuperciliōq; decepit.

RVINA, næ. *caſus, tempeſtas, procella, pernicies.* de Orat. 141 a, Hoc interim ſpacio conclaue illud cóncidit: ea ruina oppreſſus Scopas cum ſuis interijt. de Diu. 112 b, Ruina igitur oppreſſus eſſet. & 116 b, Dij habitantes tanquam inter duos lucos, ſic inter duos mundos propter metum ruinarum. I. C. 100 a, Prętermitto ruinas fortunarum tuarum. Att. 184 b, Magna ruina impendet. de Fin. 144 a, Vtinam quidem id dicerent, iam ruinas videres. pro Cl. 37 b, Non fuit illud iudicium, &c. ſed vis, vt ſæpe dixi, ruina atque tempeſtas. de Leg. 163 b, Si Academia inuaſerit in has rationes, nimias ruinas edet.

RVINOSVS, a, um. *quod ruinam minatur.* Offic. 62 b, Aedes malè materiatæ ruinoſæ. )( *domus bene & ratione ædificita.*

† Syntaxis. *Opprimi ruina. Ruina atq; tempeſtas, non iudicium. Academia ruinas edet, ſi inuaſerit, &c.*

RVMINATIO, onis. *recordatio.* Att. 29 b, Quid ageretur de ruminatione quotidiana.

RVMOR, oris. *fama.* Epiſt. 127 a, Ex Aſia nihil perfertur ad nos pręter rumores de oppreſſo Dolabella, ſatis illos quidem conſtantes, ſed adhuc ſine autore. & 253 b, Rumores triſtiores, ſed ἀδέσποτοι. Epiſt. 9, Rem te valde bene geſſiſſe rumor erat & 21 a, Perferret multa etiam ipſe rumor. pro Mur. 132 b, Totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. de Nat. 62 a, Rumoribus, inquit, mecum pugnas: ego autem à te rationes requiro. pro Deiot. 148 a, Graues rumores ſparſi ſunt. & ibidem, At miſit qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe referrent. Attic. 252 b, Sed tamen rumoris neſcio quid afflauerat. * Frag. ep. Venditianis rumoribus concalfecimus.

¶ *Fama, gloria leuis.* I. P. 91 b, Inanem rumorem aucupari. I. A. 260 a, Rumoribus improbiſſimis diſſipatis. Qu. fr. 317 b, Rumor dictatoris iniucundus bonis. * Epiſt. 127 a, Niſi ipſe rumor iam raucus erit factus.

† Syntaxis *Rumor conſtans, ſed ſine autore, triſtis. Rumor eſt, te, &c. Perferet rumor. Rumoris aura. Rumoribus pugnare, non rationibus. Spargi rumores. Excipere rumores, & referre ad aliquem. Afflat neſcio quod rumoris. Rumorem leuem aucupare, Rumores diſſipari.*

RVMPO, pis. *diſſoluo, diſcindo.* I. C. 119 b, Cæſar adiungit grauem pœnam municipibus, ſi quis eorum vincula ruperit. Tuſc. 164 a, Nec tamen vlla vincula carceris ruperit. pro Corn. 57 a, Fœdera negligere, violare, rumpere. ad Heren. 28 a, Rumpere fœdera.

RVMPOR, ris. I. V. 31 a, Vt aliquando iſta quæ ſunt inflata, rumpantur. de Diu. 115 a, Inflatas rumpi veſiculas. de Or. 107 a, Conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum.

¶ *Angor, crucior.* Quint. frat. 328 a, Vt his malis reipub. licentiaque audacium, qua antea rumpebar, nunc ne moueor quidem.

RVMVSCVLVS, li *leuis rumor.* pro Cl. 39 a, Et de Leg. 191 a, Imperitorum hominum rumuſculos aucupari.

RVO, is. *ruinam edo, præcipito, præceps agor vel feror.* pro Pomp. 7 b, Ruerere illa non poſſunt, vt hæc non eodem labefactata motu cóncidant. Att. 106 a, Ego bonos viros ſequar,

etiam

etiamſi ruent. pro Dom. 241 b, In agendo ruere, & ſæpe pe-care. de Fin. 131 a, Quidam in mala ſcientes ruunt. & 56 a, At id ne feræ quidem faciunt, vt ita ruant atque turbentur, &c.* pro Marc. 133 a, Vt nulla non modò cupiditate, ſed ne ſpe quidem, prudens & ſciens tanquam ad interitum ruerem voluntarium.

¶ *Feſtino, aduolo.* Attac. 115 a, At illum ruere nunciant, iamiamq; adeſſe.

† Syntaxis. *Ruere ad interitum. In mala ſcientem ruere. Ruit ac turbatur feræ inſtar.*

* RVPILIVS, a, um. I.V. 116 b, Legem eſſe Rupiliam. ibid. Omnes Rupilias leges.

RVPTVS, a, um. *irritus.* de Or. 99 a, Teſtamentum ruptum aut ratum.

RVRSVM, & RVRSVS. *denuò, iterum.* pro Mur. 127 b, Quo loco ſi tibi ſumis, &c. facis vt rurſus plebs in Auentinum ſeuocanda videatur. Att. 117 a, Rurſus autem, &c. denique, &c. de Cl. 168 b, Rem laudando augere. )( *vituperando rurſus affligere: id eſt, contrà.* de Or. 94 a, & Tuſc. 158 a, Neq; rurſum eam totam, ſicut pleriq; faciunt, repudiaui. * de Vni. 203 a, Quas particulas rurſus redderent.

RVS, ris. *locus extra vrbem, vbi agri ſunt, & villæ: idcirco pro villa capitur.* pro Clu. 47 a, Fortè euenit, vt ruri in Priuernati eſſemus. Off. 74 a, Pater filium ab hominibus relegauit, & ruri habitare dixit. Attic. 220 b, Atticam ruri eſſe arbitror. Epiſt. 76 b, Cùm Tullius rure redierit, mittam eum ad te. pro S.R. 40 b, Habet animi cauſa rus amœnum & ſuburbanum. Tuſc. 248 a, Nec tam multa & raro vident, cùm in ſua rura venerint. de Orat. 110 b, Rus ex vrbe tanquam ex vinculis euolare. Att. 241 a, Rure iam redieram: quæris, an ego, cùm omnes caleant, ignauiter aliquid faciam? Offic. 52 b, Et ob eam cauſam vrbe relicta rura peragrantes, ſæpe ſoli ſumus.

† Syntaxis. *Ruri, & rure eſſe, habitare. In ſua rura venire animi cauſa. Rura peragrare.*

RVSSVS, a, um. *ruber.* de Diu. 120 a, Galli gallinacei, vt ait Ennius, fauent faucibus ruſſis, cantu plauſuque premunt alas.

RVSTICANVS, a, um. *ruſticus.* I.V. 102 a, & 242 b, Att. 131 b, Homines ruſticani ex municipijs. de Or. 105 b, Ruſticanus quidam, &c. Tuſc. 186 b, C. Marius ruſticanus vir, ſed planè vir. pro S.R. 25 b, Tamén ne hæc attenta & ruſticana vita, relegatio appellabitur? * Pro Sex. Roſc. 25 a, Homines illius ordinis ex municipijs ruſticanis.

RVSTICATIO, onis. de Amic. 115 b, Peregrinationes ruſticationesque communes *erant.* * Oecon. 1, Labores pacis ac belli, id eſt, ruſticationis & militarium ſtipendiorum.

RVSTICATVS, tus. *ruſticatio.* Att. 185 b, In ruſticatu garrire & ſcribere. * *In emendatis codicibus legitur: Sciam quid garriat. Sin ruſticatur, quid ſcribat ad te.*

RVSTICE. *importunè, duriter, inurbanè.* Off. 60 a, Vrgent ruſticè ſanè: negant enim, &c. * Att. 198 a, Mihi nihil tam videtur potuiſſe facere ruſticè.

RVSTICOR, aris, *ruri habito.* de Or. 110 a, Lælius ſemper ferè cum Scipione ſolitus erat ruſticari. Att. lib. 12, Sin ruſticatur, &c. pro Arch. 189 a, Pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. *hæc ſtudia.*

RVSTICVLVS, li. pro Seſt. 21 a, Senſit ruſticulus non incautus.

RVSTICVS, a, um. *ruſticanus, agreſtis, inurbanus, inſuauium morum, difficilis.* )( *vrbanus.* de Fin. 80 b, de Nat. 62 a, P. Vacienus homo ruſticus pro Seſt 23 a, Sunt municipales ruſticique Romani. 129 b, Homines ruſtici & agreſtes. pro S. R. 30 b, Vita ruſtica, parſimoniæ magiſtra eſt, & 26 a, Vita ruſtica honeſtiſſima atque ſuauiſſima. Orator. 204 b, Sermo non modò Vrbanorum, ſed etiam ruſticorum. pro Sext. Roſc. 30 b, In ruſticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaque vita eiuſmodi maleficia gignuntur. de Orat. 146 b, Ruſtica vox, & agreſtis. &, Ruſtica aſperitas. de Or. 90 b, Nicander Colophonius poëta de rebus ruſticis vel fructus cauſa, vel delectationis inuiſere. pro S. R. 42 b, Homo imperitus morum, agricola, & ruſticus. * pro Sex. Roſc. 25 a, Hunc in ruſtica prædia relegarat.

† Syntaxis. *Ruſticus & agreſtis. Vita, mores, vox, res ruſtica. Imperitus morum, agricola, ruſticus.*

RVTA, tæ. *herba amara, & contra venena valens.* * Ep. 266 a, Ad cuius rutam pulegio mihi tui ſermonis vtendum eſt. Ep. 140 b, Ruta & menta rectè vtrunque.

RVTA, orum. & RVTA cæſa, *cuiuſuis generis ſuppellex, lapides etiam ac ligna.* de Orat. 129 b. Dicet te quum ædes venderes ne in rutis quidem & cæſis ſolium tibi paternum recepiſſe. Part. 239 b. Cùm quæritur, quæ ſunt ruta cęſa. Topic. 229 b, Rutis cæſis receptis.

* RVTILIANVS, a, um. de Clar. 172 b, Rutiliana narratio.



RVTILVS, a, um. *coruſcus.* de Somn. 128 b, Rutilus horribiliſq; Mars. in Arat. Rutilum lumen.

RVTVLA. *ruta puſilla* Ep. 140 b, * Volo mentam puſillam ita appellare, vt rutulam.

RVTVLI, *populi.* de Orat. 158 b,

*Nos ſumus Romani, qui fuimus Rutuli.* Ennij.

S

S *Litera ex Latinis dicta ſemiuocalium vna.*

¶ *Elidebatur ab antiquis, moleſti ſibili cauſa: vt hic apparet.* de N. 47 a, Toruu' draco ſerpit, &c. Orat. 211 a,

*Magnu' leo tremulã quatiens è corpore flãmam.*

Multi' modis, vas argenteis, palm' & crinibus tecti fractis. Orat. 212 a, Qui eſt omnibu' princeps: non, omnibus princeps.

* SABAZEA, orum. *ſacra Dioniſij.* de Nat. 71 a, Cui Sabazea ſunt inſtituta.

SABAZIVS deus: *id eſt, Dionyſius, ſeu Bacchus.* de Legib. 177 a,

SABINI. *populi.* Off. 8, & in Vat. 36, pro Corn. 61.

SABINVS, na. pro Cor. 61 a, Fœdus Sabinum. * pro Ligar. 142 a, poſſum fortiſſimos viros Sabinos, tibi probatiſſimos, totumq; agrum Sabinum, florẽ Italiæ, roburq; Reipub. proponere.

SACCVS, ci. I.V. 95 b, Cùm iſte coria, cilicia, ſaccos imperaret.

SACELLVM, li. *cella, templum priuatum.* cont. Rull 73 b, Sunt loca publica vrbis, ſunt ſacella. de Diuin. 101 b, Ea exiuit in quoddam ſacellum hominis capiendi cauſa. * de Aruſp. 250 b, In his ædibus ſacellum dico fuiſſe. ibid. In qua domo ita eſt inædificatum ſacellum, vt alius fecerit, tibi tantummodo ſit demoliendum. & 251 a, L. Piſonem quis neſcit his ipſis temporibus maximũ & ſanctiſſimum Dianæ ſacellum in Cœlicolo ſuſtuliſſe. ibid. Qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello ſtatuto loco, anniuerſaria factitârint. ibid. A' Sex. Serrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, incenſa, inædificata, oppreſſa, ſumma deniq; turpitudine eſſe fœdata neſcimus?

SACER, a, um. *religioſus, conſecratus, habens religionem,* )( *profanus.* pro Dom. 219 b, Arrogans eſt de religione, de rebus diuinis, ceremonijſq; ſacris pontifices docere conari. Ep. 208 b, Sarta tecta ædium ſacrarum locorumq; communium tueri. de Leg. 190 b, Signa ſacra & religioſa. de Clar. orat. 169 a, Quum plebs montem Auentinum, qui Sacer appellatus eſt, occupauiſſet. pro Dom. 220 b, Itaq; populus Romanus breui tempore neq; regem ſacrorum, neq; flamines, neq; ſalios habebit.

† Syntaxis. *Sacra res. Sacrum, ſacra priuata. Sacrum committere. Sacra paterna. Facere ſacra. Rem facere ſacram. Sacrum & religioſum ſignum. Cum ſacris bellum gerere.*

SACERDOS, tis. *flamen, miniſter publicus Dei, ſanctiſſimo ſacerdotio præditus, qui vel quæ ſacris præeſt, antiſtes fani.* I.V. 134 a, Cephaledi menſis eſt certus, quo menſe ſacerdotem maximum creari oportet. pro Fon 284 a, Virgo ſacerdos Veſtæ. in Verr. 226 a, Præſtò mihi ſacerdotes cum infulis & verbenis fuerunt. pro Cornel. 66 a, Sacra Cereris per Græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes. Tuſc. 173 a, Sacerdos aduecta in fanum. pro Dom. 242 a, Sacerdotes deorum immortalium. de Aruſp. 250 a, Sacerdotem ab ipſis aris puluinaribuſq; detraxeris. de Legib. 173 b, Diuis alijs alij ſacerdotes, omnibus pontifices, ſingulis flamines ſunt. pro Dom. 220 b, Itaq; populus Romanus breui tempore neq; regem ſacrorum, neque flamines, neque Salios habebit, neque ex parte dimidia reliquos ſacerdotes. de Clar. 176 a, Hic qui in collegio ſacerdotum eſſet, condemnatus eſt. pro Dom. 234 a, Sacerdos caſtiſſimus. in Piſon. 98 b, Popularis ſacerdos. pro Seſtio. 11 a, Sacerdos ſtuprorum. * in Ant. 181 a, Siue quod tyranni ſacerdos es, ſiue quod mortui. I.V. 223 b, Poſtridie ſacerdotes Cereris atque illius fani antiſtites (*Gellius antiſtitæ legit*) maiores natu, probatæ ac nobiles mulieres rem ad magiſtratus ſuos deferunt. pro Dom. 213 a, Si vllo tempore magna cauſa in ſacerdotum populi Romani iudicio ac poteſtate verſata eſt. & 235 b, Homo non alienus ab hoc religioſo Libertatis ſacerdote. de Aruſp. 250 b, Quòd Peſſinuntem per ſcelus à te violatum, & ſacerdote ſacriſq; ſpoliatum recuperauit pro Seſt. 11 a, Nec mihi res erat cum Saturnino, &c. ſed cum ſtuprorum ſacerdote, cum venefico. pro Cornel. 66 a, Sed cum illam ſacerdotem, quæ Græcum illud ſacrum monſtraret & faceret, ex Græcia deligerent: tamen ſacra pro ciuibus ciuem facere voluerunt. & b, Has ſacerdotes video ferè aut Neapolitanas aut Velienſes fuiſſe, fœderatarum ſine dubio ciuitatum. ibid. Sacerdotem illam ciuem Romanam factam non eſſe. I. P. 98 b, Quid populari illi ſacerdoti ſexcentos ad

beſtias

beſtias amicos ſocioſq; miſiſti? de Leg.175 b, Plures deorum omniũ, ſinguli ſingulorum, ſacerdotes & reſpondẽdi iuris & confitendarum religionum facultatem afferũt. ibid. Deſcriptio ſacerdotum nullum iuſtæ religionis genus prætermittit. Nam ſunt ad placandos Deos alij conſtituti, qui ſacris præſint ſolennibus:ad interpretanda alij prædicta vatum.

† Syntaxis. *Libertatis religioſus ſacerdos. Stuprorum ſacerdos.*

SACERDOTIVM,tij.*ſacerdotis munus.* in Verr. 134 a, Itaque Iouis illud ſacerdotium ampliſſimum Theomneſto datur. & ibid. Cuius nomen exiſſet, is haberet ſacerdotium. con. Rull.69 b, Amplitudo ſacerdotij. pro Rab.96 a, L. Flaccus homo in ſacerdotio, ceremonijſq;, quibus præerat, diligentiſſimus. pro Dom. 213 a, Eligere ampliſſimos viros ad ſacerdotia. & 220 b, In ſacerdotium venire. & ibi. Quia patricio non ſit locus, non venire. & 240 b, Inire ſacerdotium. & ibid. Licinia virgo Veſtalis, ſanctiſſimo ſacerdotio prædita. de Aruſp. 248 b, Te appello, Lentule, tui ſacerdotij ſunt thenſæ, curricula, præcentio, ludi. Ep. 221 b, De ſacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognoſces. & 42 a, Ampliſſimi ſacerdotij collegium, & 246 b, Sacerdotium denique cùm conſequi poſſem, non appetiui. Att.119 b, de Diu.99 a, in Anton.175 b, de Sen.90 a, Ciuis qui in vrbe ſua ſacerdotio ſit ampliſſimo præditus. pro Dom.234 a,b, Qui & ſacra priuata coluerunt, & publicis ſacerdotijs præfuerunt. de Sen 83 a, Metellus Pont. max. viginti & duos annos ei ſacerdotio præfuit. * cont. Rull. 69 b, Atque hoc idem de cæteris ſacerdotijs Cn Domitius tribunus plebis tulit, quòd populus per religionem ſacerdotia mandare non poterat. de Aruſp.250 a, Nihil te neq; ſacerdotiũ ipſum, quo eſt hæc tota religio conſtituta, permouit? Attic.276 b, Quæ lex eſt de ſacerdotijs proxima.

† Syntaxis. *Ampliſſimum ſacerdotium. Sacerdotium habere, dare. Sacerdotio ſancto prædita.*

SACRA, orum. vide SACRVM.

SACRAMENTVM,ti.*ſolenne iuſiurandum.* Ep. 110 a, Pugna ſi me amas, niſi arguta apparebunt, vt ſacramento contendas, mea non eſſe. de Orat.88 b, Agerent enim tecum lege Pythagorei, quibus cum tibi iuſto ſacramento cõtendere non liceret. pro Mil.115 b, Iniuſtis iudicijs & ſacramentis fundos alienos petere. pro Dom. 228 b, Si Decemuiri ſacramentum in libertatẽ iniuſtum iudicaſſent, tamen quotieſcunq; vellet quis, hoc in genere ſe rem iudicatam referre poſſe voluerunt. pro Cec.303 b, Poſtea ſacramentum noſtrum iuſtum iudicarunt. Off. 8 b, Obligare aliquem ſecundo militiæ ſacramento: quia priore amiſſo, iure pugnare cum hoſtibus non poſſit.

SACRANDI. de de L.174 a, Ne quis agrum conſecrato: auri, argenti, eboris, ſacrandi modus eſto.

† Syntaxis. *Sacramento contendere. Iniuſtis iudicijs & ſacramentis petere. Sacramento obligare aliquem. Prius amittere ſacramentum.*

SACRARIVM,rij.*locus, vbi res ſacræ reponuntur & aſſeruantur.* I.V. 200 b, Erat apud Heium ſacrariũ cum magna dignitate in ædibus * à maioribus traditum, perantiquum, in quo ſigna pulcerrima. ibid. Vt ad illud ſacrarium redeam. ibid. Sacrarij religio. Ep.203 a, C. Auianus, qui habitat in tuo ſacrario. in Catil. 107 a, Aquila illa argentea, cui Catilina ſacrarium ſcelerum domi tuæ fecerat. & 102 a, Cui domi tuæ ſacrarium ſcelerum tuorum conſtitutum fuerat. I.V.205 b, Minus clarum putauit fore, quod de armario, quàm quod de ſacrario eſſet ablatum. pro Mil.218 a, Vt ante ipſum ſacrarium Bonæ deæ, quod eſt in fundo T. Sextij Galli, &c. primum illud vulnus acceperit. pro Mur. 144 a, Non nemo etiam in illo ſacrario Reipub. in ipſa inquam curia non nemo hoſtis fuit.

SACRATVS,a,um. pro Dom. 221 a, Hoc vetant ſacratæ leges. de Leg. lib. 2, Verba ex ſacratis legibus. * pro C. Cornel.1, Leges ſacratas ipſi ſibi reſtituerent.

SACRIFICATIO,onis. de N. 39 b, In dea Veſta omnis precatio & ſacrificatio extrema eſt.

SACRIFICIVM,cij.*ſacrum, res diuina, ſacra.* de Clar. 169 b, Cùm M. Popilius ſacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat flamen Carmentalis. Att. 238 a, I.V.223 b, Cuius Laurentiæ vos pontifices ad aram in Velabro ſacrificium facere ſoletis. Attic.7 a, Cùm ſacrificium pro populo fieret. de Aruſp. 251 a, Qui ſacrificia gentilia illo ipſo in ſacello, ſtatuto loco, anniuerſaria factitarunt. de Aruſp. 252 a, Sacrificium, quod fit incredibili ceremonia à populo Rom. & 249 b, Vt illud ludorum epulare ſacrificium facerent. de Inuen. 64 a, Præbere hoſtias ad ſacrificium. I.A.199 a, Is neque ſacrificijs ſolennibus factis, neque votis nuncupatis eſt profectus. I.A.183 b, Certus dies non vt ſacrificij, ſic conſilij expectari ſolet.* in Clod. Qui omnia ſacrificia noſſet.* I.V. 230 a, Atque ille Pæan ſacrificijs anniuerſarijs ſimul cum Aeſculapio apud illos colebatur. pro Dom. 234 b, Qui & ſacra priuata coluerunt, & publicis ſacrificijs præfuerunt. de Aruſp. 246 a, De illo ipſo ſacrificio, quod fit pro ſalute populi Romani, quod poſt Romam conditam huius vnius caſti tutoris religionum ſcelere violatum eſt, quod tres pontifices ſtatuiſſent. pro Mil. 110 a, Dictatoris Lanuuij ſtatuta ſacrificia noſſe negotij nihil erat. Tuſculan. 173 a, Cùm illam ad ſolenne & ſtatum ſacrificium curru vehi ius eſſet.

† Syntaxis. *Sacratæ leges. Precatio & ſacrificatio. Sacrificium facere, factitare. Ad ſacrificium hoſtias præbere.*

SACRILEGIVM,gij.*rei ſacræ furtum.* in Sal.274 a, Non ita eſt, ſed abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigridiani.

SACRILEGVS,a,um.*parricida.* de L. 176 a, Sacrilego pœna eſt, neq; ei ſoli qui ſacrum abſtulerit, ſed etiam ei qui ſacro commendatum. pro Dom. 235 b, Imago meretricis à fure ſublata, à ſacrilego collocata. de Aruſp.251 a, Impurus & ſacrilegus. Sal in Cic.279 b, Vxor ſacrilega.* I.V. 77 b, Non ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum religionumq; in veſtrum iudicium adduximus. & 162 b, Quorum ciuis Rom. nemo erat, ſed Græci ſacrilegi, iampridem improbi, repente Cornelij

SACRO,as.*conſecro, dedico.* de Diu. 85 a,

*Quòd patriæ voces ſtudijs nobiſq; ſacraſti.*

pro Corn.61 a, Deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis, aut pœna, cùm, &c. *aliter, ſanctiones ſacratæ.*

SACROSANCTVS,cta,ctum. pro Corn. 62 a, Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod per populum plebem've ſancitum eſt. & 61 b, Sacroſanctũ nihil eſſe poteſt, niſi quod populus, plebs've ſanxiſſet. in Cat. 108 a, Ergo in vaſtatione omnium tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas?

SACRVM,cri.*ſacrificium.* pro Cor. 66 b, Sed cùm illam quæ Græcum illud ſacrum monſtraret & faceret, ex Græcia delegerent, tamen ſacra pro ciuibus ciuem facere voluerũt. ibid. a, Sacra Cereris ſumma maiores noſtri religione cõfici, cerimoniaq; voluerunt. & ibid. b, Sacra Cereris per Græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes. de Nat.71 a, Dionyſius quartus, cui ſacra Orphica putãtur confici. de Leg. 174 a, Sacra priuata perpetua manento. de Leg. 179 b, De ſacris hæc ſit vna ſententia, vt conſeruentur ſemper, & deinceps familijs prodantur, vt in lege poſui, perpetua ſint ſacra. & 173 a, Nec vlla vitiorum ſacra ſolennia obeunto. Att. 16 b, Memmius Luculli vxorem ſuis ſacris initiauit. de Leg. 174 a, Sacrum ſacróue commendatum qui clepſerit, rapſeritq;, parricida eſto. item, Sacra priuata, ſacra gentilitia. pro Dom.220 a, Quid ſacra Clodiæ gentis intereũt. & ibid. Nec amiſſis ſacris paternis in hæc adoptiua veniſti. de Aruſp.251 b, Nec quis te ſacra illa tua faciẽtem videre poſſit. Orat.210 b, Quibus verbis ſacrorum alienatio fiat. pro Font 284 a, Qui cum omniũ ſacris delubriſq; bella geſſerunt. cont. Rull.69 b, Quod per populum creari fas non erat, propter religionem ſacrorum. pro Flac. 160 b, Iſtorum religio ſacrorum à ſplendore huius imperij, grauitate nominis noſtri, maiorum inſtitutis abhorrebat. pro Dom.220 b, Ne quid, &c. de ſacrorum religione minuatur. ibid. Iam omnium ſacra interierint, quorum cuſtodes vos eſſe debetis. ibid. Rex ſacrorum. & 233 b, Qui & ſacra priuata coluerunt, & publicis ſacrificijs præfuerunt. de Aruſp.257 b, Iſte parentum nomen, ſacra, memoriam, gentem, Fonteiano nomine obruit. ibid. Occulta & maribus non inuiſa ſolũm, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere peruertit. de Nat.60 b, Sacra, cerimonias, religioneſq; defenderem. ibid. Cum omnis populi Rom. religio in ſacra & in auſpicia diuiſa ſit. ibid. Romulum auſpicijs, Numam ſacris conſtitutis fundamenta ieciſſe noſtræ ciuitatis. de Leg.173 b, Neue quem initianto, niſi, vt aſſolet, Cereri Græco ſacro. Sacrũ commiſſum quod neque expiari poterit, publici ſacerdotes expianto. & 175 b, Qui ſacris publicè præſunt. ibid. Sunt ad placandos Deos alij conſtituti ſacerdotes, qui ſacris præſint ſolennibus. Attic. 16 b, Vt anniuerſaria ſacra iuuentutis non committerentur. Hortenſ. Siue vates, ſiue in ſacris initijſque tradendis diuinæ mentis interpretes.

* SAECVLVM. vide SECVLVM.

† Syntaxis. *Conficere ſacra, obire. Committere ſacrum. Sacrum commiſſum expiare.*

SAEPE.*frequenter, frequens, magna ex parte, identidem, crebrò.* de Inu.42 a, Sæpe & multum hoc mecum cogitaui, bonine an mali plus, &c. pro Qu. 1 a, M. Iunius in hac cauſa multum & ſæpe verſatus. & 18 a, Sæpe ac diu, &c. de Inu.64 a, Semel ac ſæpius. pro Fon 279 b, Semel atq; iterum, ac ſæpius. Att.139 a, Etſi hoc effici, ſæpe & ſæpius mihi facturus videor.

videor.*aliter,officium*.Ep.221 a, Id vt re experiatur, iterum & ſæpius te rogo. pro Pomp. 9 b, Teſtis eſt iterum ac ſæpius Italia.de Fin.73 a,Interdum,vel potius nimium ſæpe. Ep.6 a, Quod antea tibi ſæpe ſignificaui. & ibid. b, Pompeium ſcis temporibus illis non ſæpe in ſenatu fuiſſe. ad Her.19 a,Minus ſæpe. Off.65 b, Quod ſi ſæpe dictum eſt, dicendum tamen eſt ſæpius.

SAEPENVMERO.de Senect. 77 b, Sæpenumerò mirari ſoleo,&c.Epiſt.lib.16, Sum totos dies cum eo, noctiſq; ſæpenumerò partem.

† Syntaxis.*Sæpe & multum.Semel ac ſæpius.Semel atque iterum, ac ſæpius.Sape ac ſæpius. Nimium ſæpe.*

SAEVIO,uis.*ſæuitiam in aliquem adhibeo, exerceo, crudelitatem adhibeo.*in Vatin.

SAEVITIA,tiæ.*crudelitas*.Part.280 b,In iudicio aut ſęuitiam aut clementiam iudicis ſibi proponet orator. Offic.37 b, Sed heris ſanè adhibenda ſæuitia in famulos, ſi aliter teneri non poſſunt.

SAEVVS,a,um.*ferus, crudelis.* de Or. 157 a, Vndiq; venti erumpunt,ſæui exiſtunt turbines.de Di.132 a,Vnde ſuperſtitioſa primùm ſæua euaſit vox fera pro Cęl.41 a,Medea amore ſæuo ſaucia.Tuſc.179 b,Sæua gens.

† Syntaxis. *Superſtitioſa primùm ſæua euaſit vox fera. (hic expende ſine coniunctione tria attributa.)*

SAGA,gæ.de Diu.94 a,Ex quo *ſagire* ſagæ anus, quia multa ſcire volunt.& 135 a,Sagarum ſuperſtitio.

SAGACITAS,tis.*calliditas,ſolertia.* de N. 58 a, Canum incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium. in Verr. 97 b, Qua eſt iſte ſagacitate in his rebus. & 206 b, Tuam tantam fuiſſe ſagacitatem. *Tuſcul 162 b, Vim artè, ſagacitatem, memoriam, motum, celeritatem videt *animus*.de Nat. 56 b, Nos ſagacitate canum ad vtilitatem noſtram abutimur.

SAGACITER,cius, ciſsimè. *callidè.* de Orat.104 a, Sagaciter perueſtigare, quid ſui ciues cogitent, &c. de Orat.125 b, Odoror quàm ſagaciſſimè poſſum, quid ſentiant &c. Attic.94 a,Illud præterea μυςικώτερον, tu ſagacitùs odorabere.

† Syntaxis.*Canum ſagacitas narium ad inueſtigandum.*

SAGATVS,a,um.I.A.258 b, Deinde cras ſagati prodeamus. pro Font.280 b, Galli ſagati bracbatique. *Frag.ep.Cum reliqui conſulares ſagati vellent deſcendere.

SAGAX.cis.*callidus,acutus,prudens.* Tuſcul.241 a, Nihil eſt in homine,ſagaci & bona mente melius. de Diu.94 a,Sagire enim, ſentire acutè eſt:ex quo ſagaces dicti canes. de Leg. 160 a, Homo animal prouidum,ſagax multiplex.I.C.101 a,Quem tu ad ſuſpicandum ſagaciſſimum fore putaſti.de Fin.74 a,Mentem acrem,&c.&, vt ita dicam, ſagacem.de Diu.85 a,

*Hoc adeò penitùs cura videre ſagaci, Ocia.----*

*Epiſt.157 b,Nimia eius indulgengia in Lepidum ad hęc pericula perſpicienda fecit eum minus ſagacem.

† Syntaxis.*Sagax & bona mẽs.Homo ſagax,prouidus, multiplex. Sagax ad pericula proſpicienda. Cura videre ſagaci. Mens acris & ſagax.*

SAGINA, næ. *cibus offáue ad ſaginandum apta.* pro Flac.49 b, Qui multitudinem illam non autoritate, ſed ſagina tenebat.

SAGINOR, ris. *pingueſco.* pro Seſt. 20 a, Qui ab illo peſtifero ac perdito ciue iam pridem reipub. ſanguine ſaginantur.

SAGIO,gis de Di.94 a, Sagire enim ſentire acutè eſt:ex quo ſagæ anus,quia multa ſcire volunt, & ſagaces dicti canes. & ibidem:Is igitur,qui antè ſagit, quàm oblata res eſt,dicitur præſagire.

SAGITTA,tæ.*iaculum,quod arcu iacitur, vel baliſta.*I.V.217 a, Sagittæ pendebant ab humero. Ac. 22 b, Configere aliquem ſagittis,

in Arat. *----iacet vna ſagitta.*

*Quam propter nitens penna conuoluitur ales.*

SAGITTARIVS,rij.*arcitenens,ſagittipotens.*I.A.197 b, Certum agminis locum tenebant barbari ſagittarij. *Epiſt. 245 b, Vſus tormentis multis, multis ſagittarijs,magno labore meo, ſine vlla moleſtia ſumptúue ſociorum, ſeptimo & quinquageſimo die rem confeci. Attic. 79 b, Magna tormentorum copia,multis ſagittarijs, &c. incolumi exercitu negotium confecimus.

SAGITTIPOTENS,tis. in Arat 287 b.

*Menſe ſagittipotens ſolis cùm ſuſtinet orbem.*

SAGRA,græ.*fluuius*.de Nat.27 a, Cùm ad fluuium Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio deuiciſſent. & 62 a, De Sagra Græcorum eſt vulgare prouerbium. Qui quæ affirmant, certiora eſſe dicunt, quàm ea quæ apud Sagram.

SAGVLVM,li.*ſagum.* I.P.91 a, Lictores togulis acceptis ſagula reiecerunt.



SAGVM,gi.*veſtis militaris,index belli,vt toga pacis.*in Verr. 154 b, Sagum ſumit,lucebat iam ferè. in Ant.258 b, Propter cuius periculum ad ſaga iſſemus. & ibidem: Ad ſaga ire, & redire ad togas. I.A. 220 a, Cùm eſt in ſagis ciuitas.& 200 b, Tumultum decerni, iuſtitium indici,ſaga ſumi dico oportere. *I.A.258 b, Ab eorundem aris ad ſaga ſumenda diſcedere.

† Syntaxis. *Sagum ſumere. Ad ſaga ire. In ſagis eſt ciuitas. Iuſtitium indicere,ſaga ſumere.*

SAGVNTINVS, na. pro Cornel. 59 a, Saguntinus propugnator.

SAGVNTVM,ti.*vrbs Hiſpaniæ.*I.A.199 b.

SAITAE,*populi quidam Aegyptij.* de N.12 b.

SAL,ſalis.de N.58 a,Sui ne putreſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus. de Amic. 109 a, Verum eſt illud quod dicitur,multos modios ſalis ſimul edendos eſſe,vt amicitiæ munus expletum ſit.de Or. 98 a, Vrbanitatis quidam lepos, quo tanquam ſale perſpergatur omnis oratio.

SAL,& SALES.*vrbanitas,facetiæ, ioci.* de Orat. 117 b, Alter inuſitatum noſtris oratoribus lepórem quendam & ſalẽ eſt conſecutus.de Orat.128 b,Nullam artem eſſe ſalis.Ep. 137 a,& de Orat.128 b, & I.A.164 a, Salis enim ſatis eſt, Sanniorum parum. de N.40 b,Salem iſtum quo caret veſtra natio, in irridendis nobis nolite conſumere.Tuſc.239 a,Specimen humanitatis,ſalis,ſuauitatis, lepóris Att.7 a, Literæ ſparſæ ſale humanitatis. Orat. 204 b, Sales qui in dicendo mirum quantum valent.Epiſt.134 a,b,Accedunt non Attici,ſed ſalſiores quàm illi Atticorum Romani veteres atque vrbani ſales.* de Fin.50 b, Quem quidem locum(*al.iocum*)cùm multa venuſtate & omni ſale ridet Lucilius.

† Syntaxis. *Lepor & ſal. Salis nulla eſt ars. Specimen humanitatis, ſalis, ſuauitatis, lepóris. Humanitatis ſal. Vrbani,ſalſiores ſales.*

SALACIA.ciæ.de Vniuerſ. 201 a, Oceanus Salaciaq; cœli terræq; filij.

SALACON,onis.*mollis,delicatus:qualis fuit Salaco Autolyci pater,qui hoc nomine malè audijt.vel inſolens,& ſuas opes admirans: quo vitio laborant diuites,vt Ariſtot. in Rhetoricis docet, quos ob id Salacones appellat. Tigellium igitur quendam his de cauſis Salaconem Cicero appellare videtur. Eraſmus tamen alia affert in Adagijs.*Ep 107 a, Cognôſti meam cauſam, & iſtius Salaconis iniquitatem.

SALAMIN,inis.*inſula & vrbs.* Att. 85 b, Scaptius incluſum in curia ſenatum Salamine obſederat.

SALAMINA,næ.*Salamis.* Tuſc.172 b.

SALAMINIVS,a,um.pro Ar.189 b,Tuſ.172 b,Salaminium trophæum.

SALAMIS,mis.*Salamina.* Off.15 b, Diceturq; Salamis clariſſimæ teſtis victoriæ.

SALARIA,riæ.*via quædam.*de N.62 a.

SALAX,cis.Attic.92 a,Leuis libidinoſus, ſalax.*aliter,ſagax.*

SALEBRA,bræ *ſunt locorum offenſiones,ſeu loca aſpera & inæqualia.* Or. 200 b, Alter enim ſine vllis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit.de Fin.71 a,Incidere in ſalebras.& 144 b, Hæret in ſalebra.

SALERNVM,ni.*vrbs.*ad Her.40 a,Frater venit ex Salerno.*ſic enim legendum eſt,non Falerno.*

*SALES,ium.vide SAL & SALES.

SALIARIS,c.*Saliorum proprius: vnde ſaliarem in modum cœnare: id eſt, opiparè & apparatè.* Attic.71.

SALICTVM,cti.*locus ſalicibus conſitus.*cont.Rull.73 b, Accedent ſalicta ad Minturnas. & de Diu. 89 a,

**Nam me viſus homo pulcher per amœna ſalicta*

*Et ripas raptare.----*

SALIENTES,*à ſalio,ſunt fontes tubis aut fiſtulis aquam fundentes:ſic dicti,quòd aqua aſcendens primùm, deinde etiam deſcendẽs ſaliat.* Qu.fr.318 b, Mirifica ſuauitate villam habebis, piſcina & ſalientibus additis.

SALII,orum.*flamines Martiales,ſiue Martis ſacerdotes.*de Diu. 86 b, Curia Saliorum deflagrauit. *Orat. 161 a, Vt epularum ſolennium fides ac tibiæ, Saliorumq; verſus indicant. pro Dom. 320 b, Itaque populus Rom. breui tempore neq; Regem ſacrorum, neque flamines neq; Salios habebit.

SALINAE,arum.*loca, vbi ſal fit.* pro Pomp.6 b, Publicanorum familiæ, quas in ſalinis habent. de Nat.52 b, *Enumerari non poſſunt, &c. ſalinæ ab ora maritima remotiſſimæ.

¶ *Pro ſalibus, & iocis, ex ambiguo.* Ep.110 a, Quibus in literis omnia mihi periucunda fuerunt, præter illud, quòd parum diligenter poſſeſſio ſalinarum mearum à te procuratore defenditur.

SALMACIS, dis. Off. 12 b, Salmacida ſpolia ſine ſanguine & ſudore.

SALPINI, *populi.* contra Rull. 80. * Salpinorum peſtilentiæ fines.

SALSAMENTARIVS, rij. *qui ſalſamenta facit aut vendit.* ad Her. 41 a, Vt ſi ſalſamentarij filio dicas, Quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat.

SALSAMENTVM, ti. *quod ſale conditum eſt in diuturnum cibum & vſum.* de Diu. 132 b, De vino aut ſalſamento putes loqui, quæ euaneſcunt vetuſtate.

SALSÈ, *facetè.* de Orat. 134 a, Quæ ſalsè dicuntur. & 129 a, Salſiſſimè dicere aliquid.

SALSVS, a, um. *facetus.* I. A. 168 a, Salſus homo. de Or. 128 a, Multa ſunt ridicula & ſalſa Græcorum. ibid. 129 b, & 132 b, Eſſe facetum atq; ſalſum. Epiſt. 134 a, Accedunt non Attici, ſed ſalſiores quàm illi Atticorum Romani veteres atque vrbani ſales.

SALTATIO, onis. pro Mur. 127 a, Intempeſtiui conuiuij, multarum deliciarum comes & extrema ſaltatio. de Clar. orat. 185 a, Sextus Titius tam mollis & ſolutus in geſtu, vt ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet. * de Fin. 95 a, Saltationi ſimilis eſt ſapientia.

SALTATOR, oris. Off 30 b, Adde his, ſi placet vnguentarios, ſaltatores pro Mur. 26 b, Saltatorem appellat L. Murænã Cato: maledictum eſt, ſi verè obijcitur, vehementis accuſatoris. de Fin. 95 a, Hiſtrioni actio, ſaltatori motus eſt certus datus. pro Deiot. 149 a, Si ſaltatorem auum habuiſſes. * Poſtq. 207 a, Calamiſtrati ſaltatoris virtus. pro Planc. 277 b, Aderat mecum cunctus equeſter ordo, quem quidem in concionibus ſaltator ille Catilinæ conſul proſcriptionis denuntiatione terrebat.

SALTATORIVS, a, um. I. P. 84 b, Cùm illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem.

SALTATRIX, cis I. P. 83 a, Tu ex tenebricoſa popina conſul extractus cum illa ſaltatrice tonſa.

SALTEM. *at certè, at ſaltem, tamen.* cont. Rul 87. b, Qui prouocati à me venire noluerunt, reuocati ſaltem reuertantur. Att. 129 a, Quare nũc ſaltem ad illos calculos reuertamur. pro Fl. 153 b, de Fin 119 a, Fratres ſaltem exhibe. pro S. R. 27 b. Verè nihil potes dicere, finge aliquid ſaltem commodè. I. P. 84 b, At fuit inceſſus ſaltem Capua dignus. Ep. 130 a, Atq; aliquo ſi non bono, at ſaltem certo ſtatu ciuitatis. Att 138, Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem.

SALTO, as *moueo me numero.* de Orat. 150 b, Negat eum poſſe cum ſatisfacere in geſtu, niſi palæſtram, niſi ſaltare didiciſſet. I. P. 84 a, Cùm collegæ tui domus cantu & Cymbalis perſonaret, cumq; ipſe nudus in conuiuio ſaltaret: in quo ne tum quidem, cum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem, fortunæ rotam pertimeſcebat. pro Mur. 127 a, Nemo enim ferè ſaltat ſobrius. I. C. 109 b, Qui in conuiuijs nudi ſaltare conſueuerunt. pro Deiot. 148 a, Deiotarum in conuiuio nudum ſaltauiſſe. Off. 70 b. & 67 a, Luce palàm in foro ſaltare. Orat. 210 a, Egeſias, dum ille quoque imitari Lyſiam vult, alterum penè Demoſthenem ſaltat, incidens particulas.

SALTVS, tus. *campus, ager* pro Quint. 14 b, Quàm longè eſt hinc in ſaltum veſtrum Gallicanum? de Sen. 81 a, Nec enim excurſione, nec ſaltu vteretur, ſed conſilio & ratione Ep. 114 b, Tuus porrò exercitus vix vnum ſaltum tueri poteſt. ad Attic. 23 a, Terentiæ ſaltum perſpeximus. * con. C. Anton. Saltibus propè addictis. pro Quint. 4 b, Quintius interea contra ius & conſuetudinem edicto Prætoris de ſaltu agroq; communi à ſeruis communibus vi detruditur. & 14 b, De ſaltu deijcitur Quintius, quo die? ibid. Deijcitur de ſaltu pridie Cal. intercalares, biduo poſt. Ep. 163 a, *Pollionis.* Saltus Caſtulonenſis, qui ſemper tenuit noſtros tabellarios, etſi nunc frequentioribus latrocinijs infeſtior factus eſt, tamen nequaquam tanta in mora eſt.

† Syntaxis. *De ſaltu agroq; communi vi detrudi.*

SALVBRIS, bre. *ſalutaris, incorruptus, ſanitatem afferens, vtilis.* )( *peſtilens.* de Orat. 135 b, Nec amœnum, nec ſalubrem locum cenſeo. Epiſt. 132, Gratulor Baijs noſtris, ſi quidem, vt ſcribis, ſalubres repentè factæ ſunt. de Diu. 107 b, Salubris'ne an peſtilens annus futurus ſit. & 97 a, Sunt partes agrorum aliæ peſtilentes, aliæ ſalubres. Partit. 233 a, Loci ſalubres. de Diu. 93 b, Qui ſalubri & moderato cultu atq; victu quieti ſe tradiderit pro Dom. 216 a, Dixi ſententiã reip. ſaluberrimam & neceſſariam. Orat. 205 a, Quicquid eſt ſalſum aut ſalubre in oratione, id proprium eſt. * pro C. Corn. 1, Spectaculum conſulum calamitate, re & tempore ſalubre ac neceſſarium. de Diuin. 107 b, Cœlum eſſe tenue purumque, & propterea ſalubre.

SALVBRITAS, tis. *affectio ſanitatem afferens,* )( *peſtilentia.* de Diu. 107 b, Quorum ex habitu & colore, tum ſalubritatis, tum peſtilentiæ ſigna percipi. de Leg. 169 b, Ego verò cũ licet plures dies abeſſe, & amœnitatem & ſalubritatem hanc ſequor. de Clar. 169 a, Eloquentia omnem illam ſalubritatem Atticæ dictionis, quaſi ſanitatem perdidit, ac penè loqui dedidicit. pro Mur. 130 b, A iuriſconſultis ſalubritas quædã, ab oratoribus ſalus ipſa petitur. * contra Rull. 85 a, Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, vrbis ſalubritate, deſcriptione, pulchritudine. de Diu. 114 b, Salubritatem aut peſtilentiã extis ſignificari putat.

† Syntaxis. *Salubris ſententia. Salubre in oratione, id proprium eſt. à iuriſconſultis ſalubritas, ab oratoribus eſt ſalus.*

SALVBRIS, *aduerb.* de Senect. 89 a, Vbi enim potes refrigerari ſalubriùs?

SALVEO, es Epiſt. 260 a, Vale, ſalue. Att. 62 a, Dionyſium iube ſaluere. & 63 a, Dionyſium velim ſaluere iubeas. & 106 a, Alexin humaniſſimum puerum velim ſaluere iubeas. Att. 91 a, Valebis igitur, & valere Pyliam & Cæciliam noſtram iubebis, & ſaluebis à meo Cicerone.

SALVM, li. *mare.* pro Cecin. 302 a, Hoc opinor optaret, vt à quo loco depulſus eſſet, in eum ſe fortuna reſtitueret: nõ in ſalum, ſed in ipſam vrbem, quam petebat, reſtitueretur. Tuſc. 205 a, Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo. * I. V. 254 a, Quadriremem in ſalo fluctuantem reliquerat.

SALVO, as *ſalutem do, ſalutem fero atq; affero, ſalutem reddo, ſaluum præſto, ſaluti ſum.* I. P. 96 a, Me poſſe iterum rempub. ſaluare, ſi ceſſiſſem: infinitam cædem fore, ſi reſtitiſſem.

SALVS, tis. *incolumitas, ſanitas.* Epiſt. 161 a, De meo ſtudio erga ſalutem & incolumitatem tuam, credo te cognoſcere ex literis tuorum. de Nat. 78 b, Aegrorum ſalus ab Hippocrate data. * pro Dom. 228 a, Qui non ampliſſimè non modò de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreuerint. pro Mil. 103 a, Omnis honeſta ratio eſſet expediẽdæ ſalutis.

¶ *Requies, bonum.* )( *exitium.* in Verr. 139 b, Is eſt nimirum Soter, qui ſalutem dedit. de Orat. 87 b, Dare ſalutem, liberare periculis. de Fin. 89 b, Ferre opem & ſalutem indigẽtibus. pro Dom. 240 b, Accipere ſalutem ab aliquo de Or. 127 a, Ego qui multis ciuibus ſaluti exiſtimor fuiſſe. Epiſt. 6 a, Et ſi minore in re violatur tua dignitas, quàm mea ſalus afflicta eſt. & 8 a, Multum intereſt, vtrum laus minuatur, an ſalus deſeratur. Epiſt. 93 b, Retinere ſalutem. Attic. 276 a, Et fugæ portus erat in tuis caſtris, & ſubſidium ſalutis in tuo exercitu. & 253 a, Atticam cupio ſaluam, ita mihi dulcis ſalus per te miſſa ab illa: referes igitur ei plurimam ſalutem. pro Dom. 228 a, Vtrum me patria ſic accepit, vt lucem ſalutemq; redditam ſibi ac reſtitutam accipere debuit. Poſtquam. 201 a, Non dubitaui, quin is me confectum conſularibus vulneribus conſulari medicina ad ſalutem reduceret. pro Syll. 171 a, Municipium vnde iterum iam ſalus huic vrbi miſſa eſt. pro Mur. 139 b, A iuriſconſultis ſalubritas quædam, ab oratoribus ſalus ipſa petitur. pro Font. 278 b, Salus ipſa virorum fortium innocentiam tueri non poteſt. de Cl. 165 a, Hic liber mihi ſaluti fuit. de Orat. 111 b, Eâdem facultate fraus hominum ad perniciem, & integritas ad ſalutem vocatur. * pro P. Opp. Multum poſſe ad ſalutem alterius, honori multis fuit. pro C. Cornel. 1, Cùm ſalutem populo Rom. afferret. pro M. Scau. Vt ſalutem à vobis nepotis ſui deprecarentur Dij. Hortenſ. Prædiis & amicis omnibus aptiſſimè ad ſalutem corporis vſus eſt.

¶ *Vita.* de Ar. 251 b, Qui medicis ſuis non ad ſalutem, ſed ad necem vtitur. Qu. fr. 395 a, & Att. 179 a, Salus ab aliquo data. Att. 54 a, Saluti ſi me amas, conſule. pro Marc. 134 b, Quis eſt omnium tam nihil vnquam de ſua, nec de communi ſalute cogitãs, qui non intelligat, tua ſalute contineri ſuam? & ex vnius tui vitam pendere omnium? & 135 a, Cum omnium ſalutem ciuium, cunctamq; Rempub. res tuæ geſtæ complexæ ſint. ibid. Hic tu modum vitæ tuæ non ſalute Reipub. ſed æquitate animi definies? & b, Niſi belli ciuilis incendium ſalute patriæ reſtinxeris. pro Marc. 136 a, Lætari omnes non vt de vnius ſolum, ſed vt de communi omnium ſalute ſentio. & b, Quandiu eſt de illius ſalute dubitatum.

¶ *Salutandi ratio.* Epiſt. 111 a, Ego verò multam ſalutem & foro dicam, & curiæ. Tuſc. 246 a, Anacharſis Hannoni ſalutem. Att. 60 b, Is miſit ad me ſtatim, qui mihi ſalutem nunciaret. Ep. 102 a, Salutem enim mihi verbis tuis nunciauit. Att. 69 a, Dionyſio plurimam ſalutem. Attic. 211 b, Illud accuſo, non te, ſed illam, ne ſalutem quidem. item: At tu & illi, & Pyliæ plurimam. Att. 80 b, Filiola tua gratum mihi fecit, quòd tibi diligenter mandauit, vt mihi ſalutem adſcriberes Att. 74 b, Pyliæ & puellæ Cæciliæ belliſſimæ ſalutem dices. Epiſt 233 a, Tulliolæ ſalutem dic.

† Syntaxis *Saluti conſulere. Multam ſalutem foro dicere. Ille miſit qui mihi ſalutem nunciaret. Adſcribi ſalutem tibi mandat Cæſ.*

SALVTARIS, re. *ſalubris.* de Senect. 89 a, Cultura agrorum, hominum generi vniuerſo eſt ſalutaris. de Diu. 98 a, Stella ſalutaris ad corpus puerorum. de Fin. 104 a, Iuppiter ſalutaris. Ep. 37 a, Quo in capite ſunt quædam noua ſalutaria ciuitatibus. Tuſcul. 222 a, Salutare remedium. Epiſt 83 ...

Salutate conſilium. de Clar. 166 a, Tractatio literarum mihi ſalutaris fuit. de N. 9 b, Res vtiles & ſalutares, deorum eſſe vocabulis nuncupatas. & 73 b, Ratio peſtifera multis, admodum paucis ſalutaris. & 32 b, Acceſſus ad res ſalutares, à peſtiferis receſſus. & 64 a, Mundo nihil pulcrius, nihil nobis ſalutarius. Attic. 274 a, Salutaris ſeueritas vincit inanem ſpeciem clementiæ. de Nat. 21 b, Salutaris & vitalis calor. pro Mil. 105 a, Ciuis beneficus & ſalutaris. ad Attic. 116 a, Sic ergo habeto, ſalutares te mihi literas miſiſſe.

SALVTARITER. *vtiliter*. de Cla. 165 a, Quibus armis quemadmodum ſalutariter vterentur, non reperiebant. Ep. 158 b, Nihil non ſalutariter cupio.

† Syntaxis. *Agrorum cultura, Iupiter, ſtella, remedium, cõſilium, ſeueritas ſalutaris. Ciuis beneficus & ſalutaris. Salutares literas mittere. Salutariter omnia cupere.*

SALVTATIO, onis. *perſalutatio, conſalutatio*. ad Br. 91 a, Itaq; hæc ſcripſi ipſa in turba matutinæ ſalutationis. Epiſt. 108 b, Cùm enim ſalutationi nos dedidimus amicorum. I. P. 100 a, Quis te communi ſalutatione dignum putat? de Vn. 195 a, Ac primum quidem tempus ſalutationibus, reliquum percunctatione conſumpſimus. * de Clar. 166 a, An mihi potuit eſſe aut gratior vlla ſalutatio, aut ad hoc tempus aptior? Epiſt. 139 a, Vbi ſalutatio defluxit.

SALVTATOR, toris. Q. de Pet. 210 a, Deductorum officiũ, quod maius eſt, quàm ſalutatorum. * Q. de petit. 210 a, Huius rei tres partes ſunt, vna ſalutatorum, cùm domum veniunt, &c. In ſalutatoribus qui magis vulgares ſunt, & ad hanc conſuetudinem, quæ nunc eſt, plures veniunt, hoc efficiendum eſt. &c. Qui domum tuam venient, ijs ſignificato te animaduertere, & eorum amicis, qui illis renuncient, oſtendito: ſæpe ipſis dicito.

* SALVTATVRVS, a, um. Att. 236 a, Eram continuò Pyliam ſalutaturus.

SALVTO, as. *ſalutem dico, ſalutem nuncio, conſaluto, perſaluto.* Attic. 51 a, Domus te tota noſtra ſalutat, & 60 a, Dionyſius te, omnéſque vos ſalutat. Attic. 69 a, Illum ſalutaui, poſtea iuſſi valere. & 227 a, Octauius, quem quidem ſui Cæſarem ſalutabant. I. A. 171 b, Quam homines ex oppidis obuiam prodeuntes, non vero illo & inimico (* *al. mimico*) nomine, ſed Volumniam ſalutabant. I. C. 100 b, Quis te ex hac tanta frequentia ſalutauit? in Ant. 246 b, Salutare benignè, comiter appellare vnumquemque. & 168 b, Quem nunquam viderat, ac ne vnquam ſalutauerat. de Vn. 195 a, Cratippus Epheſum venit, mei ſalutandi & viſendi cauſa. Att. 89 b, & 206 a, Paulò pòſt Cuſpius hic ſalutandi cauſa, ſed manſit inuitatus. de Senect. 90 a, Salutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, conſuli. pro Plan. 266 a, Cùm ille eum ſalutaſſet, vt fit, dixiſſetque, &c. de Cl. 165 b, Quem poſtquam ſalutaui, quid vos, inquam, &c. pro Flac. 155 a, Qui ita eſt ambitioſus, vt nos quotidie perſalutet. pro S. R. 27 b, Quòd ſi luce quoq; canes latrent, cùm deos ſalutatum aliqui venerint, opinor ijs crura ſuffringantur. in Ant. 180 b, Anagnini obuiam ei deſcenderunt, vt iſtum tanquam ſi eſſet conſul ſalutarent. * Att. 26 b, Ad plebem tranſiſti, vt Tigranum ires ſalutatum? Narra mihi, reges Armenij patricios ſalutare non ſolent?

SALVVS, a, um. *conſeruatus, incolumis, integer*. I. V. 66 a, Vt hæc quæ dixi, retinere incolumia ac ſalua poſſimus. Att. 162 a, Cæſar te ſaluum ampliſſimumq; cupiet. & 143 a, Pompeius veniet iratus, & ijs maximè, qui eum maximè ſaluum volebant. pro Planc. 259 a, Qui me ſaluum videre noluerunt. Ep. 17 a, Vt poſſimus ſaluum te veniſſe gaudere. de Diu. 92 a, Pedibus ſuis ſaluus reuertit. 197 b, Nullam partem ſanæ & ſaluæ reip. guſtare potuiſti. & 94 a, Oro obteſtorque te, vt nobis ſaluum conſerues. pro Pomp. 14 b, Socios ſaluos præſtare poſſumus. pro Cluent. 34 b, Vt id quod conceperat, ſeruaret, vt ſaluum parere poſſet. I. C. 116 b, Vt omnes ſalui conſeruaremini. Poſtquam 209 b, Rempub. ſaluam velle. Att. 80 b, Te in Epeirum ſaluum veniſſe vehementer gaudeo. Ep. 3 b, Vt ne quid agi cum populo, aut ſaluis auſpicijs, aut ſaluis legibus poſſit. pro Pomp. 80 a, Atq; hæc omnia ſaluis populi Romani ſocijs atque integris vectigalibus geſta ſunt. pto S. R. 19 a, Vtrumuis ſaluo officio facere potes. de Prou. 78 b, Proſcriptionem illam ſaluis auſpitijs rogatam eſſe dicebant. * de Inuen. 83 a, Quibus rebus non illud ſolùm conficitur, vt ſaluæ & incolumes, verum etiam vt amplæ atque potentes ſint ciuitates. pro Marc. 136 a, Niſi te ſaluo ſalui eſſe non poſſumus.

† Syntaxis. *Te ſaluum, ampliſſimumq; cupio. Omnia ſua ſalua & incolumnia retinere. Remp. ſanam ſaluamque guſtare. Saluum ſe conſeruare.*

SAMARIVS, a, um. I. A. 231 b, Samarius exul. *prouerbium.*

SAMAROBRINA, næ. *oppidum, in quo ſunt homines duri atque horridi cui opponitur Tarentum molle.* Epiſt. 101 a.

SAMARII, *populi*. I. V. 86 a.

SAMIVS, a, um. p Mur. 142 a, Atq; ille ſtrauit lectulos, &c. & expoſuit vaſa Samia. ad Her. 40 a, Nos Samijs delectabimur. I. V. 86 a, de N. 178 a, Samia Iuno.

SAMNIS, nitis. Off. 49 a, C. Pontius Samnis. Tuſc. 183 b, Samnis ſpurcus homo. * de Orat. 138 b, Vt Samnitum *proluſio*, qui fibrant haſtas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur.

SAMNIVM, nij. *oppidum*. Att. 259 a, Iter faciens in Samnium venit Cales, manſit Theani.

SAMOTHRACIA, ciæ. *inſula*. de N. 24 b, 78: in Piſ. 98 b.

SAMPSICERAMVS. *Pompeius, à regulo quodam in Syria, Sampſiceramo deuicto: vt eſt apud Strabonem.* Att. 30 a, 31, 32, 38.

SAMVS, mi. *inſula & oppidum*. in Ver. 216 a, Iuno Sami colebatur. & 86 a.

SANABILIS, le. *quod ad ſanitatem reduci poteſt.* Tuſc. 227 a, Animi ſunt eiuſmodi conſtituti, quaſi mala valetudine, ſanabiles tamen.

SANANDVS, a. pro Mar. 134 b, Quæ quidem tibi nunc omnia belli vulnera ſananda ſunt, quibus præter te mederi nemo poteſt.

SANATIO, onis. *ſanitas, ſalus*. Tuſ. 216 b, Eorum igitur malorum in vna virtute poſita eſt ſanatio. & 222 b, Hæc eſt propria & certa ſanatio, ſi doceas, &c. & 191 a, * Cumq; ad corporum ſanationem (*al. ſanitatem.*) multum ipſa corpora & natura valeant.

SANATVS, a, um. de Diu. 236 b, Qua radicula inuenta Ptolemæus ſanatus dicitur.

SANCIENDVS, a, um. I. A. 228 a, De quibus confirmandis & ſanciendis legem comitijs centuriatis ex autoritate noſtra laturus eſt.

SANCIO, cis: iui, & xi, itum, & ctum, *fero, decerno, conſtituo, ſciſco, confirmo*. pro Plan. 268 a, Leges, quas ſenatus de ambitu ſanciuit. Attic 276 b, & Tuſc. 109 b, Nec quo minus id poſtea liceret, vlla lex ſanxit. Att. 154 b, Solon capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis eſſet. pro Dom. 229 b, Qui de libertate ea iura ſanxerunt. I. V. 227 a, Tamen in eo qui violaſſet, ſancire vos velle oporteret. I. A. 248 b, Vtrum igitur augurem populus libentius ſanciet, Pompeium, an Antonium? de Finib. 86 a, Cùm tam accuratè tamq; diligenter caueat & ſanciat, vt Antinomachus, &c. Poſtquam. 205 b, Vt veſtram in poſterum dignitatem autoritatemq; ſanciret. pro Plan. 268 a, Noli obſeruantiam ſancire pœna. de Leg. 160 a, Sancire aliquid ſcriptis. Tuſc. 164 a, Nec cerimonias violatas tam inexpiabili religione ſanxiſſent, niſi, &c. contra Rull. 88 b, At hoc Corneliæ leges non ſanciunt. pro Flac. 160 a, Prætor ſanxit edicto, ne ex Aſia frumentum exportari liceret. contra Rull. 89 b, Hæc, quæ dubia ſunt, per vos ſancire vult. I. C. 119 b, Cæſar digna ſcelere hominum perditorum ſanxit. I. C. 120 b, Si quis de Seruis ſupplicium quàm acerbiſſimum ſanxerit. de Fin. 56 a, Vt dolore ſuo ſanciret militaris imperij diſciplinam. pro S. R. 29 b, Solon de eo nihil ſanxit, quod antea commiſſum non erat. Att. 236 a, Antonius circumibat veteranos, vt acta Cæſaris ſancirent. pro Corn. 61 b, Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod populus plebs'ue ſanxit. * I. V. 133 a, In quibus *legibus* multa ſanxit de ætate hominum, de quæſtu, de cenſu, de cæteris rebus.

SANCIOR, ris. *ſtatuor*. contra Rull. 88 a, Genus id agrorum certo capite legis confirmatur atque ſancitur. in Ant. 256 Nam quid erat aliud, quod inter eos fœdere ac fide ſanciretur? de Amic. 103 a, Hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur, vt neq; rogemus res turpes, neq; faciamus rogati. Poſtquã. 200 b, & pro Seſt. 8 a, Cùm pactiones prouinciarum, cùm omnia cum omnibus fœdera ſanguine meo ſancirentur. pro Seſt. 8 a, Id fœdus meo ſanguine ictum ſanciri poſſe dicebant.

¶ *Punior*. de Leg. 193 a, Vt in ſuo vitio quiſque plectatur, vis capite, auaritia multa, honoris cupiditas ignominia ſanciatur.

SANCTITVR. *ſtatuitur*. ad Heren. 9 a, Quod poſteriori lege ſancitum ſit. Offi. 64 a, Erranti viam non monſtrare, quod Athenis execrationibus publicis ſancitum eſt. Offic. 64 b, De iure prędiorum ſancitum eſt apud nos iure ciuili, vt in his vendendis vitia etiam dicerentur. in Verr. 133 b, Leges quibus eadem illa ſancta ſunt, & hoc amplius. de Leg. 174 a, Inceſtum pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto. & 183 a, Lege ſancitum eſt, ne quis, &c. Offic. 65 b, Hoc quãquam nulla lege ſancitur neque iure ciuili, naturæ tamen lege ſancitum eſt. de Ar. 251 a, Hoc ſi minus iure ciuili perſcriptum eſt, lege tamen naturæ & communi iure gentiũ ſancitum eſt, vt nihil, &c.

† Syntaxis. *Confirmandum & ſanciendum. Sancire leges. Cæſarem augurem. Conſul capite ſanxit, ſi quis. Cautum & ſancitum eſt. Obſeruantiam pœna ſancire. Scriptis aliquid ſancire. Edicto*

*ſanxit*

*ſanxit Prætor de fure ſupplicium ſancire. De re aliqua ſancire. V capite ſancitur. Sancire pactiones alicuius capite, ſanguine. In lege id ſancitum eſt.*

SANCTE'. *auguſtè.* Quint.frat.302 a, Cùm te ſanctiſſimè gereres. pro Quint.Roſc.46 a, de Nat.12 b, Pie ſanctèque colere deum. de Nat. 38 a, Auguſtè ſanctèque conſecrare aliquem.

SANCTIMONIA, niæ. *ſanctitas.* pro Qu. 10 a, Quid mihi, inquam, cum iſta ſumma ſanctimonia? pro Rab.96 b, Mentes quæ ex hominum vita ad deorum religionem ſanctimoniamq; demigrarunt. pro Qu. 17 b, Habere domum clauſam pudori & ſanctimoniæ. ad Her.34 b, Omnis ſanctimonia nuptiarum vno ſigno tibiarum intelligitur.

SANCTIO, onis. pro Corn.61 a, Sanctiones ſacratæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis, aut pœna, cùm caput eius qui contrà facit, conſecratur. ad Herenn. 9 a, Plus valet ſanctio permiſſione. * pro Cornel. 62 b, Cuius *populi* maieſtas fœderis ſanctione defenditur.

SANCTITAS, tis. *ſanctimonia, ſanctitudo* de Nat.1 b, Pietas, ſanctitas, religio, quæ omnia purè & caſtè deorum numini tribuenda ſunt. de Nat. 24 a, Sanctitas, eſt ſcientia colendorum deorũ. Epiſt.36 b, Exiſtimant quaſi lumen aliquod elucere ſanctitatem tuam. de Fin.80 a, Tueri ſe ſanctitate ſua. pro Cæl. 44 a, Si matremfamiliâs ſecus quàm matronarum ſanctitas poſtulat, nominamus. I. A.186 b, Quod in iuuentute habemus illuſtrius exemplum veteris ſanctitatis? Offic.35 a, Deos placatos pietas efficiet & ſanctitas. Poſt red. 212 a, Mecum deorum & hominum ſanctitates omnes & religiones affuerunt. * de Fin.80 a, Iam ſi modeſtia, ſi pudicitia, ſi vno verbo temperantia, pœnæ aut infamiæ metu coërcebuntur, non ſanctitate ſua ſe tuebuntur. de N. 27 a, Itaque & in noſtro populo & in cæteris, Deorum cultus religionumq; ſanctitates exiſtunt indies maiores atq; meliores. Epiſt.145 a, *Planci.* Perſuade tibi, te vnum eſſe, in quo ego colendo patriam mihi cõſtituerim ſanctitatem.

SANCTITVDO, inis. *ſanctitas.* de Repub. lib.4, Eoſdem terminos hominum curæ atque vitæ, ſic pontificio iure ſanctitudo ſepulturæ. Nonius.

† Syntaxis. *Piè, ſanctèq; colitur Deus. Auguſtè ſanctèq; conſecrare Deorum religio & ſanctimonia. Pietas, ſanctitas, religio.*

SANCTVS, a, um. *auguſtus, religioſus, caſtus, inuiolatus.* pro Pl. 275 b, Qui ſancti? qui religionum colentes? Niſi qui meritam dijs immortalibus gratiam iuſtis honoribus & memori mente perſoluunt. de Off 6 a, Nulla ſancta ſocietas, nec fides regni eſt Ennij. item ibid. Difficillimum eſt, ſanctam ſeruare ſocietatem. de Inu.76 a, Præmia virtutis ſancta & caſta eſſe oportet. de Leg.185 b, Tribuni ſancti ſunto. I.A.245 b, Homo ſanctus & religioſus. de N. 68 b, Achillem Aſtypalea inſula ſanctiſſimum colit. pro Rab.92 b, Qui caſtam concionem, ſanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Rom. integrum ius libertatis defendo eſſe oportere. Poſtq. 202 a, Qui ſanctiſſ. homines pietate erga deos eſſe ſolent. pro Qu.4 b, Nullum eſt officium tam ſanctum atq; ſolenne, quod non auaritia comminuere atque violare ſoleat. pro S. Roſc.30 a, Nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violet audacia, & 36 b, Ius ſanctum atq; integrum. pro Qu. 1 b, Profectò nihil eſt tam ſanctum atq; ſincerum in ciuitate. Tuſc 235 b, Ex hoc Platonis ſancto auguſtoq; fonte. Poſtq.202 a, Numẽque veſtrum æquè mihi graue & ſanctum, ac deorũ immortalium futurum eſt. de Ar. 246 a, Id ſemper omnibus ſanctum, auguſtumq, & religioſum eſſe viſum eſt. pro Ar. 189 a, Sit igitur ſanctum apud vos hoc poëtæ nomen. I.A. 245 b, Neq; apud te ſancta religio ſocietatis fuiſſet. Attic. 115 b, Pecuniam de ſanctiore ærario auferre. & 192 a, Me id multo magis mouet, quod mihi eſt ſanctius & antiquius. pro Qu.Roſ.52 a, Vir natura ſanctus & religioſus. pro Flac.161 a, Homines ſunt tota Aſia ſanctiſſimi frugaliſſimique. Ep.57 a, P.Nigidio vni omnium doctiſſimo & ſanctiſſimo. de Fin.104 b, Amor ſanctus. de Or. 104 b, Cùm eſſet ille vir exemplum, vt ſcitis innocentiæ, cùm illo nemo neq; integrior, neq; ſanctior in ciuitate. * pro Arch. 189 a, Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat poëtas: quòd quaſi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videantur.

† Syntaxis. *Sancta ſeruanda ſocietas. Homo ſanctus ac religioſus. Deum ſanctiſſimum colit. id eſt, ſanctitate ſumma. Officium ſanctum atq; ſolenne. Sanctum, auguſtum, religioſum. Homo ſanctus & frugalis Integer & ſanctus.*

SANE'. *herculè, oppido, ſanè quam licet.* de Fat. 142 a, Stilpho Megaricus philoſophus, acutus ſanè homo, & probatus temporibus illis. de Diu.122 b, Non ſanè hoc quidem mirabile. pro Qu. 2 b, Res ruſtica ſanè bene culta. contra Rul. 98 b, Oratio ſanè longa. de Or.133, Res ſanè difficilis. Ep. 195 b, De Parthici belli ſuſpicione quod ſcribis, ſanè me commouit. Epiſt. 11 b, Sanè moleſtè Pompeium id ferre cõſtabat. & 33 b, Sanè autem vellẽ poſſe obſequi voluntati tuæ. Att.1 b, Sanè ſum perturbatus. Quint.frat. 311 b, Nam quod de Pompeio Caninius agit, ſanè quàm refrixit. 120 a, Sanè quàm literis tuis ſum commotus. & 49 b, & 112 a, Sanè quàm eos ſermones repreſſit. & 113 b, Sanè quàm pro eo ac debui grauiter moleſteq; tuli. item, Sanè quàm multis incutit metum. de Nat. 67 b, Dij mihi quidem ſanè multi videntur. Attic. 224 b, Quædam ſanè peſſima. ad Heren. 39 b, Huic ſanè magna eſt in mento cicatrix. de Cl. 168 a, Themiſtocles, vt apud Athenienſes, non ita ſanè vetus. de Leg.170 b, Sanè quidem herculè eſt ita, &c. Ac. 26 b, Hæc ſint falſa ſanè, inuidioſa certè non ſunt ad Heren 39 b, Age, inquit, duc tecum Soſiam, ſanè deinde, &c.

† Syntaxis. *Sanè quàm illum puduit. Sanè quidem herculè ita eſt. Hæc ſint falſa ſanè: inuidioſa certè non ſunt.*

SANGVEN, inis. *ſanguis.* de Finib.131 b, Quis enim eſt, aut quotuſquiſque, cui mors cum appropinquet, non refugiat timido ſanguen, atque exalbeſcat metu. Hortens. Vt ait Ennius: Refugiat timido ſanguen, atque exalbeſcat metu.

SANGVINARIVS, a, um. *ſitiens ſanguinem, crudelis, Thrax.* Att. 27 a, Hæc ſanguinaria iuuentus inimiciſſima eſt.

SANGVINEVS, a, um. de Diuin. 121 b, Imber lapideus aut ſanguineus.

SANGVINOLENTVS, a, um. *ſanguine atratus.* ad Her.36 b, Sanguinolenta palma.

SANGVIS, nis. *vitalis in animante ſuccus.* de N.54 a, Eoq; modo ex his partibus & ſanguis per venas in omne corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias. & 11 b, Nec habet ſanguinem *ſpecies Deorum*, ſed quaſi ſanguinem. de Diu.220 b, Nec enim ſanguis, nec ſudor, niſi ex corpore eſt. Offic.56 a, Membra quædam amputantur, ſi & ſanguine & tanquam ſpiritu carere cœperunt. de Or. 104 a, Nec iniquo iudicio exorbeatur ſanguis tuus. Attic. 84 a, Sanguinem mittere, quicquid poteſt detrahere. de Or.137 b, Reliquæ duæ ſicuti ſauguis in corporibus, ſic illæ in perpetuis orationibus fuſæ eſſe debent. Orat.204 a, Etſi non plurimi ſanguinis eſt, habeat tamen ſuccum aliquem. de Clar.167 b, Succus ille & ſanguis incorruptus vſque ad hanc ætatem oratorum fuit. & 191 a, Sanguinem verum deprauare, & vitioſum colligere. Poſtquam. 207 b, Cognatio materna tranſalpini ſanguinis. pro S. R. 29 a, Magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionẽ maternus, paternuſq; ſanguis, ex quo ſi qua macula concepta eſt. * I. V. 262 a, Ne ſanguis innocentium, &c. magiſtratibus noſtris quęſtui poſſet eſſe. I.P.88 b, & Tuſ.171 b,

*Saxa ſpargens tabo, ſaniè, ſanguine atro.* Ennij.

pro Lig.138 b, Externi iſti mores vſque ad ſanguinem incitare ſolent odium aut leuium Græcorum, aut immanium barbarorum. de Nat. 53 b, Reliqua ſe in ſanguinem vertunt & 54 a, In quem *ventriculum* ſanguis à iecore per venam illam cauam influit. Att.12 b, Miſſus eſt ſanguis inuidiæ ſine dolore & 133 b, *Balbi.* Vt res ſine ſanguine confieret (*al. conficeretur.*) de Diu 100 b, Quid quòd fluuius atratus ſanguine fluxit? Quid cùm ſæpe lapidum, ſanguinis nonnunquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber fluxit? & 120 b, Sanguinem pluiſſe Senatui nunciatum eſt atratum fluuium fluxiſſe ſanguine. ibid. Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maximè poteſt ſanguini ſimilis eſſe.

† Syntaxis. *In omne corpus diſtribuitur ſanguis. Oratio plurimi ſanguinis, & ſuccum habens. Succus & ſanguis incorruptus. Sanguinem deprauare, & vitioſum colligere.*

SANIES, ei. *putridus corruptúsue ſanguis aut humor.* I. P. 88 b, & Tuſc.171 b, Saxa ſpargens tabo, ſanie, ſanguine atro. *Ennij.*

SANITAS, tis. *ſalus, valetudo, bona, integra valetudo, integritas veletudinis, corporis bona habitudo, corporis firma conſtitutio, firma corpois affectio.* Tuſc. 215 b, Corporis temperatio, cùm ea congruunt inter ſe, è quibus conſtamus, ſanitas eſt. de Opt.283 b, Qui incorrupta ſanitate ſunt. de Cla.169 a, Eloquẽtia omnem illam ſalubritatem Atticæ dictionis quaſi ſanitatem perdidit & 190 b, Sic oratoris vel ſanitate vel vitio pro argumento ad diluendum crimen vſi ſumus. de Clar. 191 a, Inſulſitatem & inſolentiam tanquam inſaniã quandam orationis odit, ſanitatem autem & integritatem quaſi religionem & verecundiam orationis probat. * Tuſc. 213 b, Sic prauarum opinionum conturbatio, & ipſarum inter ſe repugnantia ſanitate animum ſpoliat, morbiſq; perturbat.

¶ *Ratio, conſilium rectum.* I. P. 89 b, Suum quemq; ſcelus de ſanitate ac mente deturbat. I. A.238 a, Ego autem veteranos tueri debeo: ſed hos quibus ſanitas eſt, certè timere

non debeo. pro Syll. 183 a, Adeone vobis alienus à ſanitate videor. * pro Marc. 136 a, Qui habent aliquid non ſolùm ſapientiæ, ſed etiam ſanitatis.

† Syntaxis. *Corporis temperatio ſanitas eſt. Alienus à ſanitate. id eſt, iudicio, ratione. Scelus à ſanitate menteq; deturbat. Si tibi ſanitas fuerit. id eſt, fieris ſapiens.*

SANNIO, onis. *ſcurra, qui omnibus modis riſum mouere nititur.* de Or. 132 b, Quid poteſt eſſe tam ridiculum, quàm ſannio eſt? Ep. 137 a, Salis enim ſatis eſt, ſannionum parum.

SANO, as *curo, medeor, ad ſalutem reduco, ſanum facio, ſalutem do, reddo, reſtituo, libero, morbum depello.* de Nat. 74 a, Vomica Phæræi Iaſonis, quam medici ſanare non potuerunt. pro Milon. 114 b, Rempub. ægram & labentem ſanare & confirmare. I.V. 260 b, Auaritiæ vulnera crudelitatis remedijs ſanare. Att 77 a, Sanare vulnera, quæ ſunt impoſita prouinciæ I.C. 108 a, Quos ego non tam vlciſci ſtudeo, quã ſanare. & 106 b, Quæ ſanari poterunt, quacunq; ratione ſanabo. de Orat. 136 b, Quæ ſanare non poſſunt, exulcerant. pro Syl. 172 a, Horum voluntates nefarias nec ſanare potui, nec tollere. I.C. 118 a, Multa meo quodam dolore in veſtro timore ſanaui. Ep. 71 b, Quæ *conſolatio* leuare dolorem tuum poſſet, ſi minus ſanare potuiſſet. Attic. 207 a, Valde me momorderũt epiſtolæ tuæ, eædem tamen ſanauerunt. de Diu. 236 b, Eius autem radiculæ vim eſſe tantam, vt Ptolemæum facilè ſanaret.

SANOR, ris. Qu. fr. 300 b, Thuſcenium, cuius cauſa ſanari nõ poteſt, non mitigaui? pro Syl. 182 a, Vt conualeſcere aliquando & ſanari ciuitas poſſet. Tuſc. 227 a, Citiusq; repentinus oculorum tumor ſanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. ad Brut. 287 b, Rempub. deſperatam ſanari poſſe.* Tuſc. 198 a, Et aduerſis caſibus triplici conſolatione ſanetur.

† Syntaxis. *Sanare morbum, Remp. & confirmare. Sanat remedium. Multa ſanaui. Hæc non poteſt cauſa ſanari. Conualeſcet aliquando, & ſanabitur æger.*

SANVS, a, um. *firmus, valens, validus, ſalubris, ſaluus cui valetudo eſt, qui firmo corpore eſt, qui incorrupta ſanitate eſt, integer, ſanæ mentis.* )( *ægrotus, demens, furioſus.* I.A. 179 b, Quaſi medicus ille te ſanum feciſſet. pro Seſt. 26 a, Non ea eſt medicina, cum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur. Epiſt. 197 b, Nullam partem ſanæ ac ſaluæ reip. guſtare potuiſti. Orat. 205 b, Bacchari inter ſanos vinolentus videtur. de Opt. 243 b, Attici oratores ſani & ſicci. pro Seſt. 23 b, Qui integri ſunt & ſani. item ibid. Sani, & boni, & beati. de Cl. 182 b, Nihil erat in eius oratione niſi ſincerum, nihil niſi ſiccum atq; ſanum. de Cl. 169 a, Aſiatici oratores nimis redundantes, Rhodij ſaniores, & Atticorum ſimiliores. pro Seſt. 7 b, Remp. capeſſere benè ſanum non oportere. Off. 70 b, Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, & eo medicamento ſanus factus fuerit. de L. 118 b, Quod enim eſt tam deſperatum collegiũ, in quo nemo è decem ſana mente ſit? de Diuin. 128 a, Sanus homo. *id eſt, ſanæ mentis.* Academic. 22 a, Aliquis ſanę mentis ad Atticum 139 b, Literæ ſana mente ſcriptæ. quomodo in tanta inſania?* Off. 71 a, Si gladium quis apud te ſana mente depoſuerit, repetat inſaniens. Attic. 151 b, Ego autem illum malè ſanum ſemper putaui, nunc etiam impurum & ſceleratum puto.

† Syntaxis. *Sanum aliquem facere. Sana ac ſalua Reſp. Attici oratores ſani, ſicciq; Integer, & ſanus. Sanus, bonus, & beatus. Sincera, ſicca, ſanaq; oratio. Homo ſana mente. ſanæ mentis. ſana mente ſcribere. Malè ſanus. id eſt, inſanus.*

SAPIENS, tis. tior, ſsimus. *ſophos, bene ſanus, magni conſilij, diuina mente & conſilio præditus.* Off. 4 a, Qui maximè perſpicit, quid in quaq; re veriſſimum ſit, quiq; & acutiſſimè & celerrimè poteſt & videre & explicare rationem, is prudentiſſimus & ſapientiſſimus ritè haberi ſolet. pro Clu. 353 a, Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui quod opus ſit, ipſi veniat in mentem: proximè accedere illum, qui alterius benè inuentis obtemperet. I.C. 118 b, Miſera mors viro ſapienti non poteſt accidere de Am. 96 b, Cato quaſi cognomen iam habebat in ſenectute, ſapientis. & ibid. Vnum accepimus Apollinis oraculo ſapientiſſimum iudicatum. de Am. 96 a, L. Acilius apud patres noſtros ſapiens appellatus. Off. 41 a, C. Cælius, is qui Sapiens vſurpatur. de Or. 155 a, Septem fuiſſe dicuntur vno tempore, qui ſapientes & haberentur & vocarentur. de Fin. 56 b, Epicurus ſe ſapientem profiteri eſt auſus: nam Metrodorum non putant ipſum profeſſum: ſed cùm appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluiſſe. de Diu. 121 a, Sæpius mulam peperiſſe arbitror, quàm ſapientem fuiſſe. Off. 10 a, Quoniam viuitur non cum perfectis hominibus pleneq; ſapientibus, ſed, &c. ibid. homo non perfectus, nec ſapiens. de Orat. 99 b, M. Bucculeius homo neq; meo iudicio ſtultus, & ſuo valde ſapiens. & 101 a, Vlyſſes vir ſapientiſſimus. I.P. 93 a, Themiſta ſapientior. *prouerbiũ.* I.A. 228 a, Quis ſapientior ad coniecturam rerum futurarum? Att. 128 b, Sapiens excuſatio. Offic. 55 a, Sapientem Stoicorum more neminem reperiri. Tuſcul. lib 3, Nemo ſapiens, niſi fortis. ibid. lib. 5, Ille verò ſapiens noſtras ambitiones leuitatesq; contemnet, honoresq; populi etiam vltrò delatos repudiabit. Tuſc. lib. 4, Ergo is quiſquis eſt, qui moderatione & conſtantia quietus animo eſt, ſibiq; ipſe placatus, vt neque tabeſcat moleſtijs, neque frangatur timore, nec ſitienter quid appetens ardeat deſiderio, nec alacritate futili geſtiens deliqueſcat, is eſt ſapiens quẽ quærimus, & Tuſc q. lib. 3. Sapiens nullo tempore beatus, iuxta Epicurum. ibid. Sapiens conſolatione non eget. ibid. lib. 5, Dolorem verò ſapiens extimeſcet? is enim huic ſententiæ maximè repugnat. ibid. lib. 3, Si ſapiens in ægritudinem incidere poſſet, poſſet etiam in miſericordiam, poſſet in inuidentiam. ibid. lib. 4, Ex quo efficitur, vt ſapiens diuina imitetur, humana omnia inferiora ducat virtute. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Qui à vobis ſapiens inducitur. Tuſc. quæſt. lib. 3, Sapiens ita acrem in omnes partes aciẽ intendit, vt ſemper videat ſedem ſibi ac locum ſine moleſtia atque angore viuendi: vt quemcunque caſum fortuna inuexerit, hunc aptè & quietè ferat. ibidem: Sapiens nunquam iraſcitur. ibidem: Sapiens vacat iracundia. Academic. quæſt. edit. 1. lib. 2, Sapiens nihil opinatur. ibidem: Sapiens diſtinguere poteſt falſa à veris, & quæ non poſſint percipi, ab ijs quæ poſſint. ibidem: Sapiens cùm ei res ſimiles occurrunt, quas non habet denotatas, retinet aſſenſum: nec vnquam vlli viſo aſſentitur, niſi quod tale fuerit, quare falſum eſſe non poſſit. Tuſcul. quæſt. lib. 5, & de Finib. lib. 2, Sapiens ſemper temperatus eſt, ſemper conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine alacritate vlla, ſine libidine: ſemper igitur beatus. Acad. q. ed. 1. lib. 4, & Parad. Sapiens ſolus rex, ſolus diues, ſolus formoſus, &c. Tuſcul. quæſt. lib. 5, Sapiens ab omni concitatione animi ſemper vacat. ibid lib. 4, Sapiens vtrùm omni perturbatione animi poſſit vacare, néc ne. de Nat. deor. lib. 2, Sapiens igitur eſt mundus, & propterea deus. 3. de Leg. Sapiens temperatio iuri conſulum ſuperbiori & violentiori acceſſit creatione tribunorum. Tuſcul. quæſt. lib. 5, Sapientis eſt enim proprium, nihil quod pœnitere poſſit facere, nihil inuitum: ſplendidè, conſtanter, grauiter, honeſtè omnia: nihil ita expectare, quaſi certò futurum: nihil cùm acciderit, admirari, vt inopinatum ac nouum accidiſſe videatur: omnia ad ſuum arbitrium referre: ſuis ſtare iudicijs. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Sapientis eſſe dixit Epicurus, opinionem à perſpicuitate ſeiungere. 9. Famil. Sapientis nihil eſſe præſtare, niſi culpam. Acad. queſt. edit. 1. lib. 2, Sapientis vel maximè eſſe videtur, ſtatuere quid ſit ſapiens. ad Brut. Sapientis negabant Stoici fugere. Tuſcul. quæſt. lib. 4, Præſentis mali ſapientis affectio nulla eſt. ibid. lib. 3, Sapientis animus nunquam eſt perturbatus. ibidem, Sapientis animus ita ſemper eſt affectus, vt ratione optima vtatur. ibidem, Sapientis animus ſemper vacat vitio, nunquam turgeſcit, nunquam tumet. Academic. quæſt. edit. 1. lib 2, Sapientis animum nunquam neque cupiditate moueri, neque lætitia efferri, placet Stoicis. Tuſcul quæſt lib. 5, In animo ſapientis ſemper placidiſſima pax. de Natura deor. lib. 1, Sapientis grauitate atque conſtantia indignum eſt, aut falſum ſentire, aut quod non ſatis exploratè perceptum ſit, ſine vlla dubitatione defendere. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2, Sapientis nullum decretum, nihil comprehenſum, perceptum, cognitum. de Vn. Sapientis naturæ cauſas primas conquirere. Acad quæſt edit. 1. lib. 2, Sapienti ſatis non eſt, decretum non eſſe falſum, ſed etiam ſtabile, fixum, ratum eſſe debet, quod mouere nulla ratione queat. 4. in Catil. Miſera mors viro ſapienti non poteſt accidere. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2, Sapienti accidere poſſe dicunt Academici, vt cùm omnia fecerit, diligentiſſimeq; circumſpexerit, exiſtat aliquid, quod & veriſimile videatur, & abſit longiſſimè à vero. Parad. Soli ſapienti contingit, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. Tuſc. q. lib. 4, Quid aut in ſtudijs humanis, aut in tam exigua vita breuitate magnum ſapienti videri poteſt, qui ſemper animo ſic excubat, vt ei nihil improuiſum accidere poſſit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum? Tuſc. quæſt. lib. 3, Sapienti aut malum videri nullum poteſt, quod vacet turpitudine: aut ita paruum malum, vt id obruatur ſapientia, vixq; appareat. Acad q. ed. 1. lib. 2, Sapientem in furore ſuſtinere ſe ab omni aſſenſu, quia nulla in viſis diſtinctio appareat, aiunt Academici. Academ. q. ed. 1. lib. 2, Sapientem ſi aſſenſurus ſit, etiam opinaturum, falſum eſſe Stoici dicunt. de Nat. deor. 1, Qui animantem ſapientemq; mundum eſſe dixerunt. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2, Sapientem vel in omnibus tam corporis quàm fortunæ bonis beatum eſſe, ſententia Stoicorum. Tuſcul. quæſt. lib. 5, Sapientem non eſſe ſemper beatum, ſi corporis &

ris & fortunæ incommoda ſint in malis numeranda: cùm vel in his omnibus vno tempore eſſe poſſit. Parad. Niſi ſapientem liberum eſſe neminem. Tuſc. q. lib. 5, In malis autem ſapientem eſſe poſſe, ſi eſſent vlla corporis, aut fortunæ mala. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Sapientem eſſe non poſſe, qui aut cognoſcendi eſſe initium ignoret, aut extremum expetendi, vt aut vnde proficiſcatur, aut quò perueniendum ſit, neſciat Tuſc. quæſt. lib. 3, In ſapientem non cadit gaudere alieno malo. ibid. In ſapientem non cadit inuidere: ergo ne miſereri quidem. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Sapientem nihil opinari, id eſt, nunquam aſſentiri rei vel falſæ vel incognitæ. Offic. lib. 3, & 7. Famil. Nequicquam ſapere ſapientem, qui ipſe ſibi prodeſſe non quiret. *ex Ennio* Aca. quæſt. edit. 1. lib. 2. Sapientem nunquam timere, nunquam dolere cenſuerunt Stoici. Tuſc. quæſt. lib. 5, Itaque hac vſurum compenſatione ſapientem putat Epicurus, vt voluptatem fugiat, ſi ea maiorem dolorem effectura ſit: & dolorem ſuſcipiat maiorem efficientem voluptatem. Acad. q. ed 1. lib. 2, A ſapiente nihil tam alienum, quàm rei falſæ aſſentiri. de Nat. deor. 1, Sapientes incommoda quæ ſunt in vita, commodarum compenſatione leniunt. de Fin. lib. 2, Septem ſapientes non ſuo, ſed populorum omnium ſuffragio nominati ſunt. Tuſc. queſt. lib. 5, Quòd ſi gaudere talibus bonis animi, id eſt, virtutibus, beatum eſt, omneſq; ſapientes ijs gaudijs perfruuntur, omnes eos confiteri beatos eſſe neceſſe eſt. 3. de Orat. Sapientes omnes Græciæ, præter Thalem Mileſium, ciuitatibus ſuis præfuerunt. 1. de Nat. deor. Sapientes ſapientibus etiam ignotis eſſe amicos cenſent Stoici. de Fin. lib. 1, Sapientum nemo non beatus. Tuſc. quæſt. lib 5, Sapientum nomen vſque ad Pythagoræ manauit ætatem. 5. Fam. Sapientes turpitudine & delicto ſuo, nō caſu & aliorum iniuria cōmoueri. Tuſ. q. lib. 5, Omnibus enim virtutibus inſtructos & ornatos, tum ſapientes, tum viros bonos dicimus. 10. Philipp. Quis aut ſapientior ad coniecturam rerum futurarum, aut, &c. Cat. Sapientiſſimus quiſque æquiſſimo animo moritur, ſtultiſſimus iniquiſſimo. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2, Duos verò ſapientiſſimos & clariſſimos fratres, &c. Epiſtol. 99 a, & Offic. 64 b, Ex quo Ennius, nequicquā ſapere ſapientem, qui ſibi ipſi prodeſſe nequiret. * pro Muren. 130 b, Sapiens exiſtimari nemo poteſt in ea prudentia. Academ. Academico ſapienti ab omnibus cæterarum ſectarum, qui ſibi ſapientes videntur, ſecundæ partes dantur. ibid. Eum rectè primum eſſe iudicio ſuo, qui omnium cæterorum iudicio ſit ſecundus. ibid. Zeno ſi interrogetur quis ſit ſapiens, reſpondebit eum eſſe, quē ipſe deſcripſerit. ibid. Non vocabulorum opificem, ſed rerum inquiſitorem decet eſſe ſapientem. * pro Marc. 135 a, Noli noſtro periculo ſapiens eſſe. de Fin. 58 a, Vt ſapiens ſolùm amputata circumciſaq; inanitate omni & errore, naturæ finibus contentus ſine ægritudine poſſit & ſine metu viuere. Tuſc. 199 b, Sæpe quæſiui ex ijs, qui appellantur ſapientes, quid haberent quod in bonis relinquerent, ſi illa detraxiſſent: niſi vellent voces inanes fundere. Nihil ab his potui cognoſcere. Qui ſi virtutes ebulire volent, & ſapientias: nihil aliud dicent, niſi eam viam.

† Syntaxis. *Ille ſapiens vſurpatur. Ille ſe ſapientem profitetur. Sapiens homo ad coniecturam. Alieno gaudere malo, in ſapientem non cadit.*

SAPIENTER. *ſcitè.* )( *temerè.* Epiſtol. 7 a, Si cecidiſſet vt volumus, omnes te & ſapienter & fortiter: ſin aliquid eſſet offenſum, eoſdem illos & cupidè, & temerè feciſſe dicturos. Poſtq. 231 a, Pontifices religiones ſapienter interpretando. in Ant. 191 a, b, Sapienter & cōſideratè facere aliqd.

SAPIENTIA, tiæ. *prudentia, rerum cognitio, philoſophia, lumen animi, ingenij, conſilij q;.* )( *temeritas.* Tuſc. quæſt. 221 b, Sapientia eſt rerum diuinarum & humanarum ſcientia cognitioque, quæ cauſa cuiuſque rei ſit. Academ. 7 a, Offic. 31 a, Princepsque omnium virtutum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν Græci vocant. Offic. 33 b, Sapientia eſt (vt à veteribus philoſophis definitum eſt) rerum diuinarum, humanarum, cauſarumque quibus hæ res continentur, ſcientia. de Fin. 110 a, Sapientia hominis cuſtos & procuratrix. de Inuent 43 a, Sapientia moderatrix omnium rerum. Tuſcul. quæſt. 202 b, Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. *prouerbium.* pro Mur. 142 a, Peruerſa ſapientia Tuberonis, vel Stoicorum in Ant. 247 a, Næ ego iſtā eruditam ſapientiam non audiam. de Cl. Orat. 183 b, Scipionis genus eſt ex ipſius ſapientiæ ſtirpe generatum. Off. 33 b, Quid enim per deos optabilius ſapientia? quid præſtantius? quid homini melius? quid homine dignius? de Orat. 156 a, Habere ſapientiam iunctam eloquentiæ. Or. 203 a, Sed eſt eloquentiæ, ſicut cæterarum rerum, fundamentum ſapientia. Part. 236 b, Prudentia, calliditas, quæq; grauiſſimo nomine ſapientia appellatur. de Orat 147 b, Hanc cogitandi pronunciandique rationem, vimque veteres Græci ſapientiam nobinabant. & 153 a, Sitne in humano genere ſapientia. Offic. 34 b, Hi verſutos homines & callidos admirantes eorum malitiam ſapientiam iudicant. de Legib. 160 b, Ratio quum adoleuit atque perfecta eſt, nominatur ritè ſapientia. & 168 a, Sapientia eſt mater omnium bonarum artium, à cuius amore Græco verbo philoſophia nomen inuenit: qua nihil à dijs immortalibus vberius, nihil præſtabilius hominum vitæ datum eſt. pro Mur. 131 a, & Epiſt. 101 b,

*Tollitur è medio ſapientia, vi geritur res.* Ennij.

* Epiſt. 47 a, Sapientia præditus propè ſingulari. Tuſcul. 199 b, Qui ſi virtutes ebullire volent & ſapientias. Hortenſ. Literis talibusq; doctrinis antè excoli animos, & ad ſapientiam concipiendam imbui & præparari decet. ibid. Ex quo ſapientia eſt appellata prudentia. de Conſulat. Aſſentiamur eorum ſapientiæ. Academ. Ad ſapientiam cæci videmur. de Orat. 123 b, Quò etiam maior vir habendus eſt, cum illam ſapientiam conſtituendæ ciuitatis duobus propè ſeculis antè cognouit, quàm eam Græci natam eſſe ſenſerunt. & 148 a, Qui aut in Repub. propter ancipitem, quæ non poteſt eſſe ſeiuncta, faciendi dicendique ſapientiam florerent. I. V. 176 b, Quot prætorum innocentia ſapientiaque opus eſt, vt. pro Mur. 131 a: Prælijs promulgatis tollitur è medio, &c. ipſa illa domina rerum ſapientia. de Fin. 49 a, Siue enim ad ſapientiam peruenire poteſt: non paranda ſolum nobis ea, ſed fruenda etiam ſapientia eſt. & 57 b, Sic ſapientia, quæ ars viuendi putanda eſt, non expeteretur, ſi nihil efficeret. Nunc expetitur, quòd eſt tanquam artifex conquirendæ & comparandæ voluptatis. de Fin. 58 a, Sapientia eſt adhibenda, quæ & terroribus cupiditatibusq; detractis, & omnium falſarum opinionum temeritate direpta, certiſſimam ſe nobis ducem præbeat ad voluptatem. Sapientia enim eſt vna, quæ mœſtitiam pellat ex animis, quæ nos exhorreſcere metu non ſinat: qua præceptrice in tranquillitate viui poteſt. Epiſtol. 72 b, In qua *cura* non eſt iam grauitatis ac ſapientiæ tuæ, quam tu à pueropræſtitiſti, ferre immoderatius caſum incommodorum tuorum.

SAPIENTIPOTENS, tis. * de Diu. 132 b, Semper fuit (vt apud Ennium eſt) ſtolidum genus Aeacidarum: bellipotentes ſunt magis quàm ſapientipotentes.

† Syntaxis. *Sapienter, & conſideratè.*

SAPIO, pis. *intelligo ſapientia præditus ſum.* Off. 43 a, Quem intelligere & ſapere plus quàm cæteros arbitrantur. Tuſcul. quæſt. 184 a, Non poſſum tantum virum nihil ſapere dicere. de Finib. 69 b, Nec enim ſequitur, vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. de Diuinat. 98 b, De Tyreſia etiam apud inferos Homerus ait, ſolum ſapere, cæteros vmbrarum vagari modo. & 125 a, Nihil eſt tam valde vulgare, quàm nihil ſapere. in Verr. 65 a, Hic planè nihil ſapit. Epiſt. 102 b, Serò ſapiunt. *ſcilicet Phryges.* de Diuin 108 a, Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam. Epiſt. 107 a, Quanquam quis, qui aliquid ſapiat, nunc beatus eſſe poteſt. pro Quint. 3 a, Romæ ſibi eſſe nummorum facultatem, qua n ſi ſaperet, communem exiſtimaret. Att. 224 a, Iſta coniuratio facilè opprimeretur, ſi rectè (*al. recta*) ſaperet Antonius. Epiſt. 17 b, Quàm iſtic, vbi ſolus ſapere videare. & 232 b, Puer cùm primùm ſapere cœpit. Oct. 331 a, Si quid illæ maiorum noſtrorum reliquiæ ſepultæ ſapiunt *alter, ſentiunt.* * Incert. meliora vnguenta ſunt quæ terram, quàm quæ crocum ſapiunt. Off. 64 b, Ex quo Ennius: Nequicquam ſapere ſapientem, qui ſibi ipſi prodeſſe nequiret. Ep 99 a, Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequicquam ſapit.

† Syntaxis. *Intelligere & ſapere. Cui cor ſapit, dei non ſapit palatus. Tibi ſemitam non ſapis, & alteri monſtras viam. Puer cùm primùm ſapit.*

SAPOR, oris. *quod guſtatu percipitur.* pro Cæl. 46 a, Qui non odore vllo, non tactu, non ſapore capiatur. Tuſc. 199 b, Voluptates, quæ ſapore percipiuntur.

¶ *Sal, vrbanitas.* de Clar. 189 a, Tincam multa ridiculè dicentem Granius obruerat neſcio quo ſapore vernaculo. Poſtq. 107 a, Stipes Aethiops ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguis, tardus.

SAPPHO. I. V. 229 b, Sappho in Pytraneo Syracuſis.

SARCIO, cis. *curſu tarditatem corrigo.* Ep. 30 b, Vſuram longi temporis, qua caruimus, crebritate & magnitudine officiorum meorum ſarciam. Ep. 226 a, Deinde impudentia proſequere, ſed idem ſarciam.

SARCVLVS, li. *inſtrumentum quo ſegetes ſarriuntur, id eſt, purgantur.* de Finib. 69 b, Cui nihil dum ſit, ius & ſarculos abſtulerit.

SARDANAPALVS. Attic. 161 a, Niſi fortè me Sardanapali vice in ſuo lectulo mori malle cenſueris, quàm exilio Themiſtocleo. de Finib. 87 a, Sardanapalus rex Aſſyriæ. * Tuſcul. 247 b, Ex quo Sardanapali opulentiſſimi Syriæ

regis error agnoſcitur:qui incidi iuſſit in buſto:

*Hæc habeo,quæ edi, quæq; exaturata libido*
*Hauſit:at illa iacent multa & præclara relicta.*

Quid aliud, inquit Ariſtoteles, in bouis, non in regis ſepulchro inſcriberes?

SARDI, orum, *populi*. I.A.64 b, Ab Sardis rogatus. pro Cor. 63 a, Ep.107 a, Habes Sardos venales, alium alio nequiorem: *id eſt, Tigellium, & eius nepotem.* * pro M. Scau. Vt M. Aemilius ſordidiſſimæ, leuiſſimæ, vaniſſimæ gēti, *Sardorū*, ac propè dicam pellitis teſtibus condonetur.

SARDIANVS, a, um. Qu.fr.302 a, Plato quidam Sardianus Epicureus, qui Athenis ſolet eſſe multum. & Ep.224.

SARDINIA, æ. *inſula*. de Pro.72 a, Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis geſta.

* SARDINIVS, a, um. Qu. fr. 307 a, Sed habet profectò res quoddam Sardinium appoſitum ad recordationem præteritæ memoriæ.

SARDONIVS, a, um. * Epiſt. 167 a, Ne rideamus *γέλωτα σαρδώνιον.*

SARISSA, riſſæ. *haſtæ Macedonicæ*. ad Her. 34 a, * Vt ſi quis Macedones appellârit hoc modo: Non tam citò Sariſſæ Græcia potitæ ſunt.

SARMENTVM, ti. I. V. 90 a, Ligna & ſarmenta circundare, ignem ſubijcere cœperunt. de Orat. 116 b, Sicut in vitibus noua ſarmenta cultura excitantur. de Sen. 88 a, Malleoli, plantæ, ſarmenta, &c. nònne ea efficiunt, vt quemuis cum admiratione delectent? ibid. Vitis putanda eſt, ne ſylueſcat ſarmentis & in omnes partes nimia diffundatur. & ibidem: Sarmentorum aliorum amputatio, & aliorum immiſſio.

SARRACVM, ci. *genus vehiculi*. I.P. teſte Qu. lib. 8 cap. 3, Cùm tibi tota cognatio in ſarraco aduehatur. *aliter, ſerracum.*

SARTVS, a, um. *integer, incolumis*. Anteq. 194 a, Debetis quoque mihi proſpicere, qui hoc imperij domicilium numini deorū conſecratum, ſartū tectum ab omni periculo cōſeruaui. Ep.222 b, Hoc mihi da, vt M. Curium ſartum & tectum, vt aiunt, ab omni incōmodo, detrimento, moleſtia ſincerū integrumq; cōſerues. * I.V.102 a, In ſartis tectis verò quemadmodum ſeſe geſſerit & b, Neq; potuiſſent *Conſules* omnia ſarta tecta exigere. & 103 a, Quibus de ſartis tectis cognitum & iudicatum non eſſet. ibid. Quis ædem caſtoris ſartam tectam deberet tradere. ibid. Monumentū illa amplitudine, illo opere, quamuis ſartum tectum integrumq; eſſet. I. V. 104 a, In his ſartis tectis dominata eſt. Ep.208 b, Quorum quidem omnia commoda, omneſque facultates, quibus & ſacra conficere, & ſarta tecta ædium ſacrarum, locorumq; communium, tueri poſſint, conſiſtunt in his vectigalibus.

† Syntaxis. *Imperium, Remp. ciuitatem ſartam tectam ſeruare. Sic ipſum Cæſ. ab omni periculo, ab omni detrimento. Sarta tecta fani tueri. Sartum tectum, integrumq; opus.*

SAT. *ſatis*. de Sen.87 a, Tantum quantum ſat eſt. de N.73 a, qui non ſat habuit coniugē illexiſſe in ſtuprum. pro S.R. 33 a, Te pugna Cannenſis accuſatorem ſat bonum facit.

SATELLES, tis. *ſtipator, miniſter, adminiſter, miniſtra*. cont. Rull. 72 b, Ianitores ducentos in annos ſingulos ſtipatores corporis conſtituit, eoſdem miniſtros & ſatellites poteſtatis. Att.224 a, Vides tyrāni ſatellites in imperijs. de Fin. 72 b, Virtutes quas tu ſatellites & miniſtras voluptatis eſſe voluiſti.

* Alcy. *Præuius Auroræ Solis noctiſq; ſatelles.* id eſt, *Heſperus.* de Inuen. 42 a, Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad ſe explendam viribus corporis abutebatur, pernicioſiſſimis ſatellitibus. pro Quint. 14 b, Adminiſtri & ſatellites Sex. Næuij Roma trans Alpes in Sebuſianos biduo veniunt. I. V. 152 a, Qui primū certos inſtituerit nomine decumanos, reuera miniſtros ac ſatellites cupiditatum ſuarum. & 176 b, Quibus aratrū ſaltem aliquod ſatelles iſtius Apronius reliquum fecit I. C. 98 b, Certo die fore in armis C. Manlium audaciæ ſatellitem atque adminiſtrum tuæ. de Prou.70 a, His propoſuit quos putauit fore diligentiſſimos ſatellites ſcelerum, miniſtros cupiditatum ſuarum. Tuſcul.180 a,

*Iam tertio me quoque funeſto die*
*Triſti aduolatu, aduncis lacerans vnguibus*
*Iouis ſatelles paſtu delaniat fero.*
*Tum iecore opimo farta & ſatiata affatim*
*Clangorem fundit vaſtum, & ſublime aduolans*
*Pinnata cauda noſtrum adulat ſanguinem, &c.*
*Tum rurſus tetros auida ſe ad paſtus refert.*

de Diuin.102 a.

*Hic Iouis altiſoni ſubitò pinnata ſatelles* (id eſt,) *aquila*
*Arboris à trunco ſerpentis ſaucia morſu*
*Subigit ipſa feris transfigens vnguibus anguem.*
*Quem ſe torquentem lanians roſtroq; cruentans*
*Iam ſatiata animos, iam duros vlta dolores*



*Abijcit efflantem: & laceratum affligit in vndà.*
*Seq; obitu à Solis nitidos conuertit ad ortus.*
*Hanc vbi præpetibus pennis lapſuque volantem*
*Conſpexit Marius diuini numinis augur.*

de Diu. 123 b, Tum auis illa videri poſſet interpres & ſatelles Iouis.

† Syntaxis. *Adminiſter & ſatelles: & cōtra. Pēnata Iouis ſatelles.*

SATIATVS, a, um. de Sen 87 a, Satiatus & expletus. I.V.214 a, Ait ſe velle illud etiam atque etiam conſiderare, nequaquam eſſe ſatiatum. Top.252 a, Non patiar te hinc non ſatiatum diſcedere. Qu.fr.304 a. Inimicorum crudelitas nōdum eſt noſtra calamitate ſatiata.

SATIETAS, tis. *faſtidium*. pro Mur. 128 b, Hæc res multum affert hominibus ſatietatis ac faſtidij. I.V.256 a, Non metu aliquo affecti, ſed ſatietate exierunt. de In. 56 b, Omnibus in reb. ſimilitudo eſt ſatietatis mater. de Orat. 124 b, Nec defatigetur ſimilitudinis ſatietate. & 151 b, Ab aliquo faſtidio quodam & ſatietate abalienari. Or.214 a, Varietas occurit ſatietati. ad Attic. 246 a, Hæc topographia (*al. rhopographia*) ripulæ videtur habitura celerem ſatietatem. ibid.209 a, Satietate affici. Ad Heren. 31 a, Citò ſatietate affici. Epiſt.24 a, Mirum me deſiderium tenet vrbis, ſatietas autem prouinciæ. pro Mar.153 a, Cùm naturam ipſam expleueris ſatietate viuendi. de Senect. 92 b, Omnium rerum ſatietas, vitæ facit ſatietatem. de Nat. 48 a, Quænam vnquam ob mortem Myrtelli pœnis luendis dabitur ſatietas ſupplicij? Offic.45 a, In quo tamen ipſo vnà cum ſatietate memoria quoque moriatur voluptatis. Epiſt.24 a, Atque in primis me tenet ſatietas actæ prouinciæ. & 123 a, Sed earum etiam non ſatietas, ſed quidam modus. de Inuen.47 b, Cibi. ſatietas, & faſtidium ſub amara aliqua re releuatur, aut dulci mitigatur. de Diuin.85 b, Nec tuendi. ſatietas capere poterat. Epiſt.19 a, Nec quiſquam eſt, quin ſatietate iam defeſſus ſit. * 25 a, Cupio, &c. ab hac hominum ſatietate noſtri diſcedere, & cum aliquo deſiderio reuerti.

* SATIN *ſatiſne.* de N.23 b, Satin eſt id ad illam abundantem bonis vitam beatiſſimam.

SATIO, as. *ſaturo, expleo, paſco, famem expleo. ſatietate afficio, ſatietatem affero, ſatietatem facio ſatietate expleo.* de Fin.70 a, veniebat enim ad cœnam, vt animo quieto ſatiaret deſideria naturæ. I.A.232 a, Atque in eius corpore lacerando cùm animum ſatiare non poſſet, oculos pauit ſuos. Part.238 b, Explere cupiditates, ſatiare odium. Or.218 a, Numerus ſatiat. de Aruſp.153 a, Satiare libidines alicuius. pro Dom. 225 a, Qui ne abſens quidem luctu meo mentes eorum ſatiare potui. * I.A.193 a, Quos non bonorum donatio, non agrorum aſſignatio, non illa infinita Pōpei haſta ſatiauit.

SATIOR, ris. de Orat 161 a, Vt neq; hi ſatientur, qui audient, faſtidio ſimilitudinis. Par.116 b, Nunquam expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis. de Leg.169 a, Equidem ſatiari non queo, &c de Fin.91 a, Erat, vt ſcis, in eo inexhauſta auiditas legendi, nec ſatiari poterat.

† Syntaxis. *Cupiditatibus ſatiatus & expletus. Non ſatiatus diſceſſit Cæſ. Crudelitas aliena calamitate ſatiata. Satiare odium. Similitudinis faſtidinm ſatiat. Videndo ſatiari non queo.*

SATIO, onis. *ſatus, ſementis.* I.V.155 b, Iugera ſationum ſuarum profiteri. de Vn. 203 a, Poſt autem ſationē eam Dijs, vt ita dicam, iunioribus permiſit. *hic ſatio tranſlatum eſt verbum ad res cœleſtes.* * I. V. 172 a, Medimnum ferè tritici ſeritur perpetua atque æquabili ſatione.

SATIS. *ſat, ſanè.* de Orator. 203 b, Peccant, qui non vident quod eſt ſatis. pro Qu.7 a, Cùm hominem nomino, ſatis mihi videor dicere. pro S.R.24 a, hanc laudare pro dignitate nemo ſatis commodè poſſet. Anteq. 194 b, Nec ſatis eſt ne cui iniuriam facias, prouidere, ſi tamen, &c. Off.63 b, Homo infacetus, & ſatis literatus. de Fin.77 b, Sic à me ſatis teſtium eſt dictum. pro R.P.129 b, Satis multa, &c. de Clar.176 b, Hi dicebant de republica, quod eſſet illis viris & conſulari dignitati ſatis. Or.218 a, Animo ſatis eſt, auribus non ſatis. de Cl. 174 a, Brutus cùm literis Latinis tum etiam Græcis ſatis eruditus. Ep.60 b, Si me defendi cōtra fratrem tuum, ſatis habeas, nihil me etiamnū tecum de eo conqueri. ad Her. 24 a, Nō ſatis habent præcipere de artificio, ſed, &c. Att.164 a, Sed puſillum loci, ad hāc rem plus etiam ſatis. I.A.160 a, Mihi ferè ſatis eſt quod vixi, vel ad ætatē, vel ad gloriam. Para.117 a, Quæ verbis ſubtilius quàm ſatis eſt, diſputari videntur. pro Qu. R.46 b, Satis ſuperq; habeo quod mihi dederis. pro Pl. 273 a, Satis habeo à te. Ep.183 a, Ego à te ſatis habeo. Att.141 a, Atq; hoc in te ſatis habebit. Att.255 a, & Tuſc.172 a, Sed id ſatis ſuperque. Ep.133 a, Sum auidus pluſquam ſatis eſt gloriæ. Off.12 a, Mihi iā ſatis ſuperq; dixiſſe videor de Aſiatico genere teſtium. de N.26 a, Contra Epicurum ſatis ſuperq; dictum. I. V. 260 b, Plus quàm ſatis opus eſt doleo. Attic. 27 a,

Quare

Quare de hoc ſatis. Att.85 a, Nec id ſatis efficitur in vſuram menſtruam. & ibid. Ea vix in fœnus Pompeij quod ſatis ſit, efficiunt. de Or.114 a, Satis eſſe deberet, ſi, &c. pro S.R. 43 b, Si non ſatis habes explere, &c. niſi etiam, &c. ad Her. 23 b, Satis erit ſigni, quod, &c. Top.221 a, Libri ſatis multi. * I.A.258 a, Lætitiæ vſus ſatis eſt maximæ præclariſſimęq́; pugnæ.

SATIVS eſt, *prẹſtat, melius eſt.* de Orat.149 b, Si hæc ſatius eſſe putatis. ad Her.32 b, Eſt cùm non eſt ſatius, ſi, &c. & ibid. Non igitur ſatius eſt, &c. de Inu.74 b, Videbatur vel mori ſatius fuiſſe, quàm eſſe cum ijs. I. V.126 b, Mori ſatius eſt, quàm turpiter viuere. Att.98 b, Video cum altero vinci ſatius eſſe, quàm cum altero vincere.

† Syntaxis. *Satis à me teſtium dictum. Ego te dicere ſatis habeo. Plus etiam ſatis ad hanc rem. Satis ſuperq́; à te habeo, quid. Auidus plus quàm ſatis eſt gloriæ.*

SATIS accipio, pis. *prædes accipio, ab aliquo caueo.*) ( *ſatiſdo.* pro Qu. 7 b, Si veretur, vt res iudicio facto parata ſit, iudicatū ſolui ſatis accipiat, quibus à verbis ſatis accipiet, ijſdē ipſe quod peto ſatiſdet. I.V.99 b, Aut pro præde litis vindiciarum, cum ſatis accepiſſet, ſponſionem faceret.

SATISDANDO. Att. 68 a, De ſatiſdando te rogo, vt ſatiſdes.

SATISDATIO, onis. *vadimonium.* At.68 a, Sunt aliquot ſatiſdationes ſecundum mancipium, in his Memmianorum prædiorum.

SATISDATO, *id eſt ex ſatiſdationis formula* Att.255 a, Hoc qđ ſatiſdato debeo, peto à te vt ſolutum relinquas. Att.261 a, Sed illi turpe arbitror, eo nomine quod ſatiſdato debeat, procuratores eius non diſſoluere.

SATISDATVR. Att.4 b, Ille ſatiſdari abs te amplius nō petit.

SATISDO, as. *prædes do, &, vt iuriſconſulti loquuntur, fideiubeo, & vadimonia promitto.*) ( *ſatis accipio.* I V.105 b, Qui redemerit ſatiſdet damni infecti. & ibid. Cùm ſibi ipſum iubet ſatiſdare Rabonium. & 121 a, Iudicatum ſolui ſatiſdaturos eſſe dicebant. Ep.216 a, Si quid tibi ſatiſdandum erit amplius eo nomine nō peti cures, vt ſatiſdetur fide mea. itē, Is poſtulat, vt procurator Iudicatū ſolui ſatiſdaret: negat Alphenus æquū eſſe procuratorē ſatiſdare, quòd reus ſatiſdare nō deberet, ſi ipſe adeſſet. & ibid. A` prętore poſtulat, vt ſibi Quintius iudicatū ſolui ſatiſdet. & ibid. Nō recuſabat Quintius, quin ita ſatiſdare iuberet. ꝓ Quint. 7 b, Si veretur, vt res iudicio facto parata ſit, iudicatū ſolui ſatis accipiat: quibus à me verbis ſatis accipiet, ijſdē ipſe quod peto ſatiſdet. & 8 a, Imò abs te ſatis accipiam, ego autē tibi non ſatiſdabo. ꝓ Qu. R.50 b, Quid ita ſatis nō dedit amplius à ſe neminē petiturum? & ibid Qui pro ſocijs tranſigit, ſatiſdat neminem eorum poſtea petiturum.

† Syntaxis. *De ſatiſdando te rogo. Debeo tibi hoc ſatiſdato. Ab illo ſatiſdatur. Satiſdare damni infecti. Satis accipiam, non ſatiſdabo.*

SATISFACIO, cis. *impleo, placeo, morem gero, quod debeo ſoluo.* Offic.21 a, Cùm grauibus ſerijsq́; rebus ſatisfecerimus. ꝓ Clu.23 a, Satisfacere naturæ & legibus. *id eſt, mori, & exilio mulctari.* Epiſt.143 b, Satisfacere vitæ. & 144 a, Satisfacere amicitiæ. & 53 b, Me ſatis noſtrę coniunctioni amoriq́; facturnm. I.V.177 b, Oportuit illum nō autè ſibi ſatisfacere, quàm tu omnium exiſtimationi ſatisfeciſſes. Orat.206 b, Hiſtriones in diſſimillimis perſonis ſatisfaciunt. Attic. 36 b, Varro ſatis mihi facit. I. V.62 a, Satisfacere cauſæ & officio ſuo. Top.229 b, Cumulatè ſatisfacere alicui. Attic. 141 b, Cumulatiſſimè ſatisfacere alicui. de Or.99 a, Neque illum in hoc iure ciuili, ſatis illi arti facere poſſe, niſi dicencopiam aſſumpſiſſet. At.254 a, Is me in omni genere delectauit, in eoq́; maximè, in quo minimè putabā, ſatisfaciebat. I.A.203 a, Panſa aut morte, aut victoria ſe ſatisfacturū reipublicæ ſpopondit. de Leg.157 a, Potes aūt tum ſatisfacere in hiſtoria, cùm ſit opus vnū hoc oratorium maximé. I.A.170 a, Nunquā te mihi pro tuis in me iniurijs ſatis eſſe facturū putabas. pro Fl.156 a, Hermippus Fuſijs ſatisfacit, & fidē ſuam liberat. de Fin.52 a, Quamobrem tandē non ſatisfacit. Epiſt.236 b, Satisfacere Deo piè & caſtè. ad Her.27 a, Pueri tui modò me pulſauerūt, ſatisfacias oportet. I.V.92 a, Satisfacere publicè. Att.78 a, Faciam tamē ſatis tibi, &c. & ſatisfaciam vtrique. & 69 b, De noſtra continentia & diligentia faciemus ſatis. * pro Cornel.55 a, Me omnibus, qui amici fuerint ſaluti meę & dignitati, ſi minꝰ referēda gratia ſatisfacere potuerim, ac prędicanda & habenda certè ſatis eſſe facturū. pro Roſc. Com.47 a, Satis fidei & diligentiæ meæ, ſatis cauſæ & controuerſiæ, ſatis formulæ & ſponſioni, ſatis etiam iudici feciſſe videar.

¶ *Morem gero.* Att.25 a, & Or.210 a, Satisfacere alicui quippiam petenti.

SATISFACTIO, onis *purgatio.* ad Att.58 b, Et aliquid ſatisfactio videtur habere leuitatis. Ep. 101 b, Hîc tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis.

SATISFIT, bat. *ſatis habeo.* pro Planc.279 a. pro R.P.130 a, Vt omniū ſuſpicioni ſatisfiat. Ep.27 a, Nam ad bellū quidem qui conuenit? præſertim contra eum cui ſpero me ſatisfeciſſe, ab eo cui tamē ſatisfieri nullo modo poteſt. & 218 b, Quanquā à te quidē cumulatè ſatisfiet mihi, & omnibus meis. & 336 a, Vide quomodo ſatisfiat ei, cui ſcis me ſatisfieri velle. I.A.169 b, Cæſar ad me ſcripſit, vt mihi ſatisfieri paterer à te. in Verr.262 a, Satis officio meo factū eſſe arbitror & 264 a, Satis eſt factum promiſſo noſtro ac recepto. de Orat.102 a, Mihi verò, inquit Mutius, ſatis ſuperq́; abs te videtur iſtorum ſtudijs eſſe factum.



† Syntaxis. *Ad gratiam habendam, referendam ſatisfacere. Cauſæ & officio ſuo ſatisfacere. Hoc me delectat, & ſatisfacit. Petēti ſatisfacere. Accipio tuā ſatisfactionem. Suſpicioni ſatisfacere. Satis officio meo factum eſſe puto. Satis abs te videtur iſtorum ſtudijs eſſe factum.*

SATOR, oris. *ſeminator.* de Nat. 43 a, Omnium rerum ſator & ſeminator mundus eſt. Tuſc. 176 b, Tuque cœleſtium ſator.

SATRICVM, ci. *oppidum.* Att.318 b.

SATVR, a, um *ſaturus, plenus.* de Diu.96 b, Eſurientibus pullis res geri poterit, ſaturis nihil geretur.

¶ *Magnum, atq; graue: ad orationem relatum.* Orat.208 a, Satura ieiunè, grandia minutè dicere.

SATVRATVS, a, um. *expletus.* de Diuin.93 b, Mens ſaturata bonarum cogitationum epulis. pro Pl.263 a, Homines ſaturati honoribus. I.V.169 b, Vt aliquando expleti ac ſaturati diſcederent.

SATVRNALIA, orum. *Saturno cōſecratus dies feſtus, qui* XIIII. *calend. Ianuarij celebrabatur.* Attic.79 b, Hilara ſanè Saturnalia. I. C. 112 b, Alijs cædem Saturnalibus fieri placebat. Attic. 221 b, Cæſar ſecundis Saturnalibus ad Philippum veſperi venit. * Attic. 79 b, Mancipia venibant Saturnalibus tertijs.

SATVRNIVS, a, um. de Somn.128 b, Illa ſtella, quàm in terris Saturniam nominant.

SATVRNVS, ni, *Cœli filius.* de Nat.38 b, Saturnus appellatus eſt, quòd ſaturetur annis. ead. de Nat. lib.2, Saturnum autē eum eſſe voluerunt, qui curſum & conuerſionem ſpaciorum ac temporum cōtineret: qui deus Gręcè idipſum nomen habet, κρόνος enim dicitur: qui eſt idem χρόνος, temporis ſpacium. & 38 a, Vetus opinio eſt, exectum Cœlum à filio Saturno. & 36 a, Saturni ſtella, φαίνων Græcè, triginta ferè annis curſum ſuum conficit. ibid.49 b, Summa Saturni ſtella refrigerat, media Martis incendit. & 68 a. Aether & Dies parentes, Cœlum, Saturnus, Iupiter. de Vniu. 201 a, Saturnus, Phorcis, & Ops fratres, Oceani & Salaciæ filij. Att.220 b, Saturni ἀσπόνδου templum.

SATVRO, as. *ſatio, expleo.* I. A. 171 b, Antonius ſaturauit ſe ſanguine ciuium. de Nat.72 a, Saturnus quia ſe ſaturat annis in Vat.30 a, Dum odium, quod in bonos habebatis, ſaturare cuperetis. pro Dom.222 a, Expleui animos inuidorum, placaui odia imperitorum, ſaturaui etiam perfidiam & ſcelus perditorum.

SATVROR, ris. de N.52 a, Eaq́; quæ paulò antè nata ſunt, ſine magiſtro, duce natura mammas appetunt, earumq́; vbertate ſaturantur. de Nat 38 b, Saturnus appellatus, quòd ſaturetur annis.

SATVS, a, um. de Vniu. 202 b, Satis, & quaſi ſparſis animis, &c, Tuſc.161 a, Terra obſecro te, aut ſata, aut concreta videtur, tanta vis memoriæ? & 174 b, Non temerè nec fortuitò ſati creatiq́; ſumus. de Senect. 89 b, Multæ etiam iſtarum arborum mea manu ſunt ſatæ. de Legib. 156 a, Hæc quercus ſata eſt ingenio. & 160 b, Genus humanum ſparſum in terras atq; ſatum. * Oecon.3, Neq; ſerit vitem, neq; quæ ſata eſt, diligenter colit.

SATVS, tus. *ſatio.* Offic.24 a, Hoc Herculi Iouis ſatu edito potuit fortaſſe contingere. Tuſc.177 b, Philoſophia præparat animos ad ſatus accipiēdos. de Diu.122 b, Herbam aſperam credo non humano ſatu, ſed auium congeſtu. de Diu 99 b, Quædam etiam oriebantur ex hominū pecudúmve conceptu & ſatu. de Vn.201 b, Oceanū Saliciamq́; Cœli ſatu Terræq́; conceptu generatos editosq́; memorant. & 202 a, Vos qui deorum ſatu orti eſtis. * de Fin.140 b, Quæ *charitas* nata à primo ſatu, quo à procreatoribus nati diliguntur, & tota domus coniugio & ſtirpe coniungitur, ſerpit ſenſim foras. de Sen. 88 a, Quid ego vitium ſatus, ortus, incrementa commemorem?

† Syntaxis. *Satus cretusq́;. Sati animi terra. (hic animaduertas & ſemen ſeri, & ſolum in quod iacitur ſemen.) Parentū optimorū ſatu editus. Animū parat philoſophia ad ſatus accipiendos. A` primo ſatu Ex hominum pecudumq́; conceptu ac ſatu. Ex Cœli ſatu, Terræq́; conceptu generatus ac editus.*

SATYRISCVS, ſci. *ſatyrus.* de Diu.88 b, * Somniauit ſe pepeRiſſe Satyriſcum.

SATYRVS, ri. *beſtia de genere ſimiarum.* in Verr.231 a, Vt ne amittant Satyrum, apud Tarentinos in æde Veſtæ. de Nat. 68 a, Nymphæ, Paniſci, & Satyri.

SAVCIATIO, nis. *vulneratio.* pro Cecin. 293 a, Et ſauciatio quæretur.

SAVCIO, as. *conſaucio, vulnero.* Attic. 236 b, Ille quem Brutus noſter ſauciauit.

SAVCIOR, ris. I. V. 89 b, Ipſe Rubrius in turba ſauciatur, ſerui nonnulli vulnerantur. in Vatin. 31 b, Omnia tela ſic in te conijcientur, vt nemo per tuum latus (quod ſoles dicere) ſaucietur.

SAVCIVS, a, um *vulneratus.* Tuſcul. 138 a, Videmus ex acie efferri ſæpe ſaucios. I. C. 109 b, Gladiator ille confectus & ſaucius. pro Cæl. 41 a, Medea amore ſæuo ſaucia. Attic. 278 b, Perterritos, inermes, ſaucios, non ſunt noſtri duces perſecuti.

† Syntaxis. *Confectus ac ſaucius. Amore ſaucius.*

SAXA rubra. *locus inter vrbem & Veios.* I. A. 175 a.

SAXETVM, ti. *locus plenus ſaxis.* contra Rull. 97 b, Quod eſt tam aſperum ſaxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?

* SAXEVS, a, um. de Nat. deor. 44 a, Moles ſaxea. *Actij.*

SAXVLVM, li. de Orat. 101 a, Ithaca in aſperrimus ſaxulis affixa.

SAXVM, xi. *ſilex, lapis.* de Fat. 141 a, Ex ſpelunca ſaxum in crura eius incidit. pro Cecin. 296 b, Glebis aut ſaxis aliquem de fundo præcipitem agere. & ibid. Qui ſaxa iácerent. pro Dom. 215 b, Saxis facta lapidatio eſt. I. P. 88 b, Vt tu vſpiam ſaxis fixus aſperis, &c. Attic. 230 b, De ſaxo in crucem columnam tollere. * I. V. 106 a, Illò non ſaxum, non materies aduecta eſt? Acad. 25 b, Non eſt è ſaxo ſculptus, aut e-bore (*al. è robore*) dolatus. de Fin. 84 b, Saxum illud Lemniũ clamore Philoctetæo funeſtare:

*Quod eiulatu, queſtu, gemitu, fremitibus,*
*Reſonando multum flebiles voces refert.*

† Syntaxis. *Saxis facta lapidatio. Saxis fixũ aſperis pendere. E' ſaxo ſculptus, ex ebore dolatus.*

SAXIFRAGVS, a, um. de Orator. 158 a, * Saxifragæ vndæ. *Poëtę.*

SCABELLVM, li. *ſcamnum.* pro Cæl. 51 b, Deinde ſcabella concrepant, aulæum tollitur.

SCABER, a, um. *aſperum.*) (*.leue.* Tuſcul. 196 a, Pectus illuuie ſcabrum.

SCABIES, ei. de Leg. 165 b, Nos voluptatis blanditijs corrupti, quæ naturâ bona ſunt, quia dulcedine hac & ſcabie carent, non cernimus ſatis.

SCALAE, arum. I. A. 164 b, Negociumq; tranſegiſſes, niſi ſe ſub ſcalas tabernæ librariȩ conieciſſet. pro Mil. 109 b, Quũ ſe ille fugiens in ſcalarum tenebris abdidiſſet. * Epiſt. 75 b, Scalarum gradus.

SCALMVS, *lignum in naui, quo nituntur remi, dum aguntur.* de Orat. 99 a, Qui duorum ſcalmorum nauiculam in portum euerterit. Att. 253 a, Hæc ego conſcendens è Pompeiano tribus actuariolis decem ſcalmorum. *aliter, ſcami, vel ſcalmis.* de Cl. 182 a, Qui in littore ambnlans ſcalmum reperiſſet. * ibid. Scæuolam ex vno ſcalmo captionis centumuirale iudicium hæreditatis effeciſſe.

SCALPELLVM, li *chirurgi ferrum, quo quid ſcindit & aperit.* pro Seſt. 26 a, Cùm ſanæ parti ſcalpellum adhibetur. de Diuin. 182 a, Quorum linguæ ſic inhærent, vt loqui non poſſint, ſcalpello reſectæ liberantur.

SCALPO, is. *incido, vulgò dicunt Sculpo.* de Nat. 56 a, b, Itaq; ad pingendum, ad fingendum, ad ſcalpendum, ad neruorum eliciendos ſonos ac tibiarum, apta manus admotione digitorum.

SCAMMONIA, niæ. *herba.* de Diuin. 83 b, Quid ſcammoniæ radix ad purgandum poſſit. & 118 a, * Et eo quidem loco & prognoſtica noſtra pronunciabas, & genera herbarum ſcammoniam ariſtolochiamq; radicem.

* SCALPTVS, a, um. *ſculptus, inciſus.* Acad. 25 b, Nõ enim eſt è ſaxo ſcalptus *homo*, aut è robore dolatus. *Sic Nonius Marcell. legit, non ſculptus, vt vulgares habent codices.*

SCAMNVM, ni. *ſedes, ſcabellum:* de Diu. 102 b, Aruſpicio regni ſtabilita ſcamna ſolumq;. *Ennij.*

SCANDO, dis. *conſcendo.* de Sen. 80 b, Cùm alij malos ſcandant, alij per foros curſent, alij, &c.

SCANTIA ſylua. contra Rull. 61 b, *bis.*

SCAPHA, phæ. *linter, ſeu nauicula, quæ longis nauibus ſubſeruit.* ad Herenn. 4 a, Omnes in ſcapham conſcenderunt. Attic. 102 a, σκάφος τῶν ἀγγείων. de Inuent. 81 b, * Vſqueadeò vt dominus nauis, cùm idem gubernator eſſet, in ſcapham confugeret, & inde funiculo, qui à puppi religatus ſcapham annexam trahebat, nauim, quoad poſſet, moderaretur.

SCAPHIVM, phij. *ſcyphus, ſeu poculum in formam ſcaphæ nauiculæ factum.* I. V. 208 a, * A' pupillo Heio ſcaphia cum emblematis Lilybei vtrum empta eſſe dicis? an confiteris erepta?

SCATEO, es. *ſcaturio.* Tuſc. 163 a, Fontes ſcatere. *Poëtæ.*



SCATVRIO, ris. *emano, effluo, erumpo.* Epiſtol. 113 b, Totus, vt nunc eſt hic ſcaturit. (* *alij ſenaturit.*)

SCELERATE'. *nefariè, per ſcelus.* Anteq. 195 a, & pro Syll. 179 b, Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos ſceleratè loquar factis? I. C. 102 b, Bellum ſceleratè ſuſceptum.

SCELERATVS, a, um. *conſceleratus, ſceleſtus, impurus, nefaſtus, nefarius, improbus, capitalis, impius, ſcelere aſtrictus. ſcelere contaminatus, parricidijs contaminatus, & omni ſcelere coopertus.* Att. 151 a, Ego hunc impurum & ſceleratum puto. I. C. 198 b, Quæ mente ſcelerata & nefaria cupierunt. pro Mur. 139 a, Sceleratus & nefarius fueris, ſi, &c. de Fin. 103 b, Illa vox inhumana & ſcelerata. pro Cl. 58 a, b, Conſcelerata mulier. de Ar. 250 a, Brogigarus impurus homo, & ſceleratus. * I. V. Scelerata locatio.

† Syntaxis. *Homo impurus ac ſceleratus. Scelerata & nefaria mens.*

SCELESTE': Att. lib. 6, Sceleſtè ſuſpicaris.

SCELESTVS, a, um. *ſceleratus.* in Sal. 273, Sceleſtus ciuis. pro S. R. 24 b, Sceleſtum ac nefarium facinus. & 28 b, Res ſceleſta, atrox, nefaria.

SCELVS, ris. *flagitium, facinus, fraus, atrocitas ſceleris.* de Orat. 103 b, Qui animorum motus in iudicum mentibus concitent, ſcelus eos nefarium facere. pro Dom. 229, Facere ſcelera. pro Sex. Roſc. 22 b, Multa ſcelera & flagitia fieri. pro Seſt. 16 a, Edere ſcelus in aliquem. de Aruſp. 257 b, Infinita ſunt ſcelera, quæ ab illo in patriam ſunt edita. pro Seſt. 24 b, Aſtringi ſcelere. in Anton. 230 b, Suſcipere ſcelus. pro Milon. 107 b, Facere aliquid ſceleris. pro Cluent. 58 b, Hoſtiæ cæſæ ad ſcelus perficiendum. Epiſtol. 10 a, Quæ prætermitti ſine nefario ſcelere non poſſunt. in Piſon. 89 a, Conſcientia ſcelerum & fraudum ſuarum. * pro P. Opp. Veriſimile non eſt, tantum ſcelus M. Cottam eſſe commentum. Quid? hoc veriſimile eſt, tantum ſcelus Oppium eſſe conatum? Hortenſ. Qui nos ob aliqua ſcelera ſuſcepta in vita ſuperiore, pœnarum luendarum cauſa natos eſſe dixerunt. de Conſolat. Vitijs & ſceleribus contaminatus. 2 Academ. Scelera ponere. ad Herenn. 26 a, Quod maleficium cum hoc ſcelere comparari *poteſt?* & b, Huius ſcelere qui ſunt affines. pro Cluent. 75 a, Quod tam infeſtum ſcelus & immane, aut vnde natum eſſe dicamus. pro Lig. 139 b, Velle ſe de Q. Ligarij ſcelere dicere. ibidem. Scelus tu illud vocas Tubero? Cur? Iſto enim nomine illa adhuc cauſa caruit. Alij errorem appellant: alij timorem: qui durius, ſpem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui grauiſſimè, temeritatem: ſcelus præter te adhuc nemo. & 140 a, Sceleris crimine, furoris, parricidij, liceat Cn. Pompeio carere. de Natur. 73 b, Scena referta eſt his ſceleribus. de Amic. 101 b, Charitas inter natos & parentes dirimi, niſi deteſtabili ſcelere, non poteſt. I. A. 252 a, Quo ſcelere damnatur.

† Syntaxis. *Scelus nefarium facere. Scelera & flagitia fiunt. Scelus in aliquem edere. Aſtringi ſcelere. Hoc erit ſcelus ad perficiendum. Infeſtum ſcelus & immane, nefarium & truculentum. Scelerum & fraudum conſcientia.*

SCENA, næ. *cauea, fabula.* pro Mur. 233 b, Ludorum elegantia, & ſcenæ magnificentia. de Ar. 249 b, Omne ſeruitium permiſſu magiſtratus liberatum, in alteram ſcenam immiſſum. & ibidem. Illi cùm ludos facerent, ſeruos de cauea exire iubebant, tu in alteram ſeruos immiſiſti. de Orat. 130 a. & 163 b, Miror eorum impudentiam, qui agunt in ſcena geſtum inſpectante Roſcio. de Nat. 73 b, Scena referta eſt his ſceleribus. de Or. 139 b, Maxima quaſi oratori ſcena videatur concio. de Amic. 114 a, Quod ſi in ſcena, id eſt, in concione, in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum eſt, tamen verum valet. Attic. 278 a, Nunc populo & ſcenæ (vt dicitur) ſeruiendum eſt. de Cl. 172 a, Roſcium eſſe in ſcena. pro Planc. 265 a, Omitto illa, quæ ſi minns in ſcena ſunt, at certè quum ſint prolata, laudantur. de Sen. 90 b, Idque tum in vita, tum in ſcena intelligi poteſt ex fratribus, qui in Adelphis ſunt. * Offic. 23 a, Hiſtrio hoc videbit in ſcena. & 26 a, Scenicorum, &c. vt in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo.

SCENICVS, a, um. de Orat. 163 b, Geſtus ſcenicus verba exprimens. pro Planc. 265 b, Scenicæ perſonæ, vt mimi, hiſtriones.

¶ *Hiſtrio.* Offic. 23 a, Ne ſcenici plus, quàm nos, videantur hâbere prudentiæ. * pro Planc. 265 a, Quod dicitur Atinæ factum à iuuene, vetere quodam in ſcenicos iure maximeque oppidano. Offic. 23 a, Scenici non optimas, ſed ſibi accommodatiſſimas fabulas eligunt. & 26 a, Scenicorum quidem mos tantam habet à vetere diſciplina verecundiam, vt in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo. Veremur enim ne, &c. aſpiciantur non decoré.

† Syntaxis, *Populo & ſcenæ ſeruire.*

SCEPTRVM tri. *virga regis.* pro Seſt. 16 a, Rex ſedens cum purpura, & ſceptro, & inſignibus illis regijs. * de Diuinat. 84 b,

*Atque vna fixi ac ſignata temporis hora*
*Iuppiter excelſa clarabat ſceptra columna.*

SCHEDA, dæ. *tabella, pagella.* At. 20 b, Enitere, vt ne qua ſcheda depereat.

SCHEDVLA, læ. Epiſt. 253 a, Hæc tertia iam epiſtola antè te oppreſſit, quàm tu ſchedulam aut literã. *vetuſti codices hic ſcidulam habent, & ad Atticum, ſcidam: & rectè. nam Chariſius autor & doctus, & bonus, & antiquus, ſcidulam à ſcindendo, ſiue ſchidulam ἀπὸ τοῦ σχίζειν dici aſſerit.*

SCHEMA, tis. de Clar. 190 a, Verborum & ſententiarum illa lumina, quæ vocãt Græci σχήματα, quibus tanquã inſignibus in ornatu diſtinguitur omnis oratio. de Clar. 170 b, Sententiarũ orationiſq; formæ, quæ appellantur σχήματα. & 177 a, Sententiarũ ornamenta & conformationes. ibid. Σχήματα enim quæ vocant Græci ea maximè ornant oratorem: eaq; non tam in verbis pingendis habent pondus, quàm in illuminandis ſententijs. Top 223 b, Ornamenta verborum ſententiarumq;, quæ appellantur σχήματα. Or. 204 b, Lumina quæ Græci quaſi aliquos guſtus orationis, σχήματα appellant.

SCHOENOBATICA. * Epiſtol. 112 a, Q. Pompeium Baulis ſchœnobaticam facere. *Alij Embœnetica legunt.*

SCHOLA, læ. *gymnaſium.* Offic. 52 a, Sed hoc de genere commodius à quibuſdam optimis viris ad medium Iani ſedẽtibus, quàm ab vllis philoſophis vlla in ſchola diſputatur. Orat. 205 b, E' philoſophorum ſcholis tales ferè euadunt. de Diu. 124 b, Multa iſtiuſmodi dicuntur in ſcholis. de Or. 89 b, Clamabunt credo omnia gymnaſia, atque omnes philoſophorum ſcholæ, ſua hæc eſſe omnia propria de Finib. 64 a, Primùm deprecor, ne me tanquam philoſophũ putetis ſcholam vobis aliquam explicaturum. *id eſt, vniuerſam alicuius ſectæ & doctrinæ ſcholam.* in Piſon. 92 a, Vt es homo facetus, ad perſuadendum concinnus, perfectus, politus è ſchola. de Natur. 8 b, Ex eadem Platonis ſchola Ponticus Heraclides. de Or. 93 b, Qui cùm in ſchola aſſediſſent, iuberent, &c. ibidem, Qui non Græci alicuius loquacitatem ſine vſu, neque ex ſcholis cantilenam requirunt. de Finib 145 b, Domi in ſchola definis. Epiſt. 141 a, Habes ſcholam Stoicam. in Piſon. 92 b, Vertes te ad alterã ſcholam. Tuſcul. 149 b, Itaque dierum quinque ſcholas, vt Græci appellant in totidem libros contuli. ibidem: Vt iam etiam ſcholas Græcorum more habere auderemus. *id eſt, diſputationes.* Academ. 20 b, At ille neſcio quis qui in illis ſcholis nominari ſolet, mille & octingenta ſtadia quod abeſſet, videbat. * de Finib. 78 b, Nunquam audiui in Epicuri ſchola Lycurgum, &c. nominari. Tuſculan. 208 a, Separatim certæ ſcholæ ſunt de exilio, de interitu patriæ, de ſeruitute, de debilitate, de cæcitate, & de omni caſu, in quo nomen poni ſolet calamitatis. Hec Græci in ſingulas ſcholas & in ſingulos libros diſpertiunt.

† Syntaxis. *Gymnaſia, & philoſophorum ſcholæ. Homo politus è ſchola. Habere ſcholas, lucubrari: id eſt, diſputationes.*

SCHOLION. *reſponſio, vel purgatio, vel defenſio, vel interpretatio breuior.* Attic. 256 a, Velim σχόλιον aliquod elimes ad me & ibid. ἀπολογισμὸν συντάξομαι. & ibidem, Quid iam opus eſt σχολίῳ. Att. lib. 13, Σχόλια enim tibi video placere.

SCIENS, tis: tior, ſſimus. *prudens, gnarus, peritus, intelligens.* de Inuent. 54 a, Nauis quæ ſcientiſſimo gubernatore vtitur. pro Pomp. 9 a, Quis eo ſcientior vnquam fuit? ad Herenn. 16 a, Tu ſcientior eris præceptorum artificio, nos alacriores ad reliquum perſequendum. pro Sex. Roſc. 27 a, Is apertè ludificari & calumniari ſciens non videtur. pro Quin. 9 a, Qui nihil alteri ſciens incommodat. pro Syll. 183 b, Nullum à me ſciente facinus occultatur. pro Clu. 44 a, Habebit igitur te ſciente & vidente curia malum ſenatorem. Epiſtol. 125 a, Sciens, prudens feci. pro Planc. 267 b, Plancius offendit ſciens neminem. Attic. 163 b, Ne te ſciens prudenſque eò demittas vnde, &c. pro Cornel. 57 a, Vtrum inſcientem vultis contra fœdera feciſſe, an ſcientem?

† Syntaxis. *Vtitur hæc nauis moderatore ſcientiſſimo. Præceptorũ ſcientior. Illo ſciente & vidente. Sciens, prudens fecit.*

SCIENTER. *ſcitè, intelligenter, ſciens.*) (*.inſcienter.* de Or. 96 a, Ijs quæ habeas modicè & ſcienter vti. & 109 a, Scienter ac peritè dicere. Or. 214 a, Scienter verſari in aliqua re. de Diu. 99 b. Scienter interpretari aliquid. Offic. 36 b, Ijs quibuſcũ congregamur, vti moderatè & ſcienter.

SCIENTIA, tiæ. *cognitio, intelligentia, doctrina, diſciplina, prudentia, ſtudium, rerum cognitio, virtus.*) (*.inſcientia, ignoratio.* de N. 1 a, Vt magno argumẽto eſſe debeat cauſam, id eſt, principium philoſophiæ eſſe ſcientiam. Off. 4 b, Omnes ducimur & trahimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatẽ. & 5 a, Omnis cogitatio, &c. aut in ſtudijs ſciẽtię cognitioniſq; verſabitur. de Orat. 153 a, Aut cognitio rei ſcientiaq; perquiritur. Off. 13 a, Scientia, quæ eſt remota à iuſtitia, calliditas potius, quàm ſapientia eſt appellanda, vt inquit Plato. de Finib. 136 a, b, Innatus eſt in omnibus cognitionis amor & ſcientiæ. de Diuin. 99 a, Nec quiſquam rex Perſarum poteſt eſſe, qui non antè magorum diſciplinam, ſcientiamq; perceperit. de Orat. 86 b, Omnium magnarum rerum atq; artium ſcientiam conſequi. de Fin. 130 a, Omnes artes in aliqua ſcientia verſantur Academ. 36 b, Artem ſine ſcientia eſſe non poſſe. de Orat. 91 b, Cùm hæc omnia audirentur ab ijs, quibus non eſſet ſcientia tradenda, ſed exigui temporis aut falſa, aut certè obſcura opinio. & 94 a, Res ab opinionis arbitrio ſeiunctæ, ſcientiaque comprehenſæ. Epiſtol 94 a, Comprehendere aliquid ſcientia. de Orat. 111 a, Oratoris omnis actio opinionibus, non ſcientia continetur & ibidem. Res quæ mendacio nixa ſit, quæ ad ſcientiam non ſæpe perueniat & ibid. Pertractandorum animorum ſcientiam ſi quis volet magnam quandam artem dicere, non repugnabo. & 112 a, Ars quæ faciendorum verborum ſcientiam profiteatur. de Orat. 148 b, Scientiæ ſuauitas, qua nihil eſt hominibus iucundius. de Fin. 129 b, Herillus ſenſit nihil eſſe bonum præter ſcientiam. Or 212 a, Scientiam loquendi mihi reſeruaui, vſum populo conceſſi. pro Syl. 174 b, Cuius ſcientiam de omnibus conſtat fuiſſe, eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri. Offic. 29 a, Modeſtia eſt ſcientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. de Nat. 24 a, Sanctitas eſt ſcientia colendorum deorum. de Diu. 80 a, Chaldæi diuturna obſeruatione ſiderum ſcientiam putantur effeciſſe, vt prædici poſſent futura. & 98 a, Si dij futura ſignificant, aliquas vias dant nobis ad ſignificationis ſcientiam. de N. 19 b. Miror in homine eſſe Romano tantã ſciẽtiam. Epiſt. 97 b, Habere ſcientiam magnarũ artium & 50 b, Qui in alienis morbis profitentur ſe tenere medicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt. I. A. 162 a, Quo me teſte conuinces? an chirographo? in quo habes ſcientiam quæſtuoſam Off. 31 a, Prudentia eſt rerũ expetendarũ fugiendarumq; ſcientia. & ibid. Prudẽtia eſt rerum diuinarũ atq; humanarum ſcientia. de Or. 90 t, Promere aliquid ex aliqua obſcuriore ſcientia. & ibid. Regionum terreſtrium aut maritimarum ſcientia. de Finib. 109 b, Viuere ſcientiam adhibentem earum rerum, quæ naturâ eueniunt. de Diuin. 113 a, Certè igitur ignoratio futurorum malorum vtilior eſt quàm ſcientia. & 123 a, In prouidẽdis rebus eſſe augurandi ſcientiam. de Diuin. 134 a, Muſæ legendi, ſcribendi, cæterarumque artium ſcientiam ſomniantibus non dabunt? de Diuin. 135 b, Si ea dij nobis obijciunt, quorum neque ſcientiam, neque explanationem habeamus. * de iur. ciuil. Nec verò ſcientia iuris maioribus ſuis. Q. Aelius Tubero defuit, doctrina etiam ſuperfuit. Hortenſ. Vna eſſemus beati cognitione naturæ & ſcientia. ad Heren. 7 b, Si ex altera parte vires, pecunia, conſilium, ſcientia, apparatio, demonſtrabitur fuiſſe. & 37 a, Veſtrum, iudices, eſt, his in vnum locum collatis certam ſumere ſcientiam, (*al. ſententiam*) non ſuſpicionem maleficij. de Orat. 89 a, Quid huic abeſſe poterit de maximarum rerum ſcientia? & 152 b, Propter eximiam maximarum rerum ſcientiam à Græcis politici philoſophi appellati. Orat. 207 a. Eſſe perfectè eloquentis puto, non eam ſolum facultatem habere, quæ ſit eius propria, fusè lateque dicendi, ſed etiam vicinam eius atque finitimam Dialecticorum ſcientiam aſſumere. pro Pomp. 9 a, In ſummo imperatore quatuor has res ineſſe oportere, ſcientiam rei militaris, virtutem, autoritatem, felicitatem. ibid. Cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non alienis præceptis, ſed ſuis imperijs, non offenſionibus belli, ſed victorijs, non ſtipendijs, ſed triumphis eſt traducta. & b, Quæ *res* huius viri ſcientiam fugere poſſit. pro Corn 66 b, Vt Deos immortales ſcientia peregrina & externa, mẽte domeſtica & ciuili precarentur. I. A. 223 a, Nec verò ſilebitur admirabilis quædã & incredibilis, & penè diuina eius in legibus interpretandis, æquitate explicandis ſcientia. de N. 30 b, Non dubitares, quin eſſet in oliua tibicinis quædã ſcientia. de Diu. 87 a, Cuius cum tentaret ſcientiam auguratus. de Leg 159 b, Potius ignoratio iuris litigioſa eſt, quàm ſcientia. Ep. 48 a, Tuę ſcientię excellenti ac ſingulari non multò plus quàm noſtræ relictum eſt loci. Orat. 197 a, Nec ipſe Ariſtoteles admirabili quadam ſcientia & copia cæterorum ſtudia reſtinxit.

† Syntaxis. *Cognitio & ſcientia. Diſciplina & ſcientia. Scientia cõprehendere quippiam. Oratoris actio non ſcientia continetur, ſed opinionibus. Quæſtuoſam habere ſcientiam in aliqua re.*

SCILICET. *videlicet, nam, enim, nimirũ, nempe, quippe, certè, profectò.* Orat. 207 b, Cognoſcet etiam rerum geſtarum ordinem, maximè ſcilicet noſtræ ciuitatis. Attic. 99 a, Quis? tu ipſe ſcilicet. de Orat. 129 a, Bona dicta non poſſunt teneri, hæc ſcilicet bona dicta, quæ falſa ſunt. & 150 b, Similiter

nunc

nunc de oratore loquor, ſummo ſcilicet. pro Cæl. 48 a, Cùm ſcires quantum ad facinus aurum hoc quæreretur, ad necem ſcilicet legati. de Diu. 130 a, Negant enim id eſſe maieſtatis deorum, ſcilicet cauſas omnium introſpicere, vt videant, quid cuiq; conducat. de Fin. 138 a, Sunt clariora iudicia naturæ, maximè ſcilicet in homine. Epiſt. 167 b, Qua mẽte eſſet Antonius, demõſtrauit, peſſima ſcilicet & infideliſſima. Epiſt. 160 a, Tu cogitas vt domi tuæ ſis, ſcilicet ne cùm periculo ſtultus ſis. de Finib. 114 b, Me ſpecies quædã commouit, inanis ſcilicet, commouit tamẽ. Epiſt. 258 a, Suſpenſo animo expecto te primùm ſcilicet, deinde Marionem. de Orat. 154 b, Sed annulum quem haberet, ſe ſua manu confeciſſe, ſcilicet nimis hic quidem progreſſus eſt, ſed, &c. Top. 224 b, Ab adiunctis poſui exemplũ, multa ſcilicet adiungi, quæ, &c. pro Qu. 10 a, Quid ad hæc Neuius? ridet ſcilicet noſtram amentiam. Attic. 285 a, Arma quærenda putauimus, ſcilicet vt nouum dominum pateremur, an vt liberaremus remp. de Fin. 120 a, Iſtis alio tempore reſpondebo, tunc ſcilicet cũ tibi. & Tuſc. 180 b, At verò nos, docti ſcilicet à Græcia legimus, &c. Epiſt. 5 b, Me in ſummo dolore, quem ex tuis rebus capio, maximè ſcilicet conſolatur ſpes, quòd, &c. Att. 186 a, Lecta epiſtola tua de Atticæ febricula, ſcilicet valde dolui. Tuſc. 250 b, Democritus luminibus amiſſis alba ſcilicet & atra diſcernere poterat, at bona & mala non poterat. Attic. 58 a, De Lentulo ſcilicet ſic fero vt debeo. ibid. b, Quo dolore eſſe debeo? quo ſum ſcilicet. de Or. 114 a, Hęc ſcilicet fundamẽta nota ſunt omnibus. Att. 174 b. Quid tu in eo potes? nihil ſcilicet. Att. 204 b, A`te literas expectabam nondum ſcilicet: nam, &c. Attic. 213 b, Hortos quoniam hodie eras inſpecturus, quid viſum tibi ſit. cras ſcilicet. & 282 a, Eſt ſcilicet vtriuſq; rei modus, ſicut reliquarum. Qu. fr. 301 b, Te rogo ne quid perſcribas cõtra Flauium, & Flauij cauſa, & ſcilicet Pompeij facies omnia. & 312 a, Et quanquam te ipſum ſcilicet maximè, tamen etiã literas tuas antè expecto, de Sen. 82 a, Senes ſemper agũt aliquid & moliuntur, tale ſcilicet, quale cuiuſq; ſtudium in ſuperiori vita fuit. Epiſt. 113 b, Quid alios putas? clamoribus ſcilicet maximis iudices corripuerunt. Offic. 33 b, Illę ſcilicet literæ forenſes & ſenatoriæ. Ep. 214 b, Peto à te tanto ſcilicet ſtudio, quanto intelligis debere me petere. Ep. 251 b, Vnus ſcilicet ille fructus, qui in te videndo eſt, percipi literis non poteſt. pro Mur. 134 a, Tu interea Romæ ſcilicet amicis præſtò fuiſti. Quin. frat. 305 b, Si hoc perficies, ſcilicet mirabile quiddam aſſequeris. Ep. 122 b, & 139 a, Stomacho ęſt ſcilicet Pompeius ita languenti, vt, &c. Ep. 106 a, Scilicet iſta quidem ſumma, ne ego, &c. I. P. 83 a, Ego iſtius pecudis conſilio ſcilicet aut præſidio niti volebam? de Diu. 117 b, Scilicet ſi iſta Iupiter ſignificaret, tam multa fruſtra fulmina emitteret. pro Syll. 179 b, Scilicet is ſum, qui, &c. pro Qu. 15 a, Corrigeres hæc tu ſcilicet poſtea. I. A. 218 a, Scilicet hæc Panſa nõ vidit. Ep. 160 b, Scilicet id agitur, &c, Att. 216 a, Id populus curat ſcilicet. *prouerbium.*

† Syntaxis. *Maximè ſcilicet. Lectis tuis literis ſcilicet lætatus fui. Cùm venit, omnia ſcilicet mox perturbauit. Scilicet, ironicè.*

* SCINDENS, tis. Tuſc 204 a, *Poët.* Scindens dolore identidem intonſam comam.

SCINDO, dis. *conſcindo, diſcindo, findo, diffindo.* Attic. 45 a, Ne ſcindam ipſe dolorem meum. Tuſcul. 204 a, Scindere comam. Epiſtol. 76 b, Hanc epiſtolam cur non ſcindi velim, nulla cauſa eſt. Attic. 216 a, Ego ita egi, vt non ſcinderem penulam.

† Syntaxis. *Scindere dolorem, comam, epiſtolam.*

SCINTILLA, læ. *igniculus.* Antequam. 194 b, Illa conſpiratio conflata, ita eſt reſtincta, vt nulla ſcintilla compareat incendij. Epiſt. 153 a, Vt ne qua ſcintilla teterrimi belli relinquatur.

SCINTILLVLA, læ. de Fin. 135 a, In pueris virtutum quaſi ſcintillulas videmus: è quibus accendi philoſophi ratio debet.

SCIO, ſcis. *habeo, teneo, cognoſco, cognitum habeo, non ignoro, non ſum neſcius, ſcientiam meam non fugit, me non præterit, ſcientia comprehendo, ſcientiam habeo, perſpectum mihi eſt, me non fugis, mihi conſcius ſum, mihi certum eſt de aliqua re.* Att. 76 b, Euerſam in perpetuũ prouinciã nos inueniſſe ſcito. Att. 190 b, Sed ſcire certũ velim. de Clar. 167 a, Nõ tam pręclarum eſt ſcire Latinè, quã turpe neſcire. de Fin. 76 b, Omnes qui Latinè ſciunt. & 67 a, Cùm Gręcè vt videor luculẽter ſciã. At. 37 b, Primùm illud te ſcire volo, Sampſiceranũ, &c. Ep. 188 a, Scire te volo. &c. & 14 b, Volo te ſcire mi Pæte, &c. de Orat. 115 b, & 128 a, Magnum eſt quoddam opus, haud ſciam an de humanis operibus longè maximum, dicere, &c. de Finib. 115 b, Quem haud ſcio an rectè dixerim, &c Attic. 252 a, Sed non venerat quod ſciam pro Syll. 174 b, Nam de cæteris certè ſciebat. & 179 b, De quo aliquid ſcire & exiſtimare potuiſſet. pro Syll. 174 b, Cum is qui de omnibus ſcierit, de Sylla ſe ſcire negauit. de Orat. 90 a, b, Socrates dicere ſolebat, omnes in eo quod ſcirent, ſatis eſſe eloquentes. & ibidem, Neq; ſi id optimè ſciat, ignaruſq; ſit faciundæ orationis, diſertè id ipſum poſſe, de quo ſciat, dicere. de Or. 90 a, De legibus inſtituendis, de bello, de pace, de ſocijs, de vectigalibus de iure ciuium generatim in ordines ætateſq; deſcripto, dicant vel Græci, ſi volunt, Lycurgum aut Solonem ſciſſe meliùs, quàm Demoſthenem. pro Mur. 129 a, Ille tenet & ſcit, vt hoſtium copiæ arceantur. de Orat. 89 a, De quo ipſo, ſi quid ſcis, velim ſcire. * Att. 264 b, Scio quàm ſis amicis iucundus. Frag. ep. Ex ipſo ſcies. pro Dom. 229 a, Sin autem is primus ſciuit, quod facilè potuit. Attic. 12 b, 11 a, Et quod omnes non modo homines, verum etiam pecudes factum eſſe ſciebant.

SCIOR. de Orat. 111 a, Ars eſt enim earum rerũ quæ ſciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus, non ſcientia continetur. de Orat. 104 a, Nihil certum ſciri, nihil planè cognoſci ac percipi poſſe.

† Syntaxis. *Scire certum volo. Latinè luculenter ſcire. De hac re non ſcio. De ijs nihil ſcire aut exiſtimare queo. De legibus inſtituendis melius ille ſcit, quàm. Tenere & ſcire, vt, &c. De quo ipſo ſi quid ſcis, velim ſcire.*

SCISCITOR, aris. *ſcitor, quæro, percontor.* de Natur. 5 b, Epicuri ex Velleio ſciſcitabar ſententiam. & 6 a, Ab vtraque autem ſciſcitor, cur, &c. de Orat. 93 a, Cuius ſciſcitantur ſententiam. Attic. 151 b, De Domitio (vt facis) ſciſcitare, vbi ſit. de Diuin. 90 a, Sciſcitari de aliqua re. * Att. 110 a, Per literas ſciſcitari.

† Syntaxis. *Ab aliquo, & ex aliquo ſciſcitari, & ſententia, & ſententiam.*

SCISCO, ſciſcis. *ſancio, edico, ſcitum facio.* pro Pl. 266 b, Plancus primus legem ſciuit de publicanis. pro Corn. 60 a, Vt ſi Gaditani ſciuerint nominatim de aliquo ciue Romano, vt is ſit ciuis Gaditanus. Offic. 61 a, Durius etiam Athenienſes ſciuerunt, vt Aeginetis, qui claſſe valebant, pollices præciderentur. pro Flac. 149 a, Quæ ſciſceret plebs, aut quod populus iuberet, &c. iuberi vetariq; voluerũt. de Pro. 76 b, Sciſcere legem. I. A. 157 b, Populus quæ ſciuit, &c. * pro Dom. 229 b, Quam *rogationem* ſe Sedulius negat ſciuiſſe.

SCISCOR, ris. de Legib. 186 a, Creatio magiſtratuum, iudicia, populi iuſſa, vetita, cùm ſciſcentur ſuffragia, optimatibus nota, plebi libera ſunto. & 171 b, Multa pernicioſè ſciſcuntur in populis.

SCISSVS, a, um. Or. 163 a, Vocis genus fractum, ſciſſum.

SCITE`*ſcienter, non inſcitè.*) (. *inſcitè.* de Finib. 126 a, I. P 92 a, Rationes ad ærarium retuli, ita præſcriptas ſcitè & literatè, vt ſcriba, &c. Attic. 235 b, Scitè dicere aliquid. & 250 b, Satis ſcitè hoc quidem. in Verr. 126 a, Statua ſcitè facta & venuſtè. Epiſtol. 175 a, Et ille cui mandaui, ſatis ſcitè & commodè tempus ad te cepit adeundi. de Legib. 163 b, Hæ rationes, quæ ſatis ſcitè nobis inſtructæ & compoſitæ videntur.

SCITOR, aris. *ſciſcitor, quæro.* Orat. 201 a, Sentiebam non te id ſcitari, qualem, &c. ſed quærere, &c.

SCITVM, ti. *iuſſum.* de Orat. 24 b, De hoc Cteſiphon ſcitum fecit, vt corona aurea donaretur. de Opt. 244 a, Lex erat Athenis, ne quis populi ſcitum faceret, vt quiſquam corona donaretur, &c. ꝑ Dom. 239 a, Si tuus ſcriptor vacuo animo tibi iſta non ſcita, ſed portenta conſcriberet. * pro Corn. 63 b, Cùm *populus Gaditanus* ſcita ac iuſſa noſtra ſua ſententia comprobat.

SCITVR. in Verr. 174 a, Id adeò ſciri facillimè poteſt ex literis publicis. pro S. R. 34 b, Nondum lucebat, cùm hoc Ameriæ ſcitum eſt.

SCITVS, a, um. *ſtatutus.* de Leg. 164 a, Non omnia iuſta ſunt, quæ ſcita ſunt in populorum inſtitutis atq; legibus.

¶ *Lepidus, elegans.* de Natur. 19 b, Scito ſermone & Attico loqui. pro Planc. 266 b, Ego autem id quod mihi ſcitum eſſe videatur, non aſpernor. Orat. 201 b, Scitum eſt enim, quod Carneades dicere ſolebat, Clitomachum, &c. de Natur. 119 a, Vetus autem illud Catonis admodum ſcitum eſt, qui mirari ſe aiebat ſe, &c. de Orat. 164 b, Scitum eſt enim, cauſam conferre in tempus, cùm, &c. *prouerbium.*

† Syntaxis. *Legem ſciſcere de. Sciſcere de aliquo nominatim, vt ſit, &c. Sciſcere ſuffragia. Scitè & literatè deſcriptæ rationes. Scitè & commodè ſumere tempus. Scita ac iuſſa. Sermo ſcitus & Atticus.*

SCOPAE, arum. Orat. 220 b, Iſti, vt in prouerbio, ſcopas (vt ita dicam) mihi videntur diſſoluere. Att. 111 a, L. Cæſarem vidi cum abſurdiſſimis mandatis, non hominem, ſed ſcopas ſolutas.

SCOPVLOSVS, a, um. I. V. 60 b, Intelligo, quàm ſcopuloſo difficiliq; loco verſor. de Orat. 149 a, Mare inferum, Thuſcum, ſcopuloſum & infeſtum.

Scopvlvs, li. *ſaxum.* pro Rab. 95 b, Nec tuas vnquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sex. Titij afflictam nauim videres. pro S.R. 31 b, Vbi ſcopulum offendis eiuſmodi. de Or. 157 b, Syrtim patrimonij, ſcopulum libentius dixerim. de Clar. 170 b, Cùm neq; muſarum ſcopulos quiſquam ſuperaret Ennij. * de Conſolat. Non naſci, longè optimum, nec in hos ſcopnlos incidere vitæ. de Orat. 158 b, Neq; patiar iterum ad vnum ſcopulum & telum claſſem Achiuûm offendere. *poet.* pro Cæl. 48 a, Emerſiſſe iam è vadis, & ſcopulos prætervecta videtur oratio mea.

Scopvs. *σκοπὸς, quo ſpectamus, propoſitum, finis propoſitus.* Att. 150 a, b, Σκοπὸς hic eſt enim huic noſtro, nihil præbere. & 125 a, Sed neutri σκοπὸς eſt ille, vt beati ſimus vterque regnare vult.

† Syntaxis. *Suas rationes ad ſcopulum appellere. Ad ſcopulum afflicta nauis. Scopulum offendere. Scopulus patrimonij. Scopulos muſarum ſuperare.*

Scorpivs, pij, io, nis. de Nat. 48 b,

*Vt ſeſe emergens oſtendit ſcorpius altè,*

*Poſteriore trahens flexum vi corporis arcum.* in Arat.

*Scorpius infeſtus præportans flebile acumen.*

Scortator, oris *ſcortorum amator.* I. C 169, Cùm hanc Catilina ſit habiturus ſcortatorum cohortem prætoriam.

Scortvm, ti. *meretrix, lupa.* pro Mil. 112 a, Clodius ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat. de Ar. 258 a, & 257 b, Quis vnquam nepos tam liberè eſt cū ſcortis, quàm hic cū ſororibus volutatus? I. A. 168 a Primò vulgare ſcortum, certa flagitij merces. I. C. 106 a, In vino & alea comeſſationes & ſcorta quærere. pro Seſt. 11 a, Mihi res erat cum ſcurrarum locupletum ſcorto.

† Syntaxis. *Cum ſcorto liberè volutari.*

ΣΚΟΤΙΚΟΣ, ὁ vel ΣΚΟΤΕΙΝΟΣ, ὁ. de Finib. 67 a, Heraclitus, cognomento qui σκοτεινὸς (*al.* σκοτικὸς) perhibetur.

Scriba, bæ. *librarius, ſcriptor.* Ep. 74 b, Ad ea quæ ſcripſiſti, commodiùs poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere, ſi M. Tullius ſcriba meus adeſſet: à quo mihi exploratum eſt, in rationibus duntaxat referendis nihil eum feciſſe ſcientem. & 75 a, Accepi librum meū à meo ſeruo ſcriba. cont. Rull. 72 b, Deinde ornat *Decemuiros* apparitoribus, ſcribis, librarijs, præconibus, &c. pro Syll. 175 b, Tibi familiari meo priùs etiam edituri fuerunt iudicium ſcribæ mei, ſi voluiſſes, quàm in codicem referrent. de Cl. 192 a, Gratioſi ſcribæ ſint in dando & cedēdo loco. * pro Clu. 43 b, Scriba ædilitius. ibid. Vt ſcribam iurati legerent eum, quem ijdem iſti Cenſores ærarium reliquiſſent. I. V. 59 b, Potamonem ſcribam & familiarem tuum retentum eſſe à Verre in prouincia. I. V. 189 a, Scribæ nomine de tota pecunia binæ quinquageſimæ detrahebantur. ibid. Vt tantam pecuniam ſcriba tuus auferret, ſiue de aratorum bonis, ſiue de populi Rom. vectigalibus. ibid. Et in hac cauſa ſcribarum ordinem in me concitabit Hortenſius? & eorum cōmoda à me labefactari atq; oppugnari iniuria dicet? Quaſi verò hoc ſcribis illo exemplo ſit aut vllo iure conceſſum? Quid eorum ſcribarum mentionem faciam, quos conſtat ſanctiſſimos homines atq; innocentiſſimos fuiſſe? ibid. Quid tui ſcribæ fecerint, tu potes dicere Ego de meis hoc dico. I. V. 189 b, Mecum duos frugaliſſimos homines ſcribas haberem. ibid. Si illi vnquam à me hoc poſtulaſſent, ſi vnquam omnino cogitaſſent. Quamobrem enim ſcriba deducat *quinquageſimos?* ibid. Quæ pars operæ aut opportunitatis in ſcriba eſt? cur ei non modò merces tanta detur, ſed cur cum eo tantæ pecuniæ partitio fiat. Ordo eſt honeſtus. &c. Eſt verò honeſtus, quòd eorum hominum fidei tabulæ publicæ periculaque magiſtratuum committuntur. Itaq; ex his ſcribis, qui digni ſunt illo ordine, percunctamini. ibidem. Ad eos me ſcribas reuoca, ſi placet: noli hos colligere, qui numulis corrogatis de nepotum bonis ac de ſcenicorum corollarijs cùm decuriam emerunt, ex primo ordine exploſorum, in ſecundum ordinem ciuitatis ſe veniſſe dicunt. Eos ſcribas tecum diſceptatores huius criminis habebo, qui iſtos ſcribas eſſe moleſtè ferunt. Tametſi cum in eo ordine videamus eſſe multos non idoneos: qui ordo induſtriæ propoſitus eſt & dignitati, mirabimur turpes aliquot in eo eſſe? ibidem. Tu ex pecunia publica HS tredecies ſcribam tuum per miſſu tuo cum abſtuliſſe fateare. I. V. 190 a, Sæpe noſtri imperatores ſuperatis hoſtibus, optimè re geſta, ſcribas ſuos annulis aureis in concione donarunt. I. V. 190 b, Vt eſſet vnde ſcriba tuus hoc tuum munus ac beneficium tueretur. contra Rull. 72 b, Quid me iſta lædunt? ſcriba, lictor, præco, pullarius? Omnia ſunt hæc huiuſmodi Quirites, vt ea qui habeat ſine veſtris ſuffragijs, &c. I. P. 92 b, Vt ſcriba, ad ærarium qui eas *rationes* retulit perſcriptis rationibus ſecum ipſe caput ſiniſtra manu perfricans, commurmuratus ſit. Epiſt. 75 a, Totum ſcribam meum, quem tibi video nunc eſſe ſuſpectum, tibi tradidi, tu ei M. Mindium fratrem tuum adiunxiſti. ibidem. Non habui cui potius id negotij darem, quàm ſcribæ meo. & b, Scribam, quicquid voluiſſet, cum id mihi ne recitaſſet quidem, retuliſſe. ibid. Hoc vni ſcribæ meo intellexi non nimium placere.

Scribendo. de Aruſp. 246 b, Cùm omnes ijdem ſcribendo adeſſent. Poſtquam. 205 b, Caput, &c. ne quis pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet. Epiſtol. 248 a, Quod ſcribendo affuiſti. * de Clar. 189 a, Sanos quidem homines à ſcribendo deterruit.

Scribo, is. *conſcribo, exaro, literas do, mitto, literas de aliqua re mitto, literis conſigno, ſcriptis mando, prodo, literis prodo, literis conſcribo, publicis monumentis conſigno, memoriæ trado, monumenta prodo, memoriæ propago, monumentis mando, monumentis annalium mando, ſempiternis monumentis prodo, perſequor, ſcriptura perſequor, efficio, librum conficio, compono, pono, poſteritati propago, hiſtoriæ mando, chartis promo; in codicillos refero, literis memoriæque mando, hominum memoriæ ſempiternæ trado, memoriæ, poſteritatique prodo, literis conjecro, immortalitati trado vel mando vel commendo, trado, publicis literis conſigno.* Epiſtol. 14 b, Quod rogas vt mea tibi ſcripta mittam, quæ poſt diſceſſum tuum ſcripſerim, ſunt orationes quædam, &c. de Clar 171 a, Scripsêre alij rem verſibus, & luculentè quidem ſcripſerunt. Epiſtol. 16 b. Scripſi etiam verſibus tres libros de temporibus meis. & ibidem, Scripſi tres libros in diſputatione & dialogo. de Sen. 88 a, Liber quem de rebus ruſticis ſcripſi, inquit Cato. in Verr. 258 b, Furius defenſionem ſuæ cauſæ ſcripſit. de Orator. 97 a, Caput autem, quàm plurimum ſcribere: ſtylus optimus dicendi magiſter. de Orator. 92 a, Inſtituere ciuitates, ſcribere leges. Attic. 151 b, Aſperius de aliquo ſcribere vel loqui. & 95 a, Nulla res erat, de qua ſcriberem. & 228 b, Pridie ſcripſeram literas, quas, &c. Attic. 85 b, His de cauſis credo Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum ſcripſiſſe. & 215 b. Quod ad te de decem legatis ſcripſi, parum intellexit credo, quia διὰ σημείων ſcripſeram. pro Arch. 190 a, Cùm literam ſcripſiſſet nullam. Tuſcul. 250 a, Scribere lineam. * Quin. frat. 302 a, Quas *literas* oratione Diodori commotus iracundus ſcripſeram. ibid. Vt ſcribis. ibid. Quæ ad te aliqua admonitione aut obiurgatione ſcripſi, ſcripſi propter diligentiam cautionis meæ. de Clar. 189 a, Atque etiam commentarios quoſdam ſcripſit rerum ſuarum. ibid. Qui vellent ſcribere hiſtoriam. de Finib. 50 a, Quid Epicurei? num deſiſtunt de ijſdem, de quibus & ab Epicuro ſcriptum eſt, & ab antiquis, ad arbitrium ſuum ſcribere? Attic. 110 a, Hæc etſi quid aliud, ad me ſcribas velim, vel potius ſcriptites.

† Syntaxis. *Scribere de aliquo aſperiùs. Nulla res eſt, de qua ſcribam.*

Scribor, ris. de Leg. 17 b, Neq; cum literis quibus ſcita ſcribuntur, aut oritur, aut occidit. *id eſt, lex naturæ.*

Scribitvr. de Natur. deorum 51 a, Eadem hæc auis ſcribitur conchis ſe ſolere complere, &c. & 50 b, Legi ſcriptum eſſe auem quandam, &c. de Diu. 105 b, Scriptum eſt item, Socratem, &c.

Scriptio, onis. *ſcriptura, ſtylus.* de Clar. 182 b, Nulla res tantum ad dicendum proficit, quàm ſcriptio. & 169 b, Lippitudo, quæ impedit ſcriptionem meam. de Orat. 109 a, Illud autem eſt huius inſtitutę ſcriptionis ac temporis, neminē, &c. de Clar. 288 a, Genus hoc ſcriptionis nondum eſt ſatis Latinis literis illuſtratum. Tuſculan. 251 b, A Bruto impulſi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones. Epiſtol. 132 a, Oratiunculam pro Deiotaro tibi miſi, quam velim ſic legas vt cauſam tenuem & inopem, ne ſcriptione magnopere dignam. * de Inuen. 45 b, Scripti controuerſia eſt, quę ex ſcriptionis genere naſcitur, & 55 b, Omnes leges ad commodum Reipub. referri oportet, & eas ex vtilitate communi, non ex ſcriptione, quæ in literis eſt, interpretari.

Scriptito, as. *ſcribo.* de Or. 117 a, Sed ne te quidē Antoni multum ſcriptitaſſe arbitror. de Cl. 183 b, * Qui & ſcriptitauit, accuratè. Att. 110 a, Hæc, & ſi quid aliud, ad me ſcribas velim, vel potius ſcriptites.

Scriptor, oris. de Orat. 97 b, Omnes bonarum artium ſcriptores & doctores legendi & peruolutandi. Orat. 199 b, Dicat igitur Atticè vetuſtiſſimus ille ſcriptor & politiſſimus Lyſias. pro Arch. 190 a, Multos ſcriptores rerum ſuarum magnus ille Alexander ſecum habuit. de Orat 92 b, Neminem ſcriptorem artis ne mediocriter quidem doctum fuiſſe. de Clar. 167 b, Scriptor ſubtilis atque elegans. de Finib 49 a, Licinius Attilium ferreum ſcriptorem appellabat. pro Dom. 222 b, At quid tulit legum ſcriptor peritus & callidus? Velitis, iubeatis, vt, &c. & ibidem.

Hoc

Hoc tu ſcriptore, hoc conſiliario, &c. Rempub. perdidiſti. & 239 a, Si tuus ille ſcriptor vacuo animo tibi iſta non ſcita, ſed portenta conſcriberet. Ep. 19 a, Domeſticarum rerũ tuarum habes & ſcriptores & nuncios. Att. 190 b, Profectò illam conſecrabo omni genere monimentorum, ab omnium ingenijs ſcriptorum & Græcorum, & Latinorum. * ad Herenn. 1 a, Quæ Græci ſcriptores inanis arrogantiæ cauſa ſibi aſſumpſerunt, reliquimus. Nam illi, ne parum multa ſciſſe viderentur, ea conquiſiuerunt. pro Arch. 188 a, b, Quàm multa nobis imagines non ſolum ad intuendũ, verum etiam ad imitandum fortiſſimorum virorum expreſſas, ſcriptores & Græci & Latini reliquerunt?

† Syntaxis. *Ad dicendũ ſcriptio proficit. Philoſophicæ ſcriptiones. Id eſt, ſcriptione dignum. Scriptores & doctores legendi & peruolutandi. Scriptorem ſuarum rerum & nuncios habere.*

SCRIPTVM, pti *ſcriptura, monumentum, literarum monumentũ, monumenta annalium, monumentorum memoria, ſermo.* Ep. 67 a, Ardeo cupiditate incredibili, nomen vt noſtrum ſcriptis illuſtretur & celebretur tuis. Offic. 33 a, Deinde iſtis ſcriptis actiones noſtras mandaremus. de Diu. 84 a, Artis alicuius ſcripta ac monumenta volutare. Tuſc. 225 b, Maximè verò omnium flagraſſe amore Rhegynum Ibycum apparet ex ſcriptis. Epiſt. 16 a, Quòd rogas vt mea tibi ſcripta mittam, quæ poſt diſceſſum tuum ſcripſerim, &c. de Orat. 126 a, Id quod à Platone in ſcriptis relictum eſſe dicunt. Epiſt. 48 b, Scriptorum ſubtilitas atq; elegantia. de Clar. 193 a, & de Orat. 116 b, Quæ commentatus ſis, ea ſine ſcripto verbis eiſdem reddere. pro Pl. 275 a, Oratio quę propter eius magnitudinem dicta de ſcripto eſt. Ep. 151 b, S. C. ita perſcriptum, vt à me de ſcripto dicta ſententia eſt. cont. Rull. 75 b, De ſcripto legis recitare aliquid. Att. 56 b, & de Cl. 168 b, & I. A. 225 a, De ſcripto dicere. )( *memoriter recitare.* de Cl. 177 b, Craſſus multa contra ſcriptum pro bono & æquo dixit. de Clar. 171 a, Hoc in Originibus ſcriptum reliquit Cato. de Orat. 99 a, Tabellæ quibus id ſcriptum ſit, quo decipere. in Verr. 266 a, Scriptum eſt in eiſdem literis ἰσ[illegible]κώθησαν. & 229 a, Multi Græci de valuarum harum pulcritudine ſcriptum reliquerunt. de Ar. 245 b, Reſponſum Aruſpicum, in quo cum alijs multis ſcriptum etiam illud eſt, loca ſacra, &c. * Hortenſ. Itaq; tibi concedo, quod duodecim ſcripris ſolemus, vt calculũ reducas, ſi te alicuius dati pœnitet. *Fortè Scrupis legendum.* Top. 229 a, Tum opponitur ſcripto voluntas ſcriptoris. ibid. Ita ſunt tria genera, quæ cõtrouerſiam in omni ſcripto facere poſſunt, ambiguum, diſcreptantia ſcripti & voluntatis, ſcriptura contraria. ibid. Quæ *res* in ſcripto aguntur. Epiſt. 67 a, Genus ſcriptorum tuorum etſi erat ſemper à me vehementer expectatum, tamẽ vicit opinionem meam, meq; ita vel cepit vel incendit. Ep. 68 a, Quæ *voluptas* vehementer animos hominum in legendo ſcripto retinere poſſit. ibid. Vt à continentibus tuis ſcriptis, in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris, ſecernas hanc quaſi fabulam rerũ euẽtorumq; noſtrorum. & b, Si in tua ſcripta peruenero. de Inu. 78 a, In hoc ita commorari conueniet, &c. ſæpe cum ſcripto factum aduerſarij confligendo. de Clar. 184 a, Etiã in ſcriptis obliuiſcebatur quid paulò antè poſuiſſet. & b, Tantámne fuiſſe obliuionem, inquit in ſcripto præſertim, vt ne legens quidem vnquam ſenſerit, quantum flagitij commiſiſſet?

† Syntaxis. *Nomen ſcriptis illuſtratum & celebratum. Mandare ſcriptis. Artis ſcripta & monumenta volutare. In ſcriptis relinquere. Quæ commentaris, verbo reddis ſine ſcripto. De ſcripto dicere orationem. Pro bono & æquo contra ſcriptum dicere. Scriptum relinquere aliquid, & de aliqua re.*

SCRIPTVRA, ræ. *ſcriptum.* Ep. 85 a, Cùm mendum ſcripturæ litura tollatur. & 148 a, Plura illi mandata verbo, quàm ſcriptura dedi.

¶ *Scriptio.* de Orat. 97 a, Si ſubitam orationem commentatio vincit, hanc ipſam profectò aſſidua & diligens ſcriptura perſecutus es, ſine ſummo amore cogitare non potueris. Epiſt. 85 a, Genus hoc ſcripturæ non modò liberum, ſed incitatum atq; latum eſſe debet. de Inu. 8 a, Sequi ſententiam legis. )( *ſequi ſcripturam.* & ibid. Ex ſcriptura aliquid ad ſuam cauſam conuertere. Topic. 229 a, * Sunt tria genera, quæ cõtrouerſiam in omni ſcripto facere poſſunt, ambiguum, diſcrepantia ſcripti & voluntatis, ſcriptura contraria.

¶ *Item ratio eſt mancipum, id eſt, eorum qui portoria, aut paſcua publica, aut decumas redimebant: vnde magiſtri ſcripturæ & portus dicuntur, qui publicanorum nomine portoria & vectigalia deſcribebant & colligebant.* Att 76 a, Tu autẽ ſæpe dare literas tabellarijs publicanorum per magiſtros ſcripturæ, & portus & noſtrarum diœceſium. in Verr 143 a, In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam L. Carpinatius. Ep. 227 a, & Att. 176 b, P. Terentius meus neceſſarius, magnas operas in portu, & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit. *Scriptura tamen pro eo vectigali etiam accipitur ſolo, quod è publicis paſcuis, aut pecoribus percipitur.* in Verr. act. 3. & pro Pomp 6 b, Nam cùm hoſtium copiæ non longè abſint, etiamſi irruptio nulla facta ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit. Ita neq; ex portu, neq; ex decumis, neq; ex ſcriptura vectigal conſeruari poteſt. *hic vides aliud eſſe portum, aliud decumas, aliud item ſcripturam.*



* SCRIPTVS, a, um. Incert. Homeri carmen in membrana ſcriptum ibidem. Hippocrates nobiliſſimus medicus ſcriptum reliquit.

* SCROBS, bis. Oecon. 3. Scrobs.

SCRVPVLOSVS, a, um. *aſper.* Tuſc. 216 a, E quibus tanquã è ſcrupuloſis cotibus enauigauit oratio.

SCRVPVLVS, li. *exiguus lapis eſt, qui in calceo latens interdum pedem lædit: inde ponitur pro re, quæ nobis ſolicitudinem ac dubitationem affert. eſt igitur ſcrupulus hic ſuſpicio, ſolicitudo, dubitatio.* pro S. R. 19 b, Hunc ſibi ex animo ſcrupulum qui ſe dies noctesq; ſtimulat ac pungit, vt euellatis poſtulat. pro Clu. 33 b, Hic tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus ac dubitatio. de Ar. 245 b, Sin ſcrupulus tenuiſſimus reſidere aliquis videbitur, non modò. &c. Att. 16 b, Ac domeſticarum quidem ſolicitudinum aculeos omnes & ſcrupulos occultabo. & 24 b, Numi potiùs reddantur, quàm vllus ſit ſcrupulus. & 66 b Illud cognitum eſt, neq; argenti ſcrupulum eſſe vllum in inſula. *id eſt, ne minimum quidem.* & 75 a, Exime de illo domeſtico ſcrupulum quem non ignoras.

SCRVPVS, i. *Scrupi lapides quidam erant, quibus pro teſſeris in quodam ludo vtebantur.* de Orat. 103 b, Pila bene & duodecim ſcrupis ludere.

† Syntaxis. *Scrupulum qui ſtimulat ac pungit, euellere. Scrupulum ac dubitationem inijcere. Reſidens ſcrupulus. Solicitudinum ſcrupuli & aculei. Scrupulus argenti.*

SCRVTOR, aris. *inquiro, excutio.* Part. 230 b, Imò verò ſcrutabimur & quæremus. I. V. 145 b, Scrutatus ſum, quæ potui, & quæſiui omnia. de Nat. 67 b, Qui interiores ſcrutantur & reconditas literas. Qu. fr. 291 b, Scrutari omnes ſordes, excutere vnumquemq; comitum. pro S. R. 34 b, Non excutio te, non ſcrutor, ſi quid ferri habuiſti. de Oraort. 122 a, Scrutari loca, ex quibus argumenta eruuntur. pro Dom. 221 a, Venio ad augures: quorum libros ſi qui ſunt reconditi, non ſcrutor. in Vat. 31 a, Cùm omnium domos furaciſſimè ſcrutarere. de Diu. 114 a, Scrutari plagas cœli. Ep. 163 a, Qui locis omnibus diſpoſiti ſcrutantur tabellarios. pro S. R. 32 a, Deſinamus ea ſcrutari, quę ſunt inania: quęramus, vbi maleficium eſt. I. P. 93, L. Craſſus ſpiculis propè ſcrutatus eſt alpes, vt, &c.

† Syntaxis. *Scrutor & quæro. Non excutio te, non ſcrutor.*

SCVLPTVS, ta. *inciſus.* Acad. 25 b, E ſaxo ſculptus, aut ebore dolatus. *aliter ſcalptus.*

SCVRRA, ræ. *ſannio* I. V. 180 b, Qui à ſcurris ſemper potius gladiator, quàm ſcurra appellatus ſit. pro Quint. 10 a, Vetus eſt de ſcurra, multo faciliùs diuitem quàm patrem familiâs fieri poſſe. de Nat, 20 a, Epicurus Socratem ſcurram Atticum fuiſſe dicebat. de Orat. 131 b, Raritas dictorũ diſtinguet oratorem à ſcurra. ad Heren 27 a, Vbi iſte vidiſſet ſcurrã exhauſto pudore, qui ſe putaret nihil habere, quod de exiſtimatione perderet, vt omnia ſine famæ detrimento facere poſſet? * pro Quint. 2 b, Neque parum facetus ſcurra Sex. Næuius eſt vnquam exiſtimatus. I. V. 180 b, Qui ſe ipſe ſcurram improbiſſimum exiſtimari vult. Ep. 138 b, Me à te vt ſcurram velitem malis oneratum eſſe, non moleſtè tuli.

SCVRRILIS, lis. *obſcœnus, qualis ſcurrarum eſſe ſolet.* de Or. 131 a, Vitandum eſſe oratori vtrumque, ne aut ſcurrilis iocus ſit, aut mimicus.

SCVTATVS, a, um. I. A. 180 a, Scutati milites. *id eſt, qui ſcuta gerunt: vt haſtati, qui haſtis vtuntur.*

SCVTELLA, læ. Tuſcul. 200 b, Demus ſcutellam dulciculæ potionis.

SCVTVLVM, li. de N. 17 b, Soſpita cum haſta & ſcutulo.

SCVTVM, ti. *clypeus.* Tuſc. 187 b, Ignauus miles abiecto ſcuto fugit quantum poteſt. de Orat. 139 a, Abiecto vel reiecto ſcuto fugere. pro Cec. 296 b, Qui ſcutis telisq; parati ornatiq; ſunt. Att 56 a, Homines cum ſcutis & eductis gladijs. I. A. 197 b, Ne familiares ſi ſcuta ipſi ferrent, laborarent. de Diu. 120 b, Quaſi verò quicquam interſit, mures ſcuta, an cribra corroſerint. * de Orat. 133 b, Demonſtraui digito pictum Gallum in Mariano ſcuto Cimbrico ſub nodis (*al. Nouis.*) diſtortum. Att. 250 a, Sextum ſcutum abijcere nolebam.

SCYLLA, læ. *alterum Siculi freti nauigantibus periculum. Eſt autem ſaxum ſiue ſcopulus, qui fluctuum appulſu & pugna latrare videtur. hinc fabulæ de Scylla in canes marinos conuerſa, quæ appulſos lacret nautas. de Charybdi vide ſuo loco.* in Verr 265 a, Nõ Charybdim tam infeſtam, neq; Scyllam nautis fuiſſe arbitror.

tror. & ibid. Quòd multo ſe pluribus & maioribus canibus ſuccinxerint. de Ar 258 b, Quis vnquam poeta fingēdo exprimere potuit tam eminentibus canibus Scyllam, tamq; ieiunis, quàm quibus iſtum videtis Gellijs, Clodijs roſtra ipſa mandentem?

Scyllaevs, a, um. pro Seſt. * Scyllæum fretum.

Scyphvs, phi. *poculum.* in Verr. 206 b, Iubet me ſcyphos ſigillatos ad prætorem afferre. Ep. 105 a, Illuſeras heri inter ſcyphos. * I. V. 204 b, In quem ſcyphum de manu iacere conatus eſt. & 206 b, Binos *ſcyphos* habebam: iubeo promi vtroſq;, & mecum ad prætoris domū ferri. ibid. Vbi ſunt, Pamphile, inquiunt, ſcyphi? Oſtendo triſtis: laudant. ibid. Si etiam ſcyphi eſſent ablati. I. V. 207 a, Iſti *ſcyphi* ne auferantur abs te. ibid. Scyphos poſcit. ibid. Alicuius pretij ſcyphos eſſe. ibid. Scyphos optimos aufert. I. V. 212 b, Tum illa ex patellis & thuribulis quę vellerat, ita aptè in ſcyphis includebat.

Scyros, *inſula.* Att. 74.

Scytale, les. Att. 164 a, Habes σκυτάλην λακωνικήν. *prouerbium. De Scytale. id eſt, epiſtola Laconica. vide Gell. lib. 17.*

Scythes, thę. Tuſc. 246 a, Anacharſis Scythes. & I. V. 266.

Scythia, thiæ. *regio barbara.* in Piſ. 83 a, Quis hoc fecit vlla in Scythia tyrannus? & de Nat. 43.

Scythicvs, a, um. Tuſc. 246 a, Scythicum tegmen.

Se, *pro Sine, vetuſtum.* * de Leg. 182 b, Aſt im cum illo ſepelire vre:eve ſe fraude eſto. *pro eum & ſine.*

Sebvsiani. pro Qu. 14 b, Roma trans alpeis in Sebuſianos biduo veniunt.

Secedo, dis, *recedo, ſemigro.* I. C. 103 b, Quare ſecedāt improbi, ſecernant ſe à bonis. * pro C. Corn. 1. Propter nimiam dominationem potentium ſecederent.

Secernendvs, a, um. Topic. 223 a, Secernenda diſtinguere.

Secerno, is. *ſeparo, diſtinguo, diiungo.* I. C. 103 b, Quare ſecedant improbi, ſecernant ſe à bonis. & 121 a, Hos ego excipio, & ſecerno libenter. Epiſtol. 68 a, Vt à continentibus ſcriptis ſecernas hanc quaſi fabulam rerum euentorumq; noſtrorum. pro Syll. 167 b, Abs te quæro, cur me à cæteris principib⁹ ciuitatis in hoc officio atq; in defenſionis iure ſecernas. de N. 50 a, Belluæ ſenſu ſecernunt peſtifera à ſalutaribus. Orat. 201, Secernere vnum ab alio. I. C. 192 a, Secerne te à bonis. de Orat. 140 a, Illud tertium genus à præceptis noſtris ſecreueram. Tuſc. 164 a, Secernere animum à corpore. * Oecon. 1, Inſtrumentum & ſupellectilem diſtribuere cœpimus: ac primum ea ſecreuimus.

Secernor, ris. I. A. 297 a, Nec enim ſecerni à fratre poterit. de Amic. 113 b, Secerni blandus amicus à vero & internoſci poteſt, adhibita diligentia. Offic. 19 b, Hoc ſecerni ab illo non poteſt. I. C. 103 b, Muro denique ſecernantur à bonis.

† Syntaxis. *Secernere ſe à. Excipere ac ſecernere. Peſtiferum à ſalutari ſenſu ſecernere. Animum à corpore ſecernere. Secernere & internoſcere aliquid ab aliquo.*

Secessio, onis. *abſceſſio, diſceſſus.* pro Mur. 135 b, Etenim ſeductiones teſtium, ſeceſſiones ſubſcriptorum animaduerti. pro Lig. 140 a, Seceſſionē tu illam exiſtimauiſti Cæſar, non bellum.

Secivs. *minus.* ad Herenn 4 b, Impedimento eſt, quo ſecius lex feratur.

Seclvm, cli. *ſeculum.* de Clar. 268 a, Vt Athenienſium ſecla numerantur. * de Clar. 171 a, Atque vtinam extarent illa carmina, quæ multis ſeclis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantitata à ſingulis conuiuis de clarorum virorū laudibus, in Originibus ſcriptum reliquit Cato de Leg. 156 a, Eaq; quercus (vt ait Scæuola de fratris mei Mario) caneſcet ſeclis innumerabilibus.

Seclvsvs, a, um. *ſecretus.* I. V. 240 a, Suppliciū à libero ſpiritu & communi luce ſecluſum. de Orat. 123 b, Illinc eum rapiam, vbi non ſecluſa aliqua aquula teneatur, ſed vnde vniuerſum flumen erumpat. Tuſc. 63 b, Iis deuium quoddam iter eſt, ſecluſum à concilio deorum.

Secandvm. Offic. 27 b, Vt ad vrendum & ſecandum medici veniunt.

Seco, at. *exſeco, reſeco.* de Vn. 199 a, Atq; ita permixtum illud, ex quo hæc ſecuit, iam omne conſumſerat. Qu. de Pet. 209 a, Qui viuo ſtanti collum gladio ſecuerit. in Arat.

*Namq; eſt ales auis lato ſub tegmine cœli,*
*Quæ volat & ſerpens geminis ſecat aëra pennis.*

de Orat. 119 a, Atq; iſti quidem cauſas in plura genera ſecuerunt. * cont. C. Ant. Inſpectante populo collum ſecuit hominis.

Secor, ris. de Natur. 65 a, b, Omne corpus ſecari ac diuidi poteſt. Tuſc. 242 b, Si vratur, torqueatur, ſecetur. I. A. 217 a, In corpore ſiquid eiuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat, vri & ſecari patimur. Tuſc. 186 b, C. Marius ruſticanus vir cùm ſecaretur, vetuit ſe alligari: neque quiſquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus. * Tuſc. 182 b, Cùm varices ſecabantur C. Mario.

Secretio, onis. *diſiunctio.* Tuſcul. 163 a, Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio & diremtus earum partium, quæ, &c.

Secretò. *clàm, remotis arbitris.* Ep. 107 a, Secretò hoc audi, tecum habeto, ne Apellæ quidē liberto tuo dixeris. & 112 a, Neq; hæc incerta tamen vulgò iactantur, ſed inter paucos quos tu noſti, planè ſecretò narrantur. I. V. 223 b, Ex his quæritur ſecretò, quid eſſet actum. Att. 106 b, Ab hora octaua ad veſperum ſecretò collocuti ſumus.

Secretvs, a, um *ſeparatus, ſeiunctus, ſecluſus.* de Natur. 37 a, Habent ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab æthera coniunctione ſecretam & liberam. de Nat. 53 b, Succus ſecretus à reliquo cibo de Nat. 53 b, Ab eo cibo cùm eſt ſecreta bilis, &c. * de Fin. 87 b, Ergo in beſtijs erunt ſecreta à voluptate humanarum quædam ſimulacra virtutum.

† Syntaxis. *Secretio, diſceſſus, diremtus. Secretò colloqui. Secreta & libera actio.*

Secta, ctæ. *familia, ſchola, diſciplina, certa quædam diſciplinæ formula, pars vel partes, factio, hæreſis, ſtudium, ratio vitæ philoſophandi.* in Verr. 273 a, Horum nos hominum ſectam atque inſtitutionem proſequimur. *al. perſequimur.* de Clar. 175 a, Brutus ex vetere Academia philoſophorū ſectam ſecutus eſt. Att. 274 b, Hoſtes omnes iudicati, qui M. Antonij ſectā ſecuti ſunt. pro Rab. 39 a, Quā tandem autoritatem, quam vocem, cuius ſectā ſequi velles. pro Fl. 166 a, Quotus enim quiſq; eſt, qui hanc in repub. ſectā ſequatur. pro Cæl. 46 a, Qui hanc ſectam rationemq; vitæ ſecuti ſumus. Ep. 103 b, Qui Cæſaris ſectam atq; imperium ſecutus. de Nat. 37 a, Omnis natura artificioſa eſt, quòd habet quaſi vitā quandam, & ſectam quam ſequatur. de Orat. 88 b, Philoſophorum ſectæ, familiæ, diſciplinæ.

Sectator, oris. *conſectator, amator, æmulus.* pro Mur. 140 b, Quid opus, inquit, ſectatoribus? quæris, &c. & 141 a, Lex Fabia quæ eſt de numero ſectatorum. pro R. P. 126 a, Num Gabinij comes eſt, vel ſectator?

† Syntaxis. *Sectam & inſtitutionem perſequi. M. Antonij ſecta. Philoſophorum ſectæ, familiæ.*

Sectio, onis. *auctio.* I. A. 172 b, Nemo fuit qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere, præter Antonium. I. A. 174 a, Appellatus es de pecunia, quam pro ſectione debebas. de Inu. 58 a, Si dici poſſit ex hoſtibus equus eſſe captus, cuius prædæ ſectio non venerit. * de Leg. agr. Pedum, manubias, ſectionem, caſtra denique Decemuiri vendent.

Sector, aris. *aſſector, comitor.* I. V. 143 a, Is prætorem circum omnia fora ſectabatur. & 234 b, Qui illic eiuſmodi eſt, vt eum pueri ſectentur. pro S. R. 31 a, Quid? ij ſerui vbi ſunt? Chryſogonum iudices ſectantur. pro Mur. 140 b, At ſectabantur multi. Dote, mercede. & 141 a, Sectari aliquem totos dies. Qu. de Pet. 210 b, Qui ſi ſectari non poterunt, neceſſarios ſuos in hoc munere conſtituant.

Sector, oris. *qui proſcriptorum bona emit: vel quadruplator, qui quoq; iure quaq; iniuria nomina de aliquo crimine defert, vt partem multæ vel bonorum auferat.* pro S. R. 31 b, Scimus per iſta tempora eoſdē ferè ſectores fuiſſe collorum & bonorum. pro S. R. 35 b, & I. A. 168 a. Sector, hoc eſt, qui bonorum S. Roſcij emtor atq; poſſeſſor eſt. I. A. 172 b, & 252 b. & Ep. 254 b, Antonius ſector Pompeij.

* Sectvs, a, um. Tuſc. 186 b, Nec quiſquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus.

Secvlvm, li. *ſeclum, multorum annorum ſpacium, ætas.* de Fat. 145 b, An hoc falſum potuiſſet eſſe, ſi eſſet ſexcentis ſeculis antè dictum? de Orat. 116 b, Seculis multis antè gymnaſia inuenta ſunt, quàm in his philoſophi garrire cœperunt. I. V. 310 b, Aliquot ſeculis poſt Scipio Carthaginem cepit. & 228 b, Parietes, quorum ornatus tot ſecula manſerat. Acad. 5 a, Nihilne tot ſeculis explicatum putamus? I. A. 170 b, Huius rei ne poſteritas quidē omnium ſeculorum immemor erit. & 191 b, Nihil ex omnium ſeculorum memoria tale cognoui. de Vniu. 195 a, Cùm aliquot ſecula in Italia viguiſſet. I. C. 106 b, Propagare multa ſecula reipublicæ. de N. 36 b, Sempiternis ſeculorum ætatibus non mutari. de Diu. 88 a, Nec ſeculorum reliquorum iudicium pertimeſcere. Par. 125 b, Ego etiam ipſe fortaſſe in huius ſeculi errore verſor. I. A. 223, Huius ſeculi inſolentia. * pro Q. Gall. Quorum ætates nō annis, ſed ſeculis, ſcimus eſſe diſiunctas. pro Marc. 135 b, Quæ vita vigebit memoria ſeculorum omnium. ibid. Qui multis poſt ſeculis de te iudicabunt. de Nat. 6 a, Innumerabilia antè ſecula dormierint. ibid. Secula nunc dico, nō ea, quæ dierum noctiumq; numero annuis curſibus conficiuntur: nam fateor ea ſine mundi conuerſione effici non potuiſſe.

¶ *Futurum genus.* de Senect. 81 b, Serere arbores, quæ alteri ſeculo proſint.

† Syntaxis. *Omnium ſeculorum poſteritas. Ex omnium ſeculorum memoria*

memoria cognoſcere. Secula reip. propagare Id alteri ſeculo proderit. Sempiterna ſeculorum ætates.

SECVM. Att.132 b, Quis eſt, tanta præſertim de re, quin variè ſecum ipſe diſputet? de Inu.78 a, Ipſum ſecum admirari aliquid. Attic 71 a, Qui etiam à me petierat, vt ſecum & apud ſe eſſem quotidie. de Offic. lib. 1, Secum agere. )( Cum altero contrahere.

† Syntaxis. *Peto, vt mecum, & apud me ſis.*

SECVNDARIVS, a, um. *ſecundus, proximus.* de Inu.64 b, In hoc loco caput illud erit, ſi, &c. ſecundarium, ſi, &c. de Cl.187 a, Q. Arrius, qui fuit M. Craſſi quaſi ſecundarius. * *Vbi fortaſsis legendum eſt, Q. Arrius Secundus, qui fuit M. Craſsi quæſtor. Eſt enim Secundus cognomen Arriorum.*

SECVNDO, *aduerbium iterum, deinde.* * Semel hominem allocutus fueram: an ſecundò mihi redeundum eſſet, ignorabam. pro Planc.269 b.

SECVNDVM. *poſt.* I. V. 71 b, Ita ſecundum cal. Ian. magnas accuſatoris minas ad noſtrum arbitrium eludemus. & 72 b, Tua ratio eſt, vt ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias: mea, vt ante primos ludos comperendinem. de Orat 108 b, Sed opinor ſecundum hunc diem: nam ſatis multa hodie dicta ſunt. Quint. frat. 321 a, Ille mihi ſecundum te & liberos noſtros ita eſt, vt ſit penè par. Att.44 a, Spem oſtendis ſecundum comitia. Offic.35 a, Proximè & ſecūdum deos, homines hominibus maximè vtiles eſſe poſſunt. in Verr.31 a, Secundum ea quæro, ſeruarîſne, &c. Epiſt.56 a, Duo vulnera accepit: vnum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem. de Orat.164 b, In actione ſecundum vocem vultus valet. Orat 202 a, Vultus ſecundum vocem plurimum poteſt. ad Brut.90 b, Lepidus ſecundum fratrem affines habet quos odit proximos. Att. 190 a, Secundum te nihil eſt mihi amicius ſolitudine. ad Her.18 a, Si ſecundum principium confirmatione vtamur. de Diu.134 b, Quæ ei ſecundum quietem viſa ſunt, cur ſecundum quietem videre videamur.

¶ *Pro, Iuxta, Ad, Ex.* in Verr.269 b, Secundum arbitrium tuū teſtes dabo. Att.54 b, Quiſq; eorum multa ſecundum cauſam noſtram iudicauit. & 54 b, Prætor ſecundum me decreuit. & 264 b, At ea quæ Coſs. decreuerunt ſecundum Cæſaris decreta, comprobes. pro Flacc.157 a, Qui ſententiam ſecundum Plotium ſe dicturum oſtendit. pro Qu. R.45 b, Secundum tabulas alicuius litem dare, & ſecundum aliquē iudicare. & 47 a, Secundum nos iudicari volumus. de Ar.251 a, Qui domum ſecundum fratrem ſuum iudicatam eſſe dicebat. ad Heren.8 a, A' teſtibus dicemus ſecundum autoritatem & vitam teſtium. Att.68 a, Sunt aliquot ſatiſdationes ſecundum mancipium. I. V. 122 a, Quod in iudicium ſecundum Heraclium de compromiſſis factum erat. & 117 a, Iudicare de abſente ſecundum præſentem. I. V. 99 b, Ita ſecundum eum poſſeſſio daretur. Topic. 224 b, Dare poſſeſſionem ſecundum tabulas. Att.263 b, Coſs. de conſilij ſententia decreuerunt ſecūdum Buthrotios. de Fin. 130 b, Secundum naturam viuere, & ex natura, vel ex virtute viuere. & 55 a, Neceſſe eſt quid aut ſecundum naturam aut contra ſit, à natura ipſa iudicari. L. AESTIMO. de Leg.182 b, Habemus in duodecim Tabulis ſanè ſecundum naturam, quæ norma legis eſt. de Sen. 91 b, Quid autem tam ſecundum naturam eſt, quàm ſenibus emori. item, Omnia quæ ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis. Quint frat.324 b, Teſtimonium ſecundnm fidem & religionem grauiſſimè dicere. Offic.56 b, Contra naturam viuere, ſecundum naturam viuere. L. VIVO.

¶ *Non procul, ad, propè, vel propter.* Att.130 a, Si Cæſar ſecundum mare ad me ire cœpiſſet. & 257 b, Legiones Macedonicæ, quæ iter ſecundum mare ſuperum faciunt.

† Syntaxis. *Secundum Deum parentes amandi. Secundum aurem eſt morbus. Secundum tabulas dare poſſeſsionem. Secundum nos iudicatū id eſt, pro. Secundum flumen, mare progredi. Secundum naturam.*

SECVNDVS, a, um. *alter.* Orat 201 b, Quoniam id ſecundum erat de tribus. Ep.136 b, Quādo tu ſecundum Oenomaum Accij Mimum introduxiſti. de Vn.200 b, Ad ſecundum ſupra terram ambitum. Offic. 8 b, Secundo eum obligare militiæ ſacramento, quoniam priore amiſſo, iure pugnare cum hoſtibus non poterat. de Fin.101 a, Quorum ordo proximè accedit, vt ſecundus ſit ad regium principatum. * Acad. Academico ſapienti ab omnibus ſecundæ partes dantur. ibid. Qui omnium cæterorum iudicio ſit ſecundus. Orat.197 a, Prima ſequētem honeſtum eſt in ſecundis tertijsq; conſiſtere. Nam in poetis non Homero ſolùm locus eſt, &c. ſed horū vel ſecundis, vel etiam infra ſecundos.

¶ *Proſper, ad voluntatem noſtram fluens.* )( *aduerſus.* pro Pom. 8 b, Noſter exercitus prælijs vſus erat ſecundis. cont. Rull. 86 b, Nemo vnquam tam ſecunda concione legem agrariam ſuaſit. Tuſc.175 b, Vt vel ſi totam velit vituperare, ſecundo id populo facere poſſit. Att.18 a, Secunda concionis voluntate. de Nat 76 b. & pro Pl.279 a, Nauis ſecundis vētis curſum tenens ſuum. Epiſt 243 b, Habere ventos ſecundos. de Diu.86 a, Auſpicia quæ alicui ſecunda euenerunt. Att.22 b, Cæſar cuius nunc venti valde ſunt ſecundi. de N. 78 a, Hominum proſperitates ſecundæque res. Offic.18 b, Homines ſecundis rebus effrenatos, ſibique præfidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet. pro Syll.179 b, Et ſecundas fortunas amittere, & in aduerſis ſine vllo remedio permanere. pro Syl.181 a, Per quos res eius ſecundæ quondā erant ornatæ, nunc aduerſæ ſubleuantur. Qu. fr.321, Ego nullas δευτέρας φροντίδας in Cæſaris rebus habere poſſum. Att.162 b, Omnia ſecundiſſima nobis, aduerſiſſima illis accidiſſe videntur. Qu. fr.306 b, Clodium accuſaui multis & ſecundis admurmurationibus cuncti ſenatus. Offic.18 b, Nam vt aduerſas res, ſic ſecundas immoderatè ferre, leuitatis eſt.

† Syntaxis. *Vti ſecundo prælio. Secunda concione, populo dicere. Secunda concionis voluntas. Secundas fortunas amittere. Omnia ſecunda tibi accidant. Admurmuratio ſecunda ſenatus.*

SECVRIS, ris. *inſtrumentum, quo arbores deijcimus, & ligna ſcindimus.* Qu. frat.313 a, Tenedia libertas, ſecuri Tenedia præciſa eſt *prouerbium.* in Verr.240 a, Quamobrem faſces prætoribus præferantur, cur ſecures datæ. Quint. frat. 202 a, Prætores cum faſcibus & ſecuribus lictores habuiſſe. in Verr.91 b, Inſtat vt ſecuri feriantur. I. P. 97 b, Cùm miſer ille ſecuribus hoſpitis ſui ceruices ſubijcere geſtiret. ibid. Tu Raboccetum ſecuri percuſſiſti. * I. V. 262 a, Ne ſecures, ne cruciatus ſociorum, magiſtratibus noſtris quæſtui poſſet eſſe.

¶ *Impedimentum, ruina.* pro Mur. 135 b, Quam te ſecurim putas inieciſſe petitioni tuæ? pro Planc.274 a, Infligere ſecurim reipublicæ.

SECVRITAS, tatis *requies curarum, ipſum eſſe ſine curis.* Tuſc. 236 b, Quī autē illam maximè optatam & expeditam ſecuritatem (ſecuritatem autē nunc appello vacuitatē ægritudinis, in qua vita beata poſita eſt) habere quis poteſt? de Fin.129 b, Democriti ſecuritas quæ eſt animi tanquā tranquillitas, quam appellat εὐθυμίαν, eò ſeparanda fuit ab hac diſputatione: quia iſta animi tranquillitas ea ipſa eſt beata vita. Offic.14 b, Vt tranquillitas animi adſit & ſecuritas. de N.12 a, Nos beatam vitam in animi ſecuritate ponimus. de Am.104 b, Caput eſſe ad beatè viuendum ſecuritatem, qua frui non poſſit animus, ſi tanquam parturiat vnus pro pluribus. Ep.147 b, Vale, & inſtituto itinere ſecuritatem diligentiamq; ſocijs & reipublicæ præſta. Att.65 a, Miram ſecuritatem videbis, cuius plurimę mehercule partes ſunt in tuo reditu.

SECVRVS, a, um. *ſine cura.* pro Flac.150 b, Ep.159 b, Si Africanæ legiones venerint, ſecuros vos ab hac parte reddam. pro Flacc.156 a, Securus Hermippus Tennum proficiſcitur. Attic. 203 b, De lingua Latina ſecuri es animi dices, qui talia conſcribis.

SECVS *contrà. aliter.* I. P.94 a, Rectè an ſecus, nihil ad nos. de Fin.99 b, Nobis aliter videtur, rectè ſecúſne, poſtea. Ep.80 b, Etſi idipſum nōnullis videatur ſecus. de Orat.153 b, Sed paulo ſecus à me atq; ab illo partita ſunt. de Or.110 b, Itaque illud quod dixi, &c. nō dixi ſecus ac ſentiebā. de Clar. 292 a, Nemo dicet ſecus. Part.231 a, Longè ſecus. Ep.54 a, Quod nō multo ſecus fuerit. pro Mur.126 a, Tecum agam Serui nō ſecus ac ſi meus eſſes frater. pro Planc.259 b, Cuius ſalutē non ſecus ac meam tueri debeo. de N.67 b, Quē tractat non ſecus ac ſi eſſet imperator. Ep.33 b, Non ſecus ac ſi te vidiſſem. pro Qu.5 b, Cùm in altera re cauſæ nihil eſſet, quin ſecus iudicaret ipſe de ſe: quod iudicium eſt grauiſſimum. Ep.35 a, De tuo in me animo iniquis ſecus exiſtimandi videris nonnihil loci dediſſe.

* SECVTOR, is. *gladiator.* Attic. 111 b, Secutorum in Ludo mille fuerunt, bis eruptionem facturi dicebantur.

* SECVTVS, a, um.3 Acad. Vitam deuiam ſecutis.

SED. *at, ac, quidem, certè, autem, verùm, haud ſcio an, verò.* Att.16 b, Non odio adductus alicuius, ſed ſpe nō corrigendę, ſed ſanandæ ciuitatis. Acad.14 a, Sed nō de me, vt dixi, ſed de ſapiente quæritur. de Or.136 b, Sed ego non de præſtanti quadam & eximia, ſed propè de vulgari & communi prudentia diſputo. de Ar.258 a, Sed tamen facilè tacentibus cæteris reticuiſſem: ſed hæc oratio omnis fuit nō autoritatis meæ, ſed publicæ religionis. Ep.13 b, Sed velle ſolùm, &c. ſed etiam, &c. pro R. ab. 92 b, Non modò huius nō ſunt, &c ſed ne Romuli quidē. &c. ſed Tarquinij, &c. de Or.94 a, Sed ſiue eſt ars, ſiue non, non eſt quidem ea negligenda, vtrum intelligendum, &c. de Orat.64 b, Sed ſunt quidam, &c ſunt autem quidam, &c. Epiſt. 58 b, Sed tametſi antea ſcripſi, tamen hoc tempore, &c. Epiſtol.229 b, Sed tametſi omnium cauſas quos commendo, velle debeo: tamen cum omnibus non eadem mihi cauſa eſt.

*SEDAN-

*Sedandvs, a, um. de Orat. 86 b, In eorum, qui audiunt, mentibus aut ſedandis aut excitandis. Offic. 21 a, Appetitus omnes contrahendi ſedandiq; ſunt.

Sedatè *tranquillè, leniter.* Orat. 205 a, Sedatè placideq; loqui. Tuſc. 183 b, Placidè & ſedatè ferre dolorem.

Sedatio, onis. *tranquillitas, placatio.*)(.*perturbatio.* Offic. 19 a, In qua parte honeſtatis Temperantia & modeſtia, omniſq; ſedatio perturbationum animi cernitur. Tuſc. 204 b, Quotidianæ neces ſedationē mœrendi afferunt. * de Fin. 62 a, E` phyſicis & fortitudo ſumitur, &c & ſedatio animi. Tuſc. 227 a, Adiunximus ſedationem ægritudinis.

Sedatvs, a, um. *tranquillitas.* Att. 211 a, Hęc ſcripſi ſedatiore animo, quàm proximè ſcripſeram. de Inu. 81 b, Sedatis fluctibus, & tempeſtate commutata. pro Clu. 39 a, Falcula paulo ſedatiore tempore eſt accuſatus. Orat. 200 b, Alter ſine vllis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit. & 214 a, Iſocrates in numeris ſedatior. ad Heren. 20 a, Sedata & depreſſa vox.* de Diuin. 93 b, Illa etiam parte animi, in qua irarum exiſtit ardor, ſedata atq; reſtincta. Attic. 75 b, Seditio militum ſedata ab Appio. Lim.

*In medio populi ſedatis vocibus effers.*

† Syntaxis. *Sedatè, placideq; loqui. Sedatus animus, tempus, flumen, fluctus, homo, vox.*

Sedecvla, læ. *ſedes.* Att. 60 b, Malo in illa tua ſedecula quā habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere. *Alij Sedicula legunt.*

Sed enim. *etenim.* pro Ar. 186 b, Sed enim hoc non ſolùm ingenij, ſed etiam naturæ atq; virtutis. & pro Cæl. 50 b.

Sedeo, es. *aßideo.* Attic. 60 b, Maloque in illa tua ſedecula ſedere, quàm in iſtorum ſella curuli. & 101 b, Cùm virgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet. I. A. 169 a, Sediſti in quatuordecim ordinibus. de Orat. 155 a, In ſolio ſedens domi. de Finib. 79 a, Sedere in ſolio ornatu regali. pro Cluent. 39 a, Sediſtíne iudex in C. Fabricium? & ibidem. Cùm poſt paucos dies ex ſubſortitione ſediſſet. Attic. 11, Qui mœſti inter ſui diſſimiles ſedebant. * in L. Piſon. Proximè Pompeium ſedebam.

¶ *Maneo, moror.* Attic. 291 b, Quid enim ſedere totos dies in iſta? pro Mil. 111 b, Cùm Milo veheretur in rheda penulatus, vnà ſederet vxor. Ep. 257 a, Si venti eſſent, nos hîc Corcyræ non ſederemus.

Sedes, dis *ſella, ſolium, ſeßio, hemicyclus, ſubſellium* de Orat. 87 a, Tum Craſſum puluinos popoſciſſe, & omnes in ijs ſedibus, quæ ſub platano erant, conſediſſe dicebat. I. C. 118 a, * Non hæc ſedes honoris, ſella curulis, vnquam vacua mortis periculo atq; inſidijs fuit. de Diu, 101 b, Verè, mea puella, tibi concedo meas ſedes. & 125 b, Cæciliam ſororis filiæ ſedes ſuas tradere.

¶ *Locus, vis, gradus.* de Orat. 144 b, Neq; verba ſedem habere poſſunt, ſi rem ſubtraxeris. de Orat. 141 b, Omnibus rebus quæ ſub aſpectum veniunt, ſedes opus eſt. de Fin. 72 b, Vt ſola ponatur *voluptas* in ſummi boni ſede quàm quærimus.

¶ *Domicilium fundamentum, patria, origo.* de Pro. 76 a, Nam ſi ille aditus Gallis patuiſſet, nunquam hæc vrbs ſummo imperio domicilium ac ſedem præbuiſſet. pro Mar. 135 b, Sedem ſtabilem & domicilium certum non habebit *nomen tuum.* Parad. 118 a, Voluptas mentem ex ſua ſede & ſtatu dimouet. cont. Rull. 85 b, Coloni Capuæ in domicilio ſuperbiæ, atque in ſedibus luxuriæ collocati. pro Mur. 144 b, Omni in ſede ac loco ferrum flammamque metuamus. pro Ar. 187 a, Is ſedem omnium rerum & fortunarum ſuarum Romæ collocauit. Anteq. 196 b, Dij qui ſedem Capitolij in ſaxo incolitis conſtitutam. Epiſt. 204 a, Eorum domicilia, ſedem, rem, fortunas, tuæ fidei commendo. pro Cl. 57 b, Aliquam ſibi domum ſedemq; deligere. I. V. 110 a, Sedes ac domicilium collocare. cont. Rull. 64 a, Sibi ſedem vrbis atq; imperij diſplicere. de Nat. 21 b, Hæc enim membra ſunt ſedes ac domicilium vitæ. I. P. 90 Mihi ipſa Roma propè conuulſa ſedibus ſuis obuiam ꝓcedere viſa eſt. * Incer. Muſtella catulos ſuos quotidie transfert, mutatque ſedem. pro Clu. 54 a, A` ſocrus, ab vxorum, à fratris, à liberûm pœnis actum eſſe præcipitem in ſceleratorum ſedem atque regionem. cont. Rull. 75 a, Illam ipſam ſedem hoſpitalem, in quam erit deductus, publicam populi Rom. eſſe dicet. pro Syll. 173 b, Vrbem hanc ſedem omnium noſtrûm, domicilium imperij, quinque hominum pœna redemi. Acad. 40 b, Tu ſedem regionum & locorum aperuiſti.

*Sedicvla. vide Sedecvla.

Seditio, onis. *diſcordia, diſſenſio populi, vis, turba, impetus populi vel militum, motus populi.* Att. 273 b, Quod ſcribis de ſeditione, quæ facta eſt in legione quarta de Antonijs. de Diu. 91 a, Magna ſeditio in caſtris eius inter Pœnos & Siculos milites eſt facta. pro Mur. 144 a, Concitare ſeditionem & diſcordiam. Epiſt. 164 b, Singulæ cohortes quandam ſeditionem fecerunt. & 166 b, Seditione facta. Attic. 75 b, Seditio militum ſedata ab Appio. de Orat. 119 b, Seditiones ornare. Attic. 154 b, Solon capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis eſſet. de Orat. 126 b, Omnia ſeditionum genera collegi. Attic. 23 a, Seditione commota. * de Orat. 120 a, Multas è Repub. ſeditiones ſæpe eſſe factas. ibid. Illam Norbani ſeditionē ex luctu ciuium, & ex Cæpionis odio, qui exercitum amiſerat, neq; reprimi potuiſſe, & iure eſſe conflatam. & 126 b, Omnium ſeditionum genera, vitia, pericula collegi. ibid. Etſi omnes moleſtæ ſemper ſeditiones fuiſſent, iuſtas tamen fuiſſe nonnullas, & propè neceſſarias. ibid. Ac ſi illæ ſeditiones ſaluti huic ciuitati fuiſſent. de Orat. 127 a, Cuius populi ius etiam cum ſeditionis coniunctione defenderam. & b, Vt illam non Norbani ſeditionem, ſed illam populi Rom. iracundiam, neq; eam iniuſtam, ſed meritam ac debitam fuiſſe defenderes. ꝓ Clu. 38 a, Maximè eius opera in exercitu ſeditionem eſſe conflatam. pro Seſt. 27 a, Qui incitarunt aliquando populi animos ad ſeditionem. de Leg 192 b, Cùm decreuiſſet Senatus C. Claudio Conſule de Carbonis ſeditione referente: eo inuito, qui cum populo ageret, ſeditionem non poſſe fieri. Ep. 243 b, Cum ante aduētum meum ſeditione quadam exercitus eſſet diſſipatus. pro Seſt. 24 a, Plebs perfuncta grauiſſimis ſeditionibus ac diſcordijs otium malle videtur.

¶ *Seditioſorum manus.* pro Cl. 38 b, Incurſio ſeditionis, vis multitudinis, impetus Tribunitius.

Seditiosè. pro Cl. 18 a, Conciones ſeditioſè concitatæ. pro Mil. 102 b, Seditioſè interrogari. * Attic. 36 b, Multa cùm ſeditioſiſſimè diceret.

Seditiosvs *turbulentus, popularis.* de Orat. 113 a, S. Titius ſeditioſus ciuis & turbulētus. & 121 a, Quod ſeditioſus de turbulētis & malis ciuibus. I. A. 157 b, Adhortari adoleſcētes, vt turbulenti, vt ſeditioſi, vt pernicioſi ciues eſſe velint. de Inu. 42 a, & in Vat 20 b, Seditioſa & tumultuoſa vita.

† Syntaxis. *Seditionis incurſio. Commota ſeditio Seditioſus ac turbulentus. Seditioſa vita.*

Sedo, as. *ſedationem affero, reſtinguo, mitigo, mollio, comprimo, contraho.*)(.*incito.* Anteq. 194 b, Vos quoq; Tribunitiam ſedate temeritatem. I. A. 153 a, Sedare diſcordias. de Orat. 102 a, Quemcunq; in animis hominū motum res & cauſa poſtulet, dicendo vel excitare, vel ſedare. in Ant. 169 a, Cùm tanta mala florentiſſimæ familiæ ſedaui, vel potiùs ſuſtuli. Att. 206 b, Sermunculum omnem aut reſtinxeris, aut ſedâris.

Sedor, ris. I. C. 122 a, Tum interuentu Pontini pugna quæ erat cōmiſſa, ſedatur. de Leg 167 a, Hæc cōtrouerſia tota ſedari poteſt. & 188 b, At aliquaudo incenditur *populus*, & quidem ſæpe ſedatur. in Cat. 110 b, Vt bellum inteſtinum ſine vllo tumultu aut motu ſedetur.

† Syntaxis. *Appetitus contrahendi, ſedandiq;. Sedatum ac reſtinctum. Sedare, vel potius tollere.*

Sed quid? *quid tum?* in Anton. 164 b, Sed quid? ego fauiſſe me tibi fateor?

Sedvco, cis. *abduco.* Att. 53 a, Cùm hæc diſeruiſſem, ſeducit me Scaptius, ait ſe nihil cōtradicere. de Or. 105, Sępe audiui acceſſiſſe ad Craſſum conſulendi cauſa quendā ruſticanum: qui cùm Craſſum ſeduxiſſet, ad eumq; retuliſſet, reſponſum ab eo verū magis, quàm ad ſuam rem accommodatum abſtulit. I. A. 251 a, Niſi quod te idib. Martijs à debita tibi peſte ſeduxit. Ep. 15 b, Cùm inimicū meū modò ſeuerè ſeducerent, modò familiariter amplexarentur.

Sedvctio, onis pro Mar. 125 b, Etenim ſeductiones teſtiū, ſeceſſionem ſubſcriptorum animaduertebant.

Sedvlitas, tis. *officium, diligentia.* Ep. 121 a, Cornelij operā & ſedulitatē laudare poſſum. & 9, Idq; cùm ſentiam, ſedulitate mihimet ipſi ſatisfacere poſſum, re quidē ipſa, &c. pro Cec. 287 b, Non neceſſitate aliqua, ſed ficto officio ſimulataq; ſedulitate coniunctus. pro Archia 190 b, Qui ſedulitatē mali poëtæ duxit aliquo tamen præmio dignam. contr. Rul. 68 b, Finem feci offerendi mei, ne fortè mea ſedulitas aut inſidioſa aut impudens videretur. * Epiſt. 111 b, Vt verear ne tibi arguta nimiùm hæc ſedulitas videatur. Att. 175 b, Quæ *exceptiones* ſi non eſſent ſedulitate effectæ, & beneuolentia tua.

Sedvlò. *diligenter.* Att. 44 a, Tu quidem ſedulò argumentaris, quid ſit ſperandū, &c. pro Clu. 29 a, Hoc quanquam ſedulò faciebant, tamen, &c. de Finib 93 a, & 66 a, Faciam omnia ſedulò, quæ te ſciam velle. & 24 a, Sed tamen ſedulò fit, & in primis à Pathiſco.

Sedvlvs, a, um. *officioſus, diligens.* de Clar. 180 b, Eloquentes videbare, non ſedulos velle conquirere.

† Syntaxis. *Sedulitas & opera. Arguta ſedulitas. Fictum officiū, ſimulataq; ſedulitas. Hic ſedulò fit, in primis à tyrone.*

Seges, tis. *arua, ager.* de Orat. 201 b, Segetes fœcundæ herbas effundunt inimiciſſimas frugibus. Tuſc. 162 a, Segetes largiuntur fruges. de Sen. 88 b, Segetibus & pratis & vineis, &

neis, & arbuſtis res ruſticæ lætæ ſunt. Tuſc. 177 b, Etſi in ſegetem ſunt deteriorem datæ fruges, illæ tamen ſuapte natura enitent. * Hortenſ. Segetes agricolæ ſubigunt aratris. I.V.151 b, Vt neq; in ſegetibus, neque in areis, neq; in horreis, neq; in amouendo, neq; in aſportando frumento, grano vno poſſet arator ſine maxima pœna fraudare decumanum.

¶ *Ipſamet fruges.* Orat. 204 b, Lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta. de Fin. 146 a, * Nec ſeges *eſſe beata poteſt* ſpicis vberibus & crebris, ſi auenam vſpiam videris.

¶ *Occaſio, cauſa.* pro Mil. 108 a, b, Quid enim odiſſet Clodiũ Milo, ſegetem ac materiam ſuæ gloriæ?

SEGESTA, æ. I.V.216 b, Segeſta oppidum peruetus in Sicilia, quod ab Aenea fugiente à Troia, atq; in hæc loca veniente, conditum eſſe demonſtrant.

SEGESTANI. I.V.140.

SEGESTENSES I.V.166.

SEGNIS, e. Attic. 126 a, Ego ſi cui adhuc videor ſegnior, dum ne tibi videar, non laboro. pro Fon. 277 a, Ne ſegniores poſthac ad imperandum cæteri ſint. de Finib. 56 a. & pro Dom. 224 b, Nec me ſgniorem ad reſpondendum reddidiſti.

SEGNITIA, æ. *inertia, ſegnities.* de Clar. 191 a, Sine arrogantia grauis eſſe videbatur, & ſine ſegnitia verecundus. de Finib. 50 a, Rudem eſſe in noſtris poëtis, inertiſſimæ ſegnitiæ eſt.

SEGNITIES, ei. *ſegnitia.* de Orat. 100 a, Caſtigemus etiam ſegnitiem hominum & inertiam.

† Syntaxis. *Inertiſſima ſegnitia. Segnities & inertia.*

SEGREGANDVS, a, um. Offic. 58 a, In figura hominis feritas & immanitas belluæ, à communi tanquam humanitate corporis ſegreganda. pro Ar. 186 a, Aliquem à numero ciuium ſegregandum eſſe, vel non eſſe.

SEGREGATVS, a, um. *ſecluſus.* Tuſc. 244 a, Beata vita ſola relicta, & comitatu pulcerrimo ſegregata.

SEGREGO, as *ſeparo.* de Natur. 65 a, Eloquentia nos à vita immani & fera ſegregauit. de Fin 96 b, Qui virtutẽ à ſummo bono ſegregauerunt. de Aruſp. 249 b, Qui antea voce præconis à liberis ſemouebantur, ijs tuis ludis liberos à ſe ſegregauerunt. de Orat. 159 b, Iambum & trochæum frequentem ſegregat ab oratione Ariſtoteles. I.A.200 a, Excluſit illum à republ. diſtraxit, ſegregauit ſcelus illius. * de Orat. 126 a, & 163 a, *Poët.* Segregare abs te auſus?

SEIVGATVS, ta. *ſeiunctus.* de Diu. 95 a, Partem animi quæ ſenſum habeat, non eſſe ab actione ſeiugatam.

SEIVNCTIO, onis. *tranſitio, ornamentum verborum.* de Or. 162 a, Et ab eo quod dictum eſt, ſeiunctio.

SEIVNCTVS, a, um. *ſeiugatus.* in Verr. 192 a, Defenſio remota ab vtilitate reipub. ſeiuncta à voluntate legis. Orat. 203, Orator ſeiunctus ab Philoſophorum eloquentia. Ep. 10 a, & 146 a, Si hoc tempore omni, quo ſeiuncti fuimus, & vnà Romæ fuiſſemus.

SEIVNGENDVS, a, um. I.V.34 a, Quòd me ex fortiſſimorũ ciuium numero ſeiungendum non putâris.

SEIVNGO, gis. *ſeparo, ſegrego, ſemoueo.* de Nat. 71 b, Fortunam nemo ab inconſtantia & temeritate ſeiunget.

SEIVNGOR, ris. in Cat. 102 a, Dummodo tua calamitas à reipub. periculo ſeiungatur.* Acad. 40 a, Quid ſit illud verum & ſimplex bonum, quod non poſſit ab honeſtate ſeiungi. de Fin. 62 b, Quibus *amicitijs* partis confirmatur animus, & à ſpe pariendarum voluptatum ſeiungi nõ poteſt.

SELECTIO, onis. *electio, ſecretio.* de Fin. 73 b, Vt eam *virtutem* rerum ſelectione expoliarent. * de Fin. 92 b, Vt nulla ſelectione vterentur eius. & 94 a, Vt ſelectione dignũ ſit. de L. 188 b, Sed eſt iniqua in omni re accuſanda prætermiſſis bonis malorum enumeratio, vitiorumq; ſelectio.

SELECTVS, a, um. *electus.* de Nat. 18 a, Selectæ breuesq́; ſententiæ. pro Clu. 42 b, Prætores vrbani iurati debent optimum quemq; in ſelectos iudices referre. I.V. 115 a, Selecti è conuentu iudices.

SELEVCIA, ciæ. *vrbs in Antiochia.* Ep. 123. Cælij.

SELEVCIANA prouincia Att. 67.

SELIGO, gis. *deligo, ſeiungo.*)(*reijcio.* Orat. 201 a, Nec verò vtetur imprudenter hac copia, ſed omnia expendet ac ſeliget. & 206 a, Quæ exempla ſelegiſſem, niſi, &c. de Fin 95 a, & 97 a, Illud autem vt feriat, quaſi ſeligendum, non expetendum.

SELLA, læ. *ſedes.* I.C. 122 a, Nemo opifex inuentus eſt, qui non ipſum illum ſellæ atq; operis & quæſtus quotidiani locũ ſaluum eſſe velit. de Diu. 105 a, Illo die, quo primùm in ſella aurea ſedit. I.V. 127 b. 178 a, Prætor palam de ſella ac tribunali pronunciat, ſi quis, &c. & 100 b, & 101 b, & 177 b, Prætor properans de ſella exiliuit. I.A. 176 b, Sedebat in roſtris Cæſar in ſella aurea coronatus. * de Diu. 101 b, Vt in eius ſella requieſceret.

* SELLVLARIVS, ij. Incer. De plebeia fece ſellulariorum.



SELONIVM, nij. de Diu. 97 a, Roſcius, qui cùm eſſet in cunabulis, educareturq; in Selonio, qui eſt campus agri Lanuuini. & 122 a, De ipſo Roſcio poteſt illud quidem eſſe falſum, vt circumligatus fuerit angui, ſed vt in cunis fuerit anguis: non tamen mirum eſt, in Selonio præſertim, vbi apud focum angues nundinari ſolent.

* SEMAE AQVAE. *Baianæ.* Ep. 266 a, Puto vtrunq; ad aquas Semas. *Alij legunt aquas Sciemus.*

SEMEL. pro Font. 279 b, Galli pecuniam ſemel, atq; iterum, ac ſæpius inuitiſſimi dare coacti ſunt. pro Dom. 228 b, Patria bis à me ſeruata, ſemel cùm, &c. iterum cùm, &c. de Inu. 64 a, Semel & ſæpius, &c. Att. 69 b, Nullas adhuc literas acceperam, præter quæ mihi binæ ſemel in tribunali redditæ ſunt: *aliter, ſimul.* Att. 228 b, Antonius ſemel induxit animum, ſibi licere quod vellet: *id eſt, omnino.* in Anton. 198 a. Cùm antem ſemel gladium ſcelere imbuiſſet, nulla res ei finem cedendi afferret.* pro C. Cornel. 1. Semel priuatim à patre, iterum publicè à lege coactus.

SEMEN, nis. *materia ſerendi.* de Sen. 87 b, Terra cum gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excepit, primum id occatum cohibet, &c. Deinde tepefactum vapore & complexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem. de Diu. 107 a, In ſeminibus ineſt vis earum rerũ quæ ex his progignuntur. de Senect. 88 a, Terra, quę ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugũ aut ſtirpium minutiſſimis ſeminibus tantos truncos, ramosq́; procreat. de Nat. 42 a, Seminis enim vim eſſe tantam, vt id, quanquã ſit perexiguum, tamen ſi inciderit in concipientem comprehendentemq́; naturã, nactumq́; ſit materiam, qua aliquid augeri poſſit: ita fingat & efficiat in ſuo quicq; genere, partim vt tantummodo per ſtirpes alantur ſuas, partim vt moueri etiam & ſentire & appetere poſſint, & ex ſeſe ſimilia ſui gignere. de Diu. 128 a, Seminum vis, quæ ad gigendũ procreandumq́; plurimũ valet. & 122 b, Itáne cenſes? antè coronam extitiſſe, quàm herbarum cõceptum eſſe ſemẽ? pro S.R. 26 a, Attilius ille ſua manu ſpargens ſemen. in Ant 171 a, Vt in ſeminibus cauſa eſt arborum & ſtirpium, ſic huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. ad Her. 25 b, Triptolemus, cùm omnibus ſemen largiretur, ipſe ab alijs id mutuaretur. in Arat. Semina terræ mando. cont. Rull. 85 a, Aliquid ingenerari hominibus à ſtirpe generis ac ſeminis.* de Nat. 31 a, Omnia, quæ terra concipiat, ſemina, quęq́; ipſa ex ſe generata ſtirpibus infixa contineat, ea temperatione caloris & oriri & augeſcere. & 51 b, Omnia eam vim ſeminis habent in ſe, vt ex vno plura generẽtur. Idq́; ſemen incluſum eſt in intima parte earum baccarum, quæ ex quaq; ſtirpe funduntur; ijſdemq́; ſeminibus & homines affatim veſcuntur, & terræ eiuſdem generis ſtirpium renouatione complentur. ibid. Quum in locis ſemen inſedit, rapit omnem ferè cibum ad ſeſe, eoq; ſeptum fingit animal.

¶ *Principium, origo, primordia.* de Diuin. 81 a, Quòd Zeno in ſuis cõmentarijs quaſi ſemina quædam ſparſiſſet. in Cat. 103 b, Stirps ac ſemen malorum omnium. Offic. 38 b, Nec verò vnquam bellorum ciuilium ſemen & cauſa deerit, dum, &c. de Diu. 115 a, Semina malorum, quæ in his medijs incluſa ſunt, in contrarias partes ſe vertere.

¶ *Sanguis, natio.* cont. Rull. 85 a, Virtus, quæ propria eſt Romani generis atq; ſeminis.

SEMENTIS, tis. *ſatio.* de Or. 106 b, Nemo ignorat, quid ſit ſementis ac meſſis, quid arborũ putatio ac vitium. I. V. 175 b, Semẽte prohibita ac meſſe amiſſa. de Orat. 133 a, Vt ſementem feceris, ita metes. de Nat. 75 a, Hanc igitur à dijs tantam arbitramur malorum ſementem eſſe factam? Att. 140 b, Quod ſcribis, moleſtè fero, in agro Sabino ſementem fieri proſcriptionis.

SEMESTRIS, ſtre. *ſex menſium.* Attic. 161 a, Iam intelliges id regnum vix ſemeſtre eſſe poſſe.

SEMIANIMVS, a, um. *exanimatus, ſemiuiuus.* de Diuin. 102 a, Anguis ſemianimus. *Ennij poëtæ.*

SEMIASSVS, a, um *ſemiuſtus.* Tuſc. 171 b, Heu reliquias ſemiaſſi regis.

SEMICIRCVLVS, li. de Fin. 138 a, Circulos aliquos, aut ſemicirculos conſectari.

SEMIDOCTVS, a, um. de Orat. 124 a, Hæc apud doctos ſemidoctus ipſe percurro.

SEMIFERVS, a, um. de Nat. 48 a,

*Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe.* & in Arat.

SEMIGRO, as. *ſecedo.* p Cęl. 41 a, Cęlius permittẽte patre ab eo ſemigrauit, conduxit in Palatio domum. & pro Cl. 40.

SEMIHORA, ræ pro Rab. 91 b, * Me ex comparato & conſtituto ſpatio defenſionis in ſemihoræ curriculũ coëgiſti.

SEMILIBER, a, um. Att. 215 a, Obſecro abijciamus iſta, & ſemiliberi ſaltem ſimus.

SEMINARIVM, rij. *ſemen.* I. C. 109 a, Qui ni pereunt, ſcitote hoc in republ. ſeminarium Catilinarium futurum. I. P. 100 b,

P. 100 b, Ex illo fonte & ſeminario triumphorum arida folia laurea retuliſti. Offic. 11 b, Id autem eſt principium vrbis, & quaſi ſeminarium reipubl. * I. A. 246 b, Huc accedunt Alaudæ cæteriq; veterani, ſeminarium iudicum tertiæ decuriæ.

Seminator, oris *ſator*. de Nat. 43 a, Omnium rerum ſeminator, & ſator, & educator, & altor eſt mundus. & 73 a, Seminator omnium malorum.

Seminor, ris. *ſeror*. de L. 165 a, Nullius agricolæ cultu ſtirps tam diuturna, quàm poëtæ verſu ſeminari poteſt.

Semiplacentinvs, a, um. I. P. 82 a, Cæſonius Semiplacentinus Caluentius. * in L. Piſon. Prius Gallus, dein Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberi eſt cœptus.

Semiplenvs, a, um. I. V. 248 b, Decem naues ſemiplenæ.

Semisomnis, ne. *ſemiſomnus*. I. V. 255 a, Cùm is etiam ſemiſomnis ſtuperet.

* Semisomnvs, i ſemiſomnis. Ep. 94 b, Cùm illi ſpectarent communes mimos ſemiſomni.

Semissis. *aſſis dimidium, vel nummi pars*. pro Seſtio 15 b, Vt remiſſis ſemiſſibus & trientibus quinta propè vectigaliū tolleretur. Ep. 66 a, Simul verò ſemiſſis homo contra me arma tulit. & 63 a, Homini ſemiſſis magna copia eſt *aliter, Omnino ſemiſſium, vel ſemiſſibus*. ad Her. 4 b, Lex frumentaria de ſemiſſibus & trientibus. * Ep. 63 a, Omnino ſemiſſibus magna copia eſt. Att. 250 a, De Tulliano ſemiſſe M. Axianum adhibebis.

Semita, tæ. *trames, via*. I. V. 120 a, Pecuniam qua via modò viſa eſt exire ab iſto, eâdem ſemita reuertiſſe. cont. Rull. 85 b, Romam in montibus poſitam & conuallibus, non optimis vijs, anguſtiſſimis ſemitis præ ſua Capua planiſſimo in loco explicata, ac præ illis ſemitis irridebunt atq; contemnent. de Prou. 75 b, Semitam tantùm Galliæ tenebamus antea. Offic. 45 a, Vt Oreſti nuper prandia in ſemitis decimæ nomine magno honori fuerunt.

Semivivvs, a, um. Attic. 101 a, Parthi repentè Bibulum ſemiuiuum reliquerunt. I. P. 86 a, Abiecti hominis, & ſemiuiui vox. pro Seſt. Semiuiuis vocibus mercenarium reclamatum.

Semivstvlatvs, a, um. pro Mil. 108 a, Cadauer P. Clodij infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum.

Semivstvs, a, um. in Ant. 177 b, Ipſę faces, quibus ſemiuſtum latus iſtius eſt.

Semotvs, a, um. de Fin. 73 b, Cæterorū ſententijs ſemotis.

Semovendvs, a, um. Acad. 45 a. & de Fin. 73 a, Strato ab ea diſciplina ſemouendus eſt. & 73 b, A' philoſophia ſemouendas *ſententias* putabo. de Finib. 129 a, Voluptatem ſemouendam eſſe putabo.

Semoveo, es. *ſecerno, remoueo*. de Orat. 144 b, Neq; res lumē habere poſſunt, ſi verba ſemoueris.

Semoveor, ris. de Aruſp. 249 b, Qui ſerui antea voce pręconis à liberis ſemouebantur, tuis ludis non voce, ſed manu liberos à ſe ſegregabant.

Semper. *omni tempore, totos dies, dies omnes ac noctes, dies atque noctes, dies noctesq;, noctes & dies, in omni vita, dum hominum genus erit, in perpetuum, nunquam non, ab æternitate, omne tempus ætatis, hoc vigebit memoria ſeculorum omnium*. Tuſc. 159 a, Quod ſemper mouetur, id æternum eſt. Offic. 7 a, Commutatur officium, vt non ſemper ſit idem. de Orat. 93 a, Semper ego à genere hoc toto ſermonis refugi.

Sempiternvs, a, um. *æternus*. de Nat. 6 a, Plato dixit mundum fore ſempiternum. & 36 b, Nihil immutat ſempiternis ſeculorum ætatibus. I. C. 222 b, Ignis Veſtæ perpetuus & ſempiternus. de Somn. 128 b, Stellarum curſus ſempiterni. de Orat. 124 a, Noſtra conſilia in ſempiternum tempus ſpectare debent. de Amic. 102 b, Veræ amicitiæ ſempiternæ ſunt. Poſtquam. 198 a, Sempiternam pœnam ſuſtinere. Epiſt. 68 b, Sempiterna gloria. Attic. 226 b, Illi non heroës, ſed dij futuri quidem in gloria ſempiterna ſunt, pro Rab. 96 b, Optimi & ſapientiſſimi cuiuſq; animus ita præſentit in poſterum, vt nihil niſi ſempiternum ſpectare videatur.

† Syntaxis. *Perpetuum ac ſempiternum. Id ſpectat in ſempiternum tempus. In ſempiterna gloria beatus.*

* Sempronianvs, a, um. Ep. 200 b, Sempronianum Senatuſconſultum.

* Semproniva. a, um. de Clar. 184 b, Vt legem Semproniam frumentariā populi frequētis ſuffragijs abrogauerit.

Semvncia, æ. I. V. 213 a, * Ille in auri ſemuncia totam Hiſpaniam ſcire voluit, vnde prætori annulus fieret. pro Cæcin. 288 a, Facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cæcinnam.

Semvrivs, rij. *locus*. L. Remvrivs.

Senariolvs. Tuſc. 241 a, Tenebam enim quoſdam ſenariolos, quos in eius monumento eſſe inſcriptos acceperam, qui declarabant.

Senarivs. *verſus, præſertim Iambicus, à ſex pedibus dictus*. Or. 215 b, Senarios & hyponacteos effugere vix poſſumus. & ibidem a, Comicorum ſenarij propter ſimilitudinem ſermonis ſic ſæpe ſunt abiecti, vt nonnunquam vix in his numerus & verſus intelligi poſſit.

Senator, oris. *pater, pater cōſcriptus, qui cōſilio ac ſapientia regere ac gubernare Rempub. poteſt*. Poſtq. 210 a, Cùm CCCCX ſenatores eſſetis. I. A. 252 b, Is apertam curiam vidit poſt Cæſaris mortē, mutauit calceos, pater conſcriptus repentè factus eſt. de Senect. 88 b, In agris erant tunc ſenatores, id eſt, ſenes. de Leg. 192 a, Senatori tria iuſſa ſunt: vt adſit, nam grauitatē res habet, cum frequens ordo eſt: vt loco dicat: id eſt, rogatus: vt modo, ne ſit infinitus. * pro Clu. 50 b, Senatorem hoc queri non poſſe, propterea quòd ea conditione propſita petere cœpiſſet, quodq́; permulta eſſent ornamēta, quibus eam mitigare moleſtiam poſſet: locus, autoritas, domi ſplendor, apud exteras nationes nomen & gratia, toga prætexta, ſella curulis, inſignia, faſces, exercitus, imperia, prouinciæ. de Orat. 103 a, Neq; verò ſi quis vtrumq; poteſt, aut ille conſilij publici autor, ac ſenator bonus, ob eam ipſam cauſam orator eſt. I. V. 244 b, Qui licuerit ædificare nauem ſenatori? I. A. 155 a, Quo in genere ſenatores deeſſe non ſolent. Coguntur enim non pignoribus, ſed eorum, quorum de honore agitur, gratia. ibid. Vt penè liberum ſit ſenatori non adeſſe. ibid. Quis vnquam tanto damno ſenatorem coëgit? Ep. 46 a, In ſenatum, ſiue potius in conuentum ſenatorum eſſe venturum. Att. 85 b, Vt fame ſenatores quinq; necarentur.

Senatorivs, a, um. pro Fl. 155 a, Lyſanias adeptus eſt ordinem ſenatorium. Offic. 33 b, Literæ forenſes & ſenatoriæ. Tuſcul. 148 a, Senatorijs muneribus liberatus. * pro Pomp. 15 b, Cuius à ſenatorio gradu ætas longè abeſſet. C. Cornel. 1. Senatoria ſubſellia.

Senatvs, tus. *ordo ampliſſimus, ſummus ordo, conſilium ſenatus, conſilium publicum, ampliſſimum conſilium, ſummum conſilium, ampliſſimus magiſtratus apud Lacedæmonios*. de Sen. 81 a. pro Dom. 227 b, Senatus eſt ſummum populi Rom. conſilium. I. C. 107 a, Senatum in ædem Iouis Statoris vocaui, rem omnem ad P. C. retuli. pro Syll. 179 b, Cùm in Capitolium nos ſenatum conuocaſſemus. Academ. 36 a, Cùm Diogenes & Carneades ad ſenatum in Capitolio ſtarent. contra Rull. 64 a. de Orat. 143 a, Senatus frequens vocatu Druſi in curiam venit. Att. 85 b, Scaptius incluſum in curia ſenatum Salamine obſederat, vt fame ſenatores quinque necarentur. Epiſt. 46 a, Scripſiſſe te fruſtra in ſenatum, ſiue potius in conuentum ſenatorum eſſe venturum. Epiſt. 4 a, Senatus haberi ante calend. Feb. per legem Puppiam nō poteſt. & 3 b, Dimittere ſenatum. de Sen. 85 b, Eijcere aliquem è ſenatu. pro Flac. 155 a, In ſenatum venire. & ibid. In ſenatum peruenire. de Sen. 81 a, Conſilium, ratio, ſententia: quæ niſi eſſent in ſenibus, non ſummum conſilium maiores veſtri appellaſſent ſenatum. Qu. frat. 314 b, Tyrijs eſt ſenatus datus frequens. I. A. 194 a, Antonius ſenatum: id eſt, orbis terræ conſilium delere geſtit. de Leg. 189 b, Senatus eſt dominus publici conſilij. & 190 a, Poteſtas in populo, autoritas in ſenatu eſt. * con. conc. Qu. Met. Ad Senatum adduci iuſſi, in Senatu ſunt poſiti. Frag. ep. Amici à te contemni ac deſpici, ac pro nihilo haberi Senatum velint. ibidem. Vt mirum Senatus conuicium exceperit. pro Dom. 225 b, Senatum conſules vetabant. & 226 b, Videbam viuo Senatu populoq; Rom. celerem mihi ſumma cum dignitate reditum. de Aruſp. 257 b, Deinde euerſo ſenatus (vt ego ſemper dixi) comite: duce (vt ille dicebat) ſenatum ipſum principem ſalutis mētisq; publicæ, vi, cæde, incendijsq́; peruertit pro Seſt. 26 a, Qui redire ipſe Carthaginem ſua volūtate ad ſupplicium, quàm ſine ijs captiuis, à quibus ad ſenatū miſſus erat, Romæ manere maluerit. ibid. Quē vnquam ſenatus ciuem, niſi me, nationibus exterit cōmendauit? Cuius vnquā propter ſalutē niſi meam, ſenatus publicè ſocijs populi Rom. gratias egit? De me vno P. C. decreuerunt, vt. ibid. Quod nunquā ſenatus in vniuerſæ Reipub. periculo decreuit, id in vnius mea ſalute conſeruanda decernendū putauit. ibid. Cuius ſententiam ita frequentiſſimus ſenatus ſecutus eſt. ibid. Idq́; ſenatum grauiſſimè laturum, &c. Qua grauitate ſua cum frequens ſenatus nonnullorum ſcelus audaciamque tardaſſet, tum illud addidit. ibid. Decreuit eodem tempore ſenatus, vt. Vt hi, qui à Senatu de me rogabantur, eidem ſenatui pro me ſupplicarent. pro Seſt. 26 b, Vt conſilium ſenatus Reipub. præponerent ſempiternum. ibid. Senatum Reipub. cuſtodem, præſidem, propugnatorem collocauerūt. ibid. Senatum autem ipſum proximorum ordinum ſplendore confirmari voluerunt & 27 a, Qui Senatus conſilium, &c. neglexerunt. in Vat. 36 a, Ne hoc quidem ſenatui relinquebas? qđ nemo vnquā ademit: vt legati ex eius ordinis autoritate legarentur? Adeóne tibi ſordidum conſilium publicum viſum eſt? adeò afflictus ſenatus? vt non nun-

cios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici conſilij autores, non miniſtros muneris pronuncialis ſenatus more maiorum deligere poſſit? Eripueras ſenatui prouinciæ decernendæ poteſtatem, imperatoris deligendi iudicium, ærarij diſpenſationem. I.A.160 a, In te, M. Antoni, id decreuit ſenatus, & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis. de Legib. 172 a, Quæ *leges* vno verſiculo ſenatus, puncto temporis ſublatæ ſint. de Sen. 89 a, A' villa in ſenatum acceſſebantur Curius & cæteri ſenes. Epiſtol. 2 a, Senatus religionis calumniam non religione, ſed maleuolentia & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. ibidem. In ſenatu palàm ſic egit cauſam tuam. & b, Te autorem ſenatus retineat. Epiſtol. 3 a, Idib. Ianuarijs in ſenatu nihil eſt confectum. ibidem. Viſi ſumus ſenatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem commouere. ibidem. Videbatur nobis reconciliata voluntas ſenatus eſſe. & b, Senatus eſt dimiſſus. ibid. Poſt tuum diſceſſum is dies primus honeſtiſſimus nobis fuerat in ſenatu. ibidem. Eo die ſenatus erat futurus. ibid. Nos in ſenatu dignitatem noſtram retinebimus. ibid. De his rebus pridie quàm hæc ſcripſi, ſenatus autoritas grauiſſima interceſſerat. Epiſtol. 4 a, Cùm in ſenatu pulcherrimè ſtaremus. ibid. Cauſam frequenti Senatu in magna varietate, magnaque inuidia eorum, &c. obtinebamus. & b, Dignitatis tuæ nemo eſt quin exiſtimet habitam eſſe rationem ab ſenatu. ibid. Senatus ſtudium. Epiſt. 5 b, Nihil tibi detraxit ſenatus, niſi id. Quin. frat. 306 a, Licinius ad me miſſo ſenatu veſperi venit. ibid. Senatus fuit frequentior quàm putabamus eſſe poſſe menſe Decembri ſub dies feſtos. ibid. Quid ſenatus ſentiret. & b, Tum ille ſe ſenatum negauit tenere. ibid. Cato contradixit & Caſſius maxima acclamatione ſenatus, cum comitia iudicijs anteferret. ibid. Eum tanquam reum accuſaui multis & ſecundis admurmurationibus cuncti ſenatus. Quin. frat. 307 a, Reliqua cum eſſet in ſenatu contentio. & b, Per quos dies ſenatus haberi non poterat. Quin. frat. 308 a, Senatus vocatus in curiam, Pompeius domum. Neque ego tamen in ſenatum. & b, Ad V I. Iduum Febr. ſenatus ad Apollinis fuit. ibid. Ne opprimatur, &c. non æquo ſenatu. Quin. frat. 312 a, Eodem die vehementer actum de agro Campano clamore ſenatus propè concionali. ibid. Magno cum gemitu ſenatus Conſules non ſunt perſecuti eorum ſententias.

SENATVS, ti. *teſte Chariſio lib. 1. Cicero quoque de Diuin. in Verr.* Quod in vnaquaq; re beneficio ſenati.

SENATVSCONSVLTVM, ti. *decretum ſenatus, lex ſenatus, autoritas ſenatus, ſcripta, principum decretum.* Quin. frat. 312 a, S. C. factum eſt de ambitu in Afranij ſententiam. de Ar. 245 a, Senatuſconſultum, quod contra illum pro religione factum eſt. Epiſt. 6 b, Senatuſconſultum nullum extat, quo reductio regis tibi ademta ſit. Quin. frat. 308 b, Ad Apollinis S. C. factum eſt, ea quæ facta eſſent ad VII Iduum Febr. contra remp. eſſe facta. Epiſt. 151 b, Ita enim S. C eſt perſcriptum, vt à me de ſcripto dicta ſententia eſt. Att. 83 a, S. C. vt néve Salaminijs, néve q eis dediſſet, fraudi eſſet. Attic. 151 a, Cæſar volet S. C. facere, volet augurum decreta. I.P. 83 a, Conſul edicit, vt ſenatus S. C. ne obtemperet. I.A. 188 a, Antonius effugere feſtinans, S. C. de ſupplicatione per diſceſſionem fecit, cùm factum eſſet antea nunquam. Attic. 124 a, Quæ verò S. C. video? I.A. 201 a, b, & 202 b, & 203 a, b, Formula ſenatuſconſulti de D. Bruto. * C. Corn. 1, Quo de genere perſæpe S. C. fiunt, vt nuper de ipſa lege Calpurnia, cui derogaretur, contr. C. Ant. Q. Mucium Senatuſconſulto prohibete. Hortenſ. Confectis Senatuſconſultis. pro Seſt. 26 a, Vt literis conſularibus ex Senatuſconſulto cuncta ex Italia omnes conuocarentur. ibid. Nam quid ego illa de me diuina ſenatuſconſulta cõmemorem? vel quod in templo Iouis Opt. Max. factum eſt, &c. vel quod eſt poſtridie decretum in curia, populi ipſius Rom. & eorum, qui ex municipijs conuenerant, admonitu. I.A. 201 a, Quamobrem his verbis, patres conſcripti, Senatuſconſultum faciendum cenſeo. Epiſtol. 200 b, Niſi fortè etiam illi Semproniano ſenatuſconſulto me cenſes affuiſſe, qui ne Romæ quidem tum fui, deq; eo ad te ſcripſi re recenti.

† Syntaxis. *Senatus, princeps eſt ſalutis, ac mentis publicæ. Vocare, conuocare ſenatum. Ad ſenatum ſtare. Frequens venit ſenatus. Senatus habitus, dimiſſus. Dare alicui ſenatum frequentem. Senatuſcon. factum, extat, perſcribitur.*

* SENECTA, æ. *ſenectus.* de Senect. 82 a, Tum etiam in ſenecta hoc reputo miſerrimum, ſentire ea ætate eſſe odioſum ſe alteri *ex Cæcilio.*

SENECTVS, utis. *propè acta iam ætas decurſaque, vltimum tempus ætatis, maturitas ætatis, ingraueſcens ætas, exacta ætas, extrema ætas, exacta iam ætas, canicies, vetuſtas.* de Finib. 132 a, Homo confectus ſenectute. de Orator. 107 b, Subſidium belliſſimum eſſe exiſtimo ſenectuti ocium. de Cl. 180 b, M. Fabius vixit ad ſummam ſenectutem. Epiſtol. 14 a, Populus Athenienſis propè iam deſipiens ſenectute. de Clar. 189 a, Triarij plena literatæ ſenectutis oratio. Orat. 213 b, Habet autem vt in ætatibus autoritatem ſenectus, ſic in exemplis antiquitas. de Cl. 165 b, Cùm oratio caneſceret, haberetque ſuam quandam maturitatem, & quaſi ſenectutem. I. A. 219 b, Cùm eſſet ſumma ſenectute, & perdita valetudine. * Hortenſ. Vixit ad ſummam ſenectutem valetudine optima. Acad. Qui ſecum ad ſenectutem vſque vixiſſent. de Orat. 101 b, Senectuti celebrandæ & ornandæ quod honeſtius poteſt eſſe perfugium, quàm iuris interpretatio? ibidem. Decus atque ornamentum ſenectutis. & 107 a, Quod dicis ſenectutem à ſolitudine vindicari iuris ciuilis ſcientia: fortaſſe etiam pecuniæ magnitudine. Topic. 223 b, Hoc enim quaſi adoleſcentiam florem ætatis, ſenectutem occaſum vitæ velit definire. & b, Aliquid ad requiem ſenectutis excitat. ibidem. Suſidium ſenectutis. Academ. 30 a, Mundus ita eſt vndique aptus, vt nulla ſenectus diuturnitate temporum exiſtere queat. Tuſculan. 168 b, Nihil eſt homini prudẽtia dulcius: quam, vt cætera auferat, affert certè ſenectus. ibidem. Nónne modò pueros, modò adoleſcentes, in curſu à tergo inſequens nec opinantes aſſecuta eſt ſenectus? de Diuinat. 109 a, Interiectus etiam eſt nuper is *liber*, quem ad noſtrum Atticum de Senectute miſimus. de Legib. 158 a, Senectutis non inertis grato atque honeſto fungerer munere. ibidem. Vt quemadmodum Roſcius familiaris tuus in ſenectute numeros in cantu ceciderat, ipſasqúe tardiores fecerat tibias: ſic tu à contentionibus quotidie relaxes aliquid. ibidem. Quod ſuſtinere cum vel ſumma ſenectus poſſe videatur. Offic. 25 a, Nihil magis cauendum eſt ſenectuti, quàm ne languori ſe deſidiæque dedat. Luxuria verò cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. ibidem. Quòd & ipſa ſenectus concipit dedecus, & facit adoleſcentium impudentiorem intemperantiam. de Sen. 77 a, Mihi viſum eſt de ſenectute aliquid ad te ſcribere. Hoc enim onere aut iam vrgentis, aut certè aduentantis ſenectutis, & te & me ipſum leuari volo. ibidem. Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, vt non modò omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed effecerit mollem etiam & iucundam ſenectutem. de Sen. 77 b, Hunc librum de Senectute ad te miſimus. ibidem. Quòd is tam facilè ſenectutem ferret. ibidem. Attribuito Græcis literis, quarum conſtat eum perſtudioſum fuiſſe in ſenectute. ibidem. Catonis ſermo explicabit noſtram omnem de ſenectute ſententiam. ibidem. Quòd ſenectutem tuam nunquam tibi grauem eſſe ſenſerim: quæ pleriſque ſenibus ſic odioſa eſt. ibidem. Quo in genere inprimis eſt ſenectus: quam vt adipiſcantur omnes optant, eandem accuſant adeptam. ibidem. Obrepere aiunt eam citius. de Sen. 78 a, Qui citius adoleſcentiæ ſenectus, quàm pueritiæ adoleſcentia obrepit? ibidem. Præterita ætas quamuis longa cum effluxiſſet, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem. & b, Si id culpa ſenectutis accideret. ibidem. Quorum ego multorum cognoui ſenectutem ſine querela. ibidem. Moderati, & nec difficiles, nec inhumani ſenes tolerabilem agunt ſenectutem. ibidem. Tibi propter opes, & copias, & dignitatem tuam, tolerabilem ſenectutem videri. ibidem. Quod eodem modo de ſenectute poteſt dici. Nec enim in ſumma inopia leuis eſſe ſenectus poteſt, ne ſapienti quidem: nec inſipienti etiam in ſumma copia non grauis. Aptiſſima omnino ſunt arma ſenectutis artes exercitationesque virtutis. de Sen. 79 a, Nec ſenectus mores mutauerat. & b, Miſeram fuiſſe talem ſenectutem. ibidem. Eſt quietè, & purè, & eleganter actæ ætatis placida ac lenis ſenectus, qualem accepimus Platonis. ibidem. Nihil habeo quod accuſem ſenectutem. ibid. Sua vitia inſipientes & ſuam culpam in ſenectutem conferunt. de Sen. 80 a, Equi fortis & victoris ſenectuti comparat ſuam. ibidem. Ita ferebat duo, quæ maxima putantur, onera, paupertatem & ſenectutem, vt eis penè delectari videretur. ibidem. Quatuor cauſas reperio, cur ſenectus miſera videatur: vnam, quòd auocet à rebus gerendis: alteram, quòd corpus faciat infirmum: tertiam, quòd priuet omnibus ferè voluptatibus: quartam, quòd haud procul abſit à morte. ibidem. A' rebus gerendis ſenectus abſtrahit? ibidem. Ad Appij Claudij ſenectutem accedebat etiam vt cæcus eſſet. de Sen. 80 b, Qui in re gerenda verſari ſenectutem negant. ibidem. Conſilio, & autoritate, & ſententia, non modò non orbari, ſed etiam augeri ſenectus ſolet. de Sen. 81 a, Num ſenectutis eum ſuæ pœniteret? ibidem. Prudentia eſt ſenectutis. & b, Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit. ibid. Num

hunc

hunc &c. coegit in ſuis ſtudijs obmuteſcere ſenectus? de Sen. 82 a,

*Adepol ſenectus ſi nihil quicquam aliud vitij*
*Apportat ſecum, cum aduenerit: vnum id ſat is eſt,*
*Quod diu viuendo multa, quæ non vult, videt.*

*Cæcilij* ibid. Lenior fit eorum ſenectus. ibid. Videtis vt ſenectus non modò languida atq; iners non ſit, verum etiam ſit operoſa, & ſemper agens aliquid & moliens. & b, Is locus erat alter de vitijs ſenectutis. ibid. Orator metuo ne langueſcat ſenectute. ibid. Canorum illud in voce ſplendeſcit etiam neſcio quo pacto in ſenectute. ibid. Quid eſt iucundius ſenectute ſtipata ſtudijs iuuentutis? An ne eas quidem vires ſenectuti relinquemus, vt adoleſcentulos doceat, inſtituat, ad omne officij munus inſtruat? de Sen. 83 a, Libidinoſa & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. ibid. Cyrus negat ſe vnquam ſenſiſſe ſenectutem ſuam imbecilliorem factam, quàm adoleſcentia fuiſſet. & b, Non planè me eneruauit, non afflixit ſenectus. ibid. Senectutis maturitas naturale quiddam habet. de Sen. 84 a, Poteſt exercitatio & temperantia etiam in ſenectute conſeruare aliquid priſtini roboris. Non ſunt in ſenectute vires: nec poſtulantur quidem vires à ſenectute. Ergo & legibus, & inſtitutis, vacat ætas noſtra muneribus ijs. ibid. Reſiſtendum ſenectuti eſt. ibid. Pugnandum tanquam contra morbum eſt, ſic contra ſenectutem ibid. Hæc *corpus, mens atque animus*, quoque niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute. ibid. Quæ vitia ſunt non ſenectutis, ſed inertis, ignauæ, ſomniculoſæ ſenectutis. & b, Nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti. ibi. Ita ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit: ſi ius ſuum retinet: ſi nemini mancipata eſt: ſi vſque ad extremum ſpiritum dominatur in ſuos. de Sene. 85 a, Semper in his ſtudijs laboribusq; viuenti non intelligitur quando obrepat ſenectus. ibid. Sequitur tertia vituperatio ſenectutis, quòd eam carere dicunt voluptatibus. & b, Magnam habēdam ſenectuti gratiam, quæ efficeret, vt. de Sen 86 a, Non modò vituperatio nulla, ſed etiam ſumma laus ſenectutis eſt, quòd ea voluptates nullas magnoperè deſiderat. Caret epulis extructisq; menſis, & frequentibus poculis. Caret ergo etiam vinolentia, cruditate & inſomnijs ibid Quanquam immoderatis epulis careat ſenectus, modicis conuiuijs tamen poteſt delectari. & b, Habeo ſenectuti magnam gratiam, quæ mihi ſermonis auiditatem auxit, potionis & cibi ſuſtulit. ibid. Non intelligo, ne in iſtis quidem voluptatibus ipſis carere ſenſu ſenectutem. de Sen. 87 a, Quod ſi iſtis ipſis voluptatibus bona ætas fruitur, libentius primum paruulis fruitur rebus, deinde ijs, quibus ſenectus, etiamſi non abundè potitur, non omnino caret. ibid. Delectatur etiam ſenectus procul eas *voluptates* ſpectans tantum, quantum ſat eſt. ibid. Si habet ſenectus aliquod tanquam pabulum ſtudij atque doctrinæ, nihil eſt otioſa ſenectute iucundius. & b, Quæ *voluptates agricolarum* nec vlla impediuntur ſenectute. de Senect. 88 a, Vt meæ ſenectutis requiem oblectamentúmque noſcatis & b, Senectus eſt natura loquacior, ne ab omnibus eam vitijs videar vendicare. ibid. Poteràtne tantus animus non iucundam efficere ſenectutem? de Senect. 89 a, Num horum ſenectus miſerabilis fuit? ibidem, Sine his *talis & teſſeris* beata eſſe ſenectus poteſt. & b, Vltimum tempus ſenectutis. de Senect. 90 a, Quantum ſpacium ætatis maiores noſtri ad ſenectutis initium eſſe voluerunt. ibidem, Apex ſenectutis eſt autoritas. ibidem, Habet ſenectus, honorata præſertim, tantam autoritatem. ibidem, In omni oratione mementote, eam me laudare ſenectutem, quæ fundamentis adoleſcentiæ conſtituta ſit. ibidem, Miſeram eſſe ſenectutem, quæ ſe oratione defenderet ibidem, Lacedæmone eſſe honeſtiſſimum domicilium ſenectutis. & b, Nuſquam eſt ſenectus honoratior. de Senect. 91 a, Seueritatem in ſenectute probo, ſed eam (ſicut alia) modicam: acerbitatem nullo modo. ibidem, Pauci veniunt ad ſenectutem. ibidem, Crimen ſenectutis. ibid. Fructus ſenectutis eſt in ante partorum bonorum memoria & copia. de Sen. 92 a Senectutis nullus certus eſt terminus: rectéq; in ea viuitur, quoad munus officij exequi & tueri poſſis. ibid Ex quo fit vt animoſior etiam ſenectus ſit quàm adoleſcentia, & fortior. ibidem, Qua tandem ſpe fretus ſibi tam audacter obſiſteret? reſpondiſſe dicitur ſenectute. de Senect. 93 a, Ne ea quidem *ſtudia* in ſenectute quæruntur. Sunt autem extrema quædam ſtudia ſenectutis. de Senect. 94 b, His mihi rebus leuis eſt ſenectus: nec ſolùm non moleſta, ſed etiam iucunda. de Senect. 95 a, Senectus peractio ætatis eſt tanquam fabulæ. ibidem, Hæc habui de ſenectute quæ dicerem: ad quam vtinam perueniatis. de Amic. 96 a, Vt in Catone maiore feci, qui eſt ſcriptus ad te de ſenectute. ibidem, Qui in ipſa Senectute præ cæteris floruiſſet. ibidem, Vt tum ad ſenem ſenex de ſenectute ſcripſi. & b, Cato quaſi cognomen iam habebat in ſenectute ſapientis. Attic. 228 b, *Antonij*. Arbitror malle te quietam ſenectutem & honorificam potius agere, quàm ſolicitam Att. 236 a, Amariorem me ſenectus facit. Attic. 237 b, Parúmne fœda perſona eſt ipſius ſenectutis.

† Syntaxis. *Senectute confectus. Ad ſummam viuere ſenectutem. Caneſcit iam oratio, & maturitatem quandam ſuam habet, ac ſenectutem. Homo ſenectute ſumma.*

* SENENSIS, ſe de Clar. 171 a, Senenſe prælium. *Alij Senonenſe legunt.*

SENESCENS, tis. de Diuinat. 115 a, Arbores ſimul cum luna ſeneſcentes tempeſtiuè cædi. Epiſtol. 107 b, Iam ſeneſcentis morbi remiſſio. de Orator. 109 a, Laudem alicuius iam propè ſeneſcentem ab obliuione hominum vendicare.

SENESCO, ſcis *conſeneſco. ſenex fio* Tuſc. 176 a, Atq; oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, vt iam, quod natura fert, in omnibus ferè rebus ſeneſceat, breuiq; tempore ad nihilum ventura videatur de Orat. 85 a, Senſim & ſine ſenſu ſeneſcit ætas.

SENEX, nis *ætate confectus, exacta ætate, confectus ſenio, vel ſenectute, admodum ſenex.* pro Seſt. 7 a, Et valet apud nos clarorum hominum ſenex de republ. meritorum memoria etiam mortuorum. I. A. 219 b, Q. Mutius ſenex & debilis veniebat in curiam de Sen. 81 b, Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet poſſe viuere. & 83 b, Illud vetus laudatúmq; prouerbium, quod monet, Maturè fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex. & 94 a, Vt de me aliquid more ſenum glorier. I. C. 105 a, Exercitus collectus ex ſenibus deſperatis. * pro Seſt 7 b, Vt ſi gladium paruo puero, aut ſi imbecillo ſeni, aut debili dederis, ipſe impetu ſuo nemini noceat. pro Cæl. 45 a, Remouebo illum ſenem durum ac penè agreſtem. ibid. Huic triſti ac decrepito ſeni reſponderet Cælius I. A. 182 b, Defendi Rempub. adoleſcens, non deſeram ſenex. de Diuin. 100 a, Lacedæmonij ſenibus (ſic enim conſilium publicum appellant) augurem intereſſe voluerunt. de Leg. 171 a, Quæ vis ſenior eſt quàm ætas populorum. de Sen. 81 a, Quæ *conſilium, ratio, ſententia*, niſi eſſent in ſenibus. ibid. Apud Lacedæmonios ij, qui ampliſſimum magiſtratum gerunt, vt ſunt, ſic etiam appellantur ſenes. ibid. Maximas Reſpublicas per adoleſcentulos labefactatas, à ſenibus ſuſtentatas & reſtitutas reperietis. de Senect. 84 a, Nam quos ait Cæcilius comicus ſtultos ſenes, hos ſignificat, credulos, obliuioſos, diſſolutos.

SENI, ſenûm. I. V. 133 a, Pueri annorum ſenûm ſeptenûmque denûm.

SENILIS, le. pro Seſt. 14 a, Senile corpus. de Diu. 119 a, Aliquis puerili ſpecie, ſed ſimili prudentia. de Sen. 84 b, Senilis ſtultitia, quæ deliratio appellari ſolet.

SENIVM, nij. *ſenectus*. de Vniu. 197 b, & 198 a, Vt vnum opus totum atque perfectum abſolueretur, quod omni morbo ſenióque careret pro Mil. 105 a, Tota ciuitas confecta ſenio eſt. * de Sen. 80 a, Equus ſenio confectus.

† Syntaxis. *Senex memoria. Maturè factus ſenex. Senes, id eſt, ſenatores.*

* SENONENSIS, ſe. de Clar. 171 a, Senonenſe prælium. *Alij Senenſe legunt.*

SENSIM. *pedetentim, leniter.*)( *repentè*. Tuſc. 202 a, Senſim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor. Off. 38 a, Senſim hæc conſuetudo & diſciplina minui cœpit. pro Cæl. 42 b, Oratio ſenſim ac leniter accendit animos. I. A. 167 b, Ille ſenſim dicebat, quod cauſę prodeſſet, tu curſim dicis aliena. Or. 199 a, Pòſt ſenſim incedēs vidit, &c. exultauit audaciùs. de Or. 117 b, & 159 b, Senſim obſcurari & euaneſcere. in V. 184 b, Non ſenſim atq; moderatè ad iſtius amicitiam arrepſerat. de Or 107 b, Græci qui vocē cubantes ſenſim excitent de Fi. 134 b, Progredientibus ætatibus ſenſim tardéue potius, quaſi noſmetipſos cognoſcimus. Off. 24 b, Sin minus, ſenſim erit pedetētimq; mutatio facienda. & 34 b Conſuetudo ſenſim eò deducta eſt, vt, &c.

† Syntaxis. *Senſim ac pedetentim Senſim ac leniter. Senſim ac moderatè. Senſim tardéque.*

SENSVM, ſi *ſententia, ſenſus animi, conſilium.* de Or. 87 b, Hoc vno præſtamus feris, quòd colloquimur inter nos, & quæ exprimere dicendo ſenſa poſſumus. & 147 b, Hæc vis ſenſa mentis & conſilia ſic verbis explicat.

SENSVS, ſus *quinq; illi ſenſus animi intelligenter, intima cogitatio*, de Nat. 54 b, Senſus interpretes ac nuncij rerum, in capite tanquam in arce mirificè ad vſus neceſſarios & facti & collocati ſunt. Tuſc. 158 a, Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea quæ videmus: neq; enim eſt vllus ſenſus in corpore: ſed viæ quaſi quædam ſunt ad oculos, ad aures, ad nares, à ſede animi perforatę. de N. 15 a, Epicurus

omnes ſenſus veri nuncios dixit eſſe. de L. 161 a, Natura homini ſenſus tanquam ſatellites attribuit ac nuncios, & rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligentias enodauit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ. contra Rull. 67 b, Ii quibus natura ſenſum dedit. de Finib. 108 a, Neq; ſenſuum fidem ſine ratione, neq; rationes ſine ſenſibus exquiramus. Or. 197 b, Quod neq; oculis, neq; auribus, neq; vllo ſenſu percipi poteſt. de N. 22 a, Speciem Dei percipi cogitatione, non ſenſu & 55 a, Senſu auditus etiã dormientes egemus, à quo cùm ſonus eſt acceptus, etiã è ſomno excitamur. & ibid. b, Ad ſenſus capiendos & perfruendos multæ artes repertæ ſunt. de Sen. 85 a, Senſim & ſine ſenſu ætas ſeneſcit. Att. 45 a, Senſus præſentis memoriæ. *)( recordatio præteritæ felicitatis.* p Mur. 142 a, Fouere hominum ſenſus, delinire animos, adhibere voluptates. Off. 56 a, Si vnumquodq; membrum ſenſum hunc haberet, vt putaret, &c. pro Cæl. 50 a, Cùm iam cæteris ex partibus oppreſſa mens eſſet, extremum ſenſum ad memoriã reipub. reſeruauit. de D. 130 b, Is habet ſenſum oculorum verà cernentiũ. Anteq. 193 b, Vti cum ſpiritu ſenſum quoque adimant iucunditatis de Som. 129 a, Senſu audiendi carens. de D. 95 a, Pars animi quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habet. de Vn. 195 b, Omnia corporata ſenſus mouent, ſenſusq, mouentia quæ ſunt, eâdem in opinatione conſidunt. de D. 131, Qui humanos ſenſus amiſerit, diuinos aſſecutus ſit. & ibid. 110 a, Quæ ſenſibus percipiuntur, quæ ſenſu accipiuntur, quæ ſentiuntur. & 97 b, Vt eum vis quædam abſtraxiſſe à ſenſu mentis videretur. de Or. 161 a, Ea ſunt in communibus infixa ſenſibus. pro Cl. 21 a, Quod in communibus hominum ſenſibus, & in ipſa natura poſitum atq; infixum eſt. de Fin. 75 b, Oculorum eſt in nobis ſenſus acerrimus. I. A. 182 b Stupor ſenſus. Tuſc. 249 b, Etiámne ſi ſenſu carebit oculorũ? ſi auriũ? de N. d. 34 a, Animal ſenſu acerrimo eſſe I. V. 157 a, Senſum expone, quem oculis animoq; accepit de Nat. 65 b, Omne animal ſenſus habet: ſentit enim calida, & frigida, & dulcia & amara: nec poteſt vllo ſenſu iucunda accipere, & non accipere cõtraria. & 66 b, Si voluptatis ſenſum capit, doloris etiam capit pro Seſt. 13 b, Animos hominum ſenſuſq; morte non reſtingui. Oct. 331 a, Si non vnà cum corpore ſenſus omnis vno atq; eodem conſumptus eſt igni. de Vniu. 196 b, Quod in cernẽdi ſenſum caderet. * Hortenſ. Qui dies & noctes velit ita moueri ſuos ſenſus, vt mouentur in ſummis voluptatibus. de Orat. 141 Quæ eſſent à ſenſu tradita atq; impreſſa. Acerrimum autem ex omnibus noſtris ſenſibus eſſe ſenſum videndi. Acad. 6 a, Ordiamur à ſenſibus, quorum ita clara iudicia & & certa ſunt. ibid. Contentáne ſit *natura* ſuis integris incorruptiſq; ſenſibus? ibid. Meo iudicio ita eſt maxima in ſenſibus veritas, ſi & ſani ſunt & valentes, & omnia remouentur quæ obſtant & impediunt. & b, Qui non in ſenſibus cuiuſq; generis iudicium requirat acrius. ibid. Quanta vis ſit in ſenſibus. ibid. Qualia ſunt hæc, quæ ſenſibus percipi dicimus, talia ſequuntur ea, quæ non ſenſibus ipſis percipi dicuntur, ſed quodammodo ſenſibus, &c. Animo iam hæc tenemus comprehenſa, non ſenſibus. Acad. 44 b, Tertia philoſophiæ pars, &c. quanquam orietur à ſenſibus: tamen non eſſe iudicium veritatis in ſenſibus. ibid. Senſus omnes hebetes & tardos eſſe arbitrabantur, nec percipere vllo modo res eas, quæ ſubiectæ ſenſibus viderentur: quæ eſſent aut ita paruæ, vt ſub ſenſum cadere non poſſent. Acad. 46 a, Ex quinta natura ſuperiores ſenſus & mentem effici rebantur. ibid. Plurima in illa tertia philoſophiæ parte mutauit. In qua primum de ſenſibus ipſis quædam dixit noua, quos iunctos eſſe cenſuit è quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus. & b, Quod erat ſenſu comprehenſum, id ipſum ſenſum appellabat ibid. E quo ſenſibus etiam fidem tribuebat, quòd comprehẽſio facta ſenſibus, &c. de Fin. 53 a, Iudicia rerum in ſenſibus ponit: quibus ſi ſemel aliquid falſi pro vero probatum ſit. de Nat. 33 b, Ille corporeus, vitalis & ſalutaris *ignis* omnia conſeruat, alit, auget, ſuſtinet, ſenſuq; afficit. de Leg. 156 a, b, Quia non idem contingit in ſenſibus, hos natura certos putamus. ibid. Senſus noſtros non parens, non nutrix, nõ magiſter, non poëta, non ſcena deprauat, non multitudinis conſenſus abducit. ibid. Quæ penitus in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni voluptas. de Vni 195 b, Quod affert opinionem per ſenſus. de Amic. 98 b, Nec vllus ſenſus maneat. ibid. Senſu amiſſo. de Som. 129 a, Nec eſt vllus hebetior ſenſus in vobis *quàm auditus*. Attic. 45 b, Cæteri dolores mitigantur vetuſtate: hic non poteſt non & ſenſu præſentis miſeriæ, & recordatione præteritæ vitæ quotidie augeri.

¶ *Senſum. ſentẽtia, animus, mens, cogitatio* Parad 116 b, Vereor, ne cui veſtrûm ex Stoicorum hominum diſputationibus, non ex meo ſenſu deprompta hæc videatur oratio. de L. 169 b, Quare ineſt neſcio quid, & latet in animo ac ſenſu meo, quod, &c pro Mil. 109 b, Nihil tam flexibile, quàm voluntas erga nos, ſenſuſq; ciuium. & 115 a, Non ſum tam veſtri ſenſus ignarus atq. expers, vt neſciam quid de morte P. Clodij ſentiatis. Q. de Pet 211 b, Cuius & frons, & vultus, & ſermo ad eorum quos cõuenerit, ſenſum & voluntatem commutandus eſt. de Or. 118 b, Tum definitio & in ſenſum & in mentem iudicis intrare non poteſt. Att. 237 b, Ego perſpexi omnem Hircij ſenſum. & 241 b, Valde mihi placebat ſenſus eius de republ. I. A. 225 a, Quis eſt iſte tuus ſenſus? quæ cogitatio? Brutos vt non probes, Antonios probes? pro S. R. 44 b, Aſſiduitate malorum, ſenſum omnem humanitatis ex animo amiſimus. Or. 215 a, Oratio ad animoruum ſenſus exprimendos reperta. Ep. 16 a, In hũc ſenſum allicior, &c. I. C. 120 b, Ego enim de meo ſenſu iudico. nam, &c. Att. 288 b, Potuiſſem tibi aliquid de meo ſenſu perſcribere. pro S. R. 40 a, Hæc ego pro me ipſo & animi mei ſenſu ac dolore pronuncio. pro Seſt. 7 b, Deniq; etiam ſermonis anſas dabat, quibus reconditos eius ſenſus tenere poſſemus. pro Marc. 133 b, Noſtri enim ſenſus, vt in pace ſemper, ſic in bello etiam congruebant. I. P. 82 b, Odium incluſum nefarijs ſenſibus impiorũ. Ep. 12 b, Vnus ferè ſenſus fuit bonorum omnium. & 10 a, De quo oſtendam paulò pòſt qui ſit ſenſus meus. I. A. 256 b, Si me rectis ſenſibus euntem dij adiuuerint. de Sen. 93 a, Integra mente cęteriſq; ſenſibus de Or. 104 b, Vultus quo ſignificant ingenuè, quo ſenſu quodq; pronuncient. Part. 241 a, Penetrare ad ſenſum opinionemq; iudicis. Poſtq. 212 a, Caius mei ſenſus teſtis eſt hic idem, qui, &c. de Orat. 161 a, Tacito quodam ſenſu iudicare aliquid. Ep. 9 a, Difficile eſt ſenſum in repub. præſertim rectum & confirmatum deponere. de Or. 122 a, Vultus omnes ſenſus animi plerunq; indicat. de Am. 108 a. *)( fronte occultare ſententiam.* * I. V. 87 b, Vidi ſimul cum pop. Rom. forum comitiumq; adornatũ ad ſpeciẽ magnifico ornatu, ad ſenſũ cogitationemq; acerbo & lugubri. Ep. 148 a, *Planci.* Cùm præferremus ſenſus apertè. Ep. 172 a, *Bruti.* Tu à certo ſenſu & vero iudicas de nobis. Att. 65 b, Nemo in terris eſt mihi tam conſentiens ſenſibus.

¶ *Notitia, iudicium, captus, exiſtimatio, vis, pondus.* de Or. 86 a, Quod longiſſimè ſit ab imperitorum intelligẽtia ſenſuq; diſiunctum. ibid. In dicendo vitium à vulgari genere orationis atq; à conſuetudine communis ſenſus abhorrere. & 91 b, Sed hæc erat ſpinoſa & exilis oratio, longeq; à noſtris ſenſibus abhorrebat. & 94 a, Oratio ad vulgarem popularemq; ſenſum accommodata. & 114 b, Quæ verſantur in conſuetudine vitæ, in communi hominum ſenſu. pro Dom. 232 b, An ego poteram inficiari me eſſe hominem & communem naturæ ſenſum repudiare? pro Arch. 191 b, Siue hæc à meo ſenſu poſt mortem abfutura ſunt, ſiue ad aliquam animi mei partem pertinebunt. & 189 a, Si ipſi hæc neq; attingere, neq; ſenſu noſtro guſtare poſſemus. Att. 55 b, Qui ſit hoc tempore aut mentis meæ ſenſus, aut omnino vitæ ſtatus. de Or. 164 a, Sententiæ ſępè acutæ non acutorum hominum ſenſus præteruolant. de Clar. 181 b, Oratio popularis ad ſenſum vulgi moueri debet. de Fin. 92 b, Fieri autem non poſſet, vt appeterent aliquid niſi ſenſum haberent sui. Tuſcul. 168 a, Habere ſenſum alicuius rei. I. A. 294 a, Qui ſenſum veræ gloriæ reperit. * Incer. Illa æquabilitas vitæ non tantum habet ſenſum. Ep. 248 a, Ad meum ſenſum, & ad illud ſincerum ac ſubtile iudicium nihil poteſt eſſe laudabilius, quàm ea tua oratio.

¶ *Cura.* de Amic. 101 a, A natura mihi videtur orta amicitia, applicatione animi cum quodam ſenſu amandi. ibidem, Beſtiæ ex ſe natos ita amant, & ab eis amantur, vt facilè earum appareat ſenſus. ibidem, b, Deinde cùm ſimilis ſenſus extitit amoris, ſi, &c. de Orator. 194 a, Dicendo ſenſus hominum menteſque pertractare. in Verr. 239 b, Ne cum ſenſu doloris aliquo ſpiritus auferatur. & 207 a, Sciebat iſtum in his rebus aliquem ſenſum habere, qui in cæteris nihil ſimile hominis haberet. Atttic. 152 b, Tanta eius humanitas, is ſenſus, &c. de Prou. 69 a, b, Pręcipuum illum & proprium ſenſum doloris mei à ſententia dicenda amouebo. pro Flacc. 166 b, Qui quoniam id ætatis eſt, ſenſum iam percipere poteſt ex mœrore patrio.

¶ *Ipſius ſenſus munus.* pro Rabir. 96 b, Mortui ſenſu & vita carent & 80 b, Et ſi non ero, ſenſu omni carebo. Attic. 278 a, Ne id ipſum carere omni ſenſu doloris, ſit miſerius quã dolere.

¶ *Ingenium, ſtudium, natura.* pro Cor. 63 a, Gaditani à principio ſui generis ac Reipub. ab omni ſtudio ſenſuq; Pœnorũ mentes ſuas ad noſtrũ imperium nomenq; finxerũt *al. flexerunt.* de Aruſp. 248 a, Nec deniq; hoc ipſo huius gẽtis ac terrę domeſtico natiuoq; ſenſu, Italos ipſos ac Latinos

nos ſuperauimus. & 156 b, Ad quem metum ſi deorum monitis non duceremur, tamen ipſi noſtro ſenſu coniecturaq́; raperemur.item, Omnes illius ſenſus cognitos habeo, nihil eſt illi reipublicæ charius.

¶ *Affectus grauitas.* de Or. 125 a, Hoc maximam habet vim, ſi eſt ſuauiter & cum ſenſu tractatum.ibid. Tantum efficitur ſenſu quodam ac ratione dicendi. & 125 b, In commouendis iudicibus ijs ipſis ſenſibus ad quos illos adducere volo, permoueor.

¶ *Dolor.* de Amic. 97 b, Moriendi ſenſum celeritas abſtulit. de Sen. 93 b, Iam ſenſus moriendi, ſi aliquis eſſe poteſt, is ad exiguum tempus durat. I. A. 223 a, Si quis eſt ſenſus in morte.

SENTIENTIA, tiæ *dictum, & oratio breuis, ac præclara.* de Opt. 243 a, Sententiarum totidem genera ſunt, quod diximus eſſe laudum: ſunt enim docēdi acutæ, delectandi quaſi argutæ, commouendi graues. de Opt. 243 b, Eſt vitioſum in ſententia, ſi quid abſurdum, aut alienum, aut non acutū, aut ſubinſulſum ſit. ad Her. 29 b, Sententia eſt oratio ſumpta de vita, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita, breuiter oſtendit. de Or. 11 b, Acutæ crebræq́; ſententiæ. de Nat. d. lib. 1, 18 a, Itaq; in illis selectis eius breuibúſque ſententijs, quas κυρίας δόξας appellatis, hæc ſententia eſt. Tuſc. 161 b, Sententiæ vberes. * Incer. Vtraque earum ſententiarum doctiſſimos habuit autores. de Orat. 95 b, In oratore, &c. ſententiæ philoſophorū, geſtus penè ſummorum actorum eſt requirēdus. de Clar. 190 a, Cumque argumenta excogitabantur ab eo multa & firma ad probandum, tum concinnæ acutæq́; ſententiæ. ibid. Ita recōditas exquiſitasq́; ſententias mollis & pellucens veſtiebat oratio. de Clar. 190 b, Ita facilè ſoluteq́; verbis voluebat ſatis interdum acutas, crebras quidem certè ſententias, vt nihil poſſet ornatius eſſe, nihil expeditius. Or. 220 a, Nec minutos numeros ſequēs concidat, delumbetq́; ſentētias.

¶ *Conſilium, mens, opinio, voluntas, ſuffragium tandem.* de Orat. 111 b, Huius eſt in dando cōſilio de maximis rebus cum dignitate explicata ſententia. & 91 b, Non quo aperiret ſententiam ſuam: hic enim eſt mos Academiæ: ſed tamen hoc ſignificabat, &c. * Acad. Mos fuit Academicis occultandi ſententiam ſuam, nec eam cuiquam aperiendi. de Fin. 80 b, Vide ne non debeas verbis noſtris vti ſententijs tuis. & 81 a, Vt veſtitum, ſic ſententiam habeas, aliam domeſticam, aliam forenſem.

¶ *Formulæ cum verbis Maneo, Diſcedo, Muto, Decedo, Deijcio, Deſiſto, Deduco, Deterreo, Perduco, Sum, &c.* de Fin. 55 b, Hanc ego cum teneam ſententiam, quid eſt, &c. pro Mur. 139 a, Mutare ſententiam, & decedere de ſententia. Attic. 135 a, Manere in ſententia. & 20 b, Permanere in priſtina ſententia. Epiſt. 15 b, Permanere in vna ſententia. & 13 a, Conſtare in ſententia. pro Q. Roſc. 54 b, Perſtare in ſententia. Ep. 28 b, Decedere de ſententia. de Finib. 128 a, Diſcedere de ſententia. & 62 a, Deſiſtere ſententia, & de ſententia. Tuſc. 181 a, & 177 b, Deijci de ſententia. de Diu. 125 a, Deterreri de ſententia. de Clar. 175 a, Deduci de ſententia. Tuſc. 188 a, Deducere aliquem de ſententia. Epiſt. 18 b, Deducere aliquem in ſuam ſententiam. Att. 257 a, Octauius veteranos perduxit ad ſuam ſententiam. ad Her. 23 b, Pluribus verbis ad eam te hortari non eſt ſententia. de Fin. 52 a, Quot homines, tot ſentenriæ. pro Mur. 124 a, Vt noſtræ mentes & ſententiæ cum populi Romani voluntate ſuffragijsq́. conſentiant. * pro Marc. 136 a, Te ſaluo, & in iſta ſententia, qua cùm anteà, tum hodie vel maximè vſus es, manente.

¶ *Cum verbis Dico, Fero, Pronuncio, Rogo, &c.* Quint. frat. 306 b, Poſtea Racilius de priuatis me primum ſententiam rogauit. item, Dixit enim ſeueram, & grauem, repubĺ. dignam ſententiam, &c. item, Si quis eorum qui pòſt rogati eſſent, grauiorem ſententiam dixiſſet, in eam ſe iterum. Offic. 65 a, M. Cato ſententiam dixit. de Am. 106 b, De quibus *finibus in amicitia & quaſi terminis* tres video ferri ſententias, quarum nullam probo. item, Harum trium ſententiarum nulli prorſus aſſentior. Off. 60 b, Cùm verò iurato dicenda ſententia ſit. de Diu. 109 b, In libris ſententiam dicebamus, concionabamur. in Ant. 203 b, Sententiam loco prętorio dicere. Epiſt. 156 b, Dicere ſententiam de aliqua re. Poſtquam. 205 b, P. Lentulus nunquam dubitauit ſententiam de ſalute mea & de repub. dignam dicere, cùm à tribunis pleb. vetaretur, cùm præclarum caput recitaretur, ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne diſputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet. item, Ego eam ſententiam dixi, cui ſunt aſſenſi ad vnum. de Ar. 246 b, Qui primi de hac domo ſententiam dixiſtis. de Fin. 72 a, Epiſt. 3 a, Iudices ſententiam pronunciant. pro Flac. 157 a, Dicere ſententiam ſecundum aliquem. de Cl. 172 a, Conſules re audita amplius de conſilij ſententia pronunciant. pro Cornel. 63 a, De quo fœdere populus Ròman. ſententiam non tulit. I. P. 100 b, Tum tu ipſe de te ſententiam tuliſti, tu iudicium pronunciaſti. I. V. 207 b, Iudices cùm de te ſententiam ferrent. I. V. 224 b, Sententiam de aliquo per tabellam ferre. pro Cl. 32 b, Palàm ferre ſententiam. ad Heren 9 b, Lata ſententia. * de Orat. 105 a, Socrates damnatus eſt, neque ſolum primis ſententijs, quibus tantum ſtatuebant iudices, damnârent an abſoluerent: ſed etiam illis, quas iterum legibus ferre debebant. ibid. Ex ſententia cum iudicibus daretur, interrogabatur reus.

¶ *Cum Eo, Diuido, Itur. Eſt porrò Diuidere ſententiam, de ſingulis referre ſeparatim, ſi ſententia duo pluráue capita, de quibus ſingulis ſeorſum conſultandum eſt, complectitur. Ire autem in ſententiā, vel diſcedere, eſt alicuius aſſentiri ſentētiæ. nam cùm ſenatus duobus modis fieret, aut ſingulorum exquiſitis ſententijs atq; ſuffragijs: aut per diſceſſionem, id eſt, ſenatoribus in duas partes diuiſis: in hoc altero genere, propoſitis duabus ſententijs, qui in vtramuis inclinabant, in alterā partem diſcedebāt, ibantq́; pedibus. Hinc pedarij ſenatores, ꝙ nō verbis ſententiā dicerēt, ſed in alienā pedib. irent. Hinc quoq; Facere diſceſſionem, dictum eſſe videtur.* Ep. 3 a, pro Mil. 104 a, Diuidere ſententiam, ire in ſententiam alicuius, facere diſceſſionem. item, Frequentes ierunt in alia omnia. Qu. fr. 306 b, Ibatur in eam ſententiam. Epiſtol. 11 a, & Att. 53 b, Factum eſt S. C. in meam ſententiam. * Attic. 20 b, Raptim in eam ſententiam pedarij cucurrerunt.

¶ *Formulæ cum De, & Sine.* Epiſt. 6 b, De ſententia alicuius ſcribere aliquid. Att. 40 a, Capere conſilium de ſententia alicuius. & 253 b, Coſs. de conſilij ſententia decreuerunt ſecūdum Buthrotios. & 253 a, Cùm ei præſcriptum eſſet, ne quid ſine Seſtij ſententia ageret. pro Cæl. 52 a, Facere aliquid de ſententia atq; autoritate alicuius. Attic 104 b, Nihil faciam niſi de ſententia tua. & 253 a, Nihil faciam ſine ſententia tua. pro Syll. 177 a, C. Memmius, cuius de ſententia tota res geſta eſt. * pro Mil. 114 a, De amicorum ſententia rem defert ad Senatum.

¶ *Cum particula Ex. & aliquando etiam Animi.* Epiſtol. 21 b, Quoniam ſanè feliciter, & ex mea ſententia rempub. geſſimus. Att 49 a, Omnia ſunt ex ſententia. & 62 a, Itinere ex ſententia confecto. & 278 a, Omnia ex ſententia ſuccedūt. Epiſt 7. a, Ex ſententia gerere aliquam rem. & 153 b, Ex ſententia conficere negocium. Offic. 73 b, Quod ex animi tui ſententia iuraueris de Orator. 95 a, Nonnunquam ſummis oratoribus non ex ſententia dicendi euentum procedere. Att. 80 b, Te ex ſententia nauigaſſe gaudeo. de Or. 133 b, Ex animi ſui ſententia vxorem habere.

¶ *Varia* Off. 26 a, Plura in eam ſententiam ab eiſdem contra verecundiam diſputantur. Attic. 146 a, Multa diſputas huic ſententiæ conuenientia. & 158 b, Curionis ſermo eandem ferè ſententiam habuit. Epiſt. 19 a, Scribere plura in eandem ſententiam. Att. 37 a, In eam ſententiam multa dixit. Quint. frat. 321 b, Sed etiam aliam in ſententiam de ſuburbio ſcribis. Orat. 209 a, Continenter vnum verbum non in eadem ſententia ponere. pro Deiot. 148 a, Deiotarus de Dotimio dixit verſum Gręcum eâdem ſententia, qua etiam nos habemus Latinum, &c. in Verr. 232 a. Incipit loqui Diodorus: cuius oratio hanc habet ſentētiam, ſenatum, &c. ad Her. 18 b, Et quæ ſimiles ſententias habebunt. Att. 183 a, Omnia ſcripta, quæ ſunt in eam ſententiam. Epiſt. 146 a, Commemoratio tua paternæ neceſſitudinis, cæterarumq́; rerum, quæ ad eam ſententiam pertinebant, magnam mihi lætitiam attulerunt. & 98 a, Multa dici poſſunt in hanc ſentētiam, ſed non neceſſe eſt. I. C. 113, Recitatæ ſunt tabellæ in eâdem ferè ſententia. Tuſc. 199 b, Quæ ſequuntur, in eâdem ſententia ſunt. Offi. 54 b, Quod à Stoicis dicitur conuenienter naturæ viuere, id habet hanc, vt opinor, ſentētiam cum virtute congruere ſemper. de Di. 113 b, Hoc idem ſignificat Græcus ille in hanc ſententiam verſus. pro Cor. 58 b, Sed totum hoc iudices in ea fuit poſitum ſemper ratione atq; ſententia, vt, &c. de Or. 89 b, Verborum ſonitus inanis, nulla ſubiecta nec ſententia, nec ſcientia. Orat. 113 b, & 135 b, Vt neſcias, vtrùm res oratione, an verba ſententijs illuſtrentur. Orat. 213 b, Colligere ſententiam verbis. de Inuent. 77 a, Vti verbo vno pluribúſue in ea ſententia, in qua is qui dicit, accipiendum eſſe demonſtrabit. ad Heren. 41 a, Cūm verbum poteſt in duas pluréſue ſententias accipi. de Inuent. 55 b, Scripto legis amiſſo, ſcriptoris ſententia conſideranda eſt. pro Pla. 267 b, Sed factum tuum à ſententia legis diſcrepat. & ibid. Fugiſti ſententiam legis, æquitatem omnem reieciſti. Part. 239 b, Significatio ſcripti: id eſt, ſententia. de Fat. 146 a, Licet enim immutare, vt fati nomen non adiungas, & eandem tamen ſententiam teneas. de Diuin. 81 a, Qui totam de diuinatione duobus libris explicauit ſententiam. & 139 b, Conferre cauſas, & quid in quanque ſententiam dici poſſit, expromere. & ibidem,

Stoici acutiſſimè ſententias ſuas prudentiſſimeq; defendunt. de Orat. 122 a, Nihil aliud affirmare poſſum, niſi ſententiam atq; opinionem meam de Nat. 26 a, Habere ſtabilem & firmam ſententiam de aliqua re. de Finib. 80 a, Certa ſententia & ſtabilis. Epiſt. 49 b, In hac ſum ſententia, vt, &c. de Orator. 117 b, Demetrius omnium iſtorum mea ſententia politiſſimus. Attic. 131 b, Non reperio ſcribendi vllam ſententiam. Att. 17 b, & 131 b, Argumentum & ſententia epiſtolæ. de Orat. 87 b, Sapientiſſimis ſententijs grauibusq; verbis ornata oratio & perpolita. de Orat. 99 a, Quoniam ſententiæ atq; opinionis meæ voluiſtis eſſe participes, nihil occultabo. Ep. 4 a, Frangere ſententiam alicuius de aliqua re. Att. 154 a, Sed aliquando ſententiam terminemus. I.A. 259 b, Eas literas dum recito, dumq; de ſingulis ſententijs breuiter diſputo, quæſo attendite. de Amic. 108 b, Apertè vel odiſſe, magis ingenuum eſt, quàm fronte occultare ſententiam. Qu. fr. 309 b, Seſtius omnibus ſententijs abſolutus eſt. & 312 b, S. C. factum eſt de ambitu in Afranij ſententiam. Off. 9 a, Pyrrhi quidem de captiuis reddendis præclara ſententia eſt. ibid. Regalis ſanè & digna Aeacidarum genere ſententia. Off 75 b, Si honeſtatem tueri ſententia eſt. de Amic. 96 a, Cuius diſputationis ſententias memoriæ mandaui. de Legib. 168 a, Cuius præcepti tanta vis, tanta ſententia eſt, vt non homini cuipiam, ſed Delphico deo tribuatur. & 171 b, In ipſo nomine legis interpretando ineſt vis ac ſententia iuſti & iuris colendi. & 191 a, Ego in iſta ſum ſententia, qua te fuiſſe ſemper ſcio, &c & 191 b, Quæ lex hanc ſententiam cōtinet, vt omnes leges tollat, quæ poſtea latæ ſunt. * de Or. 122 a, Vt eam materiem orationis, quæ cuiuſque eſſet generis, ſtudioſi qui eſſent dicendi, omnibus locis deſcriptam, inſtructam, ornatamque comprehenderent, rebus dico, & ſententijs. de Leg. 164 b, Si ſententijs iudicum iura conſtituerentur. Orator. 209 b, Vt declinet à propoſito deflectatq; ſententiam.

† Syntaxis. *Sententiæ argutæ, graues, abſurdæ, alienæ, ſubinſulſæ, acutæ, concinnæ, reconditæ, exquiſitæ, ſelectæ, vberes. Sententiam tenere bonam. Manere in ſententia. Decedere de ſententia, deijcere, deducere. Ibatur in eam ſententiam, vt. Id facio de tua ſententia. Ex mea ſententia. Ex animi ſententia. Feliciter, & ex animi ſententia. In eam ſententiam diſputatum eſt. Oratio cuius eſt hæc ſententia, quæ hanc habet ſententiam. Hoc poſitum eſt in ea ratione atq; ſententia. Sententia & opinio mea, In hac ego ſum ſententia. Scribendi non habeo ſententiam Sententia & argumentum epiſtolæ Sapientiſſima ſententia: id eſt, argumentum. Sententiam frangere terminare Id facere ſententia eſt. Fronte ſententiam occultare. Legis huius magna vis atque ſententia. Hoc ſententiam iſtam continet, vt, &c.*

SENTENTIOLA, læ. in Anton. 187 b, Sententiolas edicti cuiuſdam memoriæ mandaui, quas videtur ille peracutas putare.

SENTENTIOSE'. *grauiter ſcitè.* Or 220 b, Sententioſè dicere. & 135 a, Sæpè etiam ſententioſè ridicula dicuntur. de Inu 61 b, Oratio grauiter & ſententioſè habita. ad Her. 40 b, Sententioſè loqui.

SENTENTIOSVS, a, um. *ſcitus.* de Cla. 195 b, Sententioſum & argutum genus dicendi.

SENTIENS, tis. de Diu. 115 b, Ad hoſtiam deligendam ducē eſſe vim quandam ſentientem atq; diuinam.

SENTINA, næ *fundus nauis, ima interior pars. nam vt carina eſt ima pars exterior, & quaſi venter, ſic ſentina interior aluus, & quaſi venter eſt: quæ quia mali odoris eſſe ſolet, quòd in eam ſordes omnes confluānt, idcircò pro peſtiferis hominibus capitur: vt exempla ſubiecta declarant.* de Senect. 8 b, Cùm alij per foros curſent, alij ſentinam exhauriant. I. C. 99 b, Sin exieris exhaurietur ex vrbe comitum tuorum magna & pernitioſa ſentina reipubl in Sal. 274 b, Niſi fortè in ea te caſtra reieciſti, quò omnis ſentina reipubl. confluxerat. I. C. 105 b, O fortunatam Rempub. ſi quidem hanc ſentinam huius vrbis eiecerit. Attic. 18 a, Exhaurire ſentinam vrbis. contra Rullum 80 a, Hoc enim verbo vſus eſt, quaſi de aliqua ſentina loqueretur, id eſt, verbo exhauriendi. * Epiſt. 134 b, Sedebamus in puppi, clauumq; tenebamus: nunc autem vix eſt in ſentina locus.

† Syntaxis. *Reip. ſentina exhauſta coniuratorum. Eijcere vrbis ſentinam, exhaurire.*

SENTIO, tis *ſenſum accipio, ſenſibus percipio, ſenſum alicuius rei capio, ſenſum ex mœrore patrio percipio, odore quodam ſuſpicionis aliquid ſentio, ſenſu iuſto, ſenſum alicuius rei habeo, guſtum alicuius rei habeo. intelligo, attendo, audio, exaudio )( .ſenſu doloris careo* in A. 182 a, Quidam morbo alquo & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt. de Nat. 54 b, Guſtatus, qui ſentire eorum quibus veſcimur, genera debet, in ore eſt.

¶ *Indico, cenſeo, conſentio.* Attic. 105 a, Dices, quid tu igitur ſenſurus es? non idem, quòd dicturus. item: Sentiam enim omnia faciunda, ne armis decernatur. de Am. 115 b, Ego illum ne minima quidem re offendi, quod quidem ſenſerim. Att. 223 b, Neſcio cur non animo quoq; ſentiant. Att. 274 a, Nam de cæteris rebus quid ſenſerim, quidq; cenſuerim, audiſſe te arbitror. Orat. 213 a, Meę aures & curta ſentiunt, nec amant redundantia. de N. 37 a, Hæc ipſa qui nō ſentit vim deorum habere, nihil omnino ſenſurus videtur. de Finib. 61 b, De dijs immortalibus ſine vllo metu vera ſentit. pro Planc. 266 a, Hic quod cum cæteris animo ſentiebat, id magis quàm cæteri vultu promptum habuit, & ligua. pro Dom. 214 b, De quibus habeo ipſe quid ſentiā, non habeo autem quid tibi aſſentiar. item, Nec cum ijs ſentio, qui, &c. pro S. R. 42 a, Fateor inſaniſſe, qui cum illis ſenſerim, tametſi inermis ſenſi. de In. 43 a, Sentire cum aliquo. )( *diſſentire ab eo.* pro Qu. R. 25 a, Hoc cùm ſentit Saturius eſſe apertum, repugnare contra veritatem non audet pro Syl. 183 a, Omnes de communi ſalute apertiſſimè ſenſerunt. I. C. 111 a, Qui omnia de repub præclara atque egregia ſentiunt. de Am. 112 a, De amicitia omnes ad vnū idem ſentiunt. I. C. 121 b, In hac cauſa omnes ſentiunt vnum atq; idem. Tuſc. 149 a, Fieri enim poteſt vt rectè quis ſentiat, & id quod ſentit, politè eloqui non poſſit. de Orat. 154 b, Minimè ſibi quiſque notus eſt, & difficillimè de ſe quiſque ſentit. * pro M. Scau. Vos quoq; de familia nobili cum autoritate orbis terrarum ſentire debetis. pro Marc. 133 a, In ipſo bello eadem, etiam cum capitis mei periculo, ſenſi. & 136 a, Omnes idem ſentiunt, quod ex omnium precibus & lachrymis ſentire potuiſti.

¶ *Intelligo, agnoſco.* pro Sest. 13 b, Animos hominum poſt mortem ſentire & vigere. Orat. 216 a, Ariſtoteles ait, pæane vti omnes, ſed ipſos non ſentire. * Hortenſ. Cum ſine magiſtro ſenſerit quid natura deſideret. Incer. Non ſolùm videam, ſed etiam audiam, plenéq; ſentiam. Off. 3 b, Nullum aliud animal pulchritudinem, venuſtatem, conueniētiam partium ſentit.

SENTIOR, ris. *percipior.* Ep. 72 a, Nulla videri miſeria debet, quæ non ſentiatur.

¶ *Senſu agnoſcor.* de Diu. 120 a, Quæ ſentiuntur, quæ ſenſibus percipiuntur, quæ ſenſu accipiuntur. Off. 3 b, Quæ aſpectu ſentiuntur.

SENTITVR. Or. 158 a, Non vt dictum eſt, intelligitur, ſed vt ſenſum eſt.

SEORSVM. *ſeparatim.* ad Heren. 17 b, Seorſum hoc ab illo tractandum eſt. Epiſt. 119 b, Seorſum à collega puto mihi omnia paranda. * Oecon. 1, Seorſum arma ac tela ſeponebantur.

SEPARABILIS, le. *quòd ſeparari poteſt.* Tuſc. 152 b, Nec animam à corpore ſeparabilem eſſe.

SEPARATIM. *ſeorſum, ſigillatim, præter cæteros.* de N. 59 a, Dij ſeparatim ab vniuerſis ſingulos diligunt. Epiſt. 27 b, Nihil accidit ei ſeparatim à reliquis ciuibus. & 208 a, pro Dom. 240 b, Separatim ſemel, iterum cum vniuerſis. de Or. 115 a, de Cl. orat. 182 a, Etſi hoc nunquam ſeparatim facere didiciſſet. I. A. 158 a, Hoc ſeiungi poteſt, ſeparatimq; perſcribi. pro Clu. 31 a, Tamen de illò ſeparatim cognoſcite. de Leg. 163 a, Separatim, articulatim, diſtinctè. Ep. 209 a, & de In. 47 b, Communitèr. )( *ſeparatim.* Att. 102 a, Ipſum Pompeium ſeparatim ad concordiam hortabor. de Orat. 85 b, Qui non aliqua in re vna ſeparatim elaborârint, ſed omnia quæcunque, &c. comprehenderint.

SEPARATIVS. *aduer. diſtinctius.* de Inuen. 81 b, * In quoque genere cauſæ quædam argumentationes communiter ac ſimiliter tractabuntur, quædam ſeparatius ad finem adiungentur.

SEPARATVS, a, um. *remotus, diſiunctus.* Tuſc. q. 216 a, Virtus ipſa per ſe ſua ſponte, ſeparata etiam vtilitate, laudabilis. ad Her. 22 b, Nam vtraque *natura & doctrina* altera ſeparata minus erit firma. Att. 232 a, Iſta verò quæ tu connectis, aliud quoddam ſeparatum volumen expectant. * de Inu. 54 b, Separatum eſſe quiddam à propoſitione approbationem. & 55 a, Approbationem ſeparatam eſſe ab aſſumptione. ibid. Separatum quiddam eſt extra aſſumptionem approbatio.

SEPARO, as. *ſeiungo, diſtinguo. ſecerno, ſeuoco, diſtraho, diuello, diſtermino, diſcludo. )( .coniungo.* Ep. 67 b, Qui omnes à perpetuis ſuis hiſtorijs ea quæ dixi bella ſeparauerunt.

SEPAROR, ris. Off. 19 b, Quod cogitatione magis à virtute poteſt, quàm re ſeparari. contra Rull. 83 b, Cùm illa duo maria pertenui diſcrimine ſeparentur. * pro C. Cornel. 1, Quòd paſſus eſſet à populari conſeſſu Senatoria ſubſellia ſeparari.

† Syntaxis. *Deus ſeparatim ab vniuerſis ſingulos diligit. Ab aliquo ſeparatum, & extra aliquid. Diſcrimine tenui ſeparata maria.*

SEPELIENDI, de Or 141 a, Simonides dicitur, &c. demonſtrator vniuſcuiuſq; ſepeliendi fuiſſe.

SEPE-

SEPELIO,lis.*humo,in ſepulcro condo,corpus terræ reddo,humo inie-cta contego,ſepultura afficio, ad ſepulturam do, in ſepulcrum infero, tumulo mando, mortuum in aliquem locum infero.* de Leg. 181 b, Mortuum in vrbe ne ſepelito, néue vrito. Tuſc. 171 a, Surge & ſepeli natum. Epiſtol. 56 a, Vt in quo vellemus gymnaſio, cum ſepeliremus, nobis permiſerunt. pro Flac. 164 a, Qui vos in complexu coniugum veſtrarum trucidatos incendio patriæ ſepelire conatus eſt.

SEPELIOR,ris. de Leg. 181 b, Non qui vritur, ſepelitur: ſed qui humatur.

SEPES,pis *ſeptum.* de Nat. 24 b, Loca ſylueſtribus ſepibus denſa.

SEPIA,piæ. *piſcis.* de N. 51 b, Atramenti effuſione ſepiæ ſe tutantur.

SEPIMENTVM, ti. *vallum.* de Leg. 168 b, Atq; hæc omnia quaſi ſepimento aliquo vallabit differendi ſcientia.

SEPIO,pis. *munio, vallo.* de N. 54 b, Natura oculos membranis tenuiſſimis veſtiuit ac ſepſit. pro Seſt. 22 b, Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, mœnibus ſepſerũt. de Or. 122 a, Vbi eum locum omnem cogitatione ſepſeris. & 96 b, Inuenta veſtire atq; ornare oratione, pòſt memoria ſepire. Att. 50 b, Nulla lex eſt, quæ non ipſa ſe ſepiat. de Or. 88 a, Genus hominum prudentium cõſilijs impulſum, ſe oppidis mœnibusq; ſepſiſſe. I. A. 260 a, Antonius Mutinam operibus munitionibusq; ſepſit. Ep. 245 b, Oppidum ſex caſtellis caſtriſq; maximis ſepſi.

SEPIOR,ris. I. A. 157 b, Forum ſepietur, omnes claudentur aditus. de N. 55 a, Oculi excelſis vndiq; partib. ſepiuntur.

SEPIS,pis. * *Deus Syracuſanorum.* I. V. 141 b, Ante ipſum Sepim. *Alij Serapim, alij Iouem legunt.*

SEPLASIA, ſiæ. *forum Capuæ, vbi vnguentarij negociabantur.* I. P. 84 a, At fuit inceſſus ſaltem Seplaſia dignus & Capua. cont. Rull. 85 a, In Albana & Seplaſia quæ concurſatio?

SEPONO,nis. *ſegrego, reſeruo, ſeparo.* Att. 184 b, Scio venire nũc nihil poſſe, ſed ſeponi & occultari poſſunt. Or. 210 a, Vt ij qui docerent, nullum ſibi ad eam rem tempus ipſi ſeponerent. de Orat. 155 a, Vt alius aliam ſibi partem, in qua elaboret, ſeponeret. & 98, Si ea, vt dicis, ſepoſita eſſent. & 86 b, Græci ſepoſuerunt à cæteris dictionibus eam partem dicendi. * Occon. 1, Quod menſtruum eſſet ſepoſuimus.

* SEPONOR,eris. Occon. 1, Seorſum arma ac tela ſeponebantur, & in altera parte inſtrumenta.

SEPOSITVS,a,um. *ſeiunctus, remotus.* de Diu. 131 b, Quamobrem Sibyllam quidem ſepoſitam & conditam habeamus. I. V. 204 b, Quod celari oportebat, habebant ſepoſitum ac reconditum. Qu. de Pet. 205 a, Eius facultatis adiumenta, quæ ſcio eſſe ſepoſita, vt parata & prompta ſint, cura.

† Syntaxis. *Seponere & occultare. Habere ſepoſitum ac reconditum.*

* SEPS,is. Incer.

SEPTEM. de Som. 129 a, Qui numerus omnium ferè rerum modus eſt. de Am. 96 b, & 107 b, Nam qui ſeptem appellantur, eos qui iſta ſubtiliùs quærunt, in numero ſapientum non habent. de Fin. 65 b, Bias qui ſapiens habitus eſt, vnus è ſeptem. de L. 175 a, Thales qui ſapientiſſimus inter ſeptem fuit.

SEPTEMAQVAE. *locus.* Att. 62.

SEPTEMBER, bris. * *menſis ſeptimus à Martio.* Att. 1 b, Excurremus menſe Septembri legati ad Piſonem. Attic. 53 b, Qui fuit dies Non. Septemb.

* SEPTEMBRIS,bre. de Or. 143 a, Idibus Septembribus. *Alij Septembris legunt.*

SEPTEMDECIM. contra Rull. 69 b.

SEPTEMVIR, *vel* SEPTEMVIRI. Att. lib. 15, 249 b, Dic mihi, C. Antonius voluítne fieri Septemuir? fuit certè dignus. I. A. 208 a, Septemuirũm acta ſuſtulimus. & 198 b, * Iudicandumque, nullos ſeptemuiros fuiſſe: nihil placere ratũ eſſe quod egiſſent, aut quod ab ijs actum diceretur.

SEPTEMVIRALIS,le. Att. 243 b, & 232 a, Lentonis Ceſennij ſeptemuiralis autoritas.

SEPTEMVIRATVS,tus. I. A. 179 a, * Eundem in ſeptemuiratu nónne deſtituiſti?

SEPTENARIVS. *verſus genus, à ſeptem pedibus, vt ſenarius à ſex.* Tuſcul 171 a, Cùm tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.

SEPTENDECIM. in Verr. 261 a, Nos in ſeptẽdecim Sicilæ populis non eramus.

SEPTENTRIO,nis. *ſtellæ ſeptem.* Attic. 143 a, De ſeptentrione planè ita eſt Attic. 138 b, Ex ea die fuêre ſeptentriones venti: *id eſt, Eteſiæ.* de Nat. 35 b, Sol curſum ſuum inflectit tum ad ſeptentriones tum ad meridiem. Acad. 17 a, Meas cogitationnes ſic dirigo, &c. Sed ad Helicen & clariſſimos ſeptentriones. de Nat. 47 a,

*----ſtellæ, Quas noſtri ſeptem ſoliti vocitare triones.*

& 48 a, Minorem ſeptentrionem Cepheus ſubſequitur.

† Syntaxis. *Venti ſeptentriones. Ad ſeptentriones vergens.*

SEPTENVS,a,um. I. V. 133 a, Pueri annorum ſenũm ſeptenũmq; denũm. *id eſt,* XVI *&* XVII *annorum.* de Som. 127 b, Cũ ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus cõuerterit.

SEPTIES milies ſeſtertiũm. I. A. 178 b, & 196 a,

SEPTIMVM conſul. *id eſt, ſepties conſul.* de Nat. 76 a, Cur enim Marius tam feliciter ſeptimùm conſul domi ſuæ ſenex eſt mortuus?

SEPTIMVS,a,um. Tuſc. 207 a, Aeſchines in Demoſthenem inuehitur, quod is ſeptimo die poſt filiæ mortem hoſtias immolaſſet.

SEPTIMVSDECIMVS. pro Cl. 33 a.

SEPTINGENTESIMVS,a, um. Att. lib. 6, Poſt Leuctricam pugnam die ſeptingenteſimo ſexageſimoquinto.

SEPTINGENTI. Orat. 207 b, Septingentorum annorum memoria. pro Qu. 14 a, Septingenta millia paſſuum.

SEPTVAGESIMVS,a,um. de D. 90 a.

SEPTVAGINTA. in Verr. 174 b.

SEPTVM,pti *munitio, ſepimentum.* Att. 66 b, In campo Martio ſepta marmorea ſumus facturi, eaq; cingemus excelſa porticu. pro Seſt. 20 b, Hunc adoriuntur alij gladijs, alij fragmentis ſeptorum & fuſtibus. pro Mil. 107 a, Cùm ille vi in ſepta irruiſſet I. A. 196 a, Niſi ſeptis reuulſis introire in forum non poteſt. ibid. 247 a, Quibus enim ſeptis tam immanes belluas continebimus?

SEPTVS,a,um. *ſtipatus, munitus.* I. V. 243 b, Tutus, clauſus, ſeptus, munitus contra aliquem. de Aruſp. 247 a, Domus tot ſenatuſconſultis munita atque ſepta. pro Seſt. 23 a, Qui ſtipatus ſemper ſicarijs, ſeptus armatis, munitus municipibus fuit. in C. 123 b, Quòd ſi, &c. firmiſſimo me muro ſeptum arbitrabor. de Ar. 249 b, Populus Rom. ſeptus & incluſus. item, Ara, quam ſeptam videmus. I. V. 249 b, Locus ſeptus vndique. de Orat. 109 a, Regio quæ nullis terminis ſepta teneatur. Oct. 331 a, Gladiatores, quibus ille ſeptus omnia miſceret. Off. 41 a, Nullis præſidijs ſepti multis afficientur iniurijs. I. A. 244 a, Cùm ſeptus ſis legibus & iudiciorum metu non ſunt omnia timenda. Attic. 148 a, Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumſidet, foſſa & vallo ſeptum tenet. de Diu. 83 b, Quę mens diuina.

*Aetheris æterni ſepta atq; incluſa cauernis.*

pro Mil. 101 b, Quanquam præſidijs ſalutaribus & neceſſarijs ſepti ſumus. Epiſt. 266 a, Philoſophiæ præſidijs ſeptus ſum. in Anton 196 a, Omnes aditus ſepti ſunt. * Tuſc. 241 a, Septum vndiq; & veſtitum vepribus & dumetis indagaui ſepulchrum.

SEPVLCHRVM,cri. *tumulus, buſtum, monumentum.* in Anton. 223 b, Maiores noſtri ſtatuas multis decreuerunt, ſepulchra paucis: ſed ſtatuæ intereunt vetuſtate, ſepulchrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt. ibid. Sepulchra fiunt ſanctiora vetuſtate. pro Arch. 190 a, Ennius in ſepulchro Scipionum putatur eſſe conſtitutus è marmore. pro S. R. 22 b, Cui de tanto patrimonio ne iter quidem ad ſepulchrũ patrium relictum eſt. Tuſc. 153 a, Ceremoniæ ſepulcrorum. & 154 b, Quid ſepulcrorum monumenta, quid elogia ſignificant? de Leg. 181 a, Quo tempore incipiat ſepulchrum eſſe, & religione teneatur. de Leg. 181 b, Nec tamen eorum antè ſepulchrum eſt, quàm iuſta facta, & corpus incenſum eſt. de Leg. 183 b, Sepulchrum altius vetat extrui *Plato*, quàm quod quinque diebus abſoluerint: nec lapide excitari plus, nec imponi, quàm quod capiat laudem mortui inciſam quatuor heroicis verſibus, quos longos appellat Ennius. 16 ad Attic. Longè à ſepulchro hanc ætatem abeſſe negant oportere. de Leg. 182 b, In ſepulchro C. Figuli, quos ad ſumptus progreſſa res iſta ſit, vides. de Leg 181 a, Eodem ritu in eo ſepulchro, quod procul ad fontis aras regem noſtrum Numam cónditum accepimus. de Leg. 182 a, Sed cùm multa in eo loco ſepulchra fuiſſent, exarata ſunt. ſtatuit enim collegium, locum publicum non potuiſſe priuata religione obligari. & 183 a, Propter has amplitudines ſepulchrorum, quas in Ceramico videmus, lege ſancitum eſt, ne quis ſepulchrum faceret operoſius, quàm quod decem homines effecerint triduo: neq; id opere tectorio exornari, nec Hermas, quos vocant, licebat imponi. de Leg. 181 a, Tanta religio eſt ſepulchrorum, vt extra ſacra & gentem inferri fas negent eſſe. Offic. 1, Sepulchra habere communia. de Senect. 81 a, Nec ſepulchra legens vereor (quod aiunt) ne perdam memoriam: his enim ipſis legendis redeo in memoriã mortuorum. *id eſt, inſcriptiones ſepulchrorum, quas hodie paſſim Epitaphia vocãt.* de Leg. 182 b, Duæ ſunt leges de ſepulchris quarùm altera priuatis ædificijs, altera ipſis ſepulchris cauet. 183 b, De ſepulchris habemus autoritatem Platonis, à quo funerum ſumptus præfinitur ex cenſibus, à minis quinque vſq; ad minam. & 183 a, De ſepulchris nihil

eſt apud

apud Solonem amplius, quàm ne quis ea deleat, néue alienum inferat, pœnaque eſt, ſi quis buſtum, aut monumentum, aut columnam violâri, deiecerit, fregerit. de L. 183 b, Sepulcris nouis modum finiuit Demetrius: nam ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam tribus cubitis non altiorem, aut menſam, & labellum: & huius procurationi certũ magiſtratum præfecerat.* Tuſc. 241 a, Cuius *Archimedis* ego quæſtor ignoratum ab Syracuſanis, cùm eſſe omnino negarent, ſeptum vndique & veſtitum vebribus & dumetis indagaui ſepulcrum. ibid. In ſummo ſepulchro ſphęram eſſe poſitam cum cylindro. ibid. Magna frequentia ſepulcrorum. I. A. 224 a, Vtique locum ſepulchro in campo Eſquilino C. Panſa Conſul, ſeu quo alio in loco videtur, pedes triginta quoque verſus aſſignet, quo Seruius Sulpitius inferatur. Quod ſepulchrum ipſius, liberorum, poſterorumque eius ſit: vti quod optimo iure ſepulchrum publicè datum eſt. Tuſc. 153 b, Cerimoniæ ſepulchrorum. Tuſc. 154 a, Quorum demonſtrantur ſepulchra in Græcia. & b, Quid ipſa ſepulchrorum monumenta? quid elogia ſignificant? Tuſc. 171 b, Neque ſepulchrum, quo recipiat, habeat portum corporis. *Ennij*. ibid. Portum eſſe corporis, & requieſcere in ſepulchro putat mortuum. de Leg. 181 b, Iniecta gleba tumulis, & humatus eſt: & ſepulchrum vocatur: ac tum deniq; multa religioſa iura complectitur. ibid. Ius ſepulchrorum de Leg. 182 a, Non eſſe ius in loco publico fieri ſepulchrum. & b, Quod autem heroum, id eſt, veſtibulum ſepulchri buſtúmue viucapi vetat, tuetur ius ſepulchrorũ. ibid. Credo, &c ſepulchrorum modum rectè requiri. de Leg. 183 a, Inprimis ſepulchrorum magnificentiam eſſe minuendam & b, Increbuiſſe eam funerũ ſepulhrorumq́; magnificentiam, quæ nunc ferè Romæ eſt. ibid. De ſepulchris dicit hæc: Vetat ex agro culto, còue qui coli poſſit, vllam partem ſumi ſepulchro.

† Syntaxis. *Sepulcrorum monumenta, ceremoniæ. Sepulcrum vepribus veſtitum, & dumetis. Sepulcri veſtibulum, buſtum, magnificentia, religio.*

Sepvltvra, ræ. *humatio, buſtum*. I. V. 263 a, Dico mercedem funeris ac ſepulturæ conſtitui nefas fuiſſe. Item, Cùm iidem buſtum in foro facerent, qui illam inſepultam ſepulturam effecerant. de Diu. 92 a, Ab eo quem ſepultura affecerat. Ep. 56 a, Ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra vrbem vt darent, impetrare non potui. de L. 181 a, Antiquiſſimum ſepulturæ genus, quo apud Xenophontem Cyrus vtitur: redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur. in A. 163 b, Ad ſepulturam corpus vitrici ſui negat à me datum. & 264 b, Iiq́ nec inhumati ſunt, nec diſperſis buſtis humili ſepultura cremati. de Sen. 92 b, Cuius interitum ne crudeliſſimus quidem hoſtis honore ſepulturæ carere paſſus eſt. * Tuſc. 170 b, Vt aliquid etiam de humatione & ſepultura dicendum exiſtimem, &c. de de qua Socrates quid ſenſerit. & 171 b, Eam optimam illi eſſe cenſent ſepulturam. de Leg. 181 a, Gentem Corneliam vſq; ad memoriã noſtram hac ſepultura ſcimus eſſe humatam.

Sepvltvs. *humatus, ſitus, cónditus, conſtitutus, quē humus iniecta contegit*. de Leg. 181 a, b, in Catil. 120 b, Cerno animo ſepultam patriam, miſeros atq; inſepultos aceruos ciuiũ. pro Arc. 190 a, Ennius in ſepulcro Scipionũ putatur eſſe conſtitutus ex marmore.

¶ *Abditus*. I. P. 81 b, Hæc ſunt, ô carnifex, in gremio ſepulta conſulatus tui.

¶ *Extinctus*. pro Pom. 9 b, Bellum aduentu Pompeij ſublatum atque ſepultum eſt.

† Syntaxis. *Sepultura afficere aliquem. Ad ſepulturam dare corpus. Humili ſepultura cremare. Honore ſepulturæ carere. In gremio ſui conſulatus multa ſepelire. Bellum iam ſublatum & ſepultum.*

Sepyra *oppidum in Amano monte*. Epiſt. 245.

Seqvani. *populi*. Att. 17.

Seqvester, ſtris, ſtre. *apud quem pecunia corrumpendi iudicij, aut tribuum deponebatur, vt ſuffragia obtinerentur. Iuriſconſulti ſequeſtrem eſſe dicunt, apud quem plures rem de qua controuerſia eſt, deponunt: ſed Cicero in hac ſignificatione non vſurpauit, quod ſciam.* pro Clu. 32 b, Res parum certa videbatur, ſequeſter & confirmator pecuniæ deſideratur. & 22 b, Quo ſequeſtre in illo iudice corrumpendo eſt vſus in Verr. 73 a, Qui aut ſequeſtres aut interpretes corrumpendi iudicij ſolent eſſe. pro Plan. 278 b, Doce id quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diuiſore corrupta ſit tribus. pro Cæl. 40 b, Sodales ac ſequeſtres alicuius. pro Plan. 267 a, Cuius tu tribus venditorem, & corruptorem, & ſequeſtrem Plancium fuiſſe clamitas. pro Clu. 35 b, Sed quid opus eſt ad eam rem iudice ſequeſtre? * con. C. Ant. Dico cuiuſdam domum Catilinam & Antonium cum ſequeſtribus ſuis conueniſſe. I. V. 130 b, Qui in Sicilia ſequeſter iſtius, interpres, confector negotiorum, propè collega Timarchidi numerabatur.

† Syntaxis. *Sequeſter & interpres. Sequeſter interpres. Sequeſter ac diuiſor. Iudex ſequeſter. Comes ſequeſter.*

Seqvor, ris. *comitor, excipio, conſequor, inſequor, comes ſum, exequor, proſequor*. Orat. 201 b, Oratio ita flexibilis, vt ſequatur quocunque torqueas. I. C. 120 a, Cæſar hanc reipub. viã, quæ popularis habetur, ſecutus eſt. de Ar. 252 b, Pœna quæ ſequeretur illud ſcelus. de In. 44 b, Nam eum eadem omnia incommoda ſequentur. de D. 112 a, Qui hæc prædicunt, quam rationem ſequantur, vides. & ibid. Qui hæreditatem venturam dicunt, quid ſequuntur. de Orat. 127 b, Trademus etiam, quę nos ſequi in dicendo, quæq; maximè ſpectare ſolemus. Att. 127 b, Neque ego quid tu ſis ſecutus, non perſpicio, idcirco minus exiſtimo, te nihil niſi ſumma ratione feciſſe. Epiſt. 47 b, qui autoritatem & conſilium tuum non ſunt ſecuti, ſua ſtultitia occiderunt. Par. 122 a, Sequi & colere leges. Off. 22 a, Sequimur igitur in hac quæſtione potiſſimùm Stoicos. Epiſt. 14 a, Idem ille Plato, quem ego autorem vehementer ſequor. pro Cecin. 166 a, Perge porrò hoc idem interdictum ſequi, homines, &c. Orat. 212 b, Qua tempeſtate Paris Helenam, & quæ ſequuntur. de Leg. 169 b, Ego verò cùm liceret plures dies abeſſe, & amœnitatem & ſalubritatem hanc ſequor. Off. 45 b, Panætius, quem in his libris ſecutus ſum, non interpretatus. de Off. lib. 1, Nollem Corinthum exciſam, ſed credo illos ſecutos opportunitatem loci. * pro Flac. 166 a, Quotus enim quiſque eſt, qui hanc in Repub. ſectam ſequatur. Incer. In Conſolatione filiæ Crantorem ſequor. pro Marc. 133 a, Neque ego illa, nec vlla vnquam, ſecutus ſum arma ciuilia. Hominem ſum ſecutus priuato officio, non publico.

Seqvitvr, *relinquitur, fit, conficitur, colligitur: quæ apta ſunt ad concludendum verba*. Parad. 116 b, Sequitur igitur, vt etiam vitia ſint paria. de Nat. 41 a, Quo conſtituto ſequitur, &c. Tuſc. 232 b, Aſſentior alterum alteri conſequens eſſe, vt quemadmodum ſi quod honeſtum ſit, id ſolum ſit bonũ, ſequatur vitam beatam virtute effici, &c. de Fin. 69 b, Non enim ſequitur, vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. de Diu. 130 b, Significant ergo, ne id quidem ſequitur. de Fat. 142 a, Vt enim & ingenioſi, & tardi ita naſcantur antecedentibus cauſis, &c. non ſequitur tamen, vt etiam ſedere eos, & ambulare principalibus cauſis definitum ſit. & 144 b, Sequitur enim. vt ſi alia ab alia nunquam depellatur, ne contingat quidem alia aliam. & 145 b, Nec ſi omne enunciatum verum aut falſum eſt, ſequitur illicò eſſe cauſas immutabiles & æternas. & 146 a, Si hoc verum non eſt, ſequitur, vt falſum ſit. de Fat. 148 b, Qui ſi non ſint, &c. nõ ſequitur, vt ne appetitus quidem, &c. at hoc ſequeretur, ſi, &c. * Academ. 20 a, Illud certè opinatione & perceptione ſublata ſequitur, omnium aſſentionum retentio.

† Syntaxis. *Fexibile ſequitur quocunque torqueas. Sequi indicium, legem, amœnitates, præceptorem. Sequitur igitur hoc, vt.*

Serapis, *Deus*. de Diu 134 a.

Serenans, tis. de Diu. 54 a, Luce ſerenanti. *Poëtæ.*

* Serendi, do, dum. de Nat. 52 a, b, Ager mollitus & oblimatus ad ſerendum.

* Serendvs, a, um. Att. 235 a, Tertullæ nollem abortum. Tam enim ſuut Caſſij iam quàm Bruti ſerendi.

Serenitas, tis. *ſerenum tempus, ſerena tempeſtas, cœlum ſerenum.*)(*perturbatio cœli*. de Diu. 128 a, Hæc igitur cùm ſint, tum ſerenitas, tum perturbatio cœli.

* Serens, tis. de Fat. 145 b, Niſi ex æternitate cauſa cauſam ſerens hoc erit effectura.

Serenvs, a, um. *ſerenans*. de Diu. 125 b,

*Cùm tonuit læuum bene tempeſtate ſerena.* ex Ennio.

ad Heren. 39 a, Falſi amici ſereno vitæ tempore præſtò ſunt. Epiſt 259 b, Auſtro leniſſimo, cœlo ſereno. Tuſc. 197 a, Tranquilla & ſerena fronte.

Series, ei. *contextus, vel continuatio quædam rerum*. de Fat. 144 a, Qui introducunt cauſarum ſeriem ſempiternam. item, Mirabilis quædam continuatio ſeriesq́; rerum. de Nat. 4 a, Eſt enim admirabilis quædam continuatio ſeriesque rerum, vt alia ex alia, & omnes inter ſe aptæ colligatæq́; videantur. Acad. 6 b, Cætera ſeries deinde ſequitur maiora nectens, vt hæc: Si homo eſt, animal eſt, &c. de Orat. 114 b, Loqui ſine vlla ſerie diſputationum. de Legib. 116 b, Videtisne, quanta ſeries rerum ſententiarumque ſit atq; vt ex alio alia nectantur? Part. 242 b, Tanta ſeries artis eſt, & ſic inter ſe ſunt pleraq; connexa & apta, vt, &c. * de Diu. 106 b, Fatum id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id eſt, ordinem ſeriemq́; cauſarum.

Seriphivs, a, um. de Sen. 78 b.

* Seriphvs, i. inſula maris Aegæi. de Nat. 18 b, Si Seriphi natus eſſes, nec vnquam egreſſus ex inſula.

Serivs, a, um. *grauis, verus.*)(*iocoſus*. Offic. 27 a, Si de ſerijs

rebus

rebus loquatur, ſeueritatam adhibeat:ſi de iocoſis, lepórem. Off.21 a, & 27 a, Cùm grauibus ſerijsq; rebus ſatisfecerimus.ad Heren.20 b, Sermo ſerius, & iocus liberalis. de Finib.82 b, Qui cum ioca, ſeria, vt dicitur, qui cum arcana, qui cum occulta omnia.

Sermo, onis. *locutio, mentio, oratio.* Off. 22 b, Sermone eo debemus vti, qui notus eſt nobis:ne, vt quidam, Græca verba inculcantes, iure optimo rideamur. ad Heren. 20 b, Sermo diuiditur in partes quatuor: dignitatem, demonſtrationem, narrationem, iocationem. de Orator.136 a, Cùm mihi ſermo cum hoc ipſo Craſſo multis audientibus eſſet de te inſtitutus. & 141 b, Habetis ſermonem bene longum. de Ar.251 b, De Alexandrinis video eſſe ſermonem·in Vat.29 a, Nullus mihi omino cum illo ſermo, nulla vnquam de re fuit. de Som. 120 a, Quid autem intereſt ab ijs qui poſtea naſcentur, ſermonem fore de te: cùm ab ijs nullus fuerit, qui antè nati ſunt? pro Flac.149 a, Sermo eſt tota Aſia diſſipatus, Pompeium, &c. de Or.93 a, Craſſus princeps eius ſermonis ordiendi fuit. Attic.116 a, Multus eſt ſermo, te iudicium iam de cauſa publica feciſſe. Epiſt.10 a, Hac me mente fuiſſe, tu in noſtris ſermonibus collocutionibusq; ipſe ſæpe vidiſti. Epiſtol. 194 a, Cùm mihi in ſermone inieciſſet, ſe velle Aſiam viſere. & 130 a, Feci ſermonem habitum in Cumano inter nos. Attic.100 b, Sermo quem habuit de triumpho. de Sen.83 a, Cyrus in ſermone, quem moriens habuit, negat. de Or. 109 a, Habere ſermonem inter ſe de aliquibus. de Senect. 77 b, Omnem autem ſermonem tribuimus Catoni ſeni. de Am.96 a, Vt tanquam à præſentibus coràm haberi ſermo videretur. & 95 b, Is expoſuit nobis ſermonem de amicitia, habitum ab illo ſecum & cum altero genero Sceuola.& ibid.Incidere in ſermonem alicuius.& ibidem, Incidere in mentionem alicuius.de Orator 93 a, Inſperanti mihi cécidit, vt in iſtum ſermonem delaberer. Att. 212 a, Da te in ſermonem. Qu.fr.298 a, Primus annus habuit de hac reprehenſione plurimum ſermonis. Off. 26 b, Sermo in circulis, diſputationibus, congreſſionibus familiarium verſatur.& 37 b, Curandum eſt, vt eos quibuſcum ſermonem conferimus, & vereri & diligere videamur. & 40 b, Habere quibuſcum familiares poſſis confere ſermones. I.V. 256 b, Habere malos ſermones de aliquo. de Inu.63 b, Conferre ſermonem cum aliquo. Attic.103 b, Sed hæc coràm:nam iſta multi ſermonis ſunt de Inuen. 120 a, Res in ore atque in ſermone omnium cœpit eſſe. Epiſt.120 b, Sed nunc j varios ſermones excitarunt. & 15 b, Perferre ſermonem alicuius ad aliquem.& 42 b, Maleuolis ſermonibus de aliquo credere. de Or. 94 a, Fortuitò in aliquem ſermonem incidere. Epiſt.136 a, Incidunt in ſermone vario multa. & 127 a, Dabimus ſermonem ijs, qui, &c. I.V. 202 b, In ſermonem hominum, atque in magnam vituperationem venirem. de Fin. 49 a, Tractare aliquid Græco ſermone.de N.19 b, Scito ſermone & Attico loqui.* Frag. ep. Sermo nullus niſi de te. Lim.

*Tu quoque qui ſolus lecto ſermone Terenti,*
*Conuerſum expreſſumq; Latina voce Menandrum,*
*In medio populi ſedatis vocibus effers.*

Tuſc. 250 b, Ergo ij in illorum, & illi in horum ſermone ſurdi.de Inuen. 80 a, Nullam rem ne in ſermone quidem quotidiano atque imperijs domeſticis rectè poſſe adminiſtrari. de Finib.70 a, & Attic.222 a, Sermone bono *Lucilij*.de Nat. 13 b, Difficile eſt negare. Credo ſi in concione quæratur:ſed in huiuſcemodi ſermone & conſeſſu, facilimum. de Nat.20 a, Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quæ adhibetur homini, &c. ad extremum etiam ſermo & oratio. Off 27 a, Quæ verborum ſententiarumq; præcepta ſunt, eadem ad ſermonem pertinebunt. ibid. Vt in illo ipſo forenſi genere dicendi contentiones aliorum ſermone vinceret. ibid. Sit igitur hic ſermo, in quo Socratici maxime excellunt, lenis, minimeque pertinax: inſit in eo lepos. Nec verò tanquam in poſſeſſionem ſuam venerit, excludat alios: ſed cum reliquis in rebus, tum etiã in ſermone communi viciſſitudine nonnunquam vtendum putet. ibid. Ne ſermo vitium aliquod indicet ineſſe in moribus. ibidem, Habentur autem plerunque ſermones aut de domeſticis negotijs, aut de Rep. aut de artium ſtudijs, & doctrina. de Senect.86 b, Nec ipſorum conuiuiorum delectationem corporis voluptatibus magis, quàm cætu amicorum & ſermonibus metiebar. ibid. Sermonis delectatio. ibid. Sermonis auiditas. ibid. Me verò & magiſteria delectant, à maioribus inſtituta, & is ſermo, qui more maiorum à ſummo adhibetur magiſtro in poculo. ibid. Cõuiuium ad multam noctem, quàm maximè poſſumus, vario ſermone producimus. Epiſt.2 a, Nam cùm in ſermone quotidiano, tum in ſenatu, palàm ſic egit cauſam tuam. Attic. 13 a, Vt barbatuli iuuenes illum in ſermonibus Cn. Ciceronem appellent. & 16 a, Qui ſæpiſſimè curam & angorem animi mei ſermone & conſilio leuaſti tuo, qui omnium meorum ſermonum & conſiliorum particeps eſſe ſoles.ibid. Quę mihi videor aures nactus tuas vnius ambulationis ſermone exhaurire poſſe.& b, Nullius amantis conſilio aut ſermone requieſcunt *aculei & ſcrupuli*. Att.30 a, Quantam tu mihi moues expectationem de ſermone Bibuli? ibid. Cùm ſe omnium ſermonibus ſentiet vapulare.& b, Iſta ipſa me varietas ſermonum opinionumq; delectat. Att. 33 a, Aliquid ex eius ſermone poterimus περὶ τῶν ὅλων ſuſpicari. ibid. Sermo in circulis duntaxat & in conuiuijs eſt liberior quàm fuit. Att. 103 a, Cuius *Terentij* fabellæ propter elegantiam ſermonis putabantur à C. Lælio ſcribi. Att. 222 b, In ſermonem ſe poſt Idus Martij, præterquam cum Lepido, veniſſe cum nemine. & 251 b, Ego in varios ſermones incidebam. Qu.fr.299 b, Exhauſtus eſt ſermo hominum, & multæ emiſſæ iam eiuſmodi voces. ibid. Sermones ad te aliorum ſemper, non mea iudicia, perſcripſi. Qui quidem quàm frequẽtes eſſent, & quàm graues, &c. ibid. Sermones iniquorum in ſuum potiſſimum nomen erumpere.ibidem, Quàm multa ipſum ἀφιλῶς mecum in ſermone ita protuliſſe? ibid. Materiam omnem ſermonum eorum, qui de te detrahere velint, Statium dediſſe. de Or. 109 b, Ad eorum, quos propoſuimus, ſermonem diſputationemq; veniamus.& 110 a, Bonam partem ſermonis in hunc diem eſſe dilatam.ibid. Vel hoc ſim quotidiano tuo ſermone contẽtus. de Clar.196 b, Vt te eripias ex ea quam ego congeſſi in hunc ſermonem, turba patronorum.

† Syntaxis. *Sermonem habere, facere, inſtituere, eſſe, diſſipari (totâ Aſia) ordiri. Sermo eſt, eſſe te. In ſermonem delabi. Conferre ſermonem cum. Iſta ſunt multi ſermonis. Hoc in ore eſt, ac ſermone omnium. Excitare ſermones. Maleuoli ſermones. In ſermonem incidere, in ſermone. Venire in ſermonem & vituperationem.*

Sermocinatio. *figura.* ad Heren. 40 a, Sermocinatio eſt, cùm alicui perſonæ ſermo attribuitur, & is exponitur cum ratione dignitatis. * ad Heren. 37 a, Si ſententiam traijciemus aut ad ſermocinationem, aut ad exuſcitationem. Sermocinatio eſt, (de qua planius paulò pòſt ſuo loco dicemus: nunc breuiter, ad hanc rem quod ſatis ſit, attingemus) in qua conſtituitur alicuius perſonæ oratio accommodata ad dignitatem, hoc modo. & b, Eadem res his tribus in dicendo commutabitur rebus, verbis, pronũciando, tractando:ſed tractando dupliciter, ſermocinatione & exuſcitatione.

Sermocinor, aris. *ſermonem habeo, loquor.* de In.68 b, In cõſuetudine ſcribendi aut ſermocinandi eo verbo vti ſolent homines. I.V.104 a, Ait ſe cum iſto diligenter ſermocinaturum.

Sermunculus, li. pro Deiot.150 a, Nónne intelligis Cæſar ex vrbanis maleuolorum ſermunculis hæc *crimina* ab iſtis eſſe collecta? * Att.206 b, Sermunculum omnem aut reſtinxerit aut ſedârit.

Sero. *tardè* Att.165 a, I.V.269 b, Producam Coſſanos, qui te nunc ſerò doceant, iudices non ſerò. Att. 104 b, Serò reſiſtimus ei, quem aluimus contra nos. de Cl. 186 a, Eloquentia ſerò prodijt in lucem. Ep. 21 a, Longè abſum, audio ſerò. & 45 b, Serò enim veneram. & 105 b, Domum ſerò veneram. pro Qu. 7 b, De controuerſijs vult dijudicari ſerò: verùm, &c. Qu.fr. 301 a, Hoc de genere nihil te nũc quidẽ moneo: ſerò eſt enim. de Am.97 b, Factus eſt Cos. II. primùm ante tempus, iterum ſibi ſuo tempore, reipublicæ penè ſerò. Att.113 a, Eo die alter conſul venit ſerò. ad Heren. 12 b, Serò acto negocio veniſti. Epiſt. 102 b. Serò ſapiunt. *ſcilicet Phryges. prouerbium eſt, à Phrygum tarditate natum.*

Serius. *tardius.* de Orat.49 b, Ad myſteria biduo ſerius veneram. I. C.98 a, Hoc ſerius à me factum eſt, &c.

† Syntaxis. *Nunc ſerò eſt Biduo ſerius veniſti.*

Sero, ris: ſeui, ſatum. *ſementem facio, ſemen ſpargo, ſemino.* I.V. 172 a, Vt tantum decumæ ſit, quantum ſeueris. de Vn.303 a, Alios in reliquas mundi partes ſpargens quaſi ſerebat. Anteq. 192 b, Serere beneficium, vt metere poſſis fructũ. Tuſc. 154 b, Serere arbores, quæ alteri ſeculo proſunt. de Orat. 134 b, Da mihi ex iſta arbore, quos ſeram ſurculos. de Clar. 166 a, Seremus igitur aliquid tanquam in occulto & derelicto ſolo. de Sen.18 b, Serere, percipere, & concedere fructus. & ibid. Serere arbores. * Hortenſ. Segetes agricolæ ſubigũt aratris multò antè quàm ſerant. Oecon. 3, Neque ſerit vitem.

Seror, ris. I.V. 173 a, In iugere agri Leontini medimnum ferè tritici ſeritur, perpetua atq; æquabili ſatione.

Serpens, tis. *anguis.* de Nat.50 b, Quædam ſerpentes ortæ extra aquam, ſimulatq; niti poſſunt, aquam perſequũtur. de Ar.256 b, Iam iſta ſerpens, quæ tum hic deliteſcit, tum ſe emergit & fertur illuc, compreſſa atque illiſa moritur. Tuſc.235 b, Serpentes quaſdam, quaſdam eſſe gradientes.

*id eſt, beſtias.* de D. 90 b, Bellua vaſta, circumplicata ſerpentibus. in Vat. 28 b, Repentè te tanquam ſerpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti. * de Nat. 21 b, Ibes maximam vim ſerpentiũ conficiunt. Arat.

*Namq; virum medium ſerpens ſub pectore cingit.*

¶*Subrepẽs* in Arat. *Quæ volat, & geminis ſerpẽs ſecat aera pẽnis.* de Sen. 88 a, Vitis ſerpens multiplici lapſu & erratico I.C. 119 a, Latiùs opinione diſſeminatum eſt hoc malum, manauit per totam Italiam, obſcure ſerpens multas prouincias occupauit. * in Arat. ----*hydra*

*Præcipiti lapſu flexo cum corpore ſerpens.*

SERPERASTER, ſtri. *à ſerpente, vt oleaſter, ſurdaſter: & id genus alia.* Att. 103 a, De ſerperaſtris cohortis meæ nihil eſt quod doleas: ipſi enim ſe collegerunt admiratione vitæ, integritatis meæ. *Serperaſtris dixit, pro hominibus viliſſimis & pernicioſiſſimis, quaſi ſerpẽtum proles ſint. Sunt quibus placet Ceraſtris, quaſi famelicis hominibus, & ad pecuniam tanquam Cerberus ad offam latrantibus. Alioqui ſerperaſtra curriculi, id eſt, parui currus ſunt puerorum, teſte Varrone.*

SERPO, pis. *irrepo, progredior.* de Nat. 50 a, Alia animalia gradiendo, alia ſerpendo ad paſtum accedunt. ad Her. 39 b, Iſte tanquam iubatus draco ſerpit. de Orat. 127 b, Ecce autem ſerpere occultè cœpiſti, nihildum ſuſpicantibus alijs. I.V. 65 b, Si hæc conſuetudo ſerpere ac prodire cœpit. pro Mur. 134 b, Serpit hic rumor. Att. 7 b, Sed vereor, ne hoc quod infectum eſt, ſerpat longius. & 230 b. Suſtuliſſe mihi videtur ſimulationem deſiderij, quæ ſerpebat in dies. de Amicit. 104 a, Serpit enim deinde res, quæ procliuis ad perniciem, cùm ſemel cœpit, labitur. & 112 a, Serpit enim neſcio quomodo per omnium vitas amicitia. I. A. 153 b, Cùm ſerperet in vrbe infinitum malum, idq; manaret indies latiùs. pro R.P. 123 a, Serpet hoc malum mihi credite longius quàm putatis. Anteq. 195 a, Ne calamitas remorata longius ſerpat atq; progrediatur, præcauete. de Orat. 151 b, & in Ver. 65 b, Serpit malum conſuetudine peccandi. de Fin. 135 b, Serpere anguiculos.

† Syntaxis. *Serpens ac progrediens conſuetudo. Pars infecta ne ſerpat longius. Per omnium vitas amicitia ſerpit. Serpit malum, & latiùs manat.*

SERRA, ræ. *inſtrumentum dentatum, quo ligna & tabulæ vel tenuiſſimæ ſecantur.* Tuſc. 250 b, Ne ſtridorem quidem ſerræ audiunt, tum cùm acuitur.

* SERRACVM, i. *vehiculi genus.* in L. Piſon. Cum tibi tota cognatio in ſerraco aduehatur. *Alij ſarraco legunt.*

SERRVLA, læ. pro Cl. 55 b, * quidam recordatus eſt, ſe nuper in auctione quadam vidiſſe in rebus minutis aduncam ex omni parte dentium & tortuoſam venire ſerrulam, qua illud potuiſſe ita circũſecari videretur. Ne multa, perquiritur à coactoribus: inuenitur ea ſerrula ad Stratonem perueniſſe.

SERTORIVS, rij. de Clar. orat. 180.

SERTORIANVS. I. A. 232 b, Sertorianum bellum eſt.

SERTVM, ti. *corona.* Tuſc. 199 b, Incendes odores? ſertis redimiri iubebis & roſo? I.C. 106 b, Sertis redimiti, vnguentis óbliti.

SERVANDVS, a, um. Off. 7 b, Officia etiam aduerſus inimicos ſeruanda.

* SERVANS, tis. Tuſcul. 162 b, Quinq; ſtellas ferri, eoſdem curſus conſtantiſſimè ſeruantes diſparibus inter ſe motibus. de Diu. 88 a, Qui ex Caucaſo cœli ſigna ſeruantes numeris & motibus ſtellarum curſus perſequuntur.

SERVATOR, oris. *conſeruator, ſoter.)(. perditor.* pro Dom. 233 * Vt cuius vrbis ſeruatorem me eſſe Senatus omnium aſſenſu toties iudicârit pro Planc. 281 a, Qui à me mei ſeruatorem capitis diuellat.

SERVATVS, a, um. pro Clu. 37 b, Iudicium in quo non modus habitus, non conſuetudo ſeruata. pro Arch. 189 b, Vrbem ex omni impetu hoſtium ac totius belli ore ac faucibus ereptam eſſe atq; ſeruatam. pro Flac. 160 b, * Iudęorum gens victa, elocata & ſeruata. Att. 7 a, Eumq; permanus ſeruulæ ſeruatum & eductum.

SERVIENS, tis. Att. 286 b, A ſeruientibus abero. I.A. 228 b, Vita nulla eſt ſeruienti. Att. 284 b, Preces ſeruientis aduerſus regem. * Tuſc. 204 b, Ergo in poteſtate eſt abijcere dolorem cum velis, tempori ſeruientem.

SERVILIS, le. *famularis.* Antequam. 197 a, Reſpublica metu eſt debilitata ſeruili. pro Syll. 177 b, Munus ſeruile. I.P. 79 b, Color ſeruilis. & 99 b, Veſtis ſeruilis. de Orat. 138 b, Seruilis percunctatio, *id eſt, quæ à liberto fit.* * I. V. 236 b, Seruile bellum.

SERVILITER *abiectè, timidè.* Tuſc. 187 a, Ne quid ſeruiliter mulíebritérue faciamus.

SERVILIVS, a, um. pro S.R. 33 a, de Clar. 179 a, Seruilia lex. pro S.R. 33 a, Seruilius lacus.

SERVIO, uis. *deſeruio: ſeruitutem ſeruio, ſeruitutem patior, præſtò ſum, conſulo, operam alicui do, lenocinor.* de Orat. 100 a, Si quis apud nos ſeruiſſet ex populo fœderato, ſeſeq; liberaſſet. I.A. 209 a, Populum Romanum ſeruire fas non eſt. Attic. 112 a, Cato ipſe iam ſeruire quam pugnare mauult. pro R.P. 126 a, Alteri parére & ſeruire. Top. 223 a, Quorum nemo ſeruitutem ſeruiuit. de Amic. 111 a, Cupiditatibus quibus cæteri ſeruiunt, imperare. I.C. 106 a, Qui aliorum amori flagitioſiſſimè ſeruiebat. de Prou. 69 a, Sed ego in hac ſentẽtia dicendi non parebo dolori meo, nec iracundiæ ſeruiam. pro Cæl. 54 b, Vt in alterius dolore vel pietati, vel indulgentiæ veſtræ ſeruiatis. pro Seſt. 5, Sed agam moderatè, & huic tempori potius ſeruiam, quàm dolori meo. Tuſc. 155 b, Optimus quiſq; maximè poſteritati ſeruit pro Plan. 261 a, Honores ſi magni non putas, noli ſeruire populo pro Mar. 135 b, Serui etiam ijs iudicibus. Qu. frat. 294 b, Alicuius commodis vtilitatiq; ſeruire. & 295 a, Conſulere populorum commodis, & eorum vtilitati ſalutiq; ſeruire. pro S.R. 25 a, Rei familiari maximè ſeruire, &c. de In. 79 a, Seruire rebus ſuis & commodis. pro Planc. 279 a, Reipublicæ ſeruiui ſemper, nunquam mihi. de Cl. 187 a, Multorum obedire tempori, multorumq; honori & periculo ſeruire. pro Seſt. 7 b, Seruire dignitati. Poſtquam. 202 a, Virtuti & gloriæ ſeruire. Tuſc. 229 b, Seruire pecuniæ. Orat. 214 a, Seruire numeris. & b, Compoſitio, quæ tota ſeruit grauitati vocum. & 219 b, Attici maximè numero ſeruientes. Attic. 278 a, Ac mihi tum Brute officio ſolùm erat & naturæ: tibi nunc populo & ſcenæ, vt dicitur, ſeruiendum eſt. Epiſtol. 263 b, Sed indulge valetudiní tuæ, cui quidem adhuc tu, dum mihi deſeruis, ſeruiſti nõ ſatis. I. A. 62 a, Alienus tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur. Attic. 221 a, & 75 b, Ac magis mihi iſti ſeruiunt, ſi obſeruare ſeruire eſt. I.C. 102 a, Spero meos omnes ſeruire laudi meæ. de Orat. 138 a, Aliquem venuſtati vel maximè ſeruire. & 124 a, Seruiamus vectigalibus. Atttic. 120 b, Seruire tempori cùm neceſſe ſit Epiſt. 258 b, Seruire corpori. Quint. frat. 299 a, Te rogo, vt valetudini tuæ diligentiſſimè ſeruias. I. A. 219 b, Magnum eſt, perſonam in republ. tueri principis, quæ non animis ſolùm debet, ſed oculis ſeruire ciuium. Offic. 73 b, Cùm tractaretur Atreus, perſonę ſeruiendum fuit. Epiſt. 72 b, Et conſtantiæ ſeruiendum. de Finib. 130 b, Huius ætati & huic nunc hoc primùm fortaſſe audienti ſeruire debemus. * Tuſc. 204 b, An eſt vllum tempus, &c. cui non ponendæ curæ *(al. omittunt)* ægritudinis cauſa ſeruiamus.

¶ *Seruire cùm ad ruſtica prædia vel vrbana refertur, aliqua re granari & obligari.* cont. Rull. 89 a, Prædia omnia quæ ſeruiebant, non ſeruient. de Orat. 99 b, & Offic 65 a, Aedes Sergio ſeruiebant, ſed hoc in mancipio Marius non dixerat.

* SERVITVR. de Orat. 138 b, Vt non breuitati ſeruitum ſit, ſed magis venuſtati. Offic. 7 a, Vt communi vtilitati ſeruiatur.

SERVITIVM, tij. *ſeruus.* pro Flac. 164 b, Seruitia ſileant. pro Cæl. 54 a, Incitare ad cædem ſeruitia. de Leg. 189 a, Seruitia incitata. Att. 286 b, Neq; deſiſtam abſtrahere à ſeruitio ciuitatem noſtram *id eſt, à ſeruis vel à ſeruitute.* * I.V. 137 a, Cœptum eſſe in Sicilia moueri aliquot locis ſeruitium ſuſpicor I.C. 118 b, Seruitia excitantur. de Aruſp. 249 b, Omne ſeruitium permiſſu magiſtratus liberatum in alteram ſcenam immiſſum, alteri præpoſitum. ibid. Vt à ſeruitio caueremus.

SERVITVS, tis. *ſeruitium, famulatus.)( libertas.* Antequam. 192 b, Omnibus graue ſeruitutis iugum eſſe debet in libertate educatis. ibidem, Qui à veſtro corpore iugum acerbiſſimum repulit ſeruitutis. Parad. 122 b, Seruitus eſt, obedientia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis ſuo. & 123 b, Duriſſima ſeruitus. Parad. 123 b, Omnis animi debilitata, & humilis, & fracta timiditas, ſeruitus eſt. pro Deiot. 149 b, In dominatu ſeruitus ſit, in ſeruitute dominatus. I. A. 220 a, Diutius ſeruitutẽ perpeſſi ſumus, quàm captiui frugi & diligentes ſolent. Oct. 33 b, Populus Romanus pro turpi ſtupro datus in ſeruitutem. I P. 97 b, Qui ſocios noſtros in ſeruitutem adduxerunt. de Prou. 71 a, Tradere aliquem in ſeruitutem alicui. ibidem, Iudæi & Syri nationes natæ ſeruituti. pro Dom. 239, Ciuitas ſeruitute oppreſſa. I.P. 82 b, Emori potius, quàm ſeruire præſtat. pro Mar. 138 b, Seruire ſeruitutem. Attic. 281 b, Repellere ſeruitutem à ſuis ciuibus. pro Cl. 21 b, & 221 a, Eſſe apud aliquem in ſeruitute, vel in ergaſtulo. Quint. frat. 318 b, Aquæ iure conſtituto, & ſeruitute illi fundo impoſita. Attic. 285 b, Niſi fortè non de ſeruitute, ſed de conditione ſeruiendi recuſandum eſt à nobis. Offic. 16 b, Mors ſeruituti turpitudiniq; anteponenda eſt. I. A. 181 a, Seruitus eſt poſtremum malorum omnium. & 209 a, Aliæ nationes ſeruitutem pati poſſunt, populi Rom. eſt propria libertas. * pro Planc. 275 a, In qua *oratione* ego huius tanti officij

ſeruitu-

ſeruitutem aſtringam teſtimonio ſempiterno. I. A. 191 b, Qui cùm ſeruitute premeremur. & 193 b, Neque ille ſeruitutem veſtram, vt anteà, ſed iam iratus ſanguinem concupiſcit. Parad. 123 b, An eorum ſeruitus dubia eſt, qui cupiditate peculij nullam conditionem recuſant duriſſimæ ſeruitutis,

† Syntaxis. *Seruire dignitati Reipub. tempori. A' ſeruitio patriam abſtrahere. In ſeruitutem dare aliquem, abducere, tradere. Seruitutem ſeruire. Eſſe apud aliquem in ſeruitute, atq; in ergaſtulo. Fundo ſeruitus impoſita.*

SERVO, as. *conſeruo, aſſeruo, adſeruo, obſeruo, tueor, cuſtodio, teneo, non diſcedo.* Epiſt. 141 a, Ego ſeruo & ſeruabo Platonis verecundiam. Att. 145 a, Volumen epiſtolarum tuarum ſub ſigno habeo, ſeruoq; diligentiſſimé pro Clu. 24 b, At id quod conceperat, ſeruaret, vt ſaluum párere poſſet. de Amic. 101 a, Seruare amicitiam ſumma fide. Offic. 19 b, Seruare decorum. pro Planc 262 a, Sed ſeruare neceſſe eſt gradum. pro Planc. 261 b, Ad ea tempora reuocaui, ad quę tu te ipſe ſeruâris. Attic. 77 a, Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas: itaq; eò me ſeruaui. de D. 101 b, Seruo & obſeruo, idem. Offic. 11 a, Tenere, ſeruare, & obſeruare, idem. I. A. 213 a, Seruare pacem cum aliquo. Offic. 13 b, Seruare æquitatem. Epiſt. 28 a, Seruare leges. Epiſt. 153 b, & 13 a, Si omnia mihi integra & ipſe & fortuna ſeruauerit. Tuſc. 163 b, Seruare ſe integrum & caſtum. pro Clu. 36 a, Seruare conſuetudinem. de Orat. 129 a, Parcebat enim aduerſarij dignitati, in quo ipſe ſeruabat ſuam.* in Ver. 177 a, Quo ex iudicio te vlla ſalus ſeruare poſſet. pro Seſt. 14 a, Seruaui Rempubl. diſceſſu meo. ibid. Vnus Rempub. bis ſeruaui, ſemel gloria, iterum ærumna mea. in Clod. Vita anteacta ſeruauit. de Leg. 185 a, Minores magiſtratus, &c. vincula ſontium ſeruanto.

SERVOR, ris. pro Rab. 92 b, Ius libertatis defendendo ſeruari oportere. Attic. 263 a, Decreta Coſs. quæ de Cæſaris actis interpoſita ſunt, non ſeruantur. I. C. 116 b, Ciues integros incolumesq; ſeruari.

¶ Seruare de cœlo, *augrale verbum eſt, & auſpicia de cœlo obſeruantis, ſignificat enim augurem aliquid obſeruaſſe vidiſſeque in cœlo, hoc eſt, in aere, quo ſeruato cum populo non licet agere: vt ſi fulſerit, ſi tonuerit, ſi tactum aliquid erit de cœlo. quæ Cicero de Diui. docet.* pro Dom. 222 a, Te interrogante, Augures reſponderunt, Cùm de cœlo ſeruatum ſit, cum populo agi non poſſe. & ibid. ſæpe. item. in A. 176 a, Attic. 31 b, & 56 b.

SERVS, a, um. *tardus.* Epiſt. 21 a, Sera gratulatio reprehendi non ſolet. I. A. 194 b, Vt magis exoptaræ Cal. quàm ſeræ eſſe videantur. de D. 122 a, Tarda & ſera nimis.

SERVVLA, læ. *famula.* Att. 7 a,* Eumq; per manus ſeruulæ ſeruatum & eductum.

SERVVLVS, li.* pro Qu. 4 b, Seruulum vnum, quem iſte prehẽderat, abducit. pro Cecin. 296 a, Si vnus ſeruulus deiecerit. Oecon 1, Quibus quotidie ſeruuli vtuntur,

SERVVS, a, um. *ſeruitium, famulus, puer, mancipium, ſeruiens. qui non eſt ſui iuris, qui libertatem perdidit, arbitrio ſuo carens.)( liber.* pro Cor. 59 b, Seruos, quorum vis & fortunæ conditio infima eſt benè de repub. meritos perſæpè libertate, id eſt, ciuitate publicè donari vidimus. I. V. 149 b, Hunc ſerui ancillæq; amant. Attic. 122 a, Pollucem ſeruum à pedibus meum Romam miſi. I. A. 226 b, Neq; tam ſerui illi dominorum, quàm tu libidinum. & 87 b, Seruus cupiditatum. Epiſt. 12 b, Seditionum ſeruus & miniſter. & 13 b, Coſs. ſeditionum ſerui ac miniſtri pro Clu 48 b, Legum idcirco omnes ſerui ſumus vt liberi eſſe poſſimus. Attic. 195 b, Serui, mancipia, pueri. contra Rull. 88 b, Prædia libera meliore conditione ſunt, quàm ſerua. Quint. frat. 293 a, Seruus egregiè fidelis. pro S. Roſc. 42 b, Ego ſeruum habeo nullum. Offic. 23 a, Vlyſſes contumelias ſeruorum ancillarumq; pertulit. Parad. 122 b, Non enim ita dicunt eos eſſe ſeruos, ſicut mancipia, quæ ſunt dominorum facta nexu, aut, &c. * I. V. 28 b, Circumſeſſus es: à quibus? à Lamſacenis, &c. populi Rom. conditione ſocijs, fortuna ſeruis, voluntate ſupplicibus. & 236 b, Vt ne quis cum telo ſeruus eſſet. I. V. 237 a, Seruorum bellum. ibid Nullíne motus in Sicilia ſeruorum Verre prætore? nullæ'ne conſenſiones factæ eſſe dicuntur? & b, Vt abſoluerentur *ſerui.* Damnatis quidem ſeruis quæ prædandi poteſt eſſe ratio? Produci ad ſupplicium neceſſe eſt. ibid. producuntur, & ad palum alligantur. ibid. Nomine ſceleris coniurationisq; damnat. ad ſupplicium traditi, ad palum alligati, repentè multis millibus hominum inſpectantibus ſoluti ſunt, & Leonidæ illi domino redditi. I. V. 238 a, Tu quos ſeruos arma capere ac bellum facere in Sicilia voluiſſe cognoras, hos ad ſupplicium iam more maiorum traditos, & ad palum alligatos, ex media morte eripere ac liberare auſus es? Vt quam damnatis ſeruis crucem fixeras, &c. ibid. Vt homines ſeruos, vt ipſe qui iudicarat, vt ſtatim è medio ſupplicio dimiſerit, vt eius facinoris damnatos ſeruos. ibid. Quid ſeruis tam formidoloſum? feciſſe videri pronunciauit. I. V. 238 b, Hiſce omnibus ſupplicijs ſunt liberati. Quis dubitet quin ſeruorum animos ſumma formidine oppreſſerit? cum viderent ea facilitate prætorem, vt ab eo ſeruorum ſceleris coniurationisq; damnatorum vita, vel ipſo carnifice internuncio, redimeretur. I. V. 239 a, Nominat iſte ſeruum, quem magiſtrum pecoris eſſe diceret: eum dicit coniuraſſe, & alias familias concitaſſe. Is omnino ſeruus in familia non erat. Eum ſtatim exhiberi iubet. Apolonius affirmat, ſeruum ſe omnino illo nomine habere neminem. ibid. Quo ſupplicio dominos indemnatos afficiebat: hoc ſeruos damnatos liberabat. ibid. Seruos, quos ipſe cum conſilio belli faciendi cauſa conſenſiſſe iudicauit: eos ſine conſilij ſententia, ſua ſponte, omni ſupplicio liberauit. de Aruſp. 248 b, Vis innumerabilis incitata, ex omnibus vicis collecta, ſeruorum, ab hoc ædili religioſo repentè fornicibus oſtijsq; omnibus in ſcenam ſigno dato immiſſa irrupit. & 249 a, Cum ille ſeruorum & ludiorum multitudini S. P. Q. R. vinctum ipſo conſeſſu, & conſtrictum ſpectaculis, atque impeditum turba & anguſtijs tradidiſſet. ibid. Vis conſeſſusq; ſeruorum. & b, Eos ludos ſerui fecerunt: ſerui ſpectauerunt: tota deniq; hoc ædile ſeruorum Megaleſia fuerunt. ibid. Vt alter conſeſſus poteſtati ſeruorum obijceretur, alter ſeruorum totus eſſet. ibid. Videmus examina tanta ſeruorum immiſſa in populum Rom. ibid. Illi cùm ludos facerent, ſeruos de cauea exire iubebant: tu in alteram ſeruos immiſiſti, &c. Itaq; qui anteà voce præconis à liberis ſemouebantur: tuis ludis non voce, ſed manu, liberos à ſe ſegregabant. pro Corn. 59 b, Quæ *præmia & honores* pateant ſtipendiarijs, pateant hoſtibus, pateant ſæpe ſeruis. I. P. 97 b, Seruis ſymphoniacis & alijs muneribus acceptis. pro Milon. 106 a, Seruos agreſtes & barbaros, quibus ſyluas publicas depopulatus erat, Hetruriamq; vexarat, ex Apennino deduxerat: quos videbatis. & 107 a, Cædere incipiunt eius ſeruos, qui pòſt erant. Ex quibus qui animo fideli in dominum erant, & præſentes fuerunt, partim occiſi ſunt, partim cùm ad rhedam pugnari viderent, & domino ſuccurrere prohiberentur, Milonemq; occiſum eſſe etiam ex ipſo Clodio audirent. fecerunt id ſerui Milonis, neq; imperante, neq; ſciente, neq; præſente domino, quod ſuos quiſq; ſeruos in tali re facere voluiſſet. pro Mil. 112 a, Quas *pœnas* ab eo ſerui fideles pro domini vita expetiuerunt. Cur igitur eos manumiſit? metuebat ſcilicet ne indicaretur? ne dolorem perferre non poſſent? ne tormentis cogerentur, &c. confiteri? & b, Manu verò cur miſerit? ſi id potius quæris, quàm cur parum amplis affecerit pręmijs? ibid. Non libertate ſolum, ſed etiam omnibus præmijs digniſſimos fuiſſe, qui domini caput defendiſſent. Quod enim præmium ſatis magnum eſt tam beneuolis, tam bonis, tam fidelibus ſeruis? propter quos viuit? &c. quòd propter eoſdem non ſanguine & vulneribus ſuis crudeliſſimi inimici mentem oculosque ſatiauit. Quos niſi manumiſiſſet, tormentis etiam dedendi fuerunt, conſeruatores domini, vltores ſceleris, defenſores necis? ibid. Eſſe illis meritum præmium perſolutum. ibid. Quæſtiones ſunt habitæ nunc in atrio Libertatis. Quibúſnam de ſeruis? rogas? de P. Clodij Quis eos poſtulauit? Appius. Quis produxit? Appius. Vnde? ab Appio. ibid. De ſeruis nulla quæſtio eſt in dominum, niſi de inceſtu. ibid. Maiores noſtri in dominum de ſeruo quæri noluerunt. ibid. In reum de ſeruis accuſatoris cum quæritur. pro Mil. 113 a, Subitò arrepti in quæſtionem, tamen ſeparantur à cæteris, & in arcas conijciuntur, ne quis cum his colloqui poſſit. Hi centum dies penes accuſatorem cùm fuiſſent: ab eo ipſo accuſatore producti ſunt. pro Mil. 114 a, Seruos Milonis apud ſe ebrios factos, ſibi confeſſos eſſe de interficiendo Cn Pompeio coniuraſſe: deinde poſteà ſe gladio percuſſum eſſe ab vno de illis. ibid. Ebrioſorum confeſſionem ſeruorum audiri. pro Mil. 115 b, Eum, &c. ſeruorum armis exterminauit. & 116 a, Seruorum exercitus illum in vrbe conſcripturum fuiſſe. Offic. 9 a, Eſt infima conditio & fortuna ſeruorum: quibus non malè præcipiunt, qui ita iubent vti vt mercenarijs, ad operam exigendam, & iuſta præbenda. Paradox. 122 b, Ego verò iſtum non modò ſeruum, ſed nequiſſimum ſeruum, appellandum puto. Atque vt in magna familia ſtultorum ſunt alij lautiores, vt ſibi videntur, ſerui: ſed tamen ſerui atrienſes, ac tu pari ſtultitia: quos ſigna, quos tabulæ, quos cælatum argentum, quos Corinthia opera, quos ædificia magnifica nimio opere delectant. Paradox. 123 a, Vos verò ne ſeruorum quidem veſtrorum principes eſtis. Sed vt in familia qui tractant iſta, qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, qui ſpargunt, non honeſtiſſimum locum ſeruitutis tenent. ibid. Seruum te eſſe ine-

ptiarum omnium iudico. ibidem, Nónne hunc hominem ita ſeruum iudicet, vt ne in familia quidem dignum maiore aliquo negotio putet? Epiſt. 17 b, Neque Reſp. conſules haberet, ſed mercatores prouinciarum, & ſeditionum ſeruos ac miniſtros. Epiſt. 65 b, *Vatinij.* Dicitur mihi tuus ſeruus anagnoſtes fugitiuus Vardaci eſſe: de quo tu, mihi nihil mandaſti: ego tamen terra mariq; vt conquireretur, præmandaui: & profectò tibi illum reperiam, niſi in Dalmatiam aufugerit. & inde tamen aliquando eruam Epiſt. 180 a, *Maij.* At hæc etiam ſeruis ſemper libera fuerunt, timerent, gauderent, dolerẽt, ſuo potius quàm alterius arbitrio. Qu. fr. 302 a, Aeſopi Licinius ſeruus tibi notus aufugit. Is Athenis apud Patronem Epicureum pro libero fuit. Inde in Aſiam venit & b, Tanto dolore Aeſopus eſt affectus propter ſerui ſcelus & audaciam, vt nihil ei gratius facere poſſis, quàm ſi illum per te recuperârit.

† Syntaxis. *Prædia ſerua.*

Sesamenvs, na. *Seſamo oppido.* Att. 82 a.

Seselis. de N. 51 b, Ceruæ paulò ante partum perpurgãt ſe quadam herbula, quæ ſeſelis dicitur. *aliter ſeſeli.*

Sesqvi. *ἡμιόλιος, ſeſquiplex.* Orat. 215 a, b, Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, vt neceſſe ſit, partem pedis, aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui eſſe maiorem. Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, ſeſquipæan.

Sesqvialter, a, um. *ἡμιόλιος, ſeſquiplex.* de Vniu. 199 a, Deinde detraxit tertiam, quæ ſecundæ ſeſquialtera. & ibi. Seſquialteris interuallis, & ſeſquitertijs & ſeſquioctauis ſumptis, ex his, &c.

Sesqvimodivs, dij. *modius cum dimidio* I. V. 169 b, * Nunquam tam grati hi ſeſquimodij fuiſſent: quos tu cùm ad menſuræ tam exiguam rationem populo Rom. in capita deſcripſiſſes.

Sesqvioctavvs, a, um. *ἐπόγδοος.* de Vn. 199 a, L. Sesqvitertivs.

Sesqviplex. *ſeſquialter.* Or. 216 a, Modus aut ſeſquiplex, aut duplex, aut par.

Sesqvitertivs, a, um. *ἐπίτριτος.* de Vn. 199 a, Ex his colligationibus in primis interuallis ſeſquioctauo interuallo ſeſquitertia omnia explebat. *De hiſce proportionibus vide Perionij de optimo genere interpretandi vtiliſſimos pariter & erudititiſſimos commentarios.*

Sessio, onis. *ſitus genus vnum.* de Nat. 20 a, Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quæ adhibetur homini: ingreſſus, curſus, accubatio, inclinatio, ſeſſio. de Finib. 132 b, Quamobrem etiam ſeſſiones quædam contra naturam ſunt. Off. 26 a, Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio, &c. teneant illud decorum.

¶ *Pro ſede, aut quouis loco, vbi quis ſedere poteſt:* de Fin. 114, Cuius etiam illa ſeſſio fuit, quam videmus. * de Orat. 110 b, Porticus, palæſtra, & tot locis ſeſſiones gymnaſiorum & Græcarum diſputationum memoriam quodammodo commouent.

¶ *Pro conſeſſu.* * de Orat. 154 a, Non eſt paucorum libellorum hoc munus, &c. neque Tuſculani, atque huius ambulationis antemeridianæ, aut noſtræ pomeridianæ ſeſſionis.

Sessito, as. *inſideo* de Clar. 169 b, Quam deam in Periclis labris ſeſſitauiſſe ferunt.

Sessvs. *ſeſſio, vel ordo ſedentium.* Ep. 164 a, Herennium Gallum in quartumdecimum ſeſſum deduxit *Pollionis.*

Sestertivm, tij: & Sestertivs, tij. *cuius hæc eſt nota.* H-S. I. V. 11 b, Numerantur illa H-S. ducenta quinquaginta Syracuſis. Attic. 179 b, Minutius XII. ſola curauit. id eſt, H-S. Ep. 217 a, Ea pars eſt ad XXX ſeſtertia. & 226 a, Nicenſes ei grandem pecuniam debent ad ſeſtertiûm octogies. I. A. 241 b, Antonius ſeſtertiûm ſepties millies pecuniæ publicæ auertit. I. P. 98 a, Seſtertium centies & octogies ex ærario tibi attribuit, Romæ in quæſtu reliquiſti. pro Flac. 152 a, Nos hîc in mare ſuperum & inferũ ſeſtertiûm ter & quadrageſies rogabamus. Ep. 76 a, H-S centum millia. & ibid. b, H-S centum *bis*, & ibid. Omnem pecuniam apud publicanos depoſui, id fuit H-S XXII. Epiſt. 76 b, Si mihi expenſa iſta H-S centum tuliſſes. Off. 64 a, Dixit ſe pluris æſtimare, addidit centum millia. IV. 75 b, Seſtertiûm millies. I. V. 59 b, Pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegit. pro Cl. 55 b, Ipſe armarij fundum execuit, & ſeſtertiorum & auri quinque pondo abſtulit. pro R. P. 130 a, Bona alicuius nummo ſeſtertio cuipiam addici. Orat. 211 b, Seſtertiûm nummûm, non nummorum. Off. 70 b, Cum teſtamento ſeſtertiûm millies relinquatur. Parad. 125 b, Capit ille ex ſuis prædijs ſexcenta ſeſtertia, ego centena ex meis.

Sestertivs. *dictus eſt, quaſi ſeſquitertius: valet enim duobus aſſibus æris & ſemiſſe. Idem autem erat quod numus, etiam ſi vtrumque nonnunquam coniungatur. Seſtertium autem genere neutro, mille ſeſtertios ſignificat, hoc eſt argenti aſſes duos (quas libras alij vocant) & ſemiſſem. Additur etiam ſæpenumerò verbum Mille, aut aduerbium alicuius numeri, hac formula: Mille ſeſtertiûm, vel millies ſeſtertiûm. & tunc ſeſtertiûm pluralis genitiuus eſt, pro ſeſtertiorum. Vbi verò aduerbium adiunctum ſeſtertio eſt, intelligendum eſt centum: vt decies ſeſtertia, id eſt, decies centena. Colligamus igitur iſta, vt facilius cognoſci & retineri poſſint.*

Mille { *ſeſtertiûm* / *ſeſtertiûm nummûm* / *nummûm* / *ſeſtertij* } *idem ſunt: id eſt, XXV. aurei nummi, ſiue coronati.*

Seta, æ. de Orat. 164 a, Natura equo & leoni ſetas, caudam & aures ad motus animorum declarandos dedit. Tuſc. 240 a, Gladium è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſſit.

Setinvs, a, um. cont. Rull. 79 a, * Setinus ager.

Sev, *ſiue.* pro Qu. 14 b, O fortunatum hominem, qui huiuſcemodi nuncios, ſeu potius pegaſos habet. & 5 b, & pro Cæcin. 298 a, Seu rectè ſeu perperam facere cœperunt.

Severe. *auſterè. Stoicè.* pro Qu. R. 52 a, Seueriſſimè exacta ætas. Off. 27 a. & pro Mur. 134 a, Seuerè dicere. & 136 b, & I. V. 66 a, Lites ſeuerè æſtimare.

Severitas, tis. *grauitas, triſtitia, duritas.* )( *comitas, humanitas.* Epiſt. 199 b, Vt ſumma ſeueritas ſumma cum humanitate iungatur. pro Mur. 140 a, Si illius comitatem & facilitatem tuæ grauitati ſeueritatiq; aſperſeris. de Orat. 130 b, Riſus triſtitiam ac ſeueritatem mitigat & relaxat. & 115 a, Iudex tum ad ſeueritatem, tum ad remiſſionem animi eſt contorquendus. pro Syl. 185 a, Sic vos ſeueritatem iudiciorum, quæ per hoſce menſes in homines audaciſſimos facta eſt, miſericordia mitigate. de Cl. 195 a, Laxare iudicum animos, atque à ſeueritate paulìſper ad hilaritatem riſumq; traducere. Orat. 214 a, Oratores cum ſeueritate audiri, poëtas autem cum voluptate. Acad. 35 a, Ipſa ſeueritas & grauis & recta ratio mihi obſeruatur. de Fin. 53 b, Adhibere ſeueritatem in aliquo. de Cl. 173 a, b, Homo ipſa triſtitia & ſeueritate popularis. Attic. 11 a, Xenocrates & Metellus Numidicus, ſeueritate clari. Attic. 12 a, Senatum ad priſtinam ſeueritatem reuocaui. de Cl. 177 b, Craſſus in ſumma comitate habebat etiam ſeueritatis ſatis. Offic. 18 a, Et tamen ita probanda eſt manſuetudo atque clementia vt adhibeatur reipubl. causa ſeueritas. de Senect. 91 a, Seueritatem in ſenectute probo, & eam, ſicut alia, modicam: acerbitatem nullo modo. * de Clar. 175 b, Morte voluntaria ſe à ſeueritate iudicum vindicauit. Or. 201 b, Alij duritatem & ſeueritatem quandam verbis, & orationis quaſi mœſtitiam ſequuntur. I. C. 121 a, Ne ſeueritate animaduerſionis nimis vehementes in acerbiſſimos hoſtes fuiſſe videamini. de Aruſp. 250 a, Cuius priſcã illam ſeueritatem ſacrificij tua ſoror mirificè exiſtimatur imitata. I. P. 81 a, Vetus illa magiſtra pudoris & modeſtiæ ſeueritas cenſoria ſublata eſt. de Finib. 53 b, Cùm illam ſeueritatem in eo filio adhibuit. de Leg. 177 b, Cùm ſeueritas eorum morum ob alia vitia cecidiſſet. Attic. 12 a, Quem dolorem improbiſſimo cuique incuſſerat ſeueritas conſulatus mei. Qu. fr. 293 a, Hæc & cætera plena ſeueritatis ibid. Quare ſit ſumma in iure dicendo ſeueritas, dummodò ea ne varietur gratia, ſed conſeruetur æquabilis. & 294 a, Niſi hæc lenitas illam ſeueritatem tueretur. ibid. Hæc illius ſeueritas acerba videretur niſi multis condimentis humanitatis mitigaretur.

† Syntaxis. *Triſtitia & ſeueritas. Acerbam ſeueritatem humanitatis condimentis mitigare. Duritas, mœſtitia, ſeueritas. Orator cum ſeueritate auditur.* )( *cum voluptate poëta. Suam comitatem alicuius aſpergere ſeueritati.*

Severvs, a, um. *grauis, triſtis, auſterus, acerbus, vehemens, aſper, durus, ac penè agreſtis.* )( *diſſolutus, indulgens.* Offic. 75 a, Qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus & ſeuerus in filium. pro Cl. 29 a, Iudex ſeuerus in facinoroſos. Tuſc. 218 a, Imperia ſeueriora nulla eſſe putant ſine aliqua acerbitate iracundiæ. de Clar. 175 a, Tubero vita ſeuerus, & cõgruens cum Stoica diſciplina. de Orat. 153 b, Seuerus & triſtis vultus. & 129 b, Omnium grauiſſimum & ſeueriſſimum eſſe. I. V. 231 a, Poſtea iudicia ſeuera Romæ fieri deſierunt. de Cl. 195 b, Sententiæ non tam graues & ſeueræ quàm concinnæ & venuſtæ. pro Pomp. 11 b, Non poteſt eſſe ſeuerus in iudicando, qui alios in ſe ſeueros eſſe iudices non vult.

† Syntaxis. *Acerbus ac ſeuerus. Vita ſeuerus. Seuerus ac triſtis vultus. Grauis ac ſeuerus.*

Sevoco, as. *ſeparo, abduco, aufero.* de Nat. 63 a, Difficile eſt mentem ab oculis ſeuocare. Tuſc. 163 b, Qui ſe à corporibus ſeuocaſſent. & 164 a, Seuocare animum ab omni negocio. de D. 93 b, Cùm eſt ſomno ſeuocatus animus à ſocietate

cietate

cietate & contagione corporis.Orat.203 a,b,Ab his *hiſtoricis* non multò ſecus quàm à poëtis hæc eloquentia ſeuocanda eſt pro Qu. 2 b, Næuius de communi quicquid poterat,a ſe in priuatam domum ſeuocabat.

SEX.de Clar.194 b,Sex menſes.

SEXAGENI,æ, a.I.V.246 b, Verumetiam quò plus darent quàm poterant, hæc ſexagena millia modiûm addidiſti.

SEXAGESIMVS.At.74 b,Epheſum venimus ad XI.Cal.Sextil.ſexageſimo & quinto poſt pugnam Bouillas.* Att.89 b, Poſt Leuctricam pugnam die ſeptingenteſimo ſexageſimo quinto.

SEXAGIES.I.A.169 a, Sexagies ſeſtertiûm. pro S.R. 19 a, Bona quæ ſunt ſexagies.L.CENTIES.

SEX & quinquaginta. pro S.R.21 b, Sex & quinquaginta millia paſſuum.

SEXAGINTA.de Leg.182 b,Att.222 a, Sexaginta duobus.

*SEXCENI,æ,a, I.V. 248 a, Certo pretio ſexcenos nummos nautarum miſſione conſtituere. *Alij ſexcentenos legũt.*

SEXCENTENI.I.V.248 a, Sexcentenos nummos conſtituere.*aliter,Sexcenos*.I.V.248 a,Verres certo precio ſexcentenos nummos nautarum miſſione conſtituit.

SEXCENTI,tæ,ta.I.V.132 b, Cn. Sextium mille modiûm, ſexcentos præterea alios,&c. Att.94 a, Belli periculum, militum improbitas, ſexcenta præterea alia. de D. 115 a, Sexcenta licet eiuſmodi proferre. Attic. 33 b, Et ſexcenta ſunt.& 32 b,Ad annos ſexcentos.Att.100 a,Venio ad epiſtolas tuas, quas ego ſexcentas vno tempore accepi.Parad.125 b,Capit ille ex ſuis prædijs ſexcenta H-S,ego centena ex meis. * in Piſ. 98 b, Quòd populari illi ſacerdoti ſexcentos ad beſtias amicos ſociosq; miſiſti?

SEXCENTIES.Att.lib.4,Contẽpſimus ſexcenties H-S.* Frag. epiſt. In ſingulas tegulas impoſitis ſexcentis ſexcenties confici poſſe.

*SEXDECIM.pro Clu.36 a, Sexdecim iudices.

*SEXENNIVM,ij. I. A. 195 b, Tribuni plebis tulerunt de prouincijs contra acta Cæſaris, ille biennij, iſte ſexennij. *Alij biennium & ſexennium legunt.* de Diuin. 101 a, Quod ſexennio poſt Veios captos factum eſſe videmus. Att. 85 Centeſimæ ſexennij.

SEXPRIMI: *vt Quinqueprimi, & Decemprimi.* de Nat. 74 b, Id quoque L. Alenius fecit, cùm chirographum ſexprimorum imitatus eſt.

SEXTANS,tis.*ſextula.id eſt; duæ vnciæ.* Epiſt.217 a, * In ſextante ſunt hi hæredes.

SEXTARIVS,rij.*menſuræ nomen,continetq; minas duas, ſeu cyathos duodecim.* Off. 44 b, Si emere aquæ ſextarium mina cogerentur.

SEXTILIS, lis. *menſis ſextus à Martio, poſteà dictus Auguſtus.* Epiſt.160 a, Si in Sextilem comitia.

* SEXTILIS,le,I.V.72 b, Nonnæ ſunt hodie Sextiles.

* SEXTIVS,a,um. pro Quint.4 b,Tabula Sextia.

SEXTVLA,læ.*ſextans.* pro Cec. 288 a, * Facit hæredem ex deunce & ſemũcia Cęcinnam: ex duabus ſextulis M.Fulcinium:Ebutio ſextulam aſpergit. Hãc ſextulam illa mercedem iſti eſſe voluit aſſiduitatis & moleſtiæ,ſi quam ſuſceperat. Iſte autẽ hac ſextula ſe anſam retinere omnium controuerſiarum putat.

SEXTV`M conſul:*vt Septimùm conſul.*I.V.83.

* SEXTVS,a,um.de Inu.61 a,b, Sextus locus.

*SEXTVSDECIMVS,a,um. de Inu. 62 a, Sextusdecimus locus.

SEXVS,us. de Inu. 50 a, Hominum genus in ſexu conſideratur,virile, an muliebre ſit. * Oecon. Quoniam hunc ſexum cuſtodię & diligenriæ aſſignauerat *natura:* icciirco timidiorem reddidit quam virilem. ibid. Calceamenta vtrique ſexui conuenientia.

SI.*cum, vt, etiam ſi.* Cecin 294 b, Neque verò quicquam opus ſit verbis,cùm ea res, cuius cauſa verba quæſita ſunt, intelligatur.& ibidem, Sermo herculè familiaris non cohærebit,ſi verba inter nos aucupabimur.Epiſt.6 a,Si volo is eſſe,quem tu me eſſe voluiſti.I.V.106 b, Hac cõditione, ſi quis,&c. de Orat.91 a, Sed is, ſi quis eſſet, aut ſi etiam vnquam fuiſſet:aut verò ſi eſſe poſſit, tu eſſes vnus profectò qui,&c Attic.122 a,Moriar, ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet.pro Syl.182 b,Conceditis, vt nobis libertatem retinere liceat:ſi minus,dignitatem & ibidem,Graue,ſi appetimus aliquid,ſi cùm cæteri de nobis ſilent,nos ipſi non taceamus.pro Cluent.18 b, Deinde ſi quam opinionem mentibus veſtris comprehendiſtis, ſi eam ratio conuellet, ne repugnetis. & 20 b, Non timuiſſe ſe minus vim deorum,ac noctem illam, &c & 21 a,Atque ea ſi obliuione non poſſet, tamen taciturnitate ſua tecta eſſe pateretur.pro Quint.14 a,Et mehercule ſi nihil diceret, tacito ipſo officio me moueret. de Orat. 111 b, Ergo id qui toto in genere fecerit,is ſi non planè artem,at quaſi artem quandam effecerit.& 144 a, Alicui ſi nequaquam parem illius ingenio, at pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam referre. Orat. 206 a, Alicuius rei ſi non perfectio,at conatus tamen,&c.de Orat.114 b,Si minus vt, &c. at certè,&c.I.V.207 a, Hic venit in iudicium, ſi nihil aliud,ſaltem,vt&c.Attic.110 a, Vt nihil aliud, hoc tamen perfecit, &c.& 4 a, Id te ſcire volui, ſi quid fortè ea res ad te pertineret. Quint. frat. 300 b, Nihil reprehendo niſi iracundiam tuam,& ſi fortè raro,literarum miſſarum indiligentiam. Attic.209 a, Nitor orationis noſter, ſi modò eſt aliquis in nobis.& 261 b,Is malè intellexit,ſi quiſquam malè intelligit. Orat. 295 b, Is magnus orator eſt, ſi non maximus.de Orat.135 a,Vide,inquit, Scaure,mortuus rapitur, ſi potes eſſe poſſeſſor. contra Rull. 75 b, Et mihi quæſo ignoſcite,ſi appello talem virum ſæpius. de D.123 b,Dicito,ſi paſcuntur aues,& ibidem,Dicito,ſi ſilentium eſſe videbitur. Antequam. 193 a, Non queunt,ſi maximè cupiant.pro Quint.9 a,Si maximè velim.de Finib.49 a, Qui ſi hoc maximè placeat, tamen volunt, &c. de Nat.13 a, Roges me quid ſentiam, nihil reſpondeam. *id eſt, ſi roges.* I.A.134 b,Aſſenſero.*id eſt,ſi aſſenſero.*& ibidem, Negauero, *id eſt,ſi negauero.*Epiſt.106 a, Etenim ſi quid generis iſtiuſmodi me delectat,pictura delectat. Attic.10 b,Si vnquam tibi viſus ſum fortis,certè me tunc admiratus eſſes.& 54 a, Si vnquam fuimus,&c.aut ſi vnquam, &c.tum profectò. & 9 a, Si vnquam mihi epicheremata ſuppeditârunt, illo tempore.Epiſt.90 a, Si quis eſt, &c. is ego ſum, & 146 a, Si quiſquam fuit vnquam, &c. ego profectò is ſum. pro Seſt.3 a,Si quis antea mirabatur, quid eſſet, quod &c. ex hoc tempore miretur potius,&c.de Cl.265 b,Si fuit tempus vllum,cùm, &c. tum profectò fuit. pro Mil. 103 a, Si tempus eſt vllum iure hominis occidendi, quæ multa ſunt:certè illud eſt non modò iuſtum, ſed etiam neceſſarium, cùm vis illata defenditur. I. A.221 a, Quod ſi cuipiam iuſtus honos habitus eſt in morte legato, in nullo iuſtior quàm in Ser.Sulpitio reperietur.Ep.222 b,Si vllam in amicitia ſpem habes, ſi, &c. hoc mihi da atque largire, vt,&c.& 184 a,Si abeſtis,&c.ſin,&c.pro Syll.179 b,& pro Seſt.29 b,Si,*pro, quia vel quoniam.* de Am.112 b, Si aliquid, &c.& ibid. Si aliquem. Offic. 38 a, Noſtri imperatores ex tua hac re maximam laudem capere ſtudebant,ſi prouincias,ſi ſocios æquitate & fide defendiſſent

¶ *Si,cum in argumentatione verſatur.* de In.55 a,b,& deinceps. de Or.123 b,& 124 a,Top.221 b,222 a, 225 a,vt, Si peperit,virgo non eſt:Si oportet ſapere, dare operam philoſophiæ conuenit.L.CONNEXVM.

SIBILO,as. Attic.34 a, Populares iſti iam etiam modeſtos homines ſibilare docuerunt. ad Heren. 33 a, Vagire,mugire,murmurare,ſibilare.

ui.de Ar.253 b,Clodius nefarias cum multis ſcelerum pactiones ſocietatesq; conflauit. I.C.104 a, Latrones ſcelerum fœdere inter ſe,ac nefaria ſocietate cōiuncti. I.A.255 a, Inire ſocietatem omniū rerum cum aliquo.pro Quint. 5 a,Nec ſocietas tibi qu cquam debet,nec priuatim Quintius debuit.pro Mur.140 b, Quid ſi omnes ſocietates venerunt ? pro Planc 265 b,P. Craſſus maximarum ſocietatum autor,plurimarum magiſter.pro Dom.242 c,Omnes ſocietates, omnes ordines arbitrabantur.I.A.177 a, Nulla ſocietas optimis ciuibus cum importuniſſimo hoſte fœdere vllo confirmari poteſt.Offi.65 b,Societas , quæ latiſſimè patet. & ibi. Societas interior vel propior eorum qui eiuſdem generis ſunt.& 62 b,Societas inter homines coniuncta.Offic.5 b,Deuincire hominum inter homines ſocietatem. de Fat. 140 b, Cum hoc genere philoſophiæ, quod nos ſequimur,magnam habet orator ſocietatem.I. A,165 a, Vtinam Cn. Pompei cum C.Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes,aut nūquam diremiſſes.de Am.111 a, Quæ ſi quos inter ſocietas eſt, aut fuit. de L.160 b,Eſt prima homini cum Deo rationis ſocietas.& 161 a,Hominum ſocietas inter ipſos & coniunctio.* de Finib.74 a, Se implicet primum ciuium,deinde omnium mortalium ſocietate. *Alij ſocietati legunt.* Oecon.1, Vt non ſolùm iucundiſſima,verum etiam vtiliſſima vitæ ſocietas iniretur.ibid. Vt ex hac eadem ſocietate mortalibus adiutoria ſenectutis,nec minus propugnacula præparentur. Acad.In quorum *pecorum* ſocietatem & hominem & ſapientèm trudere nefas eſſe. pro Quint.2 b, Qui magna fide ſocietatem gererent. ibid.Cùm annos iam complures ſocietas eſſet. & 3 a,Cum de ſocietate inter ſe multa communicarent, & de tota illa ratione atq; re Gallicana. ibid.Societatem ſibi quippiam debere.& b,Niſi prius de rebus rationibusque ſocietatis omnibus decidiſſet. pro Quint.4 a, Curaſſe ne quid ſibi ſocietas deberet.& b, Si veritate, amicitia, fide ſocietas, pietate propinquitas colitur. & 14 a, Cum eo tu voluntariam ſocietatem coibas, qui te in hæreditaria ſocietate fraudarat.pro Sex.Roſc.38 a,Societatem cum ipſis aduerſarijs coijt.pro Q.Roſc.37 a, Quæ *pecunia* tibi ex ſocietate debeatur. & b, Iudicium ſocietatis.I.V.185 a, Cùm poſita eſſet *pecunia* apud eas ſocietates, vnde erat attributa.pro Dom.218 b, Hanc iucundiſſimam vitæ atque officiorum omnium ſocietatem certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt. pro Seſt 9 b, Nulla erat Romæ ſocietas vectigalium, nullum collegium aut conſilium, quod non honorificentiſſimè decreuiſſet de de mea ſalute.de Fin.140 b,Id à communitate & charitate atq; ſocietate humana non abhorrebit. de Leg.184 a, Cuius & vita & oratio conſecuta mihi videtur difficilimā illam ſocietatem grauitatis cum humanitate. Offic.6 a, Quod enim eſt apud Ennium, Nulla ſancta ſocietas nec fides regni eſt,id latius patet.ibid. In eo plerunq; fit tanta contētio,vt difficillimum ſit ſanctam ſeruare ſocietatem. Offic.11 b,Quæ naturę principia ſint communitatis & ſocietatis humanæ.Epiſt.51 b,Me non oratio tua ſolum, & ſocietas penè ægritudinis,ſed etiam autoritas conſolatur.

† Syntaxis. *Societas & coniunctio. Societas & communitas hominum. Societas hominum inter ipſos continetur. Hominum inter homines ſocietas. Conſiliorum ſocietate coniunctus. Dirimere ſocietatem, facere, inire, coire, conflare, periculi, ſceleris, pugnandi. Pactio & ſocietas : Omnium rerum ſocietas. Deuincire ſocietates. Id cum iſta re nullam habet ſocietatem. Societas & coniunctio.*

SOCIO,as. *coniungo.* pro Planc.275 a, Cùm vel periculum vitæ tuæ mecum ſociare voluiſſes.de Orat. 154 b, Sapientiam cum eloquentia ſociare.

SOCIVS,a,um.*conſors, particeps, gregalis.* Epiſt.16 b,Me quidem certè tuarum actionum,ſententiarum,voluntatum, rerum deniq; omnium ſocium comitemq́; habebis.& 132 a, Cuius fugientis comes, remp. recuperantis ſocius eſſe debeo.de Clar.168 b,Eloquentia pacis eſt comes,ocijq́ue ſocia.pro Font.284 a,Vitę ſocia virtus,mortis comes gloria fuiſſet.& 283 c,Socius ac particeps fortunarū.de Clar. 165 a,Socius ac conſors glorioſi laboris. Atti.232 b,Vulgò opinio hominum ſocium me aſcribit tuis laudibus.de Orat.105 b,Duæ artes inter ſe pares, & eiuſdem ſociæ dignitatis. & 90 b, Poëta oratori multis ornandi generibus ſocius ac penè par.& 87 a,M.Antonius homo & conſiliorum in repub.ſocius,&c. I.A.179 b, Quos ſocios ad epulas habere nemo velit.pro Fla.146 a,L.Flaccus ſocius atq; adiutor conſiliorum periculorumq; meorum. Atti.179 a, Culpæ ſocius. Anteq.196 b, Teq́; particeps connubij,ſocia regni,regina Iuno.pro Dom.219 a,Fideliſſimus ſocius ad comparandam aliquam rem. & 223 b,Is mihi ſocius atq; amicus ſemper fuit.Att.173 a, pro Quint.2 b, Adiungere aliquem ſibi ſocium. Offi.5 b, Qui iniuſtè impetum in quempiam facit, is quaſi manus violenter videtur afferre ſocio. I. V. 158 a, Socij putandi ſunt, quos inter res communicantur.pro Qu.16 b,Edere ſibi aliquem ſocium. pro S.R.57 b, Qui ſocium fallit,in virorum bonorum numero non eſt habendus.& 57 b, Nouem homines honeſtiſſimos,eiuſdem muneris,legationis, officij, mandatorumq́; ſocios induxit,decepit. I.A. 169 a, Cùm tu tamen nocte ſocia, &c, pro Mar.153 a, Semper mea conſilia pacis & togæ ſocia,non belli & armorum fuerunt.* pro Qu. 14 a,Socium tibi in huius bonis edidiſti Quintium. cont. C. Anton. Diripuit ſocios. I.V. 107 b,Te putet quiſquam cùm ab Italia freto diſiunctus eſſes, ſocijs temperaſſe.

¶ Pro Socio, *formula iuris eſt,qua ſignificatur actio,iudiciumq́; ſocietatis, ſi quis ſocium, fraudaſſet.* pro Flac.155 a, Nicomedes qui & furti, & pro ſocio damnatus eſt. pro Quint.2 b, Arbitrium pro ſocio condemnari.

† Syntaxis. *Socius & comes. Socius & adiutor. Gloria virtutis ſocia & comes. Socius & particeps. Socius & conſors. Socius necandis hoſtibus, & par. Socius & adiutor conſiliorum & periculorum. Socius & amicus. Edere aliquem ſibi ſocium. Ibis nocte ſocia? Conſilia pacis ſocia.*

SOCORDIA,diæ.*ſtupiditas.* ad Her.13 a,Philoſophia vitanda eſt : affert enim ſocordiam atq; deſidiam.

SOCORS,dis.*ſtupidus.* de Clar.186 b, Nam M.Glabrionem ſocors ipſius natura negligensq́; tardauerat. de Natur.2 a, Homines non ſocordes.

SOCRATES,tis. de Fin.64 a, Socrates, qui philoſophiæ parens iure dici poteſt.de Nat.59 b,Acad.41 b,Socrates princeps philoſophorum. de Diui.105 b, Eſſe diuinum quoddam,quod Socrates dæmonion appellat, cui ſemper ipſe paruerit, nunquam impellenti, ſæpe reuocanti.de Cl.192 a.de Orat.104 b,Ironia illa,quam in Socrate dicunt fuiſſe.Off.22 a,De Gręcis autem dulcem, & facetum,feſtiuiq́, ſermonis,atq; in omni oratione ſimulatorem, quem εἴρωνα Græci nominauerunt,Socratem accepimus.de Natu.d. 1,Socrates apud Xenophontem formam Dei quæri non oportere,eundemq́; & ſolem & animum eſſe ait,& modò vnum,tum plures deos.Tuſcul.lib.5, Socrates Archelaum Anaxagoræ diſcipulum audiuit.ibi.Socrates primus philoſophiā deuocauit è cœlo, & in vrbibus collocauit, &c. Offi.2.Socrates hanc viam ad gloriam proximam & quaſi compendiariam dicebat,ſi quis id ageret,&c. de Diuin. lib.1, Socrates quum apud Delium malè pugnatum eſſet Lachete prætore,fugeretq́; cum ipſo Lachete, vt ventum eſt in triuium, eádem qua cæteri,fugere noluit. de Diuin. lib.1, Socrates cùm impijs ſententijs damnatus eſſet, æquiſſimo animo ſe dixit mori.Acade.q. ed.2. lib.1,Socrates ab Apolline omnium ſapientiſſimus dictus.de Seneƈt. Demonſtrabantur mihi præterea, quæ Socrates ſupremo vitæ die de immortalitate animorum diſſeruiſſet, is qui eſſet ſapientiſſimus oraculo Apollinis iudicatus. ibidem. Socrates apud Platonem & Xenophontem ita diſputat, vt nihil affirmet ipſe, refellat alios.ibidem lib.2,Socrates primus philoſophiæ moralis autor fuit. Acad.q.ed.1. lib. 2,Socrates , quū ei viſum eſſet nihil ſcire poſſe, excepit vnum tantum ſcire ſe,nihil ſe ſcire,nihil amplius 8 Att. Socrates pedem porta non extulit,quum triginta tyranni eſſent.2.de Legib.Nec enim vllum hoc frigidius flumen attigi,quum ad multa acceſſerim,vt vix pede tentare id poſſim,quod in Phædro Platonis facit Socrates. de Diuinat. lib.1, Socrates Xenophonti conſulenti, ſequeretúrne Cyrum,Et noſtrum,inquit, humanum eſt conſilium : ſed de rebus & obſcuris & incertis ad Apollinem cenſeo eſſe referendum.Tuſcalan.lib.5,Socrates quum interrogaretur, cuiatem ſe eſſe diceret ? Mundanum inquit: totius enim mundi ſe incolam & ciuem arbitrabatur. Tuſculan.lib.5, Socrates in pompa,quum magna vis auri argentique ferretur, Quàm multa non deſidero,inquit.Orator. Eſt enim quaſi in extrema pagina Phædri his verbis loquens Socrates, Adoleſcens etiam nunc ô Phædre Iſocrates eſt : ſed quid de illo augurer,lubet dicete.Quid tandem,inquit ille? Maiore mihi ingenio videtur eſſe, quàm vt cum orationibus Lyſiæ comparetur : præterea ad virtutem maior indoles : vt minimè mirum futurum ſit,ſi cum ætate proceſſerit,&c. Tuſculan. quæſt. libr. 1, Socrates quum penè iam in manu mortiferum illud teneret poculum, locutus ita eſt, vt non ad mortem trudi, verùm in cœlum videretur aſcendere. de finib. lib.1, Socrates voluptatem nullo loco numerat. Tuſculan.quæſt.lib.3, Quum Socrates Alcibiadi perſuaſiſſet,eum nihil hominis eſſe,nec quicquam inter Alcibiadem ſummo locum natum, & quemuis baiulum intereſſe,&c.de Orator.Socrates in ironia, diſſimulantiaque longè omnibus lepóre atque humanitate præſtitit.3. de Orator. Socrates rebus omnibus,omnium iudicio,quamcunque ſe in partem dediſſet,facilè princeps. Tuſcul.lib.1,Socrates ad iudicium capitis, nec patronum quæſiuit,nec iudicibus ſupplex fuit,adhibuitq́ue liberam contumaciam à magnitudine animi inductam, non à ſu-

perbia. de Diuinat. lib. 1, Socrates quum Critonis oculum alligatum vidiſſet, quæſiuit. quid eſſet? quum autem ille reſpondiſſet, in agro ambulanti ramulum adductum, vt remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe. ibidem. Eſt apud Platonem Socrates, quum eſſet in cuſtodia publica, dicens Critoni ſuo familiari, ſibi poſt tertium diem eſſe moriendum, vidiſſe ſe in ſomnijs pulchritudine eximia fœmininam, quæ ſe nomine appellans, diceret Homericum quendam eius verſum.

*Tertia te Phthiæ tempeſtas læta locabit.*

Quod vt dictum eſt, ſic ſcribitur contigiſſe. Brut. Socrates diſputãdi quadam ſubtilitate ſophiſtarum inſtituta refellebat. 3. de Ora. Socrates cuius ingenium varioſq́; ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit, literam nullam reliquit. 1. de Orator. Erat Athenis reo damnato, ſi fraus capitalis non eſſet, quaſi pœnæ æſtimatio: ex ſententia, quum iudicibus daretur, interrogabatur reus, quàm quaſi æſtimationem commeruiſſe ſe maximè confiteretur: quod quum interrogatus Socrates eſſet, reſpondit, Seſe meruiſſe, vt ampliſſimis honoribus & præmijs decoraretur, & vt ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur, qui honos apud Græcos maximus haberetur. 3. de Orator. Socrates ſapienter ſentiendi, & ornatè dicendi ſcientiam ſeparauit. de Finib. li. 2, Socrates percontando atq; interrogando elicere ſolebat eorum opiniones, quibuſcum diſſerebat, vt ad ea quæ ij reſpondiſſent, ſi quid videretur, diceret. 1. de Legib. Socrates execrari eum ſolebat, qui primus vtilitatem à natura ſeiunxiſſet. Academ. quæſt. edit. lib. 2, Socrates vti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant, quando ſe nihil ſcire affirmauit. ibidem. Socrates de ſeipſo detrahens in diſputatione, plus tribuebat ijs, quos volebat refellere. 1. de Inuent. Topic. Socrates inductione plurimum eſt vſus propterea quòd nihil ipſe afferre ad perſuadendum volebat, ſed ex eo quod ſibi ille dederat, qui cum diſputabat, aliquid conficere malebat. Acade. quæſt. edit. 1. lib. 2, Socrates & Plato tollendi ex eorum numero, qui negarunt quicquam ſciri aut percipi poſſe, Tuſculan. lib. 1, Socrates & Theramenes præſtantes viri virtutis & ſapientiæ gloria. Academ. quæſt. edit. 2. lib. 1, Socratis omnis oratio tum in virtute laudanda, & in hominibus omnibus ad virtutis ſtudium cohortandis conſumebatur. Tuſculan. quæſt. lib. 5, Socratis multiplex ratio diſputandi, rerum varietas, & ingenij magnitudo, Platonis memoria & literis conſecrata, plura genera effecit diſſentientium philoſophorum. de Natur. de. 20 a, Socratem ipſum parentem philoſophiæ, Zeno, Latino verbo vtens, ſcurram Atticum fuiſſe dicebat. de Fat. 42 a, Zopyrus phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores, naturaſq́; ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere, ſtupidum eſſe Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet. Tuſculan. quæſt. lib. 5. Socratem ferunt, cum vſque ad veſperum contentiùs ambularet, quæſitumq́; eſſet ex eo, quare id faceret? reſpondiſſe, ſe, quo meliùs cœnaret, obſonare ambulando famem. 1. de Orator. Imitatus eſt homo Romanus & conſularis veterem illum Socratem: qui cùm omnium ſapientiſſimus eſſet, ſanctiſſimeq́; vixiſſet, ita in iudicio capitis pro ſe ipſe dixit, vt nõ ſupplex, aut reus, ſed vt magiſter aut dominus videretur eſſe iudicum: quin etiam quum ei ſcriptam orationem diſertiſſimus orator Lyſias attuliſſet, quam, ſi ei videretur, ediſceret, vt ea pro ſe in iudicio vteretur, non inuitus legit, & cõmodè ſcirptam eſſe dixit: ſed, inquit, vt ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non vterer, quamuis eſſent habiles & apti ad pedem, quia non eſſent viriles: ſic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. 14. ad Attic. O' Socrates, ô Socratici viri, nunquam vobis gratiam referam. Tuſcula. quæſt. lib. 3, A' Socrate omnis quæ eſt de vita & de moribus philoſophia, manauit. 3. de Orator. Plures ferè orti à Socrate: quòd ex illius varijs, & diuerſis, & in omnem partem diffuſis diſputationibus, alius aliud apprehenderat, proſeminatæ ſunt quaſi familiæ, diſſentientes inter ſe & multum diſiunctæ & diſpares, quum tamen omnes ſe philoſophos Socraticos & dici vellent, & eſſe arbitrarentur. 3 de Natur. deor. Quid dicam de Socrate? cuius morti illacrymari ſoleo Platonem legens. 1. de Orator. Vrgerent præterea philoſophorum greges, iam ab illo fonte & capite Socrate, nihil te de bonis rebus in vita, nihil de malis, nihil de animi permotionibus, nihil de hominum moribus, nihil de ratione vitæ didiciſſe, nihil omnino quæſiuiſſe. Tuſculan. 227 a, Cùm multa in conuentu vitia collegiſſet in Socratem Zopyrus, qui ſe naturam cuiuſque ex forma perſpicere profitebatur, deriſus eſt à cæteris, qui illa in Socrate vitia non agnoſcerent: ab ipſo autem Socrate ſubleuatus eſt, cùm illa ſibi ſigna ineſſe, ſed ratione à ſe deiecta diceret. * Protag. O' Socrates. ibi. Nunc à vobis, Protagora & Socrates, poſtulo.

Socraticvs, a, um. Tuſculan. 199 b, Et ſi quem tuorum affectum mœrore videris, huic acipenſerem potius quàm aliquem Socraticum libellum dabis? Offic. 21 a, & Parad. 116 b, Philoſophi Socratici. 9. Famil. Ariſtippus ille Socraticus nõ erubuit, quum eſſet obiectum habere eum Laida. 1. de Diuinat. Xenophon Socraticus, qui Socratis ſomnia ſcribit, quorum exitus mirabiles extiterunt. 3. de Orat. Antiſthenes patientiam & duritiam in Socratico ſermone maximè adamârat. 2. ad Attic. Socratici in vtramq; quidẽ partẽ diſputare, ſed tamen ad extremũ τὴν ἀρέσκουσαν ſententiam pronunciare ſoliti. 3. de Orato. Fuerunt etiam alia genera philoſophorum, qui ſe omnes ferè Socraticos eſſe dicebant, Ereticorum, Heryliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum, &c.

Socrvs, crus. *vxoris aut mariti mater.* pro Cluent. 24 a, Dinea, quæ tum ei mulieri ſocrus erat. I. V. 113 a, Nihil de ſocru tua audiſti? Atticar. 138 a, Literæ Capuam allatæ ab Clodia ſocru. * pro Clu. 20 b, Nubit genero ſocrus, nullis auſpicijs, nullis autoribus, funeſtis ominibus omnium.

Sodalis, lis. *ſocius: etiamſi ſodalis ferè in re leuiore eſt.* Epiſt. 191 a, Ego qui & ſodalis, & familiariſſimus Dolabellæ eram. Academ. 29 b, At hoc Anaximandro populari & ſodali ſuo non perſuaſit. de Orator, 127 a, Ego pro meo ſodali, qui mihi in liberûm loco more maiorum eſſe deberet, decernere. de Senect. 86 a, Primùm habui ſemper ſodales, &c. & ibidem b, Epulabar igitur cum ſodalibus omnino modicè. pro Planc. 268 b, Plancus in petitione habuit multos cupidos ſui, & gratioſos: quos ſi tu ſodales vocas, officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. * de Orator. 127 a, Sodali meo auxilium ferre non potuiſſem. I. V. 95 a, Ille quoq; ſodalis iſtius erat in hoc morbo & cupiditate. pro Cæl. 42 b, Si in Lupercis ſodalem eſſe Cælius dixit. de Nat. 76 a, Cur ſodalis meus interfectus domi ſuæ Druſus?

Sodalitas, tis. *coitio, collegium.* pro Cæl. 42 b, Fera quædam ſodalitas, & planè paſtoricia atq; agreſtis germanorum Lupercorum. Quint. frat 309 a, ad Heren. 2 a, S. C. factum eſt, vt ſodalitates decuriatiq; diſcederent. I. V. 98 b, Officia ſodalitatis ab aliquo flagitare. de Senect. 86 a, Sodalitates me quæſtore conſtitutæ ſunt. * de Clariſ. 179 b, Homo ſumma nobilitate, cognatione, ſodalitate, collegio. ad Heren. 2 a, Si vim, &c. ſodalitatem, affinitates aduerſariorum proferemus. pro Plan. 266 b, Conſenſio magiſtratuum, honeſteq́; ſodalitatis. Q. de Pet. 207, Qui ſunt amici ex cauſa honeſtiore cognationis, aut affinitatis, aut ſodalitatis. ibid. Hoc biennio quatuor ſodalitates ciuium tibi obligâſti.

Sodalitivm, tij. *ſodalitas.* pro Planc. 266 b, Lex Licinia, quæ eſt de ſodalitijs. in Sal 274 a, Non ita eſt, ſed abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani. ad Her 40 a, Venit in ædes quaſdam, in quibus ſodalitium erat eodem die futurum.

Sodes. Orator. 211 a, Libenter etiam copulando verba iungebant, vt ſodes, pro ſi audes: ſis, pro ſi vis. Attic. 103 b, Tarteſium mihi adeunti vrbem iube ſodes nummos curare.

Sol, lis. *Phœbi fax, rota feruida, ſolis ſignum præpotens.* de Diu. 90 a, de Nat. 39 b, Sol dictus eſt, vel quia ſolus ex omnibus ſideribus eſt tantus: vel quia cùm exortus eſt, obſcuratis cæteris ſideribus ſolus apparet. de Vniuerſ. 200 b, Deus ſolem quaſi lumen accendit ad ſecundum ſupra terram ambitum. de Orator. 159 b, Videmus ſol vt circumferatur, vt accedat ad brumale ſignum, & inde ſenſim aſcendat in diuerſam partem. de Natur. 35 b, Sol v, diebus, & LX & CCC quarta ferè diei parte addita, conuerſionem conficit annuam. ibidem. Sol qui aſtrorum obtinet principatum. Tuſculan. 162 a, Sol moderator & dux temporum. de Somn. 128 b, Deinde ſubter mediam ferè regionem ſol obtinet, dux, & princeps & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio, tanta magnitudine, vt cuncta ſua luce luſtret & compleat. de Natu. 46 a, Solis magnitudine multis partibus terra ſuperàtur. Academ. 30 b, & 32 b, Solem mathematici amplius duodeuiginti partibus confirmant maiorem eſſe quàm terram. de Diuin. 110 a, Sol maiórne quàm terra ſit an verò tantus, quantus videatur. in Arat. Sol conſiſtens in capricorno, conuertit curriculum. & ibidem,

*— rota feruida ſolis.*

de Natur. deor. 18 b, De ſole & luna eorumq́; motu. & 30 a, Solis acceſſus diſceſſuſque. & 33 b, & 44 b, & 46 a, Solem eſſe calidum & igneum. de Somn. 129 a, Sicut ſolem intueri nequitis aduerſum, eiuſq; radijs acies veſtra ſenſuſq; vincitur. de Natur. deor. 70 b, Soles multi à Theologis proferuntur. de Diu. 100 a, Cùm duo viſi ſoles, & tres lunæ: & cùm ſol nocte viſus eſt. de Natur. 28 b, Sol geminatus,

natus, quo anno P. Africanus ſol alter extinctus eſt. de Somn. 127 a, Cùm ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus reditusq́; conuerterit. de Orator. 162 b, His de rebus ſol me ille admonuit, vt breuior eſſem, qui ipſe iam præcipitans me quoque hæc præcipitem penè euoluere coëgit. Tuſc. 160 b, Occidente ſole. I.V. 240 b, Nullus vnquam dies tam magna turbulentaque tempeſtate fuit, quin aliquo tempore ſolem eius diei homines viderint. de Finib. 69 b, Qui ſolem (vt aiunt) nec occidentem vnquam viderit, nec orientem, *prouerbium*. Atti. 217 b, Simul cum ſole experrectus ſum. de Somn. 126 b, Ago tibi grates ſumme Sol vobisque reliquis, cœlites. de Fin. 63 b, Si ea quæ dixi, ſole ipſo illuſtriora & clariora ſunt. Off. 38 b, Multa commemorarem nefaria in ſocios, ſi hoc vno ſol quicquam vidiſſet indignius. de Natu. 68, Sol multis partibus maior atq; amplior, quàm terra vniuerſa. de Nat. Sol eſt Apollo: Luna autem Diana. 2. de Natur. Sol igneus Oceani alitur humoribus. Academ. quæſt. edit. 1. lib. 2, Sol qui tanta incitatione fertur, vt celeritas eius quanta ſit, ne cogitari quidem poſſit, nobis tamen ſtare videtur. 1. de Finib. Sol Democrito magnus videtur: quippe homini erudito, in Geometriaq; perfecto. I.V. 134 b, Eſt conſuetudo Siculorum cæterorumq́; Græcorum, quòd ſuos dies menſesq́; congruere volūt cum ſolis lunæq; ratione, vt nō nunquā, ſi quid diſcrepet, eximant vnum aliquem diem, aut ſummum biduum ex menſe, quos illi exæreſimos dies nominant. 3. de Natu. deo. Sol cur ſe referat, nec longius progrediatur ſolſtitiali orbe, itemque brumali. Atticar. 145 a, Sol excidiſſe mihi è mundo videtur. *genus dicendi, quo exprimitur ſumma admiratio hominis quaſi obſtupefacti.* Diuin. 1, Sol nocte viſus Romæ. de Nat. 2, 30 a, 33 b, 44 b, 46 a, Solis acceſſus diſceſſusq́; ſolſtitijs brumisq́; cognoſcitur. de Nat. 2, Solis candor illuſtrior eſt, quàm vllus ignis. ibid. Solis & lunæ circuitus, reliquorumq́; ſiderum. de Vniu. Solis circumuectio proxima lunæ. 2. de Nat. Solis magnitudo, pulcritudoque & efficientia. ibidem. Solis motus, curſus ac circuitus vniuerſa conſideratio. ibidem. Solis tactus non tepefacit ſolùm, ſed etiam ſæpe comburit. Diuin. lib. 1, Solis luce clarius. 3. de Natur. Solis & Perſeidos filiæ Circe & Paſiphaë. 1. de Natur deor. Solis radijs incenſa luna, &c. ibidem. Solis & lunæ, reliquisq́; ſideribus, animoq́; præterea diuinitatem dedit Crotoniates Alcmæo. 2. de Leg. Apud ſolem in delubro depoſuiſſe pecuniam in Sicilia Alexander dicitur. de Somn. Solem vt comites conſequuntur Veneris & Mercurij curſus. 3. de Natur. Solem, lunam, reliqua aſtra alij aquis, alia dulcibus, alia marinis. Academ. q. edit. 1, lib. 2, Solem dominari, & rerum potiri putauit Cleanthes. lib. 1. de Finib. & 2. de Diu. Solem Epicurus tantum eſſe cenſent, quantus videtur. *id eſt, bipedalem fortaſſe, vel paulo aut maiorem, aut minorem.* Læl. Solem è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt. Attic. 108 b, In illo ſole tuo Lucretino apricationem tecum vnam malim, quam, &c. pro Mil. 117 b, Nec verò quiſquam aliter arbitrari poteſt, niſi qui nullam vim cœleſtem exiſtimat, numénve diuinum: quem neq; ſol ille, nec cœli & ſignorum motus, nec viciſſitudines rerū atq; ordines mouent. * Oeconom. 3, Nullo modo facilius poſſe terram à Sole percoqui. ibidem. Vuæ à Sole miteſcunt. Hortenſ. Interitus Romuli in obſcuratione Solis factus eſt. 5. de Leg. Sol paululum à meridie iam deuexus videtur. Timæ. Ratione & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum eſt Solis & Lunæ. de Clariſ. 167 b, Proceſſerat in Solem & puluerem, non vt è militari tabernaculo, ſed vt è Theophraſti vmbraculis. I A. 263 a, O' Solem iſpum beatiſſimum: qui antequam ſe abderet, ſtratis cadaueribus parricidarum cum paucis fugientem vidit Antonium. Academ. 26 b, Quod *mare* nunc, quia à Sole collucet, albeſcit & vibrat. de Natur. 18 b, Solem in Deorum natura ponere. ibid. Solis nunquídnam ſimile vidiſti? Sol duabus vnius orbis vltimis partibus definiens motum, curſus annuos conficit. & 49 b, Qui *vapores* à Sole ex agris tepefactis ex aquis excitantur. ibidem. Infra Martem duæ *ſtellæ* Soli obediant: ipſe Sol mundum ſua luce compleat: ab eoq́; Luna illuminata, &c. de Natur. 75 b, Deus falli quî potuit? an vt Sol, in currum cum Phaetontem filium ſuſtulit? de Leg. 187 b, Phalereus ille Demetrius mirabiliter doctrinam ex vmbraculis eruditorum, otioq; non modò in Solem atque puluerem, ſed in ipſum diſcrimen aciemq; perduxit. de Vniuerſ. 200 b, Menſis, quando Luna luſtrato ſuo curſu Solem conſecuta eſt: annus, vbi Sol ſuum totum confecit & peragrauit orbem.

† Syntaxis. *Videmus ſol vt circumferatur, moderator & dux temporum: dux, princeps, & moderator, mens mundi, & temperatio, calidus, igneus, nocte viſus, geminatus, extinctus, iam præcipitans, occidens, oriens, obiens. In ſolem procedere. A' ſole collucent omnia.*

Solarivm, rij. *quo horæ declarantur.* de Natur. 43 b, Quum ſolarium vel deſcriptum, vel ex aqua cōtemplare. pro Qu. 10 b, Quintius non ad ſolarium, non in campo, non in conuiuijs verſatus eſt. ad Her. 27 a, Vt ne ad ſolarium quidem idoneus ſit.

Solativm, tij. *conſolatio, fomentum.* Epiſt. 97 b, Vacare culpa magnum eſt ſolatium. I.A. 223 a, Cuius luctus nullo ſolatio leuari poteſt. de Pro. 72 a, Sed fruatur ſanè hoc ſolatio. I.V. 231 a, Vt illi haberent hęc oblectamenta & ſolatia ſeruitutis. de Cl. 165 b, Vos & præſentem me cura leuaſtis, & abſenti magna ſolatia dediſtis. Attic. 65 a, Multa mihi dans ſolatia. Tuſcula. 188 a, Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorum. pro Arch. 188 b, Hæc ſtudia rebus aduerſis perfugium ac ſolatium præbent. I.V. 262 a, Reportare ſolatium ex aliqua re. de Am. 97 a, Sed non egeo medicina: me ipſe conſolor, & maximè illo ſolatio. Epiſt. 179 a, In maximo meo dolore hoc ſolatio vtor. Atticar. 58 a, Nos malo ſolatio, ſed non multo tamen conſolamur, quòd ipſius vicem minimè dolemus. * I. V. 262 a, Non ex litibus æſtimatis tuis pecuniam domum, ſed ex tua calamitate cineri atq; oſſibus filij ſui ſolatium vult aliquod reportare. cont. Rull. 82 a, Vnúmne fundum, &c. ſolatium annonæ, diſperire patiemini? Epiſt. 51 b, Ea me ſolatia deficiunt, quæ cæteris ſimili in fortuna non defuerunt. ibidem. Mihi, &c. vnum manebat illud ſolatium, quod ereptum eſt. Epiſtol. 100 b, Vnum mihi eſſe ſolatium.

† Syntaxis. *Leuatur ſolatio luctus. Oblectamentum, ſolatiumq́;. Dare alicui ſolatium. Solatia fomentaq́; dolorum, id eſt, in dolores. Perfugium & ſolatium reportare. Vti ſolatio. Solatio magno conſolari. (patiendi modo.)*

Soleae, arum. *crepidæ.* de Aruſp. reſpon. 254 a, * P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus ſoleis, &c. eſt factus repentè popularis.

¶ *Compedes.* de Inu. 81 a, Ei ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt. * ad Heren. 5 a, Soleæ ligneæ pedibus inductæ ſunt. *Alij legunt* indutæ, alij inditæ.

Soleatvs, a, um. I.V. 253 b, Stetit ſoleatus prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicaque talari. in Piſo. 82 a.

Solennis, ne. *quod cum quadam ceremonia conſecratum eſt, celebre, feſtum.* in Piſon. 90 b, Qui dies quaſi deorum immortalium feſti atq; ſolennes ſunt aduentu meo celebrati. Poſtquam. 200 b, Lentulus de ſolenni religione retulit. de Aruſp. 147 b, Statas ſolenneſq́; ceremonias pontificatu contineri. Tuſculan. 173 a, Solenne & ſtatum ſacrificium. pro Dom. 242 a, Nec inſtitutas ceremonias perſequi, nec vllum verbum ſolenne potuit effari. pro Dom. 238 a, Si tribunus plebis verbis priſcis & penè ſolennibus bona ciuis cuiuſpiam conſecrârit. in Ver. 274 a, Omneſq́; dij, qui ſolennes cœtus ludorum initis, vehiculis thenſarum. de Aruſp. 248 b, Omnia ſolennia ac iuſta ludorum ſumma cum ceremonia ſunt ſeruata. pro Mur. 124 a, Illa ſolennis comitiorum precatio. de Natur. 4 b, Sacrificia ſolennia. de Orat. 161 a, Epulæ ſolennes. de Leg. 185 a, Ludi ſolennes. & 177 a, Solenne ſacrificium & publicum. pro Quint. 4 a, Nullum eſt officium tam ſanctum atq; ſolenne, quod non, &c. Atticar. 104 b, Tantùm igitur noſtrum illud ſolenne ſeruemus, vt ne quem iſtuc euntem ſine literis dimittamus. *id eſt, conſuetum.* de Legib. 173 a, Nec illa vitiorum ſacra ſolēnnia obeunto. pro Mil. 106 b, Iter ſolenne ante XIII. calend. Februarij Miloni erat Lanuuium ad flaminem prodendum. & 115 b, Expiare ſolennes religiones ſupplicio alicuius.

† Syntaxis. *Feſtum & ſolenne. Religio ſolennis. Statæ, ſolenneſq́; ceremoniæ. Priſca & ſolennia verba. Omnia ſolennia & iuſta ludorum ſeruantur. Officium ſanctum & ſolenne. Quæſo ſolennè ilud tuum ſeruato, vt ne.*

Solentinvs. *à Solente oppido Siciliæ*, I.V. 129 a.

Soleo, es: ſolitus ſum. *conſueui, eſt meæ conſuetudinis.* de Orator. 96 a, & 161 a, Ratio conſuetudinis meæ, qua quondam ſolitus ſum vti. de Inu. 42 b, Antipater ille Sidonius ſolitus eſt verſus fundere ex tempore. de Inu. 42 b, de Am. 107 a, Si priùs quid Scipio reprehendere ſolitus ſit, edixero. I.P. 81 b, Sed etiam hilarioribus oculis quàm ſolitus eras, intuente. Arup. 255 a, In Pompeium autorem (vt prędicare eſt ſolitus) conſiliorum inuehi cœpit. de Orat. 91 a, Irriſit ille quidem, vt ſolebat, philoſophiam. Offic. 28 a, Et maximè ſi aliquando alio domino ſolita eſt frequentari. pro Q. R. 52 b, Qui mentiri ſolet, peierare conſueuit. Epiſt. 136 b, Solebam enim antea delectari oleis.

Solet, bat. de Orator. 113 b, Quod optimo cuique Athenis accidere ſolitum eſt. pro Cluent. 52 a, Cum quædam, vt ſolebat, controuerſia eſſe orta. de Orator. 93 c, Vt in conditionibus ſcribi ſolet. Epiſtol. 136 b, Quando tu ſecundum Oenomaum Accij, non vt olim ſolebat, Attel-

lanum : ſed vt nunc fit, Mimum introduxiſti.

SOLERS,tis. *ingenioſus, perſpicax, ſagax.* de Nat. 50 a, Solers ſubtilisq; deſcriptio partium corporis. & 52 a, Prouida ſolersq; natura. de Clar. 186 a, M. Piſonis acumen in reprehendendis verbis verſutum & ſolers. de Nat. 47 b, Quid hoc homine ſolertius? de Sen. 88 b, Inſitiones, quibus nil inuenit agricola ſolertius.

SOLERTER,tiùs,,ſſimè. *ſagaciter.* de Leg. 191 a, Ratio naturam imitata, res ad vitam neceſſarias ſolerter conſecuta eſt. de Natu lib. 2, Simulata ſolertius res. item ſolertiſſimè perſpicere.

SOLERTIA,tiæ. *ſægacitas, perſpicax prudentia, animorum incredibiles motus, celeritasque ingeniorum.* de Natu. 19 b, Nulla ars imitari ſolertiam naturæ poteſt. & 50 b, Data eſt quibuſdam *beſtijs* machinatio quædam atq; ſolertia. & 12 a, Mundum vos negatis effici ſine diuina poſſe ſolertia. de Diu. 99 a, Chaldæi in Syria cognitione aſtrorum & ſolertia ingeniorum antecellunt Offi 32 a, Sic homines natura congregati adhibent agendi cogitandique ſolertiam. de Opt. 244 a, Aliquem inſcium faciendi, cum aliqua ſolertia iudicandi, adhiberi ad probandum quippiam. de Nat. 54 b, Quis tantam ſolertiam perſequi potuiſſet in ſenſibus? * Hortenſ. Cum omnis ſolertia admiranda eſt, tum ea, quę efficit, vt. ibid. Solertiam eā, quæ poſſet vel in tegulis proſeminare oſtreas. * de Natu. 29 b, Ex ipſa hominum ſolertia, eſſe aliquam mentem, & eam quidem acriorem & diuinam, exiſtimare debemus. Offic. 4 a, Aut enim in perſpicientia veri ſolertiaq; verſatur *honeſtum* & 7 b, In omni re fugienda eſt talis ſolertia.

† Syntaxis. *Solers, ſubtiliſque deſcriptio. Prouidus ac ſolers. Verſutum ac ſolers acumen in laude. Machinatio & ſolertia apum. Iudicandi ſolertia. Dei ſolertia.*

*SOLICITATIO,onis. *inſtigatio.* pro Clu. 28 b, De ſolicitatione Diogenis recenti re ſecum Cleophantum locutum eſſe dicebat. I.C. 114 a, Qui vnà cum hoc Furio ſemper erat in hac Allobrogum ſolicitatione verſatus. & 115 b, Iam verò illa Allobrogum ſolicitatio à Lētulo cæterisq; domeſticis hoſtibus, tanta res, tam dementer credita & ignotis & barbaris, cōmiſſæq; literæ nunquam eſſent profectò. Epiſt 158 b, *Planci.* Vt ab omni omnium ſolicitatione auerſos eos, tales vobis præſtare poſſem.

SOLICITATVS,a,um. pro Clu. 37 b, Legio eſt ab eo ſolicitata in Illyrico de Aruſp. 253 a, Exercitu L. Luculli ſolicitato per nefandum ſcelus.

SOLICITO,as. *afficio, ango, ſolicitum habeo, miſerum habeo.* Attic. 16 a, Multa ſunt, quæ me ſolicitant anguntq;. de Orat. 136 a, Hoc me ſolicitare ſummè ſolet. de Finib. 59 b, Quæ ſemper animum excruciant, ſemperq; ſolicitant. de Sene. 77 a, Quanquam certò ſcio, non vt Flaminium ſolicitari te Attice, noctes dieſq;. Epi. 24 a, Sed tamen nihil me magis ſolicitat, quàm, &c. & 27 a, Ea cura me vehentiſſimè ſolicitat. vide SOLICITO.

SOLICITVDO,dinis *angor, curæ, metus, moleſtia, negocium.* )( *ſecuritas.* de Leg. 164 a, Solicitudo conſcientiæ vexat impios. Tuſcula. 213 a, Solicitudo eſt ægritudo cum cogitatione. & 169 a, Nulla cura, nulla ſolicitudo reliqua eſt. Attic. 129 a, Nunc ſcitote me eſſe in ſumma ſolicitudine. ad Brut. 91 b, Sine ſolicitudine eſſem. item, Non minore nunc ſunt ſolicitudine, &c. de Diu. 137 a, Tibi autem de me cum ſolicitudine cogitanti ſubitò ſum viſus emerſus ex flumine. pro Cl 53 b, & Epiſt. 175 a, Quicquid hoc tempore habet ſolicitudinis & negocij. de Diui. 126 b. Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſolicitudine & miſeria credūt. Off. 69 a, Poſſunt cuiquam eſſe vtiles angores, ſolicitudines, diurni & nocturni metus. Attic. 81 a, Sed dices meipſum mihi ſolicitudinem ſtruere. de Clar. 196 b, Ex te duplex nos afficit ſolicitudo, quòd & tu repub. cares, & illa te. Atti. 95 a, Solicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgebamur. de Diui. 139 a, Somnus eſt perfugium omnium laborum & ſolicitudinum. Atticar. 281 a, Præ ſolicitudine ac ſtomacho multa ſcribere non poſſum. * Epiſt. 137 b, Nec tibi ſolicitudinem ex dubitatione mea, nec ſpem ex affirmatione afferre volui. de Fin. 59 b, Easq; ipſas ſolicitudines, quibus eorū animi noctes atq; dies exeduntur, à Dijs immortalibus ſupplicij cauſa importari putant. pro Clu. 27 b, 28 a, Hic ego cùm ad reſpondendum ſurrexi: qua cura, Dij immortales, qua ſolicitudine animi, quo timore? cont. Rull. 68 b, Quibus rebus quanto in metu fuerimus, ex veſtra ſolicitudine, in qua illis temporibus fuiſtis, facilè aſſequi coniectura poteritis pro Marc. 136 b, Cùm id ſolicitudine, cura, labore tamdiu præſtiterim Epiſt 158 a, *Planci.* Solicitudines meas quotidiè magis tua merita exacuunt. & 236 b, Omnes moleſtias & ſolicitudines, quibus te miſerrimam habui, depoſui & eieci.

SOLICITVS,a,um. *anxius, ſuſpenſus, perturbatus, laborioſus, exercitus.* )( *ſecurus, ſolutus, à cura liberatus.* cont. Rull. 65, Ciuitas ſolicita ſuſpicione, ſuſpenſa metu, perturbata ſeditionibus. pro Dom. 232 a, Tota ciuitas ſuſpenſa & ſolicita eſt. Attic. 33 a, Suſpenſo animo & ſolicito ſum. Atti. 59 a, Epiſtola tua ſolicitum me de Qu. fratre valde leuauit. & 173 a, Sum ſolicitus de te, &c. Epiſt. 23 b, Mirificè ſum ſolicitus, quidnam de prouincijs decernatur. Attic. 38 a, Amor ſolicitus atq; anxius. de Fin. 76 a, Anxio & ſolicito animo eſſe. Epiſt. 254 b, Animus ſolicitus. & 26 b, Quæ non animum meum magis ſolicitum haberent, quàm tuum. & 154 b, Solicitiorem certè hominem non ſuis cōtractis neminem puto fuiſſe. & 96 b, Solicitum autem te habebat cogitatio tum officij, tum, &c. & 24 a, Solicitus eram de rebus vrbanis. Attic. 138 b, Antea ſolicitus eram & angebar, quo vti conſilio poſſem. & 122 a, Quàm ſum ſolicitus, quid futurum ſit. Qu. frat. 317 b, Magis ſum ſolicitus expectatione ea, quàm metu. de Sene. 91 a, Quarta reſtat cauſa, quæ maximè angere, & ſolicitam habere ſenectutem debet. de Ami. 106 a, In vita tyrannorum omnia ſemper ſuſpecta atque ſolicita.

† Syntaxis. *Ille me ſolicitat & angit. Excruciari & ſolicitari. Conſcientiæ ſolicitudo. Nulla cura, nulla ſolicitudo. In ſolicitudine eſſe. Magna eſſe ſolicitudine. Cum ſolicitudine eſſe. Solicitudo & negocium. Angor, ſolicitudo, metus diurnus, nocturnus. Animi ſolicitudo & timor. Laborum & ſolicitudinum perfugium, ſomnus. Præ ſolicitudine ac ſtomacho non ſcribo. Solicitus, ſuſpenſus, perturbatus. Suſpenſus & ſolicitus. Leua me de Cæſare ſolicitū. Mirificè ſolicitus ſum quidnam. Solicitus & anxius amor. Hoc ſolicitum habet animum meum. Nullus me hominum ſolicitior. In vita impij omnia ſolicita ſunt.*

SOLIDITAS,tis. *firmitas, eminentia.* de Vn. 197 b, Cùm ſoliditas mundo quęretur. * de Fin. 52 a, Ille atomos, quas appellat, id eſt, corpora indiuidua propter ſoliditatem cenſet in infinito inani ita ferri. de Natur. 11 b, Eam eſſe vim & naturam Deorum, vt primum non ſenſu, ſed mente cernatur, nec ſoliditate quadam, nec ad numerum: ſed imaginibus, ſimilitudine & tranſitione perceptis, & 22 a, Speciem Dei percipi cogitatione, non ſenſu, nec eſſe in ea vllam ſoliditatem. ibid. Nec vllam habent *Dij* ſoliditatem nec eminentiam.

SOLIDVS,a,um. *habens ſoliditatem, verus, eminens.* de Diuin. 90 b, Alexander cùm columnam aureā vellet auferre, dubitauit, vtrum ſolida eſſet, an, &c. de Vni. 197 a, Nihil tangi *poteſt*, quod careat ſolido: ſolidum autē nihil *eſt*, quòd terræ ſit expers. de Nat. 35 a, Duæ formæ præſtantes ſunt, ex ſolidis globus, ex planis circulus aut orbis. de Nat. 16 a, Species deorum, quę nihil concreti habeat, nihil ſolidi, nihil, &c. de Nat. 45 b, Terra ſolida & globoſa. de Finib. 52 b, Illa indiuidua & ſolida corpora. Topic. 222 a, Paries directus, ſolidus, vel fornicatus pro Plan. 236 b, A' corporibus ſolidis fluere imagines. * de Diu. 86 a, Si ex ea *offa* quid in ſolidum ceciderit. de Vniuer. 197 b, Cùm ſoliditas mundo quæreretur: ſolida autem omnia vno medio nunquam, duobus ſemper copulantur.

¶ *Verus, certus, conſtans, ſtabilis.* Tuſ. 190 b, Res ſolida & expreſſa, non adumbrata. de Fin. 61 b, Nō tam ſolido quàm ſplendido nomine virtutis. Attic. 85 a, Pompeius ſorte caret, vſurâ nec ea ſolida contentus eſt. de Orat. 152 b, Vt orator ſuauitatem habeat auſteram & ſolidam. Offi 65 b, Sed nos veri iuris, germanæ iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus. in Ant. 294 a, Vera, grauis & ſolida gloria. in Vat. 30 b, Solida laus, & vera dignitas. pro Seſt. 22 b, Solidam veramq, laudem quærere. Attic. 274 a, Solida veraq; gloria. de Cl. 192 a, Solidum genus orationis. pro Planc. 263 a, Non enim tribum Terentinam, ſed ſolidam, &c. in Ver. 58 a, At enim ſolidum, eſt id, vt me Siculi maximè velint: alterum illud, obſcurum eſt, &c. *id eſt, ratum & firmum.* in Piſon. 92 b, Quibus ex rebus nihil eſt, quod ſolidum tenere poſſis. de Fini. 63 b, Solida vtilitas. pro R. P. 130 a, Ita bona veneant, vt ſolidum ſuum cuique ſoluatur, *id eſt, integrum.* pro Planc. 265 a, Hæc ſunt indicia ſolida & expreſſa.

† Syntaxis. *Solida corpora, figura, globus, paries, columna. Res ſolida & expreſſa, oratio, laus, vtilitas, indicium. Solidum verumq; In hac re nihil eſt quod ſolidum tenere poſſis. Vera, grauis ac ſolida gloria.* )( *adumbrata.*

SOLIPVGA,pugæ. *teſte Plin. 29, cap. 5: Eſt, inquit, & formicarum genus venenatum, non ferè in Italia: Solipugas Cicero appellat, Salpugas Bætica.*

SOLISTIMVS,a,um *augurij genus.* de Diu. 123 b, Cùm igitur offa iam cécidit ex ore pulli, tum auſpicāti tripudium ſoliſtimum nuncient. & 86 a, * Hoc quoq; coactum tripudium ſoliſtimum dicitis. Epiſt 83 b, Nec ex tripudijs ſoliſtimis aut ſomnijs tibi auguror.

SOLITARIVS,a,um. *ſolus, ſolinagus, remotus ab oculis populi, vita inculta & deſerta ab omnibus.* )( *coniunctus & ſociatus cum altero.* de Am. 111 b, & de Nat. 31 b, Quæ natura non ſolitaria

taria ſit. neq; ſimplex, ſed cum odio coniuncta. Offi.40 b, Solitarius homo, atq; in agro vitam agēs. de Inu.57 b, Solitarium ac rarum iudicatum. de Am.112 b, Natura ſolitarium nihil amat.

Solitvdo, nis. *regio derelicta, locus deſertus, receſſus, ſeceßus, viduitas, derelictio.)(.frequentia.* I.V.227 a, Audiſtis, quæ ſolitudo eſſet in agris, quæ vaſtitas. I.P.91 a, Tibi ſolitudo erat pro frequentia. Epiſt.26 b, Vt diſcederem fortaſſe in aliquas ſolitudines. de Diu.118 a, Si ſciſſet ſe in ſolitudine Aegyptiorum trucidatum iri. Attic.194 b, Sed mihi ſolitudo & receſſus prouincia eſt. de Clar.185 a, Tum erat ab oratoribus quædam in foro ſolitudo. pro Cec.287 a, Ebutius iſte, qui iam diu Cæſenniæ viduitate & ſolitudine alitur. de Amic.112 b, Si quis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in ſolitudine vſpiam collocaret. & ibid. Solitudo aufert fructum voluptatum. de Or.101 b, Vt iſta ab ſolitudine domum meam vindicarem. & 121 b, Cùm Craſſus ſe de turba, & à ſubſellijs in ocium ſolitudinemq; contulerit. Offi.28 a, Ampla domus dedecori domino ſæpe fit, ſi eſt in ea ſolitudo. & 31 a, Si ſolitudo tanta ſit, &c. *pro Quint.1 b, Quod ſi tu iudex nullo præſidio fuiſſe videbere contra vim & gratiam ſolitudini atq; inopiæ. Hort. Quis beatus eſſe in ſolitudine queat? ad Heren.2 a, Si noſtra incommoda proferemus, inopiam, ſolitudinem, calamitatem. de Inu.50 b, Opportunitas quæritur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, propinquitate, ſolitudine, celebritate, natura ipſius loci. de Orat.107 a, Senectutem à ſolitudine vindicari iuris ciuilis ſcientia. & b, Tāquam portum aliquem expectem iſtam, quam tu times, ſolitudinem. I.V.107 a, Vt illorū *liberorum* ſolitudo & pueritia quàm firmiſſimo præſidio munita ſit. & 261 a, Si in aliqua deſertiſſima ſolitudine ad ſaxa & ſcopulos hoc conqueri & deplorare vellem. cont. Rull.68 b, Ad ſuos cætus occultos noctem adiungere & ſolitudinem. Offic.52 b, In ſolitudine ſecum loqui. ibid. Ita duæ res, quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, otium & ſolitudo. ibid. Nec ſolitudo hæc cum illa comparanda eſt. ibid. A' cætu hominum frequentiaq; interdum tanquam in portum ſe in ſolitudinem recipiebat. Offi.53 a, Nec eam ſolitudinem languere patior, quam mihi affert neceſſitas, non volūtas. ibid. Nullum ſolitudinis munus extat. ibid. Vt cogitatione tacita à ſolitudine abſtrahamur. de Som.129 b, Vides habitari in terra raris & anguſtis in locis, & ipſis quaſi maculis vbi habitatur, vaſtas ſolitudines interiectas. Attic.18 a, Italiæ ſolitudinem frequentari poſſe arbitrabar. & 208 b, Nos cum flumina & ſolitudinem ſequeremur. Q. frat.303 a, A' me tibi luctus meæ calamitatis, metus tuæ, deſideriū, mœror, ſolitudo. & 305 b, Si tuam ſolitudiuem, communemq; calamitatem nemo deſpexerit.

† Syntaxis. *Solitarium ac ſimplex. Solitarium & rarum indicium, Solitudo in agris, ac vaſtitas. Inopia & ſolitudo. Solitudo & receſſus. Deſerta ſolitudo. Solitudo in foro à ciuibus. In ocium & ſolitudinem ſe conferre à turba & ſubſellijs. In ampla domo ne ſit ſolitudo.*

Solivagvs, a, um. *ſolitarius.* Offi.32 a, Soliuaga cognitio & ieiuna videatur. Tuſc.235 b, Earum ipſarum partim ſoliuagas, partim congregatas. *id eſt, beſtias.* de Vniu.198 b, Cœlum ſoliuagum, & volubile, & in orbem incitatum. *Incer. Formicas ſoliuagas.

Solivm, lij. *ſedes.* de Fini.79 a, Voluptatem ſedere in ſolio ornatu regali. de Leg.158, Vt more patrio ſedens in ſolio conſulentibus reſponderem. & 155 a, In ſolio ſedens domi. de Orat.129 b, Dicet te cùm ædes venderes, ne in rutis quidem & cæſis ſolium paternum recepiſſe.

¶ *Labrum, cupa.* I.P.94 a, Græci ſtipati in lectulis, ipſe ſolus bibiturus, quæ eodem de ſolio miniſtrentur,

Sollicitatio, onis vide Solicitatio.

Sollicitatvs, a, um vide Solicitatvs.

Sollicito, as. *inſtigo, vrgeo.* pro Clu.27 a, Fabricius Diogenē ad venenum Habito dandum, ſpe & precio ſollicitare cœpit. I.A.229 a, T. Plancus cæteri pares, ſollicitant homines imperitos. pro Cæl.48 a, Sollicitate ſeruos alicuius ad aliquem necandum. I.C.112 a, & b, Precio ſollicitare animos egentium. Epiſtol.242 b, Se ſollicitatum eſſe, vt regnare vellet. & 169 a. Sollicitare exercitum. I.A.212 b, Nō rurſus decuriabit improbos, non agrarios ſollicitabit. pro Deiot.149 a, Seruum ſollicitare verbis. vide Solicito.

† Syntaxis. *Spe & precio, exercitum, legionem, ſeruos ſollicitare ad,*

*Sollicitvdo. L. Solicitvdo.

*Sollicitvs. L. Solicitvs.

Soloeca, orum. Attic.19 a, Lucullus de ſuis hiſtorijs dixerat, ſe quo faciliùs illas probaret Romani hominis eſſe, idcirco barbara quædam & σόλοικα diſperſiſſe,

Soloecismvs, mi. ad Her.27 b, Solœciſmus eſt, cùm pluribus verbis conſequens verbum ſuperiori non accōmodatur, ὑποσόλοικον. Att.28 b, & 224 b, Nihil tam σόλοικον, ἢ, &c. χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σὲ. *id eſt, mihi & tibi,*

Solon, onis. Offic.22 a, Solon qui vt reip. prodeſſet, furere ſe ſimulauit. Attic.154 b, Solon popularis tuus, qui capite ſanxit, &c. 282 a, Solon qui & ſapiens vnus fuit ex ſeptem, &c.

Solonivm, nij. *villa.* Att.24 a, Ire in Solonium, aut Antium. & 28 a, Quem illa βοῶπις, cùm è Solonio redierit, ad te eſt relatura.

Solor, aris. *conſolor.* in Vat.34 b, C. Antonius hac vna re miſeriam ſuam ſolatur, quò, &c.

Solstitialis, le.)(.*brumalis.* de Nat.66 b, Cur ſol ſe referat, nec longius progrediatur ſolſtitiali orbe, itemque brumali. de Vniu.200 b, Aſtra per cœlum penetrantia ſolſtitiali ſe & brumali reuocatione conuertunt. Tuſc.260 b, Solſtitiali die.

Solstitivm, tij. *cum ſol vltrà non progreditur: eſtq; duplex, hybernum alterum VIII. cal. Ian. alterum æſtiuum VIII. Iulij.)(.bruma.* de Nat.30 a, Solis acceſſus diſceſſusq; brumis ſolſtitijsq; poſſet cognoſci? & 36 a, In lunæ curſu eſt brumæ quædam & ſolſtitij ſimilitudo. de Diu.127 b, In his locis poſt ſolſtitium canicula oritur, apud Troglodytas ante ſolſtitium.

Solvendo eſſe, & non eſſe. *id eſt, habere, vel non habere, vnde ſoluas.* Offi.40 b, Is occultat gaudium ſuum, ne videatur non fuiſſe ſoluendo. I.A.161 a, Nec tu ſoluendo eras. Att.207 a, Magius ſoluendo non erat. Epiſt.37 a, Cùm ſoluendo ciuitates non eſſent.

Solv'm. *tantùm modò.* I.A.175 a, Nos nunciationem ſolùm habemus, &c. Orat.212 a, Recto caſu ſolùm Græcè loqui. de Orat.126 b, Non ſolùm oratione, ſed multò magis vi & dolore. Tuſcul.192 b, Quaſi verò atra bili ſolùm mens, ac non ſæpe vel iracundia grauiore, vel timore moueatur. de Leg.166 b, Hi de re vna ſolùm diſſident, de cæteris mirificè congruunt.

Solvm, li. *terra.* cont. Rul.79 b, Quod ſolum tam exile & macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſſit. de Cla.166 a, Seremus igitur aliquid tanquam in inculto & derelicto ſolo. pro Corn.57 a, Vos mutæ regiones imploro, & ſola terrarum vltimarum. Top.222 b, Solum ambitus ædium. in Ant.196 b, Iupiter Opt. Max. cuius nutu ſola terrarū gubernantur. de L.169 b, Quin ipſe quoque ſum ipſi villæ amicior factus, atq; huic omni ſolo, in quo tu ortus & procreatus es. I.C.122 a, Patriæ ſolum omnibus charum eſt. pro Corn.69 a, Qui ciuitatis alicuius ſolum ciuitatis mutatione vertiſſent. pro Cec.304 a, Qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere aut calamitatem, eò ſolum vertūt, hoc eſt, ſedem ac locum mutant. Par.121 b, Mutare ſolum. pro Dom.229 a, pro Qu.11 b, Quò vertendi, hoc eſt, mutandi ſoli cauſa venerant. & 16 b, Vertere ſolum exilij cauſa. I.A.197 a, Exilij cauſa ſolum vertiſſe. I.V.254 a, Quadriremem in ſolo (*rectiùs in ſalo*) fluctuantem reliquerat.

¶ *Spacium, area, vt pauimentum.* Para.125 b, Aurata tecta, & ſola marmorea in villis facere. de Cl.188 b, Solum & quaſi fundamentum oratoris eſt, &c.

¶ *Planta.* Tuſc.246 a, Mihi calceamentum eſt ſolorum callum. Epiſto.143 a, Ibi loquor, quod in ſolum, vt dicitur. de Natu.14 a, Abuteris ad omnia atomorum regno & licentia: hinc quodcunq; in ſolum venit, (vt dicitur) effingis atq; efficis. *prouerbium eſt. de eo qui neq; quid dicat, neq; quid agat, attendit: ſed omnia de omnibus & loquitur & efficit. V. detur autem à figulis ſumptum, qui quicquid in ſolum ſuum & in rotam venit, fingunt. Vide Eraſmi Chiliades.*

† Syntaxis. *Exile, macrumque ſolum. In inculto & derelicto ſolo ſerere. Terrarum vltimarum ſola. Callum ſolorum.*

Solvendvs, a, um. Atti.107 a, Soluendi ſunt nummi Cæſari. pro Qu. R.53 a, Cùm altera penſio ſoluenda eſſet.

*Solvens, tis. pro Mur.124 b, Quòd ſi è portu ſoluentibus ij, qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere ſummo ſtudio ſolent, &c.

Solvo, uis. *perſoluo, diſſolui, pendo, dependo, appendo, numero, adnumero, repræſento, precium enumero, precium do, pecuniam do, ſatisfacio, reddo, confero. ære alieno exeo, vel me libero.* I.V.186 a, Verres ciuitatibus pro frumento nihil ſoluit omnino. pro Flacc.156 a, Reſpondet ſe omnem pecuniam Fuſcijs perſoluiſſe. pro Cl.24 b, pro Flac.157 b, Is pecuniam præſentem non debitam mulieri ſoluit. Atti.261 b, Ne Terentiæ quidem adhuc quod ſoluam, expeditum eſt. & 262 a, Vt pecuniam reliquam Buthrotij ad diem ſoluerent. & a b, Miſimus qui pro vectura ſolueret. I.A.185 b, Soluere vota. Offic.70 a, Soluere nummos adulterinos pro bonis alicui. pro Mar.135 a, Cùm patriæ quod debes ſolueris. L. Denarivs. de Clar.166 a, Ego verò expectabo ea quæ polliceris, neq; ea exigam: ſed tamen erunt mihi grata, ſi ſolueris. & ibid. Ego tibi Brute non ſoluam, niſi priùs, &c. Ep.122 a, Soluere beneficia alicui. de Ar.250 a, Si habuerit

vndetibi ſoluat, quod ei per ſyngrapham credidiſti. pro Flacc. 155 a, Cuius bona, quòd is populo non ſoluebat, publicè venierunt. pro Q. R. 51 a, Quòd à Flauio abſtulero partem dimidiam, inde me ſoluturum ſpondeo.

¶ Soluere à ſe, *eſt, non aliunde pecuniam accipere, aut per alium ſoluere, ſed de ſuo (vt aiunt) ſoluere.* *Att. 82 b, Se à me ſoluere.

¶ Soluere, vel repræſentare, vel dare ab aliquo, *eſt, curare vt alius tuo nomine ſoluat.* L. A'. & Ab.

¶ *Explico, enodo.* Att. 176 a, & 240 a, Delatus eſt ad me faſciculus, ſolus ſolui. de Fin. 53 a, Soluere captioſa argumenta. de Vni. 292 a, Omne colligatum ſolui poteſt.

¶ *Libero.* ad Her. 16 b, Soluere aliquem legibus.

¶ *Nauticum.* Attic. 7 a, Soluere ancoras. Att. 103 b, Quid ad hæc reperis? ſoluamus, inquis. de Diu. 86 a, Agamemnon ſoluere imperat auerſa naui. Off. 62 a, Si idem ſciret merca tores ab Alexandria ſoluiſſe. Epiſt. 259 b, Nos eo die cœnati ſoluimus, &c.

SOLVOR, ris. pro Cec. 304 b, Vt religione ciuitas ſoluatur. pro Qu. 5 a, Vt procurator iudicatum ſolui ſatiſdaret. Bru. 269 a, Pecunia enim ſolui poteſt.

SOLVS, a, um. *ſolitarius, vnicus, vnus, vnus ſolus, ſolus per ſe, vnus ex omnibus.*) (*.cum altero.* de Pro. 72 b, Tiberius Gracchus ſolus ex toto illo collegio, &c. de Orat. 148 b, Stoici ſoli ex omnibus philoſophis dixerunt, &c. & 154 b, Gorgias ſolus ex omnibus, &c. Epi. 28 b, Solus tu ex omnibus. Attic. 179 b, Minutius XII ſola curauit. de Ar. 246 b, Qui locus ſolus ex priuatis locis omnibus hoc præcipuè ius habet, vt, &c. & ibid. Vno ſolo illo diſſentiente. de Diu. 93 a, Cùm in locis ſolis mœſtus errares. Offic. 60 a, Cui viſum eſt vtilius ſolum ſe quàm cum altero regnare. Attic 77 a, Scæuola qui ſolos nouem menſes Aſiæ præfuit. de Orat. 86 b, Actio ſola per ſe magna eſt. Topic. 225 b, Sapientia ſola per ſe. pro Mur. 134 a, Dicere aliquid alicui ſoli. *id eſt, nemine præſente vel audiente.*

SOLVTE'. *expeditè.* de Diui. 129 a, Animus ſomno relaxatus ſolutè mouetur, & liberè. de Clariſ. 174 b, Solutè & ſuauiter dicere. & 190 b, Facilè ſoluteque verbis voluere ſententias.

¶ *Ieiunè, frigidè, remiſſè, abiectè.* de Clariſ. 190 b, Tam ſolutè egit, tàm leniter, tam oſcitanter.

SOLVTIO, onis. *in re pecuniaria enumeratio, diſſolutio.* Att. 203 b, Suſtinenda eſt ſolutio nominis Valeriani, dum de Metione ſciamus. pro Pomp 7 a, Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe pro Cec. 287 a, Temporibus illis difficillimis ſolutionis. Offic. 51 a, Niſi erat neceſſaria ſolutio rerum creditarum. pro Clu. 24 b, Si hæc ſolutio legatorum, & non merces abortionis appellanda eſt.

¶ *Diſſolutio, explicatio.* de Orator. 94 b, * Quid de illis dicet, quę certè cum ipſo homine naſcuntur, linguæ ſolutio, &c. Tuſ. 203 b, Ex quo ipſam ægritudinem λύπην Chryſippus quaſi λύσιν, id eſt, ſolutionem totius hominis appellatam putat.

SOLVTVS, a, um. *liber diſſolutus, promptus.*) (*.alligatus.* de Diuin. 80 b, Animi ſine ratione & ſcientia, motu ipſi ſuo ſoluto & libero incitantur. de Som. 131 a, Ego ſtatim ſomno ſolutus ſum. de Fin. 138 a, Motus ſolutus ac vagus. & 55 b, Libero tempore cum ſoluta nobis eſt eligendi optio, nec impeditur, &c. Epi. 16 a, Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima, non alius eſſem atq; nūc ſum pro R. P. 124 b, Qua lege totus ordo ſolutus ac liber eſt. cont. Rul. 65 b, Conſul ſolutus à cupiditatibus, liber à delictis. pro Dom. 234 a, Hominis ſoluti & à cura liberati. Att. 136 b. Quæ ſoluto animo ſcribi ſolent, ea temporibus his excluduntur de Or. 110 b, Aues paſſim ac liberè ſolutas opere volitare I. V. 146 a, Soluto liberoq; animo eſſe. Orat. 204 a, Solutum ſit quiddā, non vagum tamen, vt ingredi liberè, non licēter errare videatur. de Cl. 180 a, Solutus in explicandis ſententijs. &, Gellius verbis ſolutus. & b, Solutiſſimus in dicēdo, & acutiſſimus. de Cl. or. 187 a, A' natura ad dicendum ſatis ſolutus atq; expeditus. * de proſcrip. lib. His legibus ſolutis ſtare Reſp. non poteſt. Att. 7 b, Sum enim & ab obſeruando homine peruerſo liber, & ad dignitatem in Repub. retinendam contra illius voluntatem ſolutus. Att. 7, Quam *epiſtolam* (vt ſcribis) anchoris ſolutis de phaſelo dediſti.

¶ *Languens.* de Clar. 190 a, Verba non ſoluta, nec diffluentia, ſed adſtricta numeris. de Orat. 160 a, Soluta oratio. Orat. 219 b, Maiorem habent apta vim, quàm ſoluta. de Cl. 185 a, Solutus & mollis in geſtu. ad Att. 33 a, Quū videas voluntatē ciuitatis ſolutam, virtutem alligatam. de Orat. 159 a, Nec verba alligata ſint, quaſi certa aliqua lege verſus: nec ita ſoluta, vt alligentur.

¶ *Diſſolutus, numeratus.* Attic. 251 b, Ex penſione ipſa maior pars eſt ei ſoluta aliquanto ante diem. & 255 b, Hoc quod ſatiſdato debeo, peto à te vt prouideas, planeq; expedias, & ſolutum relinquas.

† Syntaxis. *Vnde ſoluam, non habeo. Ille creditori non ſoluit. Cœnati ſoluimus. Soluta ciuitas religione. Procurator iudicatum ſolui ſatiſdet. Facilè ſolutèq; dicere. Solutè & oſcitanter. Legatorum ſolutio, ac linguæ. Somno ſolutus. Motus liber & ſolutus, pecunia, penſio, debitum. Quod ſatiſdato debes, prouidè, planè expedi, & ſolutum relinque. Optio eligendi tibi eſt libera, nec impeditur. Vtinam omnia tibi ſint ſolutiſſima. Solutus ac liber. Animo ſoluto ſcribere. Solutis verbis. A' natura ſatis in dicendo ſolutus ac expeditus. Soluta ciuium voluntas, alligata verò virtus*

*SOMNIANS, tis. de Diuin. 133 b, Videri poſſunt permulta ſomniantibus falſa pro veris. ibid. Cur credatur ſomniantium viſis? & 134 a, Muſæ ſcribendi, legendi, cæterarumq; artium ſcientiam ſomniantibus non dabunt? de Diuinat. 137 b, Nihil eſt magnum ſomnianti. de Natu. 5 b, Audite, inquit, &c. portenta & miracula non diſſerentium philoſophorum ſed ſomniantium.

SOMNICVLOSVS, a, um. *ſomno plenus.* de Senect. 84 a, Iners, ignaua, & ſomniculoſa ſenectus.

SOMNIO, as. *ſecundum quietem video, in quiete video, in ſomnis videre videor, in quiete mihi videtur, ſomnium facio, in ſomnis cerno, in ſomnis video, ſecundum quietem aliquid mihi videtur, dormienti mihi videtur, in quiete per viſum accipio.* de Diuin. 88 b, Mater ſomniauit, ſe peperiſſe ſatyriſcum. Attic. 149 b, De Lanuino Phameæ erraui: Troianum ſomniauerā. de Diu. 133 b. Si ea dormientes agerent quæ ſomniarent, alligandi eſſent omnes qui cubitum irent. de Diu. 136 a, Defert ad coniectorem quidā, ſomniaſſe ſe, ouum pendére ex faſcia lecti ſui cubicularis. & 137 b, Nec mihi magis vſquam videor, quàm cum in curia ſenatum video, ſomniare. & 137 a, Hanc credo cauſam ſomniandi de illo fuiſſe. Acad. 13 b, At cùm ſomniauit, ita narrauit, &c. * de Diui 94 a, Tribus modis cenſet Deorum appulſu homines ſomniare. & 129 a, Reſtant duo diuinandi genera, quæ habere dicimur à natura, non ab arte, vaticinandi & ſomniandi. de Diui. 131 a, Animi ſi quando vel vaticinando, vel ſomniando, vera viderunt & 133 a, Vtrum cenſemus dormiētium animos per ſemetipſos in ſomniando moueri? & b, Totas noctes ſomniamus. &c. & miramur, aliquando id quod ſomniamus euadere? de Diuin. 136 a, Nemóne igitur vnquam ouum ſomniauit?

SOMNIVM, nij. *viſum, viſum ſomnij, inſomnium.* pro Dom. 241 b, Qui aram in littore deſerto ſomnijs ſtimulatus, aut religione aliqua conſecraret. Acade. 13 b, Eadem ratio eſt ſomniorum. & 14 a, Eadem eſt in ſomnijs ſpecies. de Nat. 9 b, Chryſippus Stoicorum ſomniorum vaferrimus interpres. de Na. 10 a, Non philoſophorum iudicia, ſed delirantium ſomnia. in Salluſt. 275 a, Et dic vnde tu repentè tanquam ſomnio beatus, hortos precioſiſſimos paraueris. & 135 a, Animus cùm languore corporis, nec membris nec ſenſibus vti poteſt, incidit in varia viſa & incerta, ex reliquijs, vt ait Ariſtoteles, inhærentibus earum rerum quas vigilans geſſerit. aut cogitârit: quarum perturbatione mirabiles interdum exiſtunt ſpecies ſomniorum * cont. Rul. 61 a, Hæc per Deos immortales vtrum eſſe vobis conſilia ſiccorum, an vinolentorum ſomnia, &c. videntur? de Diuin. 88 b, Veniamus ad ſomnia, de quibus diſputās Chryſippus multis & minutis ſomnijs colligendis fecit idem, quod Antipater, ea conquirens, quæ Antiphontis interpretatione explicata declarant illa quidem acumen interpretis. de Diuin. 89 a, Hæc etiamſi ficta ſunt à poëta: non abſunt tamen à conſuetudine ſomniorum. Sit ſanè etiam illud commenticium, quo Priamus eſt conturbatus. ibid. Quo facto ſomnio. *poëta.* ibid. Quò ſeſe vertant tantæ ſortes ſomniûm. *poëta.* ibid. Sint hæc, & dixi, ſomnia fabularum: hiſq; adiungamus etiam Aeneæ ſomnium, quod in Numerij Fabij Pictoris Græcis annalibus ſcriptum eſt. de Diui. 89 b, Sed propiora videamus. Cuiuſnammodi eſt Superbi Tarquini ſomnium? de quo in Bruto Accius loquitur. ibid. Eius igitur ſomnij, quæ ſit à coniectoribus interpretatio facta videamus. de Diu. 90 a, Age nunc ad externa redeamus. ibid. Quod matris ſomnium immanis filij crudelitas comprobauit. ibid. Diſcedo parumper à ſomnijs, ad quæ mox reuertar. & b, Redeamus ad ſomnia. de Diu. 81 a, Ita res ſomnium comprobauit. ibid. Veniamus ad ſomnia philoſophorum. ibid. Xenophon ſua ſcribit ſomnia, quorum exitus mirabiles extiterūt. & b, Cùm eſſet ſpes ex illo ſomnio, in Cyprū illum ex Sicilia eſſe rediturum: præliantem eum ad Syracuſas occidiſſe. Ex quo ita illud ſomnium eſſe interpretatum. de Diuin. 92 a, Eandem in ſomnijs admonitionem fuiſſe tertiam. ibid. Cùm ſenatui ſomnium enarrauiſſet: pedibus ſuis ſaluum reuertiſſe. Itaq; ſomnio comprobato à ſenatu. ibi Quo ſomnio quid inueniri poteſt certius? Quid? illa duo ſomnia, quæ creberrimè commemorantur à Stoicis, quis tandem poteſt contemnere? vnum de Simonide, &c. Alterum ita traditum clarum admodum ſomnium. & b, Eum primo perterritum ſomnio ſurrexiſſe. ibid. Hoc verò ſomnio cum

commo-

commotum manè bubulco præſtò ad portam fuiſſe.ibid. Quid hoc ſomnio dici diuinius poteſt? Sed quid aut plura aut vetera quærimus? Sæpe tibi meũ narraui: ſæpe ex te ſomnium audiui tuum.ibi. Facilis coniectura huius ſomnij.de Diu 93 a,Somnio delectari.ibid.Nihil de illo Atinati ſomnio fieri poſſe diuinius. At multa falſa? Imò obſcura fortaſſe nobis.Sed ſint falſa quædã: contra vera quid dicimus? Quæ quidem multò plura euenirent: ſi ad quietem integri iremus Nunc onuſti cibo & vino, perturbata & cõfuſa cernimus.& b, Iubet Plato ſic ad ſomnium (*al. ſomnum*) proficiſci corporibus affectis.de Diuin.95 a,Somnij & furoris oracula.ibi Verarum vaticinationũ & ſomniorum ratio.& 129 a,Iſta duo genera furoris & ſomnij, quæ à libera mente fluere viderentur,probares.de Diuin. 151 a,Niſi fortè cõceſſuros tibi exiſtimas eos, qui ſomnia pro ſomnijs habent,ſi quando aliquod ſomnium verum euaſerit,non id fortuitò accidiſſe. & 133 a,Similis eſt error in ſomnijs,quorũ quidẽ defenſio repetita quàm lõgè eſt? & b,Cur ſomnijs credatur neſcio.ibid. De ſomnijs diſputare.de Diu.134 a,Somniúmne expectandum ſit. ibid. Coniector ſomniorũ.ibid.An Aeſculapius an Serapis poteſt præſcribere per ſomnium curationẽ valetudinis? ibid. Tollitur omnis autoritas ſomniorũ.ibid.Somniorũ ſignificationes.ibid.Coniectores quid cuique rei conueniat ex ſomnijs, & quid quanq; rem ſequatur intelligunt ibid. Nullam vim eſſe diuinã effectricem ſomniorũ,ibid. Nulla viſa ſomniorum proficiſci à numine Deorum. ibid. Quotus eſt quiſq;, qui ſomnijs pareat? qui intelligat? qui meminerit? quàm multi verò qui contemnant.& b,Quid eſt igitur cur his hominibus cõſulens Deus, ſomnijs moneat eos,qui illa non modò non curent, ſed ne memoria quidem digna ducant? ibid. Ita ſi pleraq; ſomnia aut ignorãtur aut negliguntur: aut neſcit hoc Deus,aut fruſtra ſomniorũ ſignificatione vtitur. ibi. Nihil à Deo ſomnijs ſignificari fatendum eſt.ibid.Fuit diuina beneficentia dignius, cum conſuleret nobis,clariora viſa dare vigilãtibus, quàm obſcuriora per ſomniũ. Quod quoniã non fit: ſomnia diuina putanda non ſunt. ibid Interpretes ſomniorum. de Diu.135 a, Si vera *ſomnia* à Deo mittuntur: falſa vnde naſcuntur? Nã ſi ea quoq; diuina,&c. ibid. Quarũ *rerum* perturbatione mirabiles interdũ exiſtũt ſpecies ſomniorum. Quæ ſi alia vera,alia falſa: qua nota internoſcantur ſcire ſanè velim. ibid. Quæ *viſa* illi exterriti ſomnio ad cõiectorem manè deferent.& b, Coniectura vera ſomniorũ.ibid. Somniorũ coniectio.ibid Quo pertinẽt obſcuritates & ęnigmata ſomniorũ? de Diu.136 a, Eſt hoc in Chryſippi libro ſomniũ. ibid. Quàm multi nullo ſomnio ad theſaurũ reperiendũ admonentur? ibid. Obſcura ſomnia minimè conſentanea ſunt maieſtati Deorũ. Ad aperta & clara veniam⁹: quale eſt de illo interfecto à caupone Megaris,&c. quod à te præteritum eſſe miror.& b,Cùm Alexander experrectus narraſſet amicis ſomnium. ibi. Multa etiam ſunt à te ex hiſtorijs ꝓlata ſomnia,matris Phalaridis,&c Gracchi etiam,& recens Cæciliæ Balearici filiæ ſomnium. Sed hæc externa,ob eamq; cauſam ignota nobis ſunt,nonnulla etiã ficta fortaſſe Quis enim autor iſtorum? De noſtris ſomnijs quid habemus dicere? ibid. Omniũ ſomniorum vna ratio eſt.de Diu 137 b,Vt ſomnijs crederet.Quęro aũt cur Alexandro tam illuſtre ſomniũ, tam certũ.ibid. Mihi quidẽ pręter hoc Marianum nihil ſanè quod meminerim. ibid.Nec tam multũ dormiens vllo ſomnio ſum admonitus,tantis præſertim de rebus.ibid.Theſaurus verò & hæreditas,& honos,& victoria, & multa generis eiuſdẽ qua cum ſomnijs naturali cognatione iunguntur? Dicitur quidam cum in ſomnijs complexu Venereo iungeretur, calculos eieciſſe.de Diu.138 a,Quid naturæ copulatũ habuit Alcibiadis quod ſcribitur ſomnium? qui paulò ante interitũ viſus eſt ſomnijs (*al. ſomnis*) amicæ eſſe amictus amiculo? ibid. Atq; horum ſomniorũ & taliũ plenus eſt Chryſippi liber.& b,An tandẽ ſomnia obſeruari poſſunt? quonam modo? ibi.Quod non poſſimus ſomniare. Quomodo igitur hæc infinita & ſemper noua.aut memoria complecti,aut obſeruando notare poſſumus? ibid. Cedò tandem qui ſit ordo aut quæ curſatio ſomniorũ? Quomodo aũt diſtingui poſſunt vera ſomnia à falſis? cum eadem & alijs aliter euadant,& ijſdẽ non ſemper eodẽ modò? ibid. Quomodo iſti, ſi ſomniũ verum euaſit aliquod,non ex multis potius vni fidem derogant,quàm ex vno innumerabilia cõfirmant? Si igitur neq; Deus eſt effector ſomniorum: neq; naturæ ſocietas vlla cum ſomnijs: neq; obſeruatione inueniri potuit ſciẽtia: effectum eſt vt nihil prorſus ſomnijs tribuendum ſit: præſertim cùm illi ipſi,qui ea vident,nihil diuinent: ij qui interpretantur, coniecturam adhibeant,non naturam: caſus autem innumerabilibus penè ſeculis in omnib⁹ plura mirabilia, quàm in ſomniorum viſis effecerit.de Diu.139 a,Explodatur hæc quoque ſomniorum diuinatio pariter cum cæteris.ibid. Niſi ſomniorum patrocinium philoſophi ſuſcepiſſent.

† Syntaxis. *Somnijs ſtimulatus. Somniorum ſpecies, interpres, coniector. Repente tanquam ſomnio beatus.*

SOMNVS,ni. *ſopor,quies.* de Sen.94 a, Nihil morti eſt tam ſimile quàm ſomnus. Tuſ 168 a,Somn⁹ imago vel ſimulacrũ eſt mortis. Att.118 a,Tuſ.218 a,Ego ſi ſomnum poſſem capere,tam longis te epiſtolis non obtunderem. Att. 144 a,Cùm me ægritudo ſomno priuaret. de Som.126 b, Deinde vt cubitũ diſceſſim⁹,me arctior quàm ſolebat ſomnus cõplexus eſt.& 127. de N.55 a,Quęſo,inquit,ne me è ſomno excitetis. ꝓ Syl.171 b, Ex ſomno excitare aliquem. Tuſ.217 a,E' ſomno ſuſcitari.de Cl.190 b,Somnũ iſto loco vix tenebam⁹. Tuſ 123 a,Epulati ſomno ſe dederũt. At 217 a,Deinde ſomno repetito ſimul cũ ſole experrectus ſum. Of.21 a,Ludo aũt & ioco vt illis q̃dẽ licet,ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris,de Fin.138 a,Ne ſi iucundiſſimis quidem nos ſomnis vſuros putemus, Endymionis ſomnum nobis nolimus dari.de D.114 a,animus per ſomnũ curis vacuus.de N.17 b,In ſomnis videre aliquid.de D.105 b,Is vera & certa cernit ſomnis. de Di.90 b,Annibalẽ cùm cepiſſet Saguntũ,viſum eſſe in ſomnis à Ioue in Deorũ conciliũ vocari.de D.89 a, Mater grauida párere ſe ardẽtẽ facẽ viſa eſt in ſomnis Hecuba. *Poetæ.* de Di.138 a,Quædam matrona viſa eſt in quiete obſignatã habere naturã. & ibi. Curſor viſus eſt in ſomnis curru quadrigarũ vehi. * Epiſt. 109 a,Fuit *Caninius* mirifica vigilantia,qui ſuo toto conſolatu ſomnum non viderit. de Inu.63 b,In eodem loco ſomnum capere voluerũt.& 64 a,Illũ ſomno impeditũ non reſpondere exſtimatur. Tuſ.168 a,Somni ſimillimã volũt eſſe *mortẽ*.ibi.Habes ſomnũ imaginẽ mortis.& 218 a, Miltiadis tropheis ſe è ſomno ſuſcitari.de D.88 a,Exterrita ſomno. *Ennij.* & 89 a,

*Vix ægrotum corde meo me ſomnu' reliquit.*

de Diuin.89 b, *Viſus eſt in ſomnis paſtor ad me appellere*
*Duos conſanguineos arietes.*

ibid. *Ea ſi cui in ſomno accidunt.*

de Diu.90 a.Matrem Phalaridis ſcribit Põticus Heraclides viſam eſſe videre in ſomnis ſimulacra Deorũ.& 91 a, Sibi in ſomnis viſum eſſe, cum in medijs hoſtibus verſaretur, occidere cum maxima gloria.ibi.Vidiſſe ſe in ſomnis pulcritudine eximia fœminã.& b,In ſomnis vidit ipſum Deũ. de Diu.92 a,Sibi in ſomnis quæſturam petenti,Tiberium fratrem viſum eſſe dicere.& b,Viſum eſſe in ſomnis ei qui erat in hoſpitio,illum alterum orare vt ſubueniret. de Di. 93 b.Iubet Plato ſic ad ſomnum proficiſci corporibus affectis. ibid. Cùm ergo eſt ſomno ſeuocatus animus à ſocietate & contagione corporis. de Diuin. 129 a, Si aut furore diuino incitatus animus,aut ſomno relaxatus ſolutè moueatur ac liberè. de Diuin.133 a, Quò in ſomnis certiora videamus. & b, Non video quid præcipui ſomnus habeat: in quo valeant falſa pro veris. de Diuin. 135 b, Quæ à dijs hominibus ſignificentur in ſomnis. ibid. Qualis iſta mens eſt Deorum? ſi neque ea nobis ſignificant in ſomnis? & 136 b,Alexander aſſidens ſomno eſt conſopitus. de Diuinat. 139 a,Perfugium videtur omnium laborum & ſolicitudinum eſſe ſomnus. At ex eo ipſo plurimæ curæ metusque naſcuntur. de Somn.127 a, Fit ferè vt cogitationes ſermoneſque noſtri pariant aliquid in ſomno tale. & b, Ne me ſomno excitetis.de Somn.131, Ego ſomno ſtatim ſolutus ſum. Attic.31 a,Ita me pupugit *epiſtola*, vt ſomnum mihi ademerit. & 188 b , Somnus vrgebat. I. A.173 b,Neceſſe eſt, &c. perterritum de ſomno excitari, furere etiam ſæpe vigilantem.

† Syntaxis. *Somnus imago, vel ſimulacrum eſt mortis. Somnum capere. Somnus me complectitur. E' ſomno excitare, ſuſcitare. Tenere ſomnũ. Se dare ſomno. Vti ſomno. Repetitus ſomnus. Per ſomnum curis vacuus animus. Vera in ſomnis videre. Viſa eſt in ſomnis Hecuba flammam párere.*

SONANS tis Orat.219,Ijdem ſunt numeri non modò oratorum & poëtarum, verùm omnino loquentium, deniq; etiam ſonantium omnium,quę metiri auribus poſſumus. de Orator. 156 b, Verba in quibus plenum quiddam,& ſonans eſſe videatur. pro Ar.199 b, Cordubæ nati poëtæ, pingue quiddam ſonantes, atque peregrinum. de Natur. deor.30 b,Tibiæ modulatè canentes,& fidiculæ numeroſè ſonantes.

SONINIA,orum. *augurij genus.* Epiſt.83 a, Nec ex tripudijs ſoliſtimis aut ſoninijs tibi auguror, ſed habeo alia ſigna quæ obſeruem. * *Rectius ſonivijs legitur.*

SONIPES,dis. *equus.* de Orat.160 a, Sonipedes. *Exemplum pæanis quarti.*

SONITVS,tus. *ſonus,cantus buccinæ.* de Som.129 a,Hoc ſonitu completæ aures obſurduerunt. Tuſ.169 a,Quo ſonitu reddito, ridens inquit, &c. de Orator.89 b, Verborum ſonitus inanis. de Aruſpic. 258 a, Cogitate genus ſoni-

tus, eius quem Latinienſes nunciarunt. Orat.205 b, Eloquentia quæ curſu magno ſonituq; feratur, ad Attica.9 a, Noſti iam in hac materia ſonitus noſtros. ad Heren.27 b, * In prælio per ignauiam tubæ ſonitum perferre non potes. Attic.28 a, Feſtiuè, mihi crede, & minore ſonitu quàm putâram, orbis hic in Repub. eſt conuerſus.

* SONIVIVS, a, um. *ſonans, vt Feſtus interpretatur.* Epiſto.83 b, Nec ex tripudijs ſoliſtimis aut ſoniuijs tibi auguror.

SONO, as. *cano, ſonum refero, ſonum, ſonitum efficio, reddo.* de Diu 122 b. & 96 a, At Lacedæmonijs in Herculis fano arma ſonuerunt. de Somn. 129 a. Natura fert vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera acutè ſonent. de Natu 42 b, Ipſe aër nobiſcum videt, nobiſcum audit, nobiſcum ſonat. Offi.68 b, Et quidem ſic hæc duo verba inter ſe diſcrepãt, vt tamen vnum ſonare videantur. de Fin.65 a, Epicurum, qui crebrò dicat oportere exprimi, quæ vis ſubiecta ſit vocibus, non intelligere interdum, quid ſonet hæc vox voluptatis. & 74 b, Si in honeſtate voluptatem dicant ineſſe ait eos inani voce *honeſtatis* ſonare. Orat 146 b, Quo magis antiquitatem, ſi ita ſonet, ſermo eorum retinere videatur. ibid. In qua *voce*, &c. nihil ſonare aut olere peregrinum *poſſit*, de Cl. 187 b, Cotta ſonabat cõtrarium Catulo, ſubagreſte quiddam, planeq; ſubruſticum * Orator. 212 a, Malè ſonabat iiſdem.

† Syntaxis. *In verbis plenum ſit quiddam, ac ſonans. Pingue ſonans, ac peregrinum poëta. Fidiculæ numeroſè ſonantes. Eloquentiæ ſonitus. Arma ſonant. Quid vox voluptatis ſonat? In hac oratione nihil ſonat, nihil olet peregrinum. Orator ſonat illi cõtrarium, ſubagreſte quiddam planeq; ſubruſticum.*

SONS, tis. *nocens.* Offic.16 b, Idq; eſt viri magnanimi, rebus agitatis punire ſontes, multitudinem conſeruare. in Ant. 164 a, Comprehenſio ſontium mea, animaduerſio ſenatus fuit. de Leg.185 a, Epiſt.57 a, Vincula ſontium ſeruanto. Tuſc.183 b, Aut etiam ſontibus opitulari poteram.

† Syntaxis. *Comprehenſio ſontium mea. id eſt, quando ego ſontes comprehendi.*

SONVS, ni. *ſtrepitus exaudibilis ſpecies, vox, vocis ſonus, vocis cantus.* de Nat.54 b, Aures cùm ſonum recipere (*al.* percipere) debeant, qui natura in ſublime fertur, rectè in alta corporum parte collocatæ ſunt. & 55 a, Aures duros & quaſi corneolos habẽt introitus, multiſque cum flexibus, quòd his naturis relatus amplificatur ſonus: quocirca & in fidibus teſtitudine reſonatur, aut cornu, & ex tortuoſis locis & incluſis referuntur ampliores. de Somn.128 b, Quis hic eſt. qui complet aures meas, tantus & tam dulcis ſonus? & ibidem, Hic eſt, inquam ille ſonus, qui interuallis coniunctus imparibus, ſed tamen pro ratione diſtinctis, impulſu & motu ipſorum orbiũ efficitur, qui acuta cum grauibus temperans, æqualiter concentus efficit de Natu. 55 b, Quo aurium iudicio iudicatur & in vocis, & in tibiarum neruorumq; cantibus, varietas ſonorum, interualla, diſtinctio, & vocis genera permulta, de Orator.107 a, Græci & tragœdi vocem cùm egerunt, ſedentes ab acutiſſimo ſono vſq; ad grauiſſimum ſonum recipiunt. & 126 a, Vox ad miſerabilem ſonum inflexa. Orat.213 b, Omnium longitudinum & breuitatum in ſonis, ſicut acutarum grauiumq; vocum iudicium natura in auribus noſtris collocauit. & 200 b, Vt extrema referant eundem in cadendo ſonum. de Nat.56 b Manus apta ad neruorum eliciendos ſonos. de Diu.103 b, Qui ſono quodam vocum & Phrygijs cantibus incitantur. de Nat.56 b, Lingua ſonos vocis diſtinctos & preſſos efficit, cùm, &c. Acade.19 a, Ac mihi videtur digniſſimũ rebus his de quibus loquitur, ſonum fundere. Tuſ.242 b, Dicatq; nos in vocibus occupatos. inaneis ſonos fundere. Orat.212 b, Verbũ, vox, ſonus. de Or. 100 b, Sonus pronunciandi. Tuſc.161 a, Qui ſonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis literarum notis terminauit. Off.29 b, Sic viuendum eſt in vita, ne fortè quid diſcrepet, vel multo etiam magis, quo maior & melior actionum quàm ſonorum concentus eſt. de Leg.177 b, Nihil tam facilè in animos teneros atq; molles influere, quàm varios canendi ſonos.* de Orat.164 a, Qui inflaret celeriter eum ſonum, quo illum aut remiſſum excitaret, aut à contentione reuocaret. ibid. Eſt item contrà quiddã in remiſſione grauiſſimum, quoq; tanquam ſonorum gradibus deſcenditur. Hæc varietas, & hic per omnes ſonos vocis curſus, &c. Orat.212 b, Duæ res ſunt, quæ permulceant aures, ſonus & numerus. Tuſcul.251 b, Id illi caſſum quiddam & inanis vocis ſono decoratum eſſe dicunt. de Natu.55 a, A' quo *auditu* cùm ſonus eſt acceptus.

† Syntaxis. *Aures ſonum recipiunt, ſono complentur. Ad miſerabilem ſonum vocem inflectere. Sonum neruorum elicere. Vocis curſus per omnes ſonos. In vocibus occupati fundunt inanes ſonos. Varij canendi ſoni facilè influunt in animos teneros, molleſque.*

SOPHIA, æ. L. SAPIENTIA.

SOPHISMA, tis. Acade.19 a, Quorum ſunt contorta & aculeata quædam ſophiſmata: ſic enim appellantur fallaces concluſiunculæ.

SOPHISTES, tæ. Acad.18 b, At quis eſt hic? num ſophiſtes? ſic enim appellantur hi, qui aut oſtentationis, aut quæſtus cauſa philoſophantur. de Natu 14 a, Abderites Protagoras, ſophiſtes temporibus illis vel maximus. & 200 a Iſocrates, multiq; alij, qui ſunt nominati ſophiſtæ. de Fini.64 a, Sed & Gorgiam & cæteros ſophiſtas luſos videmus à Socrate. de Fin.64 a, Eorum erat iſte mos, qui tum ſophiſtæ nominabantur.* Orat.202 b, Sophiſtarum, de quibus ſuprà dixi, magis diſtinguenda ſimilitudo videtur, qui omnes eoſdem volunt flores, quos adhibet orator in cauſis, perſequi. Sed hoc differunt, quòd cum ſit his propoſitum non perturbare animos, ſed placare potius, nec tam perſuadere quàm delectare: & apertius id facere, quàm nos, & crebrius, concinnas magis ſententias exquirunt, quàm probabiles, à re ſæpe diſcedunt, intexunt fabulas, verba apertius transferunt, eaq; ita diſponunt, vt pictores varietatem colorum, paria paribus referunt, aduerſa contrarijs, ſæpiſſimeq; ſimiliter extrema definiunt.

SOPHOCLES, clis. *poëta tragicus.* de Sen.81 b, *bis*, & de Fini. lib.5. de Diu lib.1, Attic. lib.2.

SOPHOCLEVS, a, um.* Epiſt.263 b, An pangis aliquid Sophocleum?

SOPHOS. *ſapiens.* de Fini. 69 b, Lælius ſophos ille, &c. *bis.* Tuſcul. libro quinto, Qui à Græcis Sophi, ſapientes à noſtris nominantur. de Nat. lib.1, Sophi mutum inanem vocant

ΣΩΦΡΩΝ. L. TEMPERANS.

ΣΩΦΡΟΣΥΝΗ. L. TEMPENANTIA.

SOPITVS, a, um. *quaſi ſomno oppreſſus.* pro Cæl.46 a, Blandimenta, quibus ſopita virtus conniueret. de Diui.93 a, & 104, Sopito corpore animus vigilat.

SOPOR, ris. *ſomnus.* de Diuin.89 b, *Cùm iam quieti corpus nocturno impetu Dedi ſopore placans artus languidos.* in Sal.274 b, Noli nobis languorem & ſoporem exprobrare.

SORANVS, na. pro Planc.263 b.

SORBEO, bes: bui. *abſorbeo.* Qu.fra.328 b, Iſta odia non ſorbeo ſolùm, ſed etiam concoquo. I.A.231 b, Quid cum nõ ſorbere animo? quid non haurire cogitatione? cuius ſanguinem non bibere cenſetis.

SORDEO, des. Oct.329 b, M.Antonius, cui ſordebat Macedonia prouincia. *id eſt, putet, & ſordida videtur.*

SORDES, dis. *lutum, fæx.* de Nat.55 a, Prouiſum etiam, vt ſi qua minima beſtiola conaretur irrumpere, in ſordibus aurium tanquam in viſco adhæreſceret.

¶ *Immunditia* pro Mur.142 b, Populus Romanus nõ amat profuſas epulas, ſordes & inhumanitatem multo minus.

¶ *Auaritia.* Attic.65 a, Iudicum ſordes. * pro Flacc.147 b, Nullam in re familiari ſordem poſſe proferri. Epiſt.96 a, Putas propter hominis ſordes minus me magnam illam lætitiam putare.

¶ *Dedecus, macula, nota, culpa, flagitium.* pro Seſt.26 b, Virtus ſplendet ipſa per ſe ſemper, nec alienis vnquam ſordibus obſoleſcit. in Sal.272 b, Non enim procacitate linguę vitæ ſordes eluuntur. Attic. 10 b, Satius erat illum in infamiæ relinqui ſordibus, quàm infirmo iudicio committi. Attic.81 a, Has à noſtro Q. Ticinio ſordes accepimus. Epiſt. 123 b, Nam ſordes eluere vult.* in Piſ.75 a, At ne tum quidem emerſiſti, lutulente Cæſo, ex miſerrimis naturæ tuæ ſordibus.

¶ *Contumelioſè cœnum, fæx.* I.P.93 a. de Cl.185 a, O lutum, ô ſordes. &c, Is ex ſummis & fortunæ & vitæ ſordibus conſul factus eſt. * Att.12 b, Apud bonos iidem ſumus, quos reliquiſti: apud ſordem vrbis & fæcem multò melius nunc quàm reliquiſti.

¶ *Luctus, mœror, dolor.* pro Clu.21 a, Mater ſqualore filij & ſordibus lætatur. pro Cl.58 a, Spectaculum ſordium atq; luctus, & tãti ſqualoris alicuius. I.V.201 b, Adſpicite iudices ſqualorem ſordeſq; ſociorum. Epiſt.233 b, Iacere in lacrymis & ſordibus. * Poſtquam 199 a, Me fratris mei quotidianæ lacrymæ ſordeſque lugubres à vobis deprecatæ ſunt. ibid. Pro eodem me abſente vnius ſqualorẽ, ſordeſq; vidiſtis. pro Dom. 225 a, Filiæ meæ fletus aſſiduus ſordeſq; lugubres vobis erant iucũdæ, cæterorum omnium mentes oculoſq; flectebant.

SORDITATVS, a, um. *ſordidus.* de Or.126 b, Mœſtus ac ſorditatus ſenex. I.V. 121 a, Heraclius & Epicrates ſorditati maxima barba & capillo. & 209 a. Poſtq 206 b, Innumerabilis multitudo ſupplex ad eum ſorditata veniat. in Piſ.94 a, Serui ſordidati miniſtrant. I.A.2, Sordidata mancipia.

SORDIDE'. *auarè.* de Orat.141 a, Sordidè dicere. Att.lib.15, Sordidè concionari.

SORDIDVS, a, um. *pauper.* Tuſcul. 202 b, Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. Atticar.194 a, Villula ſordida & valde

& valde puſilla.pro Fl.157 a.& de L.191 a.& Attic.121 b, Homo egens ac ſordidus. I.P. 101 a,Nec minus lætabor, cùm te ſemper ſordidum, quàm ſi paulisper ſordidatum viderem.

¶ *Turpis.* I.A. 156 b, Vt enim quiſq; ſordidiſſimus videbitur,ita libentiſſimè ſeueritate iudicandi ſordes ſuas eluet. de Inu.76 b,De pecunia ratiocinari ſordidum eſt.Atti.143 b, Iſte omnium turpiſſimus & ſordidiſſimus idem eſt, qui in rep. fuit. Qu.fr.293 b, Tuſcenius homo furioſus ac ſordidus. Offic.37 a, Quæ ſordidiſſima quidem eſt ratio & inquinatiſſima.& 43 a,Id enim ipſi ſordidũ eſt ad famam, committere,vt accuſator nominetur.*pro Mar.Scau.Sordidiſſima,leuiſſima,vaniſſima gens *Sardorum.*

¶ *Auarus, cupidus.* Off.30 a,De artificijs & quæſtibus, qui liberales habendi,qui ſordidi.

¶ *Mærens.* pro Mur. 144 b, Squalore ſordidus.

† Syntaxis. *Iacere in lacrymis & ſordibus. Vitæ ſordes eluere. O lutum,o ſordes in hominem. Squalor ſordesq; lugentium. Hoc dicere, ſordidum eſt. Egens ac ſordidus. Turpis & ſordidus homo.*

*Sorita, tæ. *Sorites.* Hor. Tunc Pſeudomenon & Soritam,& totam Dialecticam,aut illudis,aut increpas ?

Sorites,tæ,& tis.*Sorita.* de Diui.110 b, Quemadmodum ſoriti reſiſtas,quem ſi neceſſe ſit,Latino verbo liceat acerualem appellare,ſed nihil opus eſt: vt enim ipſa philoſophia, & multa verba Græcorum , ſic ſorites ſatis Latino ſermone tritus eſt. Acad.37 a,Poſthac potius diſſeremus de obſcuritate naturæ,&c.quàm de oculorum ſenſuumq; reliquorum mẽdacijs,& de ſorite,aut pſeudomeno : quas plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt. Acad.13 a,& 23 a, Captioſiſſimum genus interrogationis, quod genus minimè in philoſophia probari ſolet,cùm aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur, ſoritas hos vocant: qui aceruum efficiunt,vno addito grano,vitioſum ſanè & captioſum genus. ſic enim aſcenderis,&c.de Fin.117 b.

Soror,ris. de Diu.89 a, Soror germana. pro Dom.231 b, Non ſum tam ineruditus,qui Mineruam Iouis ſororem meam eſſe ſororem dicam. & ibidem, Tu ſororem tuam. virginem eſſe non ſiuiſti. I.A. 179 a, Filiam eius ſororem tuam eiecisti.pro Mil. 115 b,Clodius cum ſorore germana nefarium ſtuprum fecit.

Sororicida, dæ. pro Dom.218 a,Quid de me,quid tuliſſe te dicis, parricida,fratricida, ſororicida? nónne extra ordinem tuliſti ?

Sororius,a,um.pro Seſt.6 a,Homo fraternis flagitijs,ſororis ſtupris inſanus.* in Piſ.85 b,Sororius adulter.

Sors,tis. *cùm ad diuinationem ſpectat, pertinet.* de Diuin.120 a,Quid enim eſt ſors ? idem propemodum quod micare, quod talos iacere,quod teſſeras : quibus in rebus temeritas & caſus,non ratio & conſilium valet.& 123 a, Auſpicia reſtant,& ſortes,quæ ducuntur:non illæ quæ vaticinatione funduntur , quæ oracula veriùs dicimus. & 96 a, Cùm Spartiatæ oraculum ab Ioue Dodonæo peterent, legatiq; illud in quo inerant ſortes, collocauiſſent, ſimia & ſortes ipſas,& cætera quæ erant ad ſortem parata, diſturbauit. & 122 b, Simia vrnam euertit, ſortes diſſipauit. & 87 b,Sortes eductæ in vrnam aptè cadere poſſunt diuinitùs. & 116 b, Quæ cui ſors ducatur.in Ant.188 b, Quos ſors diuina delectet ? de Nat.62 b, Quis cornicis cantum notauit? quis ſortes ? de Diuin.87 b, Oracula,quæ æquatis ſortibus ducuntur.de Inu.60 b.Qui locus ſumetur ex ſortibus , ex oraculis,ex reſponſis.de Diuin.89 a, Quò ſeſe vertant tantæ ſortes ſomniorum ? de Diuinat. 132 b, Sors illa edita eſt Crœſo.

*Crœſus Halim penetrans,&c.* -----

de Diuinat. 126 a, Numerius ſortium inuentor. de Diui. 87 b, Vt hæ ſunt ſortes, quas ex terra editas accepimus. *pro C. Cornel.1, Dum æquantur ſortes. in Verr.61 b, Commemorare ſortis religionem.pro Plan.266 b,Vtrum id ſortis eſſe vis,an eius,&c ? de Diuin. 87 b,Ipſa ſors contemnenda non eſt: ſi & authoritatem habet vetuſtatis, vt hæ ſunt ſortes, quas ex terra editas accepimus : quæ tamen eductæ,vt in rem aptè cadant,fieri poſſe credo diuinitus. & 126 a,Dicendum putas de ſortibus.ibid.Clariſſimarum ſortium quæ tradatur inuentio. ibi. Perfracto ſaxo ſortes erupiſſe, in robore inſculptas priſcarum literarum notas ibid. Summa nobilitate illas ſortes futuras : eorumq; iuſſu ex illa olea arcam eſſe factam, eaq; conditas ſortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur. Quid igitur in his poteſt eſſe certi ? quæ Fortunæ monitu, pueri manu miſcentur atq; ducuntur ? Quomodo autem iſtæ poſitæ in illo loco ? de Diuin 126 b, Fani pulchritudo & venuſtas,Præneſtinarum etiam nunc fortium retinet nomen : atque id in vulgus. Quis enim magiſtratus aut quis vir illuſtrior vtitur ſortibus ? Cæteris verò in locis ſortes planè refrixerunt.

¶ *Fortuna caſus.* Qu.frat.291 b,Quæſtorem habes non tuo iudicio delectum,ſed eum quem ſors dedit. pro Mur.128 a,Quæſtura vtriuſque propemodum pari momento ſortis fuit: nullum enim vobis ſors campum dedit,in quo excurrere virtus cognoſciq; poſſit.pro Seſt.4 a,b,Quæſtor hic C.Antonij collegæ mei fuit ſorte,ſed ſocietate conſiliorum meus. in Vat. 31 a. & Epiſt.29 b,Cùm tibi aquaria prouincia ſorte obtigiſſet. I.V. 233 a, Sors ducitur, quamobrem ? nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ. contra Rul. 69 b, Paucas tribus non certa conditione iuris,ſed ſortis beneficio ad vſurpandam libertatem vocare. I.V.134 a, Cum ſuffragijs tres creati ſunt, res reuocatur ad ſortem. in Verr.112 a,Verri ſorte prouincia Sicilia obuenit.pro Dom.219 a,Prouincias extra ordinem ſine ſorte nominatim dediſti reipubl.peſtibus. Attic.17 b, Cùm de conſularibus mea prima ſors exiſſet.Epiſt.118 a, Ita ſorte in prouincias proficiſcerentur.& ibid.b,Conijcere aliquem in ſortem Epi a, Aequaliter aut ſorte aſſignare aliquid alicui.pro Plan.266 b, Si ſortis, nullum crimen eſt in caſu.I.V.222 b,Telum,quod cuiq; ſors afferebat,arripuit,Attic.36 b, Quod ſors obtulerit,id acturus videtur. Qu.frat.295 a,Quòd ſi te ſors Afris,aut Hiſpanis,aut Gallis præfeciſſet,tamen,&c. Offic.9 a.

*Vóſne velit,an me regnare hera,quidve ferat ſors.*

pro Lig.140 b,Tuberonis ſors coniecta eſt. S. C. cùm ipſe non adeſſet.& ibid.Africa, quò ſenatus eum ſorsq; miſerat.* I.V.134 a,In ſorte,cui imperare nõ poterat, expectabant homines quidnam acturus eſſet.ibid. Iubet extra ſortem Theomnaſtum renunciari. ibid. Tot in hydriam ſortes conijcerentur.ibid Nunquid igitur oportet niſi tres ſortes conijci ? vitã educi ? nihil.Conijci iubet tres, in quibus omnibus inſcriptum eſſet nomen Theomnaſti.I.A. 201 a, Qui ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtinauit: ( *al.deſtituit.* ) ſed libidini cuiuſq; nos ita addixit.

* *Pecunia credita,caput.* Atti.85 a, Sorte caret: vſura, nec ea ſolida, contentus eſt.

† Syntaxis. *Sortes quæ ducuntur, tolluntur, miſcentur, educuntur. Res vocatur ad ſortem. Sorte mihi id obtigit. Quot ſors obtulerit.*

*Sortiendus,a,um.I.V. 116 a, Paratus ad hanc dicam ſortiendam venerat.

Sortiens,tis.in Ver.73 b,Senatores,qui C.Verre prætore ſortiente exirent in eum reum, quem incognita cauſa condemnarent.

Sortilegus,gi. *diuinus,ariolus.* de Diuin. 108 a,Nunc illa teſtabor,non me ſortilegos,neceos qui quæſtus cauſa ariolentur,agnoſcere. * de Diuin.131,Si tua iſta concluſio, Cratippe,vera eſt, nónne intelligis, eadem vti poſſe & aruſpices,&c. & ſortilegos,& Chaldæos ?

Sortior, iris. *ſortitò capio, in ſortem conijcio, ſortitionem facio, fortunæ iudicio committo.* cont.Rul.70 a, Sortietur tribus idem Rullus educet quas volet tribus.contra Rull.70 a, b, Qui tribus quas voluit, vocauit, nullo cuſtode ſortitus. pro Cluent. 44 a, Sortiri ad pœnam & hominum delictũ fortunæ iudicio non mittere,minimè cenſorium eſt.& ibid. Non animaduertes in omnes ? ſed carpes,vt velis? & paucos ex multis ad ignominiam ſortiere ? Epiſt.17 a, Sortiri prouinciam cum collega.pro Mur.128 a, Tu illã, cui cùm quæſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet, Hoſtienſem prouinciam habuiſti.in Verr. 117 a, Ei venit in mentem è lege Rupilia, ſortiri dicas oportere , educit ex vrna tres.de Nat.21 a,Hoc non eſt cõſiderare,ſed quaſi ſortiri quid loquare.de Fa. 149 b,An atomi ſortiũtur inter ſe,quæ declinent, quæ non ? Qu.frat. 306 b,Acilius ſententiam dixit, vt ipſe iudices per prætorem vrbanum ſortiretur.Attic.8 a,Prætores nondum ſortiti ſunt prouincias.I.V.70 a, cùm prætores deſignati ſortirentur, M. Metello obtigit, vt is de pecunijs repetundis quæreret. Attic.17 b,Senatus decreuit.vt conſules Galliam ſortirentur.I.A.212 a, L.Antonius ſua lege cum C. Cæſare magiſtratum ſortitus eſt.I. V.116 a,Quo die ſeſe ex inſtituto ac lege Rupilia dicas ſortiturum Syracuſis iſte edixerat. Paratus ad hanc dicã ſortiendam venerat. Tum eum docet Heraclius non poſſe eo die ſortiri : quòd lex Rupilia vetaret diebus xxx ſortiri dicam,quibus ſcripta eſſet.

† Syntaxis. *Tune ad pœnam ſortiris ? Sortiri bona cum aliquo. Illi ſunt inter ſe ſortiti. Illi ſortiuntur.*

Sortio,onis. *diſtributio,quæ ſortitò,ductiſve fit ſortibus.* pro Pl. 270 a, Nunquam maiores noſtri ſortitionem conſtituiſſent ædilitiam,niſi viderent accidere poſſe,vt competitores pares ſuffragijs eſſent.I.A.176 a. Sortitio prærogatiuæ.Qu.fr.306 b, Iudicum ſortitione facta comitia haberi.pro Cl.44 a,Vt ſortitione in quoſdam animaduerteretur.* pro C.Corn. 1,Dum ſortitio fit. I.V.116 a, Sperabat Heraclius,ante alteram ſortitionem Q. Arrium ſucceſſurum. I. A. 188 a. Præclara tum fuit Senatus in illo ipſo die veſpertina prouinciarum religioſa ſortitio, diuina verò opportunitas,vt quæ cuique apta eſſet, ea cuique obueniret.

uenirct. Att.14 a, Quibus ſuſpicionibus ego mederi cùm cuperem,&c poſt ſortitionem prouinciæ.

SORTITO'. *ſortitione, ductis ſortibus.* Epiſt. 128 a, Eos ſortitò in prouincias mitti placere. I. V. 134 a, Lex Iouis ſacerdotem ſortitò capi iubet.

*SORTITVS,a,um. Att. 65 a, Ab his conſilijs,quæ erant omnibus ſortita in ſingulos candidatos,magnus timor candidatorum.

SORTITVS,tus. *ſortitio.* pro Dom. 223 b, Pluribus de rebus vno ſortitu retuliſti.

SOSPITA,tæ. *ſalutaris.* pro Mur. 145 b,& de Nat. 27 b,& de Diuin. 80 b, Iuno ſoſpita.

SOTER, eris. *conſeruator, ſeruator.* I. V. 139 b, Is enim ſoter, qui ſalutem dedit.& ibi. Soter Latino vno verbo exprimi non poteſt.

*SPACIVM, vide SPACIVM.

SPARGENS,tis. pro S.R. 26 a, Attilius ille quem ſua manu ſpargentem ſemen,qui miſſi erant,conuenerunt. Tuſ. 171 a, & I.P. 88 b, Euiſceratus latere pendens,ſaxa ſpargens tabo Sanie & ſanguine atro. *Enny.* * de Vni. 203 a, Alioſque *animos Deus* in terram,alios in Lunam, alios in reliquas mundi partes ſpargens quaſi ſerebat.

SPARGO,gis. *fundo.* de Sen. 93 a, Credo deos immortales ſparſiſſe animos in corpora humana. pro Arch. 192 b, Ego verò omnia quæ gerebã,iam tum in gerendo ſpargere me ac diſſeminare arbitrabar,in orbis terræ memoriã ſempiternã. de Diu. 81 a, Quod Zeno in ſuis commẽtarijs quaſi ſemina quædam ſparſiſſet. Parad. 123 a, Qui tractant iſta, qui tergunt,qui vngunt,qui verrunt,qui ſpargunt. I.C. 106 a, Qui ſicas vibrare,& venena ſpargere didicerunt. in Arat. *Spargere amnem lacrymis. in Ant. 186 b, Qui nummos populo de roſtris ſpargere ſolebat.

SPARSVS, a, um. *fuſus, diſiectus.* Att. 7 a, Literæ ſparſæ ſale humanitatis.* de Vniu. 202 b, Satis autem & quaſi ſparſis animis.

¶ *Diſſipatus.* ad Her. 24 a, Res ſparſas & vagè diſiectas eligere. in Ar.

-----*ſtellæ ſparſæ fuſæq; videntur.*

pro Deiot. 148 a, Graues de te rumores ſparſi ſunt.

† Syntaxis. *In corpora ſparſi animi. Spargere ac diſſeminare. In libro ſpargere rationes.*

SPARTA, tæ. *Lacedæmon.* Off. 49 b, Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia, niſi auaritia perituram. * Eam, quam mihi dicis obtigiſſe σπάρτην, non modò nunquam deſeram, ſed etiamſi ego ab illa deſerar.

SPARTACVS de Ar. 249 b, I.A. 194 a, Athenio & Spartacus duces belli ſeruilis.

SPARTIATES, tæ. de Diu. 96 a, Tuſ. 245 b, Pueri Spartiatæ.

SPARVS, ri. *genus teli.* pro Mil. 113 b, Sparorum pilorumque multitudo.

SPATIOR, aris. *ambulo, deambulo.* pro Sext. Roſc. 28 a, Reſidere, deinde ſpatiari. de Orat. 243 b, Spatiari in xyſto.

SPACIVM, cij. *interuallum, curriculum, curſus, regio* de Nat. 35 b, Sidus ſpatijs immutabilibus ab ortu ad ocaſum commeans. de Clar. 193 b, Vt poſſis videre, quemadmodum ſimus in ſpatio Q. Hortenſium ipſius veſtigio perſecuti. de L. 158 b, Quin igitur ad illa ſpatia noſtra, ſedeſq; pergimus. de Finib. 124 b, Cùm veniſſent in Academiæ. Non ſine cauſa nobilitata ſpatia. pro Mur. 141 a, In ambulatione duo ſpatia vel tria facere. de Leg. 159 a, In ſylueſtribus ſpatijs crebrò inſiſtens, interdum acquieſcens. * de Orato. 87 b, Tum Scæuolam duobus ſpatijs tribúsve factis dixiſſe. pro Muræn. 141 a, A' quibus, &c. ſi vno baſilicæ ſpatio honeſtamur.

¶ *Temporis interuallum.* I. A. 245 b, De quo mihi, quoniam liberum eſt ſpatium, etiam atq; etiam cõſiderandum puto. Orat. 216 a, Trocheus, qui eodem ſpatio eſt, quo choræus, Trochæus *v.* Choræus *v v v.* & ibi. Et Cretici æqualis Pæã, qui ſpatio par eſt, ſyllaba lõgior. vt *-v -.-v v v* in Arat.

*Hinc ſpatio ductum ſimili latus extat vtrumq;.*

pro Rab. 91 b, Me ex comparato & conſtituto ſpatio defenſionis in ſemihoræ curriculum (*al. circulum*) coegiſti. pro Arch. 185 b, Quoad longiſſimè poteſt mea mens reſpicere ſpatium præteriti temporis. Quint frat. 294 a, Qui tibi biennij ſpatio nunquam in ſuſpicionem auaritiæ venerit. I. V. 128 a, Et erat ſpatium dierum ferè triginta ante calend. Decembr. de Inu. 51 a, Diurnũ nocturnũmve ſpatium. de Finib. 106 a, Aut ſpatium ſumamus ad cogitandum. de Orat. 97 a, Attic. 75 b, Cùm erit ſpatium, vtrunq; dabo. & 76 a, Surripere aliquid ſpatij. Offic. 24 a, Qui ſpatium deliberandi habuerunt vtrum,&c. in Ver. 76 a, Etiam ſi ſpatium ad dicendum noſtro commodo, vacuoſq; dies habuiſſemus. de Orat. 107 a, Quantum in hac acie quotidiani muneris ſpatij nobis datur. pro Cecin. 286 a, Epiſto. 253 b, Spacium non datur. Epiſt. 128 a, Mihi ſi ſpaciũ fuerit in Tuſculanum ante nonas veniendi, iſtic te videbo. de Orator. 141 a, Hoc interim ſpatio conclaue illud cecidit. & 143 a, Noſtræ ſpes in medio ſæpe ſpatio franguntur. pro Arch. 191 a, Vitæ ſpatium exiguis regionibus circumſcriptum. * Incert. Si mihi vitæ ſpatium duplicetur, vel ijs tantummodo poëtis percurrendis non eſſet ſuffecturum. ad Heren. 7 a, Signum diuiditur in partes ſex, locum, tempus, ſpatium, &c. Spatium ita cõſideratur, ſatiſne longum fuerit ad eam rem tranſigendam: & potueritne ſcire, ſatis ad id perficiendum ſpatij futurum. de Inuen. 51 a, Tempus eſt pars quædam æternitatis, cum alicuius annui, mẽſtrui, diurni nocturníve ſpatij certa ſignificatione. de Nat. 6 a, Spatio tamen qualis ea æternitas fuerit, intelligi non poteſt. Offic. 50 a, Quòd tam longo ſpatio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur.

† Syntaxis. *In ambulatione duo ſpatia facere. Cùm erit ſpatium, dabo. Hoc interim ſpatio. In medio ſpatio fractæ ſpes.*

SPECIATIM. *nominatim.* Poſtq. 208 b, M. Meſſenius legem ſpeciatim de ſalute mea promulgauit.

SPECIES, ei. *forma, figura, ſpectrum, notio, facies.* Acad 45 a, Mens ſola cernit id quod ſemper eſt ſimplex & vniuſmodi, & tale quale eſt: hanc Plato ideam appellauit, nos rectè ſpeciem poſſumus dicere. & ibid. a, Materia ſine vlla ſpecie, & carens omni qualitate. Orator. 201 a, Excellentis eloquentiæ ſpecimen & formam adumbrabimus. Tuſcul. 186 a, Obuerſentur ſpecies honeſtæ animo. I. V. 265 a, Nunquam tibi ſpecies ipſa huiuſcemodi multitudinis in oculis animoq; verſata eſt? de Diuin. 136 b, Nulla ſpecies cogitari poteſt, niſi pulſu imaginum. Academ. 14 a, Eadem eſt in ſomnijs ſpecies eorum quæ vigilantes videmus de Fat. 148 a, Viſum obiectum imprimit, & quaſi ſignat in animo ſuam ſpeciem. de Leg 175 a, Eſt enim quadam opinione ſpecies deorum in oculis, non ſolùm in mentibus. de Diuinat. 97 b, Objiciuntur ſæpe formæ, quæ reapſe nullæ ſunt, ſpeciem autem offerunt. * Orator. 197 b, Ipſius in mente inſidebat ſpecies pulchritudinis eximia quædam, quam intuens in eaq; defixus, ad illius ſimilitudinem artem & manum dirigebat. Vt igitur in formis & figuris eſt aliquid perfectum & excellens, cuius ad excogitatam ſpeciem imitando referuntur ea, quæ ſub oculos ipſa non cadunt: ſic perfectæ eloquentiæ ſpeciem animo videmus, effigiem auribus quærimus. Has rerum formas appellat ideas Plato. ibidem. Id eſt ad vltimam ſui generis formam ſpeciemq; redigendum. de Vniu. 195 b, Si is eam ſpeciem, quæ ſemper eſt eadem, intuebitur, atq; eam ſibi proponet exemplar, &c. Sin autem illam quæ gignitur, &c. ibidem. Speciem æternitatis imitari maluit *mundi artifex.* Off. 68 a, Explica atq; excute intelligentiam tuam, vt videas quæ ſit in ea ſpecies, forma & notio boni viri.

¶ *Exemplum, imago, ſimilitudo.* de Nat. 1 b, Pietas in ſpecie fictæ ſimulationis ineſſe non poteſt. & 9 b, Cleanthes finxit formam quandam & ſpeciem deorum. & 11 a, A' natura habemus omnes omnium gentium ſpeciem nullã aliam niſi humanam deorum. Tuſc. 216 a, Quædam humanitatis quoq; habent primam ſpeciem, vt miſericordia, ægritudo, metus. de Nat. 69 a, Cur arcus ſpecies nõ in Deorum numero reponatur? eſt enim pulcher, & obeã cauſam, quia ſpeciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur eſſe nata. & 27 b, Veritas auſpiciorũ ſpreta eſt, ſpecies tamen retenta. de Ora. 138 a, Multa ante congreſſum ſunt, quę non ad vulnus, ſed ad ſpeciem valere videantur. Acad. 17 a, Ad rationes has latiore ſpecie, non ad tenue elimatas. de Fin. 124 b, Me ſpecies quædam cõmouit, inanis ſcilicet, commouit tamen. Epiſt. 49 a, Vt ſpeciem aliquam viderer videre quaſi reuiuiſcẽtis reip. & 14 a, Qui ſpeciem huius vitæ intuentur. Att. 285 a, Qui potes iſta vel probare, vel ita dem ſſẽ ac facilè pati. vt probantis ſpeciem habeas? Off. 53 b, Tertiò, ſi id quod ſpeciem haberet honeſti, pugnaret cum eo quod vtile videretur. Off. 54 a, Quæ virtuti repugnent ſpecie quadam vtilitatis. Off. 55, Qui ſimilitudinem quandam gerunt, ſpeciemq́; ſapiẽtum. Off. 58 b, Cùm igitur aliqua ſpecies vtilitatis obiecta eſt, nos cõmoueri neceſſe eſt & ibid. Si res ſpeciem vtilitatis attulerit, tunc vtilitas non requirẽda eſt. & 60 a, Species vtilitatis animum pepulit (*al. impulit*) eius, qui, &c. & ibi b, Muri cauſam oppoſuit ſpeciem honeſtatis, nec probabilem, nec ſatis idoneam. & 40 b, Hic ſpeciem præ ſe boni viri fert. I. V. 230 a, eãdem ſpecie ac forma ſignum. de Diuinat. 97 a, Atque hanc ſpeciem Praxiteles cælauit argento. Quin. de Pet. 207 b, Deinde inſtituendi ſunt cuiuſque generis amici ad ſpeciem hominis illuſtris honore ac nomine. de Orator. 128 a, Probitatis commendatione boni viri ſpeciem tueri. Epiſtol. 151 b, Hæc quæ habent ſpeciem gloriæ. Epiſtol. 216 b, Cauſæ quæ ſpeciem habent magnæ coniunctionis. Tuſc. 184 a, Falſa viſione & ſpecie doloris moueri. contra Rul. 68 a, Aliud obſcurè moliri, aliud ſpe & ſpecie ſimulationis oſtendere. cont. Rul. 72 a, Comitia vera.)(.

Comitia

*Comitia adumbrata ad ſpeciem, & ad vſurpationem vetuſtatis* in C.108 a, Horum hominum ſpecies eſt honeſtiſſima, ſunt enim locupletes, voluntas & cauſa impudentiſſima. Offi. 34 b, Quorum error eripiendus eſt, omniſq; opinio ad eam ſpeciem traducenda, vt honeſtis conſilijs ſe intelligant, ea quæ velint, conſequi poſſe. I.A. 182 b, Cæſar aduerſarios clementiæ ſpecie deuinxerat. & 197 a, Si vllam ſpeciem reip. cogitaſſet. Offic.76 b, Voluptas ſpeciem vtilitatis habere dicitur.* de Orat.153 b, Cùm quæ forma & quaſi naturalis nota cuiuſq; ſit deſcribitur: vt ſi quæratur auari ſpecies, ſeditioſi, glorioſi. pro Cæl.40 a, Catulina multos fortes viros & bonos ſpecie quadam virtutis aſſimulatæ tenebat. de Nat.11 b, Quæ compoſitio membrorm, quæ conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ ſpecies, humana poteſt eſſe pulchrior? ibidem. Hominis eſſe ſpecie Deos confitendum eſt. Nec tamen ea ſpecies corpus eſt, ſed quaſi corpus: nec habet ſanguiuem, ſed quaſi ſanguinem. ibid. Cùm infinita ſimillimarum imaginum ſpecies ex innumerabilibus indiuiduis exiſtat, & ad Deos affluat. de Diuin.84 b,

*Tum ſpecies ex ære vetus generoſaq; Nattæ*
*Concidit.* ibid.
*Ni poſt excelſum ad columen firmata decore*
*Sancta Iouis ſpecies claros ſpectaret in ortus.*
ibid. ---- *ſi Solis ad ortum*
*Conuerſa. inde patrum ſedes populique videret.*
*Hæc tardata diu ſpecies multumque morata*
*Conſule te tandem celſa eſt in ſede locata.*

Off.61 b, Illa præclara, in quibus publicæ vtilitatis ſpecies præ honeſtate contemnitur. ibid. Tanta vis eſt honeſti, vt ſpeciem vtilitatis obſcuret.

¶ *Forma.* Attic.65 a, Amiſimus mi Pomponi omnem non modò ſuccum ac ſanguinem, ſed etiam colorem ac ſpeciem ciuitasis. de L. 161 a, Tum natura ſpeciem ita formauit oris, vt in ea, penitus reconditos mores effingeret.

¶ *Venuſtas, dignitas.* Off.25 b, Natura formam noſtram, reliquamq; figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promptu. & 28 b, Tertium, vt caueamus, vt ea quæ pertinent ad liberalem ſpeciem & dignitatem, moderãda ſint. Quint. de Petit.213 a, Poſtremò tota petitio, cura vt habeat ſummam ſpeciem & dignitatem.

¶ *Pompa.* I.V.253 a, Præclara claſſis in ſpeciem, ſed inops & infirma.

¶ *Pulchritudo.* de Fini.119 b, Quod propriam ſpeciem habeat, cur appetendum ſit. Off.39 b, Honeſtum per ſe nobis placet, animoſq; omnium natura & ſpecie ſua commouet. de Ora.136 a, Adhibere quandam in dicendo ſpeciem atq; pompam. Qu.frat.299 b, Species tam gratioſi liberti dignitatem non habet. * Orat. 197 a, Iudicare quæ ſit optima ſpecies & quaſi forma dicendi.

¶ *Aſpectus.* de Sen.89 a, Agro bene culto nihil eſt nec vſu vberius, nec ſpecie ornatius. ibid. Quid de vinearum ſpecie dicam? de Fin.120 a, Nomina hæc, quæ prima ſpecie admirationem mouerent. *id eſt, primo aſpectu.* de Orator.95 b, Hæc quæ ſunt in ſpecie poſita, in te Sulpiti diuina ſunt. *id eſt, motus corporis in conſpectu poſitus.* Tuſcula.250 a, Species formæ. de Finib.74 a, Cuius ſimilitudine perſpecta in formarum ſpecie, &c. de Diuin.119 a, Is autem Tages puerili ſpecie dicitur viſus. I.V.87 b, Vidi forum ornatum ad ſpeciem magnifico ornatu, ad ſenſum cogitationemq; acerbo & lugubri. de Nat.43 a, Mundi partes nec ad vſum meliores, nec ad ſpeciem pulcriores poterunt eſſe. I.P.84 b, At fuit pompa, fuit ſpecies, inceſſus ſaltẽ Seplaſia dignus. & ibid. Magnum nomen eſt, magna ſpecies, magna dignitas, magna maieſtas conſulis. Off.19 b, Vt in eo moderatio & temperantia appareat, cum ſpecie quadam liberali. I.A.231 a, Is occiſus eſt ab eo, qui tum ciuis ſpeciem habebat. de Cl.185 a, Magis tamen ſpecie atq; ipſo amictu capiebat homines, quàm dicendi copia. de Diuin.84 a,

*Cùm claram ſpeciem nocturno lumine Luna*
*Abdidit*, &c. ----

pro Dom.213 b, Hi tales viri, qui non ſolùm conſilijs ſuis, ſed etiam ſpecie ipſa dignitatem reip. ſuſtinent. & 231 b, O' ſpeciem dignitatemq; populi Rom. ad Herẽ.29 a, Forma, ſpecies, & ſtatura appoſita ad dignitatem. de Orat. 147 b, Sed tamẽ eſt ſpecies alia magis alia formoſa.* in Ant.231 b, Ponite ante oculos miſeram quidem illam & flebilem ſpeciem, ſed ad incitandos animos veſtros neceſſariam.

¶ *Dialectica forma pars inqnam generis.* Top.226 b, In comparatione ſapectantur hæc numerus, ſpecies, vis, quędam etiam ad res aliquas affectio. de Inu.51 a, Cùm genere idem ſit, ſit aliud, quod quadam parte & ſpecie differat. Attic. 236 b, Hæc me ſpecies cogitatioq; perturbat. Orat. 199 b, Virtutes ſpecie diſpares, prudentia coniunguntur. * Orat. 198 a, Nec verò ſine philoſophorũ diſciplina gen⁹ & ſpeciẽ cuiuſq; rei cernere, neq; eã definiẽdo explicare, nec tribuere in partes poſſumus. Top.223 a, In diuiſione formæ ſunt, quas Græci ἰδέας vocant, noſtri ſpecies appellãt: non peſſimè id quidem, ſed inutiliter ad mutãdos caſus in dicendo. Nolim enim, ne ſi Latinè quidem dici poſſit, Specierum & Speciebus dicere. Acad.44 b, Nos rectè ſpeciem poſſumus dicere, *ideam.* & 45 a, Ariſtoteles primus ſpecies, quas paulò antè dixi, labefactauit, quas mirificè Plato erat amplexatus, vt in his quiddã diuinum eſſe diceret.

SPECILLVM, li. *inſtrumentum, quo medici vulnerum, ſiue vlcerum, altitudinem tentant.* de Natur.71 a, Aeſculapiorum primus Apollinis (ſcilicet filius) quem Arcades colunt: qui ſpecillum inueniſſe, primuſq; vulnus obligauiſſe dicitur. *Malè legunt quidam hoc loco, Speculum.*

SPECIMEN, nis. *indicium, ſignificatio.* Tuſc.154 b, Num dubitas, quin ſpecimen virtutis capi debeat ex optima quâq; natura. Poſtq.205 b, Lentulus hoc ſpecimen virtutis, hoc indicium animi ſui fore putauit, ſi me, &c. Tuſcul.239 a, C. Cæſar, in quo mihi videtur fuiſſe ſpecimen humanitatis, ſalis, lepóris. de Orat.157 b, Ingenij ſpecimẽ eſt quoddam, tranſire ante pedes poſita, & alia longè repetita ſumere. de Clar.181 b, Deniq; hoc ſpecimen eſt popularis iudicij. * in L.Piſon. Quod minimum in te ſpecimen ingenij? Ingenij autem? imò ingenui hominis ac liberi.

¶ *Exemplum.* de Legib.186 a, Is ordo vitio vacato, cæteris ſpecimen eſto. & 190 a, Specimen, præiudicium, prærogatiua, ὅμοια. I.P.100 a, Quod ſpecimen habuit hæc ciuitas innocentiæ. de Nat. 76 a, Temperantiæ, prudentiæq; ſpecimen, Qu. Scæuola.

¶ *Laudabile factum.* I.V.59 a, Tu verò qua in re ſpecimen cæteris aliquod dediſti? aut tui periculum feciſti?

SPECIOSVS, a, um. *illuſtris, eximius.* de Cl.186 b, Dignitate motus fit ſpecioſum & illuſtre quod dicitur. Attic.256 b, Reuerſionis has ſpecioſas cauſas habeo.

SPECTABILIS, le. *aſpectabilis.* de Vn.197 a, Et corpus quidem cœli ſpectabile effectum eſt.

SPECTACVLVM, li. *res ad ſpectandum propoſita, præſertim cum pompa & apparatu, quales ſunt ludi, & alia eiuſdem generis.* de Nat.56 a, b, Res cœleſtes, quarum ſpectaculum ad hominem ſolum pertinet. & 57 b, Circuitus ſolis & lunæ ſpectaculum hominibus præbent. pro Muræn.141. a, At ſpectacula ſunt tributim data, & ad prandium vulgò vocati. & 141 b, Dare ſpectaculum. pro Seſt.25 b, Magnus ex omnibus ſpectaculis plauſus excitatus eſt. * pro C. Corn.1, Vt ſpectaculum illud Conſulum calamitate, re, tempore ſalubre ac neceſſarium, genere & exemplo miſerum ac funeſtum videremus. con. C.Anton. Cui ſpectaculum eiuſmodi tua crudelitas præbuit, vt nemo ſine luctu aſpicere, ſine gemitu recordari poſſet. Oecon.1, Quod ludicris ſpectaculis licet ſæpe cognoſcere. pro Mur. 141 b, Spectaculorum crimina. I.A.179 b, Vt in illo apparatiſſimo ſpectaculo ſtudium populus Rom. tribuerit abſenti. Attic.34 a, Populi ſenſus maximè in theatro & ſpectaculis perſpectus eſt. Atticar.155 a, Homini non amico noſtra incommoda ſpectaculo eſſe nollem.

† Syntaxis. *Rerum cœleſtium ſpectaculum ad hominem ſolum pertinet. Dare ſpectaculum.*

SPECTANS, tis. pro Lig.137 b, Ligarius domum ſpectans, & ad ſuos redire cupiens. da Ora.92 b, Artem rebus vnum exitum ſpectantibus, & nunquam fallentibus contineri. de Fat.147 a, Quid enim ſpectans Deus ipſe diceret, Marcellum in mari eſſe periturum. Tuſc.154 b, Quid ſpectans. de Ora.120 b, Quærere argumenta ſpectantia ad id, quod in iudicium venit. de Diu.88 a, Qui ad meridiem ſpectans in vinea media conſtitit. pro Dom.236 a, Quibus ſpectantibus domus mea diſturbaretur. * Oecon.1. Spectantes audienteſq; lætiſſima voluptate permulcentur.

SPECTATIO, onis. *inſpectatio.* Attic.219 a, Animum leuari ſpectatione. I.V.189 a, Certis nominibus deductiones fieri ſolebant: primùm pro ſpectatione & collybo. Epiſt.95 a, Apparatus ſpectatio tollebat omnem hilaritatem.

SPECTATOR, oris. *contemplator.* de Nat.54 a, Homo ſpectator ſuperarum rerum atq; cœleſtium. Epiſt. 21 b, Cur ego non adſum ſpectator laudum tuarum. pro Dom.126 a, Ille ne auditor quidem gloriæ, ego etiam ſpectator meæ laudis eſſe potuiſſem. de Aruſp.248 b, Ludi quorum ipſi dij te ſpectatorem eſſe voluerũt. Off 38 a, Socij ſpectatores ſe ocioſos præbuerunt Leuctricæ calamitatis. de Ora. 94 a, Scæuola, quem nunc mearum ineptiarum teſtem & ſpectatorem fortuna cõſtituit. Q. de Pet.208 a, b, * Vt ſpectatorem te ſuorum officiorũ eſſe intelligant diligentem.

SPCTATVS, a, um. *probatus cognitus.* I.V.71 b, Homo in rebus iudicandis ſpectatus & cognitus. pro Cl.27 a, Clephantus medicus ignobilis, ſed ſpectatus homo. de Amic.97 a, Maximus & ſpectatus vir. I.V. 58 b, Vir fortis ac ſpectatus. pro Flacc.157 a, Lacedæmoniorum ſpectata & nobilitata virtus. Poſtquam. 212 a, Q. Metelli ſpectatæ iam adole-

adoleſcentiæ filius. de Orat. 95 a, Cæterarum artium homines ſpectati & probati. I.V. 56 b, Ad meam fidem quàm habent ſpectatam iam, & diu cognitam, confugiunt. pro S.R. 43 a, Spectatiſſima fœmina. I.A. 188 b, Alicuius ſpectata multis magniſq́; rebus integritas.

¶ *I ſpectus*. Offic. 47 b. At verò ille tenuis ſeſe ſpectatum, non fortunam putat. Epiſt. 200 a, * Etenim magno theatro ſpectata eſt *familiaritas*.

SSECTATVS, tus. Off. 40 b, Quod iniquo viro perſpectum ſit, hunc dignum ſpectatu arbitrantur.

SPECTIO, onis. I.A. 175 b, Conſules, &c. habent etiam ſpectionem. *aliter, inſpectionem.*

† Syntaxis. *Spectatus & cognitus. Maximus & ſpectatus vir. Spectata & nobilitata virtus. Spectatæ adoleſcentiæ filius. Spectata iam, & diu cognita fides. Multis magniſq́; rebus ſpectata integritas. Vir ſpectatu dignus.*

SPECTO, as. *ſpectator ſum, æſtimo, cerno.* pro Lig. 139 a, Res enim eò ſpectat, vt ea pœna, in qua adhuc Qu. Ligari' eſt, nō videamini eſſe contenti. pro Deio. 144 b, Ad te vnū omnis mea ſpectat oratio. in Saluſ. 271 b, Vitam huius non ex oratione mea, ſed ſuis ex moribus ſpectare debetis. Tuſ. 157 b, Cùm laxati curis ſumus, ſpectare aliquid volumus & viſere. de Somn. 130 a, Altè ſpectare, & ad cœlum contueri. de Ar. 248 b, Quod ni tu Megaleſia illo die ſpectare voluiſſes, haud ſcio, &c. Qu. frat. 296 b, In pactionibus faciendis legem ſpectare cenſoriam. Tuſc. 234 b, Spectare aliquem ex moribus. pro Mil. 10 b, Quid vos in iudicando ſpectare oporteret. & 106 a, Qui non honoris gradum ſpectat vt cæteri. Epi. 16 a, Non idem ſemper dicere, ſed idem ſemper ſpectare, debemus. de Diu. 124 b, Virtus quæ vetat ſpectare fortunam, dum præſtetur fides. Epi. 204 a, Hæ eò ſpectant, vt te horter, &c. de Diui. 133 a, Demoſthenes φιλιππίζειν Pythiam dicebat. id eſt, quaſi cum Philippo facere. hoc autem eò ſpectabat, vt eam à Philippo corruptam diceret. Atti. 134 a. Illuc quò ſpectat animus, quà veniam. Atticar. 119 a, Quò igitur hæc ſpectat oratio? ego, &c. de Orat. 151 a, Quorſum igitur hæc ſpectat tam longa oratio? Orat. 216 b, Prima & media verba ſpectare debent ad vltimum. Qu. frat. 324 a, Præſertim cùm ad meum quoq; vſum ſpectent. de Ora. 150 b, Illa ſemper potiora duxi quę ad ſapientiam ſpectarent. Acad. 122 b, Domitius nihil ſpectat, niſi fugam. de Orat. 156 b, Satis mihi hoc eſt ad eam, quam ſpecto, eloquentiam. Epiſt. 64 b, Vt primùm attigi forum, ſpectaui ſemper, vt tibi poſſem quàm maximè eſſe coniunctus. de Som. 129 b, À quibus ſpectare gloriam certè nullam poteſtis. Att. 24 a, Hoc à me aiunt Cæſarem ſic ſpectare, vt non dubitet, &c. Offic. 42 a, Iuuenes magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudijs contendere debent. de Orator. 127 b, Trademus, quæ nos ſequi in dicendo, quæq́; maximè ſpectare ſolemus. Att. 227 b. & Qu. frat. 323 a, Res ſpectat ad interitum. Att. 239 b, Totum Antonij conſilium ad bellum ſpectat. de Cl. 192 a, Ad perorandum ſpectare videtur ſermo tuus. Offic. 79 a, Si ad perniciem patriæ res ſpectabit. Epiſtol. 236 a, Cognoui ad arma rem ſpectare. in Verr. 34, Quod ipſe ad imperatorias laudes à puero videlicet ſpectares. Offic. 33 b. Philoſophi, &c. qui ſemper aliquid acquirunt, quod ſpectet & valeat ad bene beateq́; viuendum. Epiſt. 46 b, Omnia vtriuſque conſilia ad concordiam ſpectarunt. cont. Rul. 86 a, Ad hanc emptionem duo genera agrorum ſpectant, vnum eorum, &c. pro Seſt. 11 a, Ad ſuam magis ille gloriam quàm ad ſalutem reip. ſpectabat. cont. Rul. 70 a, Quęreret quiſpiam, quid in tanta iniuria ſpectauerit? conſilium non defuit. Off. 12 a, Tota domus quę ſpectat in nos ſolos. neq; aliud poteſt habere perfugium. de Orat. 124 a, Si barbarorum eſt in diem viuere, noſtra conſilia in ſempiternum tempus ſpectare debent. pro Rab. 96 b, Nihil niſi ſempiternum ſpectat. pro Seſt. 14 b, Vos qui dignitatem, qui remp. qui gloriam ſpectatis. Attic. 151 a, Cæſar Græciam ſpectat potius, quàm Hiſpanias. Qu. frat. 302 a, Noli ſpectare quanti homo ſit: parui enim precij eſt, qui nihil ſit. Offic. 5 b, In quibus maior eſt animus, in his pecuniæ cupiditas ſpectat ad opes. & 56 b, Hoc enim ſpectant leges, hoc volunt, incolumem eſſe ciuium cōiunctionem. I.A. 257 a, Deniq; ſumma iudicij mei ſpectt huc, vt, &c. de Leg. 181 b, Sed ea non tam ad religionem ſpectat, quàm ad ius ſepulchrorum. *Frag. epiſt. Monumentum ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quàm ad præſentis temporis gratiam. Hortenſ. Cœli ſignorum admirabilem ordinem, inſatiabilemq́; pulchritudinem magis ſpectant.

* ¶ *Pertineo*. Offi. 48 a, Sed quoniam de eo genere beneficiorum dictum eſt, quæ ad ſingulos ſpectant: deinceps de ijs, quę ad vniuerſos, quæq; ad Rempub. pertinent, diſputandum eſt.

SPECTOR, ris. ad Her. 2 b, Rem, non hominem ſpectari oportere. I.A. 156 b, In iudice ſpectari & fortuna debet, & dignitas. Tuſc. 232 b, & 233 a, Ex maiore parte vnamquamque rem appellari ſpectariq́; dicunt. de Orat. 107 b, & 108 a, Quod ego non tam faſtidioſè in nobis quàm in hiſtrionibus ſpectari puto. & 201 b, In philoſophia res ſpectatur, non verba penduntur. pro Quint. 17 a, Quòd bonorum poſſeſſio ſpectetur non aliqua parte, ſed in vniuerſis, quæ teneri, ac poſſideri poſſint.

SPECTRVM, tri. *idolum, ſimulacrum, viſio.* Epiſt. 253 a, Qui putant διανοητικὰς φαντασίας ſpectris Catianis excitari. & ibi. Quæ ille Gargetius, etiā antè Democritus εἴδωλα, hic ſpectra nominat. His autem ſpectris etiamſi oculi poſſent feriri, quòd vel ijs ipſa occurrunt: animus qui poſſit, ego non video. * ibid. Spectrum tuum, vt ſimulac mihi collibitum ſit de te cogitare, illud occurrat. & 254 a, Nec tamen hoc vſu venit propter ſpectra Catiana. *Caſſij.*

SPECVLA, læ. *vigilum locus, vigilia.* Epiſt. 47 a, Tanquam ex aliqua ſpecula proſpexi tempeſtatem futuram. I.V. 74 b, Homines in ſpeculis ſunt: obſeruant, quemadmodum ſe vnuſquiſq; veſtrûm gerat in retinenda religione. pro Deiot. 147 b, Rex ſemper in ſpecuclis fuit, cùm à te animo eſſet alieno. Attic. 145 b, Satius exiſtimo vos diſpertitos & in ſpeculis eſſe. I.V. 254 b, Prædonum aduentum ſignificabat ignis è ſpecula ſublatus aut tumulo. pro Mur. 143 a, Qui ab illo in ſpeculis atq; inſidijs relicti, in capite atq; in ceruicibus noſtris reſtiterunt. I.A. 212 a, Idcirco in hac cuſtodia tanquam in ſpecula collocati ſumus.

¶ *Parua ſpes*. pro Cl. 32 b, Qui aliquid ex eius ſermone ſpeculæ deguſtârat. Epiſto. 27 b, In communibus miſerijs hac tantùm oblectabar ſpecula.

SPECVLANDI, do. I.V. 269 a, Ait eum ſpeculandi cauſa in Ciciliam eſſe miſſum. de Orat. 96 a, Quod neq; precibus vnquam, nec inſidiando, nec ſpeculando aſſequi potui.

SPECVLATOR, oris. de Nat. 17 b, Phyſicus, id eſt, ſpeculator, vnenatorq́; naturæ. pro Pomp. 13 a, Alij eum ſpeculatorem, quàm legatum, iudicari maluerunt. in Ver. 62 b, & 269 b, Fides mea cuſtodem repudiat, diligentia ſpeculatorem reformidat. de Nat. li. 2, Oculi tanquam ſpeculatores, altiſſimum locum obtinent. * pro Dom. 216 b, Cùm ad cauſam caritatis accederet iſte ſpeculator communium miſeriarum, qui ſemper in Reip. malis ſceleris ſui faces inflammârit.

SPECVLATRIX, cis. de Nat. 68 b, Furiæ Deæ ſunt ſpeculatrices credo & vindices facinorum & ſceleris.

† Syntaxis. *In ſpeculis & inſidijs relictus. Oculi tanquam ſpeculatores.*

SPECVLOR, aris. *in ſpeculis ſum.* I.C. 98 b, Multorum te oculi & aures ſpeculabuntur atq; cuſtodient. Tuſcu. 239 b, Sic noctu ad eas ventitabat, vt omnia ſpecularetur & perſcrutaretur antè. pro Fl. 178 a, Cùm ſpeculatur atq; obſidet Roſtra vindex temeritatis & moderatrix officij curia.

† Syntaxis. *Speculor & cuſtodio. Speculor & perſcrutor. Inſidiando & ſpeculando. Speculari & obſidere. Speculator & vindex ſcelerum.*

SPECVLVM, li. I.P. 94 b, Verſus, in quibus ſi quis velit, poſſit iſtius tanquam in ſpeculo vitam intueri. de Finib. 71 b, Infans, pueri & beſtiæ, quæ Epicurus putat eſſe ſpecula naturæ. 139 b, Pueri, in quibus vt in ſpeculis natura cernitur. de Vniu. 203 b, Speculorum leuitas. pro Sex. Roſc. 25 b, 26 a, Etenim hæc conficta arbitror à poëtis eſſe, vt effictos noſtros mores in alienis perſonis expreſſamq́; imaginem noſtram vitæ quotidianæ videremus. * in Clo. Poſtquam tibi ſpeculum allatum eſt. Incer. Comœdia eſt imitatio vitæ, ſpeculum conſuetudinis, imago veritatis.

SPECVS, cus. Attica. 249 a, M. Aelium cura liberabis, ei ſine paucos ſpecus in extremo fundo, & eos quidem ſubterraneos, ſeruitutis apud Talnæ quid habituros. *hic ego ſpecus, aquæ ductus ſignificare puto: vt Cæſ. Com. de bello Alexandrino.*

SPELVNCA, cæ. *ſpecus.* I.V. 225 a, Propter eſt ſpelunca quędam conuerſa ad aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repentè cum curru extitiſſe. de Fato. 141 a, Ex ſpelunca ſaxum in crura eius incidit. de Finib. 84 b. At Philòcteta iam decimum annum in ſpelunca iacet. pro Fl. 154 b, Qui producti tabulas ſe publicas ad ſpeluncas perdidiſſe dixerunt. * Tuſcul. 155 b,

*Adſum atque aduenio Acheronte vix via alta atq; ardua,*
*Per ſpeluncas ſaxis ſtructas aſperis, pendentibus.*

de Fat. 141 a, Etiamſi Icadius tum in ſpelunca non fuiſſet.

SPERANDVM. pro Mar. 131 a, Ergo his ad bene ſperandum de omni repub. quaſi ſignum aliquod ſuſtuli. Quint. frat. 314 a, Id erat huiuſmodi, vt magis optandum, quàm ſperandum putarem.

SPERATVS, a, um. *expectatus, deſideratus.* Qu. fr. 398 b, De reliqua & ſperata gloria laborare.

SPERNO, nis. *refuto, reſpuo, renuo, deſpicio, repudio, repello, reijcio.* I. Ant. 250 b, Sed multo magis nos ſpreuit, & pro nihilo putauit. pro Cæl. 45 a, Cur huic, qui te ſpernit, moleſta es?

SPERNOR, ris. de Sen. 78 b, Sperni ab iis, à quibus coli ſis ſolitus.

SPERO, as. *ſpem habeo, ſpes eſt, ſum in ſpe, in ſpe habeo, ſpe ducor, inducor, in ſpem, expecto, aſpiro, confido, ſpem pono, ſpe atq; animo incubo, ad ſpem erectus ſum, reuiuiſco, ſpem propoſitam habeo, mihi ſpes eſt propoſita.* Ep. 195 a, Id ego & ſperâram, prudentia tua fretus: & vt confiderẽ, fecerunt tuæ literæ. Att. 97 a, b, Spero quæ tua temperantia eſt, & herculè, vt me iubet Acaſtus, cõfido te iam, vt volumus, valere. & 2 b, Spero tibi me cauſam probaſſe, cupio quidẽ certè. Oct. 330 a, Quid de hoc ſperare aut expectare nos oportebat? Attic. 140 a, Bene ſperare de aliquo. & 75 b, Spero meos omnes ſeruire laudi meæ. pro Deiot. 151 a, Iubeo te bene ſperare, & bono animo eſſe. Att. 91 a, Ego, vt ſpero, propediem te videbo, ꝓ Arc. 186 a, Res vobis, quemadmodũ ſpero nõ moleſta. Att. 253 a, Vt ſpero, & vt promittis. de Fat. 140 b, Oratorias exercitationes nõ tu quidem, vt ſpero, reliquiſti. pro S. R. 20 a, Sin à vobis (id quod nõ ſpero) deſerar. Att. 7 a, A quo nihil ſperes boni Reipub. quia nõ vult, nihil metuas mali, quia non audet. & 101 a, Itaq; omnia experiar, & vt ſpero, aſſequar. quòd ſi tu valeres, iam mihi quedã explorata eſſent? ſed, vt ſpero, valebis. & 145 a, Vt ægroto dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur: ſic ego quoad in Italia Pompeius fuit, ſperare non deſtiti. de Orat. 141 b, Quoniam hæc ſatis ſpero vobis quidem certè maioribus moleſta & putida videri. Attic 208 b, Et ſi tuæ literæ rectè ſperare iubent, tamen expecto recens aliquid. & 231 a, Spero meliora. Quin. frat. 302 b, Et quidem vt cum ſpe ſum maxima, tum maiore etiam animo. Spero ſuperiores fore nos, confido animo. * cont. C. Anton. Conſulatum ſpero aut cogito.

¶ *Timeo, vereor.* de Orat. 147 b, Quoniam hæc ſatis ſpero vobis quidem, certè maioribus natu, moleſta & putida videri.

✝ Syntaxis. *Spero, & iam confido. Bene ſperare de aliquo. Bene ſpera, & bono animo ſis. Illi adhuc ſpes eſt.*

SPES, ei. *boni expectatio, fiducia, expectatio, firmamentum, cupiditas.*) (. *timor.* Tuſcul. 226 b, Si ſpes eſt expectatio boni, mali expectationem neceſſe eſt eſſe metum. Att. 179 b, Neq; ab iis ipſis quicquam ad ſpem oſtenditur. I. C. 109 b, Bona ſpes cum omnium rerum deſperatione confligit. ad Brut. 91 b, Spes hominum egentium & perditorum imminet templis deorum. Att. 49 b, & 254 a, Iniicere ſpem alicui de aliqua re. & 247 a, Tantum ſpei habent ad viuendum, quantum acceperunt ab Antonio. & 182 a, Quod quidem nulla habeo in ſpe. & 121 a, Sed rurſus tam abiectam compoſitionis ſpem, non deſperatiſſimam eſſe puto. & 44 b, Poſteaquam exterruari ſpem noſtram & euaneſcere vidi. & 70 a, Profectò tua ſpem meam debilitat. pro Rab. 93 a, Qui libertatis ſpem propoſitam habent. Att. 177 a, Ne ſpes quidẽ vlla oſtenditur, fore melius. ad Her. 10 b, Spes eſt melius fore. cont. Rull. 81 b, Vrbani, quibus iſta agri ſpes & iucunditas oſtenditur. & 65 a, Spem improbis oſtendiſti, timorem bonis iniecisti. contra Rull. 79 a, Suſpenſus & incertus, obſcura ſpe & cæca expectatione pendeo. & 65 b, Spe ducor, me poſſe, &c. Tuſc. 160 a, Magna me ſpes tenet iudices, bene mihi euenire, quòd mittar ad mortem. pro Cluent. 19 a, Magna ſpes me tenet, hunc locum, &c. I. A. 261 a, Qua ſpe, vt venire velim, tenebuntur? Attic 89 a, De Egnatii nomine nec nulla, nec magna ſpe ſumus. & 95 b, Quo maiorem ſpem habeo, nihil fore aliter ac deceat. & 237 b, Habere bonam ſpem de aliquo. & 47 b, Literæ tuæ ſpem mihi magnã faciunt. & 111 b, Pompeius ſpem affert, ſe, &c. I. V. 244 a, In eorum tabellis ſpem ſibi aliquam ponit. Att. 211 b, Sed id quidem mihi in optima ſpe pono. pro Clu. 22 a, Cùm ei filii recuperandi ſpes eſſet oſtentata. de Nat. 62 b, Miſerum eſt, non habere ne ſpei quidem extremum & cõmune ſolatium. de Inu. 76 b, Si tum cùm ſpes deſeruiſſet, opitulatus ſit. Att. 115 a, Deficit enim non voluntas, ſed ſpes. Epiſt. 190 a, Si Syriæ ſpes eum fruſtrata eſſet. Att. 172 a, Brutus eſt in ſpe magna. & 8 b, Teucri lentum negocium, ſed tamen eſt in ſpe. & 126 a, Nunc autoritate & conſilio tuo in ſpe firmiore ſumus. de Orat. 87 a, Collocare magnã ſpem ſuæ dignitatis in aliquo. I. V. 68 a, Collocare ſpem in aliquo honeſto præſidio. & 74 a, Habere bonam ſpem de ſe. de Or. 121 b, Abiicere ſpem faciendi aliquid. I. V. 80 a, Præcidere ſpem alicui faciendi aliquid. Attic. 128 a, Dum in ſpe pax fuit. & 37 a, In eam ſpem abducor, vt, &c. pro Mil. 120 a, O' ſpes fallaces. Att. 20 a, Spes malorũ. pro S R. 36 b, Pro re certa ſpem falſam domum retulit. Epiſt. 20 a, Siue habes aliquã ſpem de republica, ſiue deſperas. & 256 b, Omnem ſpem tui diligenter curandi in Curio habeo. & 40 a, In te ipſo maximam ſpem habebam. Epiſt. 183 a, Reipublicæ ſpes omnis in vobis eſt. de Fin. 63 a, Erigi ſpe futurorum. Att. 150 a, & Epiſt. 126 a, Venire in ſpem. & 70 a, Teneri aliqua ſpe. Ep. 67 a, Rapi ad ſpem immortalitatis. de Fin. 145 b, Ponere ſpem in aliquo. Tuſc. 235 b, Reponere ſpem in aliquo. Ep. 70 a, Te enim ſpes aliqua conſolatur. pro Planc. 280 b. Cùm tibi vana quædã atq; inania falſa ſpe inductus pollicebar. & 281 b, Quibus *lacrymis* ego magno in metu meo ſubitò inducor in ſpem, vos, &c. I. V. 34 a, Propter bonam ſpem, quæ de illo erat. pro Seſt. 22 b, O' dii immortales, quem iam oſtendiſtis exitum nobis? quam ſpem reipublicæ datis? Epiſt. 62 a, Dare ſpem alicui. pro Syll. 174 b, Qui negare voluit quò plus ſpei Gallis daret. ꝓ Seſt. 18 a, Fieri quædam ad meliorem ſpem inclinatio viſa eſt. & 11 a, Habebam inimicum non C. Marium, terrorem hoſtium, ſpem ſubſidiumque patriæ. I. A. 169 a, Adoleſcens ſumma ſpe & animi & ingenii præditus. Orat. 206 b, Adoleſcens non tam re & voluntate, quàm ſpe & expectatione laudatus. de Nat. 75 a, Patrimonia ſpe bene tradendi relinquimus, qua poſſumus falli. Attic. 119 a, In vnius hominis quotannis periculoſè ægrotantis anima poſitas omnes noſtras ſpes habemus. de Som. 130 a, Nec in præmiis humanis ſpem poſueris rerum tuarum. Attic. 121 a, Eſt quædam ſpes mihi quidem non magna, ſed in his locis firma. I. C. 107 b, De ſpe conatuq; depelli. pro Planc. 270 b, Alia te ratio ad ſpem huius opprimendi excitauit. pro Dom. 218 a, Pompeius ciuitatem ad ſpem libertatis & priſtinæ dignitatis erexit. Poſtquam. 206 a, Quis enim vllam vllius boni ſpem haberet in eo, qui, &c. I. C. 119 a, Eripit mihi ſpem, quæ ſola hominem in miſeriis conſolari poteſt. I. C. 123 b, Si vis improborum ſpem meam fefellerit atq; ſuperauerit. pro Mur. 130 a, Itaq; beneficii collocandi ſpem perdidiſtis. pro Flacc. 146 b, Eſtis iudicaturi de ſpe bonorũ omnium, ſi qua reliqua eſt etiam nunc, quæ fortium ciuiũ mentes cogitationesq; ſuſtentet. & ibid. Totus ſtatus ciuitatis, & ſpes omnium in veſtra poteſtate & in hoc vno iudicio poſita eſt & defixa. pro Flac. 146 b, Salus noſtra, quæ ſpe exigua extremaque pendet. Anteq. 193 b, Quomodo ſpes ſalutis cæteris reſidebit, cùm ciuibus præcluſa ſit expectatio incolumitatis? Epiſt. 198 a, Ingredi in ſpem libertatis. & 8 b, Eximia ſpe ſummæ virtutis adoleſcens. de Am. 106 a, Amicitia bona ſpe prælucet in poſterum. de Inu. 56 a, Habere ſpem in fide alicuius. Att. 4 b, Omnem ſpem delectationis noſtræ in tua humanitate poſitam habemus. & 91 a, Magna in ſpe ſum, mihi nihil temporis prorogatum iri. & 145 a, Spes quædam me obtentabat, fore, vt aliquid conueniret. & ibid, Aegroto dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur. & 170 b, Omnem ſpem habeo exiſtimationis, priuatarumq;, rerum, in tua erga me mihi perſpectiſſima beneuolentia. Orat. 197 b, Spem infringi, & langueſcere iniuriam. Attic 248 a, Et quidem CCCC. M. certa, reliqua in ſpe. & 279 a, Spes omnis eſt in te. & ibidem. Spes libertatis nuſquam. Qu. fr. 302 b, Vt cùm ſpe ſumma, maxima, tum maiore etiam animo ſperent, &c. *Alii legunt, Et quidem cum ſpe ſum maxima, tum maiore etiam animo. Spero,* &c. & 303 a, Quare magnum fac animum habeas, & ſpem bonam. pro S. R. 42 b, Facis iniuriam Chryſogone, ſi maiorem ſpem emptionis tuæ in huius exitio ponis, quam in his rebus, quas L. Sylla geſſit. & 327 a, Plura ponuntur in ſpe, quàm in pecuniis. Oct. 329 a, Cedam vita, quæ quanquam ſolicita eſt, tamen ſi profutura eſt reipublicæ, bona ſpe poſteritatis me conſolatur: qua ſublata, &c. pro Mil. 107 b, Magna Clodio ſpes erat in Milonis morte propoſita. & 116 a, In ſpem maximam, & quemadmodum confido, veriſſimam adducti ſumus, hunc annnm fore, &c. pro Lig. 142 a, Tum idem fer opem, qui ſpem dediſti. Qu. de Pet. 209 b, In optima ſpe eſſe debebis. I. A. 186 a, Vt fortiſſimis militibus ſpes oſtendatur præmiorum. I. A. 191 b, Frequentia veſtrûm Quirites & alacritatem mihi ſummam affert reipublicæ defendendæ, & ſpem recuperandæ libertatis. & 202 b, Magnam ſpem in eius virtute reſpublica reponit otii, pacis, concordiæ. & 209 b, Senatus ad autoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcit. & 231 a, Qui popularetur agros, vexaret vrbes, non ad ſpem conſtituendæ rei familiaris, ſed ad præſentem paſtum mendicitatis ſuæ. Offic. 75 b, Spes alicuius rei explorata. I. A. 228 b, Magna ſpe, & propè explorata, libertatis cauſam ſuſcepimus. de Amic. 107 a, Amici iacentem animum excitet, inducatq;, in ſpem cogitationemque meliorem. de Leg. 175 a, Quoniam expectatione rerum bonarum erigitur animus, rectè à Colatino Spes conſecrata eſt. * de Finib. 137 b, Qui à ſpe gerendi abſunt confecti ſenectute. pro M. Scau. Me in ſpem impulit. Hortenſ. Timor ſtatim ſpe impunitatis exultat. Incer. Non res laudanda, ſed ſpes, eſt. ad Herenn. 6 b, Cauſa eſt, quæ induxit ad maleficium commodorum ſpe, aut incommodorum euitatione. ibidem. Hic accuſator in ſpe commodi cupiditatem oſtendet aduerſarii. & 7 a, Signum diuiditur in partes ſex, &c. ſpem perficiendi, ſpem cælandi. ibid. Spes perficiendi quæ fuerit, ſpectabitur hoc mo-

do. & 11 b, Si multos induxit in peccatum pecuniæ ſpes. pro Mur. 130 b, Beneficij collocandi ſpem iam perdidiſtis. & 134 b, Populi opinionem à ſpe adipiſcendi auertunt *terrores & minæ*. ibidem. Petitorem ego, præſertim conſulatus, magna ſpe, magno animo, magnis copijs & in forū, & in campum deduci volo. I. P. 98 b, Quo in oppido cum tibi ſpe falſa, quòd Q. Acharium non eſſe ſucceſſurum putares, animos rumor inflaſſet. Epiſtol. 63 b, Tantam ſpem otij oſtendiſti, quantam ego ſemper omnibus, te vno fretus, pollicebar. & 82 a, Quorum de ſtudio, & de ſua ſpe filium ad te perſcripſiſſe certò ſcio. & b, Ad eam ſpem, quam extra ordinem de te ipſo habemus, non ſolum propter dignitatem & virtutem tuam (hæc enim ornamenta ſunt tibi etiam cum alijs communia) accedunt tua præcipua, propter eximium ingenium, ſummamque virtutem. ibidem. Spem habeas firmiſſimam propter eas cauſas. Epiſtol. 83 a, Afflictus & iam omni ſpe ſalutis orbatus. Epiſtol. 147 b. *Planci*. Si cui fortè videor diutius & hominum expectationem, & ſpem Reipubl. de mea voluntate tenuiſſe ſuſpenſam. ibidem. Vt aut celeriter pollicendo magna in ſpe ad proficiendum impedimenta opponerem. ibidem. Quis in ea fortuna, &c. & cum ea ſpe, quam in manibus habeo, aut ſordidum quicquam pati, aut pernicioſum concupiſcere poteſt? Epiſtol. 148 b, Nec vlla ſpe decipi. & 184 b, Et tamen me quidem fauente magis quàm ſperante, etiam nunc reſidet ſpes in virtute tua. Epiſtol. 185 a, Quòd exercitum præter ſpem exiſtimamini comparaſſe. & b, Spem omnem in D. Bruto & Planco habemus: ſi verum quæris, in te & in meo Bruto non ſolum ad præſens perfugium, ſed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis. Epiſtol. 187 a, Perſuade tibi, maximam Reipubl. ſpem in te & in tuis copijs eſſe. ibidem. Exigua eſt ſpes Reipubl. Nam nullam non libet dicere. Sed quæcunque eſt, ea deſpondetur anno conſulatus tui. ibidem Maxima ſpes ſubſidij tui. Epiſtol. 188 a, *Caſſij*. Vt optima ſpes & maximo animo Rempubl. defendas. & b, Effice ne quem pœniteat, Rempubl. quàm ſpem prædæ & rapinarum ſequi maluiſſe. Epiſtol. 189 a. *Caſſij*. Meque ad optimam ſpem patriæ non minimam tibi ipſi producendum putes. & b, Spem ſæpe tranſitionis præbendo. Epiſtol. 234 b, Nunc ſpes reliqua eſt in nouis tribunis plebis, & in primis quidem diebus. Nam ſi inueterarit, actum eſt. & 235 a, Quod ſi nos ad aliquam alicuius commodi aliquando recuperandi ſpem fortuna reſeruauit ibidem. Si eſt ſpes noſtri reditus, eam confirmes, & re adiuues. & b, Mea Terentia, &c. & ſpes reliqua noſtra Cicero valete. Attic. 47 a, Quam in ſpem me vocas? Si autem ſpei nihil eſt. Attic. 49 a, Ego huic ſpei & expectationi, quæ nobis proponitur, maximè tamen volui præſtolari apud te in Epeiro. & 228 b. *Antonij*. P. Clodius in ſpe optima puer repoſitus. Attic. 278 b, Cæſarem improbiſſimis literis quidam, fallacibuſque interpretibus ac nuncijs impulerunt in ſpem certiſſimam conſulatus. & 279 a, Spes omnis eſt in te. ibid. Spes libertatis nuſquam, niſi in veſtrorum caſtrorum præſidijs eſt. Qu. fiat. 302 b, Spe ſum maxima.

† Syntaxis. *Nihil illi ad ſpem oſtenditur. Spes perditorum imminet nobis. Injcere ſpem alicui Hoc in nulla habeo ſpe. Spes deſperata. Spem extenuari & euaneſcere. In ſpe eſſe. Me ſpes tenet. In bona ſpe ponere. Adduci in ſpem. Duci ſpe. Dare ſpem alicui. Spes & ſubſidium. Spe & expectatione bonus. Spem perdere. Poſita & defixa ſpes Sperare ſpe ſumma. Magna ſpe aliquid agere. Propoſita, poſita, conſecrata ſpes. Nec nulla ſpes, nec magna. Spes explorata, optima, eximia, mentem ſuſtentans, erecta, firma, ſuſpenſa, abiecta, exigua, præcluſa, fallax, infracta, extenuata.*

Sphaera, ræ. *σφαῖρα, globus*. de Natur. 35 a, Duæ formæ præſtantes ſunt, ex ſolidis globus, ſic *σφαῖραν* interpretari placet: ex planis circulus aut orbis, qui *κύκλος* dicitur. de Natur. 37 a, Habent ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes, ab ætherea coniunctione ſecretam. de Fat. 143 a, Si in ſphæra maximi orbes ſunt, medij inter ſe diuiduntur. Tuſcul. 161 b, Nam cùm Archimedes lunæ, Solis, quinque errantium motus in ſphæram alligauit (* *al. illigauit.*) de Natur. 49 a, Id medium infimum in ſphæra eſt. de Orat. 157 b, Quamuis ſphæram in ſcenam, vt dicitur, attulerit Ennius: tamen in ſphæra fornicis ſimilitudo non poteſt ineſſe. * de Nat. 43 b, Quod ſi in Scythiam aut in Britantiam ſphæram aliquis tulerit hanc, quam nuper familiaris noſter effecit Poſidonius. ibid. Quin ea ſphæra ſit perfecta ratione? ibidem. Archimedem arbitrantur plus valuiſſe in imitandis ſphæræ conuerſionibus, quàm naturam in efficiendis. Tuſculan. 241 a, In ſummo ſepulchro ſphæram eſſe poſitam cum cylindro. ibidem. In qua *columella* inerat ſphæræ figura & cylindri.

Spica, cæ. de Fin. 146 a, Ne ſeges quidem igitur *beata eſſe poteſt* ſpicis vberibus & crebris. de Seneċt. 88 a, Viriditas herbeſcens, &c. cùm è vaginis emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, contra auium minorum morſum munitur vallo ariſtarum.

Spicvlvm, li. *telum, ſagitta*. I. P. 93 a, L. Craſſus ſpiculis propè ſcrutatus eſt alpes, vt, &c. Epiſt. 68 a, Epaminondas tum deniq; ſibi auelli iubet ſpiculum.

Spicvm. *ſpica*. de Nat. 47 b,

*Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore virgo.*

Spina, næ. de Nat. 50 a, Animantes aliæ ſpinis hirſutæ, aliæ villis veſtitæ. in Arat.

*Illa vſq; ad ſpinam mergens ſe cærula condit.*

de Finib. 107 b, Spinas vellere. * pro Q. Gall. Humus ſpinis cooperta piſcium.

¶ *Subtilis ratio, preſſaq;*. Tuſcul. lib. 4, Peripatetici autem ad placandos animos multa afferunt: ſpinas partiendi & definiendi prætermittunt. * de Nat. 123 b, Panętius nec acerbitatem ſententiarum, nec differendi ſpinas probauit.

Spinifer, ri. in Arat.

*Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit.*

Spinosvs, a, um. *durus, aſper*. Orat. 207 a, Poſtea Dialectici ſpinoſiora multa pepererunt. de Orat. 91 b, Spinoſa & exilis oratio. de Fin. 90 b, Subtile ac ſpinoſum diſputandi genus. Tuſc. 151 c, Hæc enim ſpinoſiora prius me vt confitear cogunt, quàm vt aſſentiar.

Spirabilis, le. *flabilis, animalis*. Tuſcul. 156 b, Siue illi ſint animales: id eſt, ſpirabiles. & 163 a, Sed fac igneam, fac ſpirabilem. de N. 29 b, Animum illum ſpirabilem ſumpſimus ab aëre eo, quem ſpiritu ducimus. & 44 a, Hæc animalis ſpirabiliſq; natura, cui nomen eſt aër.

Spirans, tis. *viuus*. pro Mil. 119 a, pro Seſt. 15 a, Et ſpirante etiam republica ad eius ſpolia detrahenda aduolauerunt. Qu. fr. 303 a, Quędam effigies ſpirantis mortui. pro Dom. 240 a, In viui etiam ſpirantis caput buſtum imponere.

Spiratio, onis. de Nat. 42 b, Animantes à ſpiratione aëris ſuſtinentur. *Alij aſpiratione legunt.*

Spiritvs, tus. *vapor ſanguinis puriſſimus*. de Nat. 30 a, Omnia vno diuino ac continuato ſpiritu contineri. & 65 a, Naturam vno diuino ſpiritu contineri. de Ar. 257 b, Eodem tempore ſuſcipimur in lucem, & hoc cœleſti ſpiritu augemur. Offic. 58 a, Membra quædam amputantur, ſi & ipſa ſanguine, & tanquam ſpiritu carere cœperunt. de Nat. 49 a, Aër cœli tenuitate & calore temperatus, vitalem & ſalutarem ſpiritum præbet animantibus. & 54 a, Sanguis per venas in totum corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias.

¶ *Animus, anima*. contra Rull. 85 a, Hunc regio ſpiritu cùm viderem, &c. * in Piſ. 83 b, Collegæ tui contaminatum ſpiritum pertimeſco. pro Marc. 135 b, Nec verò hæc tua vita dicenda eſt, quæ corpore & ſpiritu continetur.

¶ *Reſpiratio, ſpiratio, anhelitus*. de Orator. 143 a, Lingua vel auulſa, ſpiritu ipſo libidinem tuam refutabo. de Orat. 160 a, Vt nihil ſit, ne ſpiritu quidem minimo breuius aut longius pro Arc 191 b, Cùm vſq; ad extremum ſpacium nullum tranquillum & ocioſum ſpiritum duxerimus. pro Seſt. 20 b, extremo ſpiritu exanguis & confectus. de Nat. 54 b, Anima quæ ſpiritu in pulmones ducitur, caleſcit primùm ab ipſo ſpiritu, deinde, &c. & 29 b, Aër ille quē ſpiritu ducimus. & 46 a, Aër ſpiritu ductus, alit animantes. in Ant. 228 b, Non in ſpiritu vita eſt, ſed ea nulla eſt omnino ſeruienti. I. V. 259 b, Excipere extremum ſpiritum alicuius. Tuſc. 169 a, Ludere extremo ſpiritu. de Orat. 108 a, Demoſthenes, cùm ſpiritus eius eſſet anguſtior, tantum cōtinenda anima in dicendo eſt aſſecutus, vt, &c. de Nat. 53 a, Tribus rebus animantium vita tenetur: cibo, potione, ſpiritu. & ibid. Aſpera arteria excipit animā eam, quæ ducta eſt ſpiritu, eandemq; à pulmonibus reſpirat. & ibid. Os adiunctum naribus, ſpiritu augetur. de Inuent. 58 a, Si ſpiritum ducit, viuit. Antequam. 197 a, Liberè ſpiritum ducendi nullam habeo poteſtatem. Epiſt. 143 b, Vt poſſimus ad id tempus reipublicæ ſpiritum ducere. de Orat. 159 b, Animæ interclusio, & anguſtiæ ſpiritus. & ibid. Longiſſima eſt complexio verborum, quæ volui vno ſpiritu poteſt. de Orat. 219 b, Oratio, quæ ſpiritu pronunciantis debet inſiſtere. * de Orat. 108 a, Coniectis in os calculis ſumma voce verſus multos vno ſpiritu pronunciare conſueſcebat. & 159 b, Si cui ſit infinitus ſpiritus datus. pro Seſt. 20 b, Quæ plaga ſi acceſſiſſet, reliquum ſpiritum exhauſiſſet.

¶ *Ventus, aura, flamen*. de Nat. 45 b,

*Aram, quam flatu permulcet ſpiritus auſtri.*

¶ *Vita*. I. A. 228 b, Eum ſpiritum quem naturæ quis debeat, patriæ reddere. de Sen. 82 b, Quorum vſque ad extremum ſpiritum prouecta eſt prudentia. I. V. 259 b, Auferre ſpiritum ſine ſenſu doloris. * I. V. 259 b, Ne cum ſenſu doloris aliquo aut cruciatu ſpiritus auferatur. Tuſcul. 167 b, Num

quis

quis horum miſer hodie? Ne tum quidem poſt ſpiritum extremum.

¶ *Elatio animi, faſtus, inflatio.* pro Syl.172 a, Res geſtæ credo meæ me nimis extulerunt, & mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt.

¶ *Vox, vocis contentio.* de Orat. 108 a, Demoſthenes ſumma voce verſus multos vno ſpiritu pronunciare conſueſcebat. * Orat.208 b, 209 a, Carent libri ſpiritu illo, propter quem maiora eadem illa cùm aguntur, quàm cùm leguntur, videri ſolent.

¶ *Aer.* I.C.119 b, Eos frui vita & communi ſpiritu putat nō oportere. pro Pomp.10 a, Atq; eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis. pro Rabir.93 a, Quem non modò foro, ſed etiam cœlo hoc ac ſpiritu cenſoriæ leges carere voluerunt. I. C. 100 a, Poteſt'ne tibi huius vitæ hæc lux Catilina, aut huius ſpiritus cœli eſſe iucundus? cùm, &c. I. V. 240 a, Supplicium à libero ſpiritu, & communi luce ſecluſum. *id eſt, in carcere.* pro Sex R.40 a, Spiritum quem ducimus à Deo nobis dari. & ad Heren.34 b, Anhelans ex imis pulmonibus præ cura ſpiritus ducebatur. de Natur.53 a, In pulmonibus ineſt raritas, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima. Orat.206 b, & pro Sex.Roſc.30 a, Quid eſt tam cōmune, quàm ſpiritus viuis, terra mortuis? de Diu. 129 a, In puero refert, ex qua affectione cœli primum ſpiritum duxerit.

SPIRO, as. *ſpiritum duco, animam duco, viuo.* de Nat.deor.79 a, Quæ deſeri à me, dum quidem ſpirare potero, nefas iudico. de Clar. 173 a, Hanc ob cauſam videtur Lælij mens ſpirare etiam in ſcriptis, Galbæ autem vis occidiſſe. pro Sex.Roſc.29 a, Non modò ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt.

SPISSE'. *ægrè, difficulter, vix.* de Cl.or.177 a, Spiſsè atq; vix, vt dudum, &c. ſic nunc Antonium Craſſumq; peruenimus.

SPISSVS, a, um. *denſus.* de Orat. 128 a, In vtroq; genere & principia tarda, & exitus ſpiſſi ac producti eſſe debent.

¶ *Difficilis.* Att.170 a, Omnia adhuc tarda & ſpiſſa. de Orat. 156 a, Sed etiamſi id eſt aliquanto ſpiſſius, aut ego ſum tardior, attamen diſcam, &c. Qu.fr.315 a, Scribebam illa politica, ſpiſſum ſanè opus & operoſum.

† Syntaxis. *Opus ſpiſſum & operoſum.*

SPLENDEO, des. *luceo, fulgeo, mico.* pro Sect.16 b, Virtus lucet in tenebris, ſplendetq; per ſe ſemper.

SPLENDESCO, ſcis. de Senect. 82 b, Etenim canorum in voce ſplendeſcit, etiam neſcio quo pacto in ſenectute. Parad 116 a, Nihil eſt tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & tanquam excolatur.

SPLENDIDE'. *amplè, magnificè, illuminatè.* de Clar. 182 b, Id melius eſt, quod ſplendidiùs & magnificentiùs. pro Quin.17 b, & de Sen. 90 b, Magnificè & ſplendidè ornare conuiuium. de Finib. 50 a, Quæ ſplendidè dicta ſunt. ad Her. 30 b, Splendidè recipere aliquem. Offic.1 b, Ornatè ſplendideq; dicere.

SPLENDIDVS, a, um. *magnificus, delicatus.* de Som.128 a, Splendidiſſimus candor. de Finib. 61 a, Non tam ſolido, quàm ſplendido nomine virtutis. de Clar. orator.189 a, Cæſar ſplendidam quandam dicendi rationem tenet. Or. 212 b, Splendidiſſimis nominibus illuminatus eſt verſus. pro Flacc. 156 b, Splendidiſſimus atque ornatiſſimus vir. de Finib.77 a, C.Plotius eques Romanus ſplendidus. Offic. 12 b, Splendidiſſimum videri, quod animo magno elatoq; factum ſit. Parad. 123 a, Reuiuiſcat M. Curius, cuius in villa ac domo nihil ſplendidum fuit, nihil ornatum præter ipſum. de Cl. or. Magnificentius & ſplendidius oratorum genus.

† Syntaxis. *Lucere in tenebris, ſplendereq;. In ſenis voce canorum ſplendeſcit, id eſt, viget. Argentum oratione ſplendeſcens & excultum. Splendidè & magnificè. Ornatè, ſplendideq; dicere. Splendidè amicos accipere. Candor ſplendidus. Solida ſplendidaque virtus. Splendidum ac ornatum.*

SPLENDOR, oris. *nitor, claritas, dignitas, deliciæ.* pro Pomp.11 b, Nunc imperij noſtri ſplendor illis gentibus lucet. pro Flacc. 151 b. In imperio atq; in publica dignitate omnia ad gloriam ſplendoremq; reuocarent. de Orat.101 b, Qu. Mutij ianua maxima quotidie frequentia ciuium & ſummorum hominum ſplendore celebratur. pro Cecin.290 a, Falcula ſenator populi Romani, ſplendor equeſtris ordinis. pro Syll. 167 a, Dignitatis ſuæ ſplendorem obtinere. pro C.59 a, Honeſti homines, & ſummo ſplendore præditi. Offic. 14 a, Harum rerum duarum ſplendor omnis & amplitudo eſt in poſteriore. pro Cæl. 53 b, Si te ſplendor huius, ſi nitor offendit de Clar.orat.175 b, Curioni ſplendor non defuit. pro Qu. 10 b, Huius ſplendor omnis his moribus obſoleuit. de Clar.186 b, Actio eius habebat & in voce magnum ſplendorem, & in motu ſummam dignitatem. pro R P.128 b, Splendor nominis. * Hortenſ. Capti ſplendore virtutis. de Fin. 57 b, Splendore nominis capti. ad Herenn.39 b, Exiſtimat, ſe gemmæ nitore & auri ſplendore aſpectus omnium perſtringere. de Clar.187 b, Et lectis vtitur verbis & frequentibus, & ſplendore vocis & dignitate motus fit ſpecioſum & illuſtre, quod dicitur. Orat. 212 b, Bonitate potius noſtrorum verborū vtimur, quàm ſplendore Græcorum. pro Sex.Roſc.42 a, Qui equeſtrem ſplendorem pati non potuerunt. pro Flacc.151 a, Si quem infimo loco natum, nullo ſplendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem. pro Marc. 134 a, Tantus eſt ſplendor in laude vera.

† Syntaxis. *Ad gloriam, ſplendoremq; omnia reuocare. Amicorū ſplendore celebrata ianua. Eq. Romanorum ſplendor. Dignitatis ſplendorem obtinere. Splendor & amplitudo. Gemmæ nitor, & auri ſplendor. Viri ſplendor ac nitor.*

SPOLETINVS, a, um. pro Cor.64 b. de Cl.189 b.

* SPOLIANS, tis. Offic.46 b, Poſſe liberalitate vti nōn ſpoliantem ſe patrimonio.

SPOLIATIO, onis. *priuatio, direptio.* pro Mur.145 a, Miſericordiam ſpoliatio conſulatus magnam habere debet. I.V.112 a, Cùm in legatione oppidorum fanorumq; ſpoliaitones cogitaret. & 224 a, Ex quibus eligam ſpoliationem nobiliſſimi atque antiquiſſimi fani. contra Rull.62 b, Hinc vos quas ſpoliationes, &c. fore putatis? pro Seſt. 13 a, An erat mihi in tanto luctu, &c. tanta ſpoliatione omnium rerum, vita retinenda? I. A. 165 b, Cn.Domitium non ſpoliatio dignitatis ad recuperandam dignitatem excitauit.

SPOLIATOR, oris. I. V.218 b, * Spoliatorem *monumentorum* defendes?

SPOLIATRIX, cis. pro Cæl.48 a, * Túne Venerem illam tuam ſpoliatricem ſpoliare ornamentis auſa es?

SPOLIATVS, a, um: tius. *nudatus.* I.P.87 b, Nunc meam ſpoliatam fortunam cum tua florente conferam. Att.85 a, Nihil illo rege ſpoliatius, nihil egentius. de Cl. 165 b, Cùm forum voce erudita ſpoliatum atq; orbatum videret. de Orat. 121 b, Ornamento quodam ſeſe ſpoliatum videre. * cont C.Ant. Spoliatus ornamentis omnibus pro Milon. 108 a, Tu ſpoliatum cadauer imaginibus, exequijs, pompa, laudatione, infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti. Attic.28 a, Non enim poterimus vlla eſſe in inuidia ſpoliati opibus & illa ſenatoria potentia.

SPOLIO, as. *exuo, nudo, denudo, orbo, priuo, diſpolio, ſpolia detraho, eripio, detraho.* I.V.208 a, Apollonium omni argento ſpoliaſti, & depeculatus es. pro Syll. 180 b, Spoliare fana ſociorum. pro Dom. 224 b, Cùm proſcriptionis metu me frequentia nudarent, virorum bonorum præſidio ſpoliarent. in Verr.68 b, Idem monumenta antiquiſſima ſpoliauit, nudauitq; omnia. pro Cæl.46 b, Parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam. de Orat. 105 a, Spoliare atq; denudare aliquam artem ſuo ornatu. * Tuſcul 223 a, Prauarum opinionum conturbatio, & ipſarum inter ſe repugnantia ſanitate animum ſpoliat, morbiſque perturbat. Att.156 b, Nunc alia ex parte perſequi, ex alia, prouincia ſpoliare conatur.

SPOLIOR, ris. pro Planc. 263 b, Eſt enim grauius ſpoliari fortunis, quàm non augeri dignitate.

† Syntaxis. *Spoliatio viri, & dignitatis (rei quæ ſpoliatur, & quā quis priuatur.) Nihil illo ſpoliatius, nihil egentius. Spoliatus & orbatus. Spoliare aliquem argento, & depeculari. Spoliare & nudare.*

SPOLIVM, lij. *exuuia.* pro Sex.Roſc.42 b, Si ſpoliorum cauſa vis hominem occidere. & 43 a, Cruenta ſpolia cuipiam detrahere. pro Pomp.14 b, Cùm hunc locum nobis maiores noſtri exuuijs nauticis, & claſſium ſpolijs ornatum reliquiſſent. pro Corn. 66 a, An'ne de nobis trahere ſpolia fœderatis licebit, de hoſtibus non licebit? Tuſculan 179 b, Nec quiſquam à noſtris ſpolia cepit laudibus. Offic.12 b, Salmacida ſpolia ſine ſanguine & ſudore. * Offic.56 b, Vt aliorum ſpolijs noſtras facultates, copias, opes augeamus.

† Syntaxis. *Cruenta ſpolia alicui detracta. Exuuiæ nauticæ, & claſſium ſpolia. Spolia de hoſte trahere, ex hoſte capere.*

SPONDAEVS, æi. Orat.218 a, Ne ſpondæus quidem funditùs eſt repudiandus, & ſi quod eſt è longis duabus, hebetior videtur & tardior. * de ſuis conſil. Admonuiſſe tibicinam vt ſpondæum caneret. Quod cum illa feciſſet, tarditate modorum & grauitate cantus, illorum furentem petulantiam reſediſſe. *Alij ſpondeum ſcribunt.*

SPONDALIA, *eſt genus carminis ſeu cantus, à Spondæo (vt videtur) appellatum.* de Orat 126 a, Cùm ex perſona mihi ardere oculi hominis hiſtrionis viderentur ſpondalia illa dicentis, Segregare abs te auſus, aut ſine illo Salamina ingredi. *Turnebus Spondalia, Auratus Sophoclea legit.*

SPONDEO, des. *promitto, ſponſionem facio.* contra Rull.86 b, & pro Planc 268 b, Nulli populo Romano pro me maiores mei ſpoponderunt. Epiſtol. 11 b, Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. Attic.189 b, Scire ve-

lim, quando dicar ſpopondiſſe, & pro patre, an'ne pro filio. & 199 b, Pro Cornificio abhinc amplius annis XXV ſpopondi. & 251 a, Egit autem pater & filius, vt tibi ſponderem: ſed ita vt tu crederes, cùm ipſe cognoſces. pro Cec. 286 a, Qui quod ſpopondit qua in re verbo ſe uno obligauit, non facit. Epiſtol. 250 a, Hoc tibi ſpondeo, mi Cicero. pro Muræn. 145 b, & Epiſt. 107 b, Promitto & ſpondeo vobis. pro Flacc. 166 b, Filius repetit eam, quam ego patri ſuo quondam pro ſalute patriæ ſpopondi dignitatem. Epiſt. 255 b, Quod ego de me tibi ſpondere poſſum. & 211 a, Spondebo enim tibi, vel potius ſpondeo, in meq; recipio eos, &c. Attic. 173 b, Ea ſpondent, confirmant, quę, &c. I. V. 264 b, Vt aliquando ſpondere ſe diceret. Attic. 289 a, Reip. quod ſpoponderis, quemadmodum ſoluas, niſi is dependi facilè patitur. & ibidem. Magis enim illum, pro quo ſpopondi, quàm me obligaui. I. A. 200 a, Quibus honores & præmia ſpopond. ſti I. A. 263 a, Panſa aut morte, aut victoria ſe ſatisfacturum reipublicæ ſpopondit.

† Syntaxis. *Pro aliquo alicui ſpondere. Dependam quod pro illo ſpopondi. Promitto & ſpondeo. Spondeo, in meque recipio. Spondeo id, confirmoque.*

* SPONDEVS. L. SPONDAEVS.

* SPONDIALIA, ium. de Orat. 226 a, Cùm ex perſona mihi ardere oculi hominis hiſtrionis viderentur ſpondialia illa dicentis: Segregare abs te auſus? aut ſine illo Salamina ingredi? *Sic legunt Iſidor. lib. 1. cap. 16 Turnebus lib 20 Aduerſar. cap. 17. Gothofredus hic.* vide SPONDALIA.

SPONGIAE. *zoophytorum genus, quorum ſunt leuia & mollia corpora, in quibus ineſt raritas, vt quæ ſaxis marinis adnaſcuntur: ac, ſi Ariſtoteli credimus, ſentiunt.* de Natur. 53 b, In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongijs mollitudo. pro Sext. 10 a, E foro ſpongijs effundi ſanguinem.

SPONSA, æ. Attic. 235 b, Suam cuique ſponſam mihi meam.

SPONSALIA, orum. *ſponſio & repromiſſio nuptiarum, & quæ ad ſponſam ſponſúmve ſpectant omnia.* Attic. 95 b, Certos homines ad mulieres miſeram, factis ſponſalibus. Quin. frat. 309 b, Ad VIII iduum April. ſponſalia Craſſipedi dedi, (*al. præbui*) cui conuiuio Quintus tuus defuit.

SPONSIO, onis. *ſponſum, omnis ſtipulatio promiſſioque, vt Paulus Iuriſc docet.* I. V. 264 b, Cogere eum cœpit, ſponſionem facere cum lictore, ni furtis quæſtum faceret. pro Cecin. 293 b, Vt ſtatim teſtificati diſcederent, optimè ſponſionem facere poſſent, ni aduerſus edictum prætoris vis facta eſſet. I. V. 177 b, P. Rubrius Q. Apronium ſponſione laceſſiuit, ni Apronius dictaret, Verrem ſibi in decumis eſſe ſocium. & 178 a, Sponſio eſt, ni te Apronius in decumis ſocium eſſe dicat. pro Qu. 15 b, Sponſio quæ in verba facta eſt? ſi ex edicto, &c. *aliter, ni.* pro Quint. 6 a, Negamus te bona poſſediſſe &c In eo ſponſio facta eſt. *id eſt, ni poſſeſſa non ſint.* I. V. 177 b, Sponſio fit de capite & fortunis tuis. & 178 a, Facta eſt ſponſio H S. V mil. pro Qu. R. 46 b, In ea pecunia legitimæ partis ſponſio facta eſt. & ibid. Aliquem in anguſtiſſimam formulam ſponſionis includere. pro Qu. R. 47 a, Pecunia petita eſt certa, cùm tertia parte ſponſio facta eſt pro Cecin. 289 a, Prætor interdixit, vt vnde deieciſſet, reſtitueret: reſtituiſſe ſe dicit, ſponſio facta eſt: hac de ſponſione vobis iudicandum eſt. pro Qu. R. 47 a, Satis formulæ & ſponſioni feciſſe videor. pro Cec. 302 b, Vincere ſponſionem. pro Qu. 15 b, Sponſione vincere. de Legib. 178 a, Diligentia votorum ſatis in lege dicta eſt, ac voti ſponſio, qua obligamur Deo. ad Herenn 31 b, Sed etiam inſuper ipſe grandi ſponſione victus eſt. Offic. 67 a, Cùm is ſponſionem feciſſet, ni vir bonus eſſet.

† Syntaxis. *Voti ſponſio. Sponſionis formula aliquem includere anguſtiſſima. Pecuniæ tertia parte ſponſio facta. Vinciri grandi ſponſione.*

SPONSOR, oris. *præs.* Epiſtol. 82 a, De negocio tuo, quod ſponſor es pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit, non deſinam cum illo communicare. & 98 a, Caſus verò quidam mirificus interuenit, quaſi vel teſtis opinionis meæ, vel ſponſor humanitatis tuæ. pro Qu. 13 a, Cur cæteri ſponſores & creditores non conuenerint. I. A. 207 b, Quotidie ſponſores & creditores L. Trebellij conueniunt. de Pro. 78 a, Cn. Pompeius idem mihi teſtis de voluntate Cæſaris, & ſponſor eſt illi de mea. Attic. 207 a, Marcellus pro Magio ſponſor factus eſt & 254 a, Sic ei probatū eſt, quod ad te ſcribo, vt ipſe crediderit, me ſponſorem accipere noluerit. & 5 a, Tulliola tuum munuſculum flagitat, & me ſponſorem appellat. & 6 a, Tulliola tibi diem dat, ſponſorem appellat. & 245 a, Sponſor promiſſorum alicuius. & 261 a, Sponſores appellare, videtur habere quandam δυσωπίαν. & ibid. Poſſumus, vt ſponſores appellentur, procuratorem introducere. * Attic. 261 a, Sponſores liberari.

SPONSVM, ſi. *ſponſio.* pro Qu. 5 b, Ex ſponſo egit.

SPONSVS, ſi. de Inuent. 72 a, Horatia ſponſi nomen appellans identidem.

† Syntaxis. *Voluntatis alicuius teſtis ac ſponſor, & de voluntate. Sponſorem accipere, appellare.*

SPONTE. *vltrò, ſua natura, ſuapte, vi ſua, per ſe, à ſe, ſua voluntate, ſuo iudicio.* de Inuent. 42 b, Part. 241 b, Qui ſua ſponte & voluntate aliquid faciunt. Attic. 249 b, Gaudeo id te mihi ſuadere, quod ego mea ſponte pridie feceram. de Legib. 165 a, Vera & falſa ſua ſponte, non aliena iudicantur. I. V. 113 a, Et quis Volcatio, ſi ſua ſponte veniſſet, libellam vnam dediſſet? I. A. 192 b, Gallia ipſa ſua ſponte ſuoque iudicio excitata. de Natur. 32 a, Ignis per ſe ipſe ac ſua ſponte mouetur. item: Suapte vi & natura moueri. de Orat. 142 b, Si ſua ſponte, quò impellimus, inclinant. Epiſtol. 6 b, Pompeius mecum ſæpiſſimè non ſolùm à me prouocatus, ſed etiam ſua ſponte de te communicare ſolet. Att. 5 b, Et ſi mea ſponte antea faciebam. & 96 a, Quintus filius ſuapte ſponte piè ſanè, me quidem certè multum hortante, ſed currentem, animum patris ſui ſorori tuæ reconciliauit de Clar. 177 a. & de Finib. 133 b, & 82 a, Sua ſponte, per ſe, à ſe. * de Orat. 207 a, Hæc ſua ſponte ſqualidiora ſunt. de Fin. 135 b, Iccirco in his rebus ſumma noſtra ſponte moueamur.

† Syntaxis. *Sua ſponte & voluntate facere. Sua ſponte, ſuoq; iudicio. Per ſe, ac ſua ſponte.*

SPORTELLAE, arum. *in ſecundis menſis numerantur: alioqui multa alia ſignificant.* Ep. 138 b, Dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ & artolagani.

SPRETVS, a, um. de Natur. 27 b, Veritas auſpiciorum ſpreta eſt, ſpecies tantùm retenta. Orat. 198 a, Eloquentia forenſis ſpreta à philoſophis, & repudiata. * Orat. 205 b, Hoc totum *orationis genus* è ſophiſtarum fontibus defluxit in forum, ſed ſpretum à ſubtilibus, repulſum à grauibus, in ea, de qua loquor, mediocritate conſedit.

SPVMA, mę. de Nat. deor. 71 a, Venus ſpuma procreata, &c. in Verr. 234 b, Cùm ſpumas ageret in ore, arderent oculi, clamare cœpi, &c.

SPVMANS. tis. ad Heren. 41 b, Iſte ſpumans ex ore ſcelus, & anhelans crudelitatem.

SPVMATVS, a, um. *ſpumans.* de Diu. 82 b,

*Saxaq; cana ſalis niueo ſpumata liquore.* Poëtæ.

SPVRCE. *obſcœnè, turpiter, fœdè, flagitiosè.* I. A. 179 a. & ad Her. 2 a, Qui in illam miſeram tam ſpurcè, tam impiè dixerit. Att. 178 b. & I. A. 230 b, Deinde perſcribit ſpurciſſimè, quas ob cauſas fecerit.

SPVRCVS, a, um *lutulentus, impurus, obſcœnus, turpis.* Tuſcul. 183 b, Samnis ſpurcus homo. pro Dom. 218 a, Helluo ſpurciſſimus. de Orat. 244 b, Aeſernius non ſpurcus homo, ſed doctus & acer. *ex Lucil.* * Frag. ep. Tempeſtas ſpurciſſima.

SPVTATILICVS, a, um. *fœdus, ſpurcus, quaſi conſputus, vel ſputo dignus, leuis, contemnendus.* de Clar. 188 b, Siſenna defendens, dixit quædam eius ſputatilica eſſe crimina. & ibid. Sputa quid ſit ſcio, tilica neſcio.

SPVTVM, ti. de Clar. 189 b, * Sputatilica. Quid eſt hoc? ſputa quid ſit ſcio tilica neſcio.

SQVALEO, es *ſordeo, mareo.* )( *niteo.* pro Sext. 9 b, Erat in luctu ſenatus, ſqualebat ciuitas. pro Mil. 105 a, Squalent municipia, affliſtantur coloniæ.

SQVALIDIVS, *aduerb* de Fin. 107 a, Sed vos ſqualidiùs, eorum vides quàm niteat oratio.

SQVALIDIOR, oris. *horridior.* de Orat. 207 a, Sed quia hæc ſua ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit his explicandis quidam orationis nitor.

SQVALOR, oris. *ſordes, mœror.* Epiſtol. 59 a, In luctu & ſqualore ſum. & 234 a, Mihi ante oculos verſatur ſqualor veſter. Attic. 43 b, Ne illius luctum ſqualoremque aſpicerem. pro Cl. 21 a, Mater ſqualore filij & ſordibus lætatur. I. V. 261 b, Aſpicite iudices ſqualorem ſordesq; ſociorum. pro Cl. 58 a, Spectaculum ſordium atque luctus, & tanti ſqualoris alicuius.

¶ *Situs.* pro Mur. 144 b, Squalore ſordidus.

† Syntaxis. *In luctu & ſqualore eſſe. Squalor & ſordes ſociorū. Sordium, luctus, & ſqualoris ſpectaculum.*

SQVAMA mæ. *qua piſces, vel ſerpentes teguntur.* de Natur. 50 a, Animantium pluma alias, alias ſquama videmus obductas.

SQVAMIFER, a, um. Arat. Squamiferi piſces.

SQVAMOSVS, a, um. Arat. Squamoſi corpore piſces.

SQVILLA, læ. *pinnoteres, piſcis genus.* de Natur. 50 b, Pinna cum parua ſquilla coit ſocietatem cōparandi cibi. * ibid. Admonita à ſquilla pinna morſu.

ST, *interiectio, timoris index, aut ſilentij.* de Orat. 132 b, St, tacete, quid hoc clamoris eſt? *Poëta: qua etiam Terent. in Phormione vſus eſt.*

STARIA.

STABIANVM,ni.*villa*.Epiſt.94 b,Ex quo *cubiculo* tibi Stabianum perforâſti.

STABILIMEN,nis.*firmamentum*. de Nat.73 b,

*Addo huc, quod mihi portento cæleſtûm pater*
*Prodigium miſit regni ſtabilimen mei.*

STABILIO,lis.*firmo*.pro Seſt.27 b,Qui hanc Rempub.ſtabiliuerunt.de Fin.121 a,Stabilire Rempub.*)(.euertere Rempub.* pro Seſt.25 b, Brutus, qui libertatem ciuibus ſtabiliuerat. de Leg 168 b,Stabilire leges.de Diu.89 a,Semita nulla pedem ſtabiliat. *Ennij*.

STABILIS,le.*firmus,conſtans,immutabilis, qui in ſtabilitate eſt, immortalis,certus,perennis,perpetuus,proprius,habens aliquid ſtabilitatis, fundatus, & optimè conſtitutus.)( lubricus,incertus.* de Amic.100 a, Nulla domus tam ſtabilis, nulla ciuitas tam firma eſt, quæ non odijs atque diſſidijs poſſit euerti. I.A. 169 a,Curio te in matrimonio ſtabili ac certo locauit. pro Seſt 16 b,En cur cæteri reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur.de Orat.95 b,Nihil tam ad diuturnitatem memoriæ ſtabile eſt, quàm id in quo aliquid offenderis. Or. 218 a, Stabilis quidam, & non expers dignitatis gradus. de Natur.deor.26 b, Non tam ſtabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis. de Amic. 110 a, Aliter enim amicitiæ ſtabiles permanere non poſſunt. pro Milon. 119 b, Vultus ſemper idem, vox, oratio ſtabilis,ac non mutata. de Natur. 26 a, Stabilis & certa ſententia. pro Mar. 135 b, Nomen tuum ſedem ſtabilem,& domicilium certum non habet. de Vniu. 196 a, Res ſtabilis & immutabilis. Tuſcul.236 a,Stabile & fixum permanens bonum. & 220 a,Robuſta & ſtabilis fortitudo. Acad.8 a, Decretum non modò non falſum, ſed etiam ſtabile, fixum, ratumq; eſſe debet. Offic. 2 a,Nulla officij præcepta firma,ſtabilia,naturæ coniuncta tradi poſſunt, niſi aut ab ijs,qui,&c. de Am.160 b, Amicitiarum ſua cuiq; permanet ſtabilis & certa poſſeſſio.

† Syntaxis.*Stabile, certumq;.Sedes ſtabilis,ac certum domicilium. Stabile ac immutabile. Stabile ac fixum. Robuſta, ſtabiliſq; fortitudo.Stabile,fixum, ratum.*

STABILITAS, tis. *firmitas.* pro Marc. 34 b, Reſp.quaſſata multa amiſit præſidia ſtabilitatis ſuæ. de Natur. 49 b,Stirpes ſtabilitatem dant ijs quæ ſuſtinent. Tuſculan. 236 a, Qui enim poterit aut corporis firmitate, aut fortunæ ſtabilitate confidere? de Amic. 108 b, Beneuolentiam non adoleſcentulorum more,ardore quodam amoris,ſed ſtabilitate potius & conſtantia iudicemus de Fin.62 b, Quo loco videtur quibuſdam ſtabilitas amicitiæ vacillare. de Finib.66 a, Nam reſtincta ſitis ſtabilitatem voluptatis habet.Tuſc.245 a,Hæ ſunt ſententiæ,quæ ſtabilitatis aliquid habeant.

STABILITVS,a,um. pro Mar.135 b,Sed niſi hæc vrbs ſtabilita tuis conſilijs & inſtitutis erit. I. C. 122 b, Maximis laboribus fundatum imperium, plurima virtute ſtabilita libertas.

† Syntaxis.*Corporis firmitas, fortunę ſtabilitas. Stabilitas & conſtantia.Stabilita virtute libertas.*

STABVLVM,li. pro Seſt. 5 b, Cum Catilina Italiæ caulas,& paſtorum ſtabula pręclara cepiſſet. *al prædari cœpiſſet* I.A. 173 b,Huius in ſedibus pro cubiculis ſtabula, pro triclinijs popinæ ſunt.

STADIVM, ij. *propriè menſura eſt centum viginti quinque paſſuum,hoc eſt,pedum ſexcentûm viginti quinque.* Epiſt.257 b,Is locus eſt citra Leucadem ſtadia CXX. de Finib. 124 a, Inde vario ſermone ſex illa à Dipylo ſtadia confecimus. * Academ.25 a,Si iam ex hoc loco proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta.

¶ *Curriculum, ſpacium.* Offic. 60 a, Qui ſtadium currit,eniti & contendere debet quàm maximè poſſit, vt vincat. de Seneċt. 83 b, Olympiæ per ſtadium ingreſſus eſſe dicitur Milo,cùm humeris bouem ſuſtineret viuum Tuſculan 187 a, Curſores in ſtadio exclamant, quàm maximè poſſunt.

¶ *Studium.* ad Her. 24 b, Sic vt in ſtadium artis Rhetoricæ prodire non audeant.

STAGIRITES Ariſtoteles,*à Stagira patria.* Acad.42 a.

STAGNVM. de Diuin 83 a,

*Abſurdoq; ſono fontes & ſtagna cietis.*

contra Rull.88 b,Lacus,ſtagna,&c.prætermiſit.

STANDVM. pro Cluent.37 b, Qui his rebus iudicatis ſtandum putat? pro Flacc. 160 a, Si ſtatuimus veſtro nobis iudicio ſtandum eſſe de nobis.

STANS,tis. *manens, quod in ſtabilitate eſt.* pro Flacc. 160 b, Stantibus Hieroſolymis. Sal. in Cicer.271 b, Aliud ſtans, aliud ſedens de repub ſentis. de Finib.71 a,Summum bonum puer vtra voluptate dijudicabit? ſtante, an mouente? de Clar. 189 b, Qui auſi aliquando ſunt ſtantes loqui. de Clar.192 a, Ad ſtantem iudicem dicere. de Finib. 116 b,Zenonem non ſtantem cum ijs qui ne dicerent quidem,ſua ſumma bona eſſe à natura profecta. Orator.220 a,Iiſdem verbis ſtante ſententia. * de Glor.Quo ſtante & incolumi.



STATARIVS. *qui ſtat, firmuſque & ſtabilis permanet,quique in agendo vel dicendo,geſtu motúve vtitur moderato.* de Clar.175 a, Volo enim vt in ſcena,ſic etiam in foro non modò laudari,qui celeri motu & difficili vtantur, ſed eos etiam, quos ſtatarios appellant,quorum ſit ſimplex in agendo veritas, non moleſta. de Clar.186 b, C. Piſo ſtatarius,& ſermonis plenus orator.

STATASSO. *ſtare facio.* de Legib.175 a,Vincendi atque potiundi, ſtataſſandique cognomina, ſtatoris & inuicti Iouis.

STATERA,ræ. *libra, trutina.* de Orat.123 a, Ad ea probanda, quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. * pro M.Scau.Qui obſignauerat ſtateras.

STATILLENSES,ſium.*populi.* Ep.173 a,Ex caſtris,finibus Statillenſium.Bruti.

STATIM. *continuò, illicò, mox, quàm mox. protinus, iam iamque, quamprimùm, confeſtim, actutum, eueſtigiò, repentè, ſine vlla mora,nulla interpoſita mora,ſine recuſatione,abiecta omni cunctatione, primo quoque tempore.* I.A.191 a, & 192 a. Attic. 151 a, Sed tibi omnem illius ſermonem ſtatim mittam. Orator. 216 b, Antè enim circumſcribitur mente ſententia, confeſtimque verba concurrunt: quæ mens eadem ſtatim dimittit, vt, &c. de Ar.243 b,Haud poteſt grauioribus à me verbis vulnerari, quàm eſt ſtatim in facto ipſo ab illo confectus & trucidatus. Orator 200 a, Itaque hoc ſum aggreſſus ſtatim, Catone abſoluto. Attic. 29 b, Literas ſcripſi ſtatim,vt tuas legeram. de Orat. 137 b, Malè ſe res habet,quæ ſtatim,vt dici cœpta eſt,non melior fieri videtur. Epiſt.14 b, De Vatinio autem reditus interceſſerat in gratiam per Pompeium, ſtatim vt ille prætor factus eſt. & 24 b,Meq; ab eo diligi ſtatim cœptum eſſe,vt ſimultatem depoſuimus.Att.191 a,Philippus vt me ſalutauit,ſtatim Romam profectus eſt.

† Syntaxis. *Statim vt dici cœptum eſt. Vt me ſalutaſti, ſtatim, abijſti.*

STATIO, onis. *manſio, & locus in quo naues ac milites ad tempus tutò ſtare poſſunt.* de Sen.92 a, Vetatque Pythagoras iniuſſu imperatoris, id eſt Dei, de præſidio & ſtatione vitæ decedere. * Epiſt 192 a,Vt à Rhodijs vrbe,portu,ſtatione, quæ extra vrbem eſt,commeatu, aqua denique, prohiberentur noſtri milites: nos vix ipſi ſingulis cum nauigiolis reciperemur.

¶ *Manſio.* Att 97 b,Athenis ſtatio mea nunc placet.

STATIVA,orum *ſtatio.* contra Rull.74 a, * Nunquid cauſæ eſt,quin omnes ægros, vrbes, ſtatiua, portus, Decemuiri vendituri ſint?

STATIVVS, a, um. *firmus.* I. V.241 a, Iſte nouus imperator pulcerrimo Syracuſarum loco, ſtatiua ſibi caſtra faciebat I. A. 244 a, Hæc mea cuſtodia eſt, hoc præſidium ſtatiuum.

STATOR, oris. *nuncius, tabellarius, apparitor.* Epiſtol. 28 a, Literas à te mihi ſtator tuus reddidit Tarſi ad XXI Calend. Sext. & 155 b, Præſtò mihi fuit ſtator eius cum literis. & 30 a, Vt ad te ſtatores meos & lictores cum literis mitterent.

STATOR *Iupiter eſt, à ſiſto: qui ſtitit, id eſt, ſtare fecit Romanos in fugam à Sabinis verſos, vt eſt apud T. Liuium lib.1.* Anteq. 196 b, Iupiter ſtator, quem verò huius imperij ſtatorem maiores noſtri nominauerunt, cuius templum à Romulo victis Sabinis in palatij radice cum victoria eſt collocatum. I. C 99 b, Iupiter ſtator antiquiſſimus, cuſtos huius vrbis. & 104 a, Iupiter, quem ſtatorem huius vrbis atque imperij verè nominamus, de Finib.104 a,Cùm Iouem ſalutarem,hoſpitalem,ſtatorem dicimus,hoc intelligi volumus,ſalutem hominum in eius eſſe tutela. I.C.107 a,Senatum in ædem Iouis ſtatoris vocaui. * I. A. 172 b, Haſta poſita pro æde Iouis Statoris.

STATVA,tuæ *ſignum, imago, forma, ſpecies, ſimulacrum.* Quint. frat. 320 b, Ad Telluris quidem etiam tuam ſtatuam locaui.de Finib.57 a,Statua eſt in Ceramico Chryſippi. I. P. 99 b, Illi ſtatuam iſtius perſimilem, quam ſtare celeberrimo in loco voluerat,ne ſuauiſſimi hominis memoria moreretur, deturbant. I. A. 202 b, Eique ſtatuam equeſtrem inauratam in roſtris ſtatui placet. I. A. 212, Statuam ſtatuerunt. Attic. 283 a,Lepido ſtatuam in roſtris ſtatuimus. pro Seſt. 21 a, Statuere ſtatuam alicui in foro. pro Dom. 229 b, Qui tibi ſtatuam in meis ædibus poſuit. Collocare ſtatuam.*)(.euertere ſtatuam.* pro Ar.191 b,Statuæ & imagines non animorum ſimulacra ſunt,ſed corporum. ad Herenn. 25 b, Chares à Lyſippo ſtatuas facere non iſto modo didicit, vt Lyſippus caput oſtenderet Myronis, brachia Praxitelis,pectus Polycleti, ſed, &c. & I.V.137 b,Qui ſtatuis faciundis præeſſet. Offic. 68 a, Omnibus vicis ſtatuæ fa-

tuæ factæ ſunt, ad eas thus & cerei. *I.A.221 b, I.A.221 b, Qui hunc honorem ſtatutæ nemini tribuendum cenſuit. ibidem. Quorum ſtatuæ in roſtris ſteterunt vſque ad noſtram memoriam. ibidem. Cn.Octauij ſtatuam videmus in Roſtris. ibidem. Reddita eſt ei tum à maioribus ſtatua pro vita, quæ multos per annos progeniem eius honeſtaret, nunc ad tantæ familiæ memoriam ſola reſtaret. I. A. 222 a, Erit ſtatua ipſa te. & b, Cui ſi ſtatuam in Roſtris decreto veſtro ſtatueritis. I. A. 223 a, Hoc ſtatuæ monumento non eget, habet alia maiora. Hæc enim ſtatua mortis honeſtæ teſtis erit. ibidem. Gratior illi videtur ænea ſtatua futura, & ea pedeſtris magis quàm inaurata equeſtris, qualis L.Syllæ prima ſtatua eſt. & b, Sic pedeſtrem ex ære ſtatuam, tanquam ex eius autoritate & voluntate decerno. Quæ quidem magnum ciuium dolorem & deſiderium honore monumenti minuet & leniet. ibidem. Qui ſepulchrum publicè decernendum Ser. Sulpitio cenſuit, ſtatuam non. ibidem. Maiores quidem noſtri ſtatuas multis decreuerunt, ſepulchra paucis. Sed ſtatuæ intereunt tempeſtate, vi, vetuſtate. I A.224 a, Seruio Sulpitio ſtatuam pedeſtrem æneam in roſtris ex huius ordinis ſententia ſtatui: circumque eam ſtatuam locum gladiatoribus ludiſque liberos poſteroſque eius quaqua verſus pedes quinque habere. ibidem. Vt eam baſim ſtatuamque faciendam & in Roſtris ſtatuendam locent. Attic.88 a, De ſtatua Africani ὢ πραγμάτων ἀσυγκλώστων. Sed me ipſum delectauit in tuis literis. ibidem. Atqui nihil habuit aliud inſcriptum, niſi Cenſor, ea ſtatua, quæ ad Opis per te poſita in excelſo eſt. In illa autem, quæ eſt ad πολυκλέους, inſcriptum eſt Cos. Quam eſſe eiuſdem, ſtatus, amictus, imago ipſa declarat. At me hercule cum in turma inauratarum equeſtrium, quas hic Metellus in Capitolio poſuit, animaduertiſſem, &c.

† Syntaxis. *Poſita in excelſo ſtatua. Locare, ſtare, ſtatuere, ponere, collocare, euertere.*

STATVENDVS, a, um: di, dum. de Orat.153 a, Quid de captiuo ſtatuendum ac ſentiendum ſit. Quint frat.293 b, In rebus ſtatuendis & decernendis, &c. de Orat.115 a, Mentes eorum, qui cum aliqua ſtatuendi poteſtate audiant, mouere poſſe. *pro Pomp.9 a, Quod imperij diuturnitati modum ſtatuendum veteri exemplo putauiſtis.

*STATVENS, tis. Offic.2 a, Temperans voluptatem ſummum bonum ſtatuens, eſſe certè nullo modo poteſt.

STATVO, is. *conſtituo, delibero, decerno, ſancio.* I. V. 76 b, Iſte certè ſtatuerat & deliberauerat non adeſſe. Attic.117 b, Diem ex die expectabam, vt ſtatuerem quid eſſet faciendum. & 237 b, Ad ſummam arbitrum me ſtatuebat non modò huius rei, ſed totius conſulatus ſui. & 263 a, Conſulibus permiſſum erat, vt de Cæſaris actis cognoſcerent, ſtatuerent, iudicarent. pro Milon. 106 a, P. Clodius ſtatuit vexare rempublicam. ad Herenn.17 a, Statuere ius æquabile in omnibus. pro Cecin.291 a, Vel tenuiſſimarum rerum iura ſtatuere. Epiſtol. 64 b, Quantum mihi tribuendum putes, ſtatues ipſe, &, vt ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate. Academ.3 a, Statuere quid ſit ſapiens, maximè videtur eſſe ſapientis. Orator. 199 b, Statuere contra aliquem Attic.263 b, quas Cæſar ſtatuiſſet, decreuiſſet, egiſſet. pro Syll.176 b, Te enim exiſtimo tibi ſtatuiſſe, quid faciendum putares, & ſatis idoneum officij iudicem potuiſſe. Attic.258 a, Statueram enim rectà Appia Romam. pro Dom. 234 b, Ius igitur ſtatuetis eſſe, vniuſcuiuſq; veſtrûm deos penates ſubiectos eſſe poteſtati tribunitiæ? & 152 b, Ex illius ſermone ſtatuam, quid mihi agendum ſit. de Orator.150 b, Non poſſum ſtatuere, vtrum, &c an, &c. de Pro. 71 a, Statuit ius non dicere, & in eo perſeuerauit. pro Cluent. 56 b, Mulier de amicorum ſententia ſtatuerat, ſatis eſſe quæſitum. pro Mur.130 a, Tot homines tam ingenioſos per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, rem an litem dici oporteret. *Epiſt. 101 a, Quod ius ſtatues communi diuidundo.

¶ *Cenſeo, puto, iudico.* Epiſtol. 69 b, Quam quidem laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam. & 71 b, Statui noſtræ neceſſitudinis eſſe, &c. de Clar. 177 b, Craſſo nihil ſtatuo fieri potuiſſe perfectius. Attic. 3 b, Qui in te ſatis conſilij ſtatuebam eſſe. de Orator. 95 a, Quòd ego eruditiſſimorum hominum artibus eloquentiam contineri ſtatuam. pro Pomp. 4 a, Cùm ſtatuerem nihil huc niſi elaboratum induſtria afferri oportere. I. V. 178 a, Niſi hoc ita ſtatuiſſes, in re tam manifeſta quicquid dixiſſes, te deterius eſſe facturum. & 256 a, & 209 a, Cauſam ſibi dicendam eſſe ſtatuerat. Orator. 197 b, & 87 b, Sed ego ſic ſtatuo, nihil eſſe, &c. de Orator. 119 b, & contra Rull.74 a, Atque ego ſic ſtatuo & iudico, neminem, &c. pro Seſt. 28 a, Quem ego deum ac parentem ſtatuo fortunæ ac nominis mei. pro Mur. 121 b, Cùm ille eſſet, vt ego mihi ſtatuo, talis, qualem te eſſe video. de Legib. 185 a, Plato è Titanum genere ſtatuit eos, qui, &c. de Orat.203 a, Tamen in ea licentiam ſtatuo maiorem eſſe, &c. pro Qu.17 a, Si cauſa cum cauſa contenderet, nos noſtram perfacilè cuiuis probaturos ſtatuebamus.

¶ *Pono, colloco.* Att 284 a, Statuere documẽtum, ne quis, &c. de Inu.71 a, Thebani in finibus æneum trophæum ſtatuerunt. I. V. 118 b, Syracuſani ſtatuã poſtea ſtatuerũt. I C.115 b, Statuere & collocare aliquã ſtatuam. de Or.106 b, Patrẽ eius, vt ſoles, dicẽdo à mortuis excitaſſes: ſtatuiſſes ante oculos. Att 283 a, Lepido ſtatuam in roſtris ſtatuimus.

STATVOR, ris. pro M. Tull. Hoc iudicium ſic expectatur, vt nõ vnę rei ſtatui, ſed omnib. cõſtitui putetur. ꝓ C.Corn.1, Quatuor omnino genera ſunt, in quibus per Senatũ more maiorũ ſtatuatur aliquid de legibus. *I. V. 160 b, Statuitur Lollius in illo tempeſtiuo gladiorũ conuiuio ꝓ Seſt. 18 a, Quæ regio oráve terrarũ erat latior, in qua non regnũ aliquod ſtatueretur? pro Seſt.21 a, Aliquando ſtatua huic ob Rempub. interfecto in foro ſtatueretur. I.A. 202 b, Ei ſtatuam equeſtrem inauratam in roſtris ſtatui placet. de Leg. 183 b, Super terrę tumulũ noluit quid ſtatui niſi columellam tribus cubitis ne altiorem, aut menſam, aut labellum.

† Syntaxis. *Statuere, ac deliberare Cognoſce, ſtatue, iudica. Statuere ex dignitate ſua. id eſt, pro & ad. Ex tuo ſermone ſtatuam. De tua ſententia ſtatuam. id eſt, vti tu ſentias. Vt ego mihi ſtatuo. Statuere & collocare ſtatuam.*

STATVR. Att 87 b, Extra quã ſi ita negocium geſtũ eſt, vt eo ſtari non oporteat. pro Flac.156 b, Prætor actionem ſe daturum negauit, re iudicata ſtari oſtendit placere.

STATVRA, ræ. *in humano corpore dicitur, quę figura in Geometria appellatur. idcirco & ipſa ſtatura dicitur: eaq; vel parua, vel magna, vel breuis, vel procera.* I. A.168 b, Velim dicas, L. Tarſecius qua facie fuerit, qua ſtatura. ad Heren.34 b, Parua ſtatura. Tuſc.159 a, Non enim pręcipit, vt mẽbra noſtra, aut ſtaturam figurámve noſcamus. ad Her.39 a, Ipſe forma, & ſpecie ſit, & ſtatura appoſita ad dignitatem. *ad Heren.51 b, Maius & minus, & ęquè magnum ex vi & ex numero, & ex figura negotij, ſicut ex ſtatura corporis, conſideratur. de Fin.132 a, Tota figura, & forma, & ſtatura quàm apta ad naturam ſit, apparet.

STATVS, a, um *ſtatus, certus.* de Ar.147 b, Statas ſolenneſque cerimonias pontificatu contineri. Offic. 8 b, Aut ſtatus dies ſit cum hoſte.

STATVS, tus. *conditio, fortunæ conditio, ordo, locus, caſus.* Attic.54 a, Tibi declaraui, aduẽtus noſter qualis fuiſſet, & quis eſſet ſtatus, atque omnes res noſtræ quemadmodum eſſent. & 178 b, Quo in ſtatu ſim, vides. Epiſt.8 b, Ex eodem de toto ſtatu rerum omnium cognoſces. pro Cluent. 59 a, De totius municipij ſtatu, dignitate, commodiſq; omnibus ſententia fertur. pro Syll.179 a, Status reipublicæ maximè iudicatis rebus continetur. & 173 a, Statum orbis terræ liberaui. pro Mur 129 a, Omnia quæ ſunt in imperio & in ſtatu ciuitatis, ab ijs defendi putantur. pro Flacc.146 b, Totum ſtatum ciuitatis in hoc vno iudicio poſitum eſſe & defixum. de Aruſp.258 a, Hunc ſtatum, qui nunc eſt, qualiſcunq; eſt, nulla alia re, niſi concordia retinere poſſumus. de Orat.159 b, Hic ſtatus eſt huius totius mundi atque naturæ, rotundum vt cœlum, terraq; media ſit. Quint. frat. 298 a, Si in medio ſtatu ſermonis ac prædicationis res eſſent tuæ, nihil abs te eximium poſtularetur. de Nat.8 a, Nihil ſemper ſuo ſtatu manet. Orat. 197 b, Cætera labi, fluere, nec diutius eſſe vno & eodem ſtatu. Offic.14 a, Res acerbas ita facere, vt nihil à naturę ſtatu diſcedas. Para.118 a, Voluptas mentẽ ex ſua ſede & ſtatu dimouet. pro Clu. 39 b, Declinare de ſtatu ſuo. de Prou 77 b, Quamuis excipere fortunam malui, quàm de meo ſtatu declinare. Attic. 132 b, Secutæ ſunt epiſtolæ duæ, quæ me conuellerunt de priſtino ſtatu. Epiſt. 78 a, Tamen illa quæ requiris, ſuũ ſtatum tenent. & 46 a, Retinere priſtinum ſtatum. I. V.110 b, Me de vitæ meæ ſtatu lacrymis ſuis deduxerunt. Orat. 208 b, Nos aduerſarios de ſtatu omni deiecimus. ad Her. 29 a, Fortuna collocauit eum in ampliſſimo ſtatu. pro Corn. 58 a, Conditio omnium noſtrûm, locus quo quiſque eſt natus, fortuna in qua quiſq; naſcendi initio conſtitutus. item, Hunc vitæ ſtatum vſq; ad ſenectutem obtinere. de Ar. 258 a, Deteriore ſtatu vt ſimus, vnus eſt inferior gradus. de Diu.127 a, Ijs qui eodẽ ſtatu cœli & ſtellarum nati ſunt, eadẽ accidere. Att.284 a, Tua nobis auctoritate opus eſt ad collocandum aliquẽ ciuitatis ſtatum. ꝓ Dom.222 b, Mihi nihil oberat præter conuerſionem ſtatus & inclinationem communium temporum. I.V.68 b, Reſtitui in antiquum ſtatũ. cont. Rul.91 b, Regum ſtatus decemuiris donabãtur. de Vn. 203 a, Atq; is quidẽ cõſtanter in ſuo manebat ſtatu. Att. 19 b, Nam neq; de ſtatu noſtræ dignitatis nobis eſt recedendũ. Att.95 a, Per fortunas cõfer te ad eam curam, vt de omni ſtatu meo cogites. & 141 a, Horum artificijs effectum eſt, vt reſpub. in hunc ſtatum

perueni-

perueniret. & 156 b, Quem vitæ ſtatum amiſerim, cogito. Qu. fr. 325 a, Liber de optimo ſtatu ciuitatis. pro Cecin. 293 a, Vis, quę formidine animum perterritum loco ſæpe, & certo de ſtatu dimouet. Off. 33 a, Atq; vtinam reſp. ſteтиſſet, quo ſteterat ſtatu. I. A. 220 a, Optimus ciuitatis ſtatus. Par. 118 b, Vt in eo ſtatu eſſem, quæ neq; fortunæ temeritas, neque inimicorum labefactaret iniuria. * de proſcrip. lib. Legibus Syllæ continetur ſtatus ciuitatis. de Legib. Mos aut meliorem, quàm qui eſt in vita, aut certè nō deteriorem, eſt allatura ſtatum. Incer. Cum ex incertis & perditis rebus ad meliorem ſtatum fortuna reuocatur. de Fin. 74 a, Omnem complectatur *mens* vitæ conſequentis ſtatum. pro Marc. 135 a, Vt Rempub. in eo ſtatu relinqueres, in quo nunc eſt. de Fin. 70 b, Iſte non dolendi ſtatus non vocatur voluptas. Ep. 15 b, Qui meus in Repub. ſit pro mea parte capeſſenda ſtatus. De quo ſic velim ſtatuas.

¶ *Standi actus.* Orat. 202 a, Status erectus & celſus, rarus inceſſus, nec ita longus. Att. 88 a, Quam ſtatuam eſſe eiuſdem, ſtatus, amictus, annulus, imago ipſa declarat. Tuſc. 202 a, Eo erant vultu, oratione, omni reliquo motu & ſtatu, vt eos Argiuos diceres.

¶ *Rhetoricus ſtatus, conſtitutio, cauſa ambigui, genus cauſarum, controuerſia.* Top. 229 a, Refutatio accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, Græcè ςάσις, Latinè appelletur ſtatus, in quo primum inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. pro Milo 104 a, Quid porrò quærendum eſt: factúmne ſit? at conſtat: à quo? at patet: vidit etiam in confeſſione facti, iuris tamen defenſionem ſuſcipi poſſe. pro Mil. 112 b, Quid opus eſt tortore? quid quæris? occideritne? occidit: iure, an iniuria? nihil ad tortorem: facti enim in eculeo quæſtio eſt, iuris in iudicio. * Top. 229 a, Atq; etiā in deliberationibus & laudationibus ijdem exiſtunt ſtatus. ibid. In qua argumentatione ſtatus coniecturalis exiſtit ibid. Incurrunt ſtatus aut iuris aut nominis ibid. Quæ ex ſtatu contentio efficitur. ibid. In qua re alij quaſi ſtatus exiſtunt noui, qui appellantur legitimæ diſceptationes. Partit. 239 a, Ita primus ille ſtatus & quaſi conflictio cum aduerſario coniectura quadam: ſecundus autem definitione atque deſcriptione aut informatione verbi: tertius æqui & veri & recti & humani ad ignoſcendum diſputatione tractandus eſt. Et quoniam ſemper is, qui defendit, non ſolum reſiſtat oportet aliquo ſtatu, aut inficiando, aut definiendo, aut æquitate apponenda ibid. Primus ille ſtatus rationem habet iniqui criminis ipſam negationem inficiationemq; facti.

¶ *Gradus.* de Leg. 160 b, Agnationibus familiarium ſtatus diſtinguuntur.

Syntaxis. *Quis ſtatus ſit, & quomodo res meæ ſe habeant. Statum alicuius liberare. Statum retinere. Suo ſtatu manere. Status medius. Ex ſua ſede ſtatuq; mens dimouetur. De ſtatu ſuo declinare, conuelli. Res tuæ ſuum tenent ſtatum, retinent, deducuntur de ſtatu, deijciuntur. Cæli, ſtellarumq; ſtatus. Ciuitatis collocare ſtatum. Status conuerſio, & inclinatio temporum. Regum ſtatus donantur. Quo ſtatu ſtas, vtinam ſtes. Status erectus ac celſus* (hominis.)

STATVTVS, a, um. *ſtatus.* pro Mil. 110 a, Dictatoris Lanuuij ſtatuta ſacrificia noſſe, negotij nihil erat. Tuſc. 173 a, Solenne & ſtatutum ſacrificium. de Ar. 251 a, Qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello ſtatuto loco anniuerſaria factitarunt. Epiſt. 199 a, Neq; enim ſtatutum quid in tanta perturbatione habere potuiſti. & 47 b, Item ſtatutum habeo, quid mihi agendum ſit: *id eſt, conſtitutum, & deliberatum.* Antequam. 169 b, Statutum eſt atque decretum, omnia perpeti.

STELLA, læ. *ſidus, aſtrum formæ igneæ, flammæ, luces, fulgor, lumen.* de Somn. 128 b, Orbis extimus, in quo infixi ſunt illi qui voluuntur, ſtellarum curſus ſempiterni. & 128 a, Hiſque animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quę vos ſidera ſtellasq; vocatis, quæ globoſæ & rotundæ diuinis animatæ mentibus circulos ſuos orbesq; conficiunt celeritate mirabili. & ibid. Stellarum globi terræ magnitudinem facilè vincunt. de Nat. 49 b, Sunt autem ſtellæ natura flammeæ & 49 b, Vapores, quibus altæ renouatæq; ſtellę & omnis æther, refundunt eoſdem. (*al. eadem*): & rurſum trahunt indidem. de Fin. 141 b, Vt ſtellæ in radio ſolis, ſic bona corporis in virtutum ſplendore ne cernuntur quidem, &c. Offic. 31 b, Dinumerare ſtellas. Tuſc. 161 a, Qui errantium ſtellarum curſus, progreſſiones, inſtitutionesque notauit. de Diu. 83 b, Stellarum motus, curſusq; vagantes, & 121 a, Stellæ traiectio. de Nat. 35 b, Stellæ immutabilibus ſpacijs ab ortu ad occaſum commeant. de N. 9 a, Heraclides errantibus ſtellis diuinitatem tribuit. de Vn. 201 a Ex quo genere ſunt ſidera, quæ infixa cœlo nō mouentur loco, quę ſunt animantia, eaq; diuina: ob eámque cauſam ſuis ſedibus inhærent, & perpetua manent. * Tuſc. 162 b, Tum in eodem orbe in XII partes diſtributo quinq; ſtallas ferri, eoſdem curſus conſtantiſſimè ſeruantes diſparſibus inter ſe motibus. ibid. Quarum altera *ora*, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem. de N. 8 b, Deos octo eſſe dicit: quinq; eos qui in ſtellis vagis nominantur. & 28 b, Quæ cauſa terreret animos, &c. ſtellis his, quas Græci κωμήτας, noſtri cincinnatas (*al. crinitas*) vocant: quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ. de N. 35 b, Stellarum rotundi ambitus. & 36 a, Maximè admirabiles ſunt motus earum quinq; ſtellarum, quæ falsò vocantur errantes. ibid. Quod eò eſt admirabilius in his ſtellis, quas dicimus, quia tum occultantur, tum rurſus aperiuntur, tum abeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem ſubſequuntur, tum celerius mouentur, tum tardius, tum omnino ne mouentur quidem, ſed ad quoddam tempus inſiſtunt. Quarum ex diſparibus motionibus magnum annum Mathematici nominauerunt. ibid. Ea quæ Saturni ſtella dicitur, Phænonq; à Græcis nominatur, quæ à terra abeſt plurimum, triginta ferè annis curſum ſuū conficit. In quo curſu multa mirabiliter efficiens tum antecedendo, tum retardando, tum veſpertinis temporibus deliteſcendo, tum matutinis rurſum ſe aperiendo, nihil immutat ſempiternis ſæculorum ætatibus, quin eadem ijſdem temporibus efficiat Infra hanc propius à terra Iouis ſtella fertur, quæ Φαέθων dicitur: eaq; eundem XII. ſignorum orbem annis duodecim cōficit, eaſdemq;, quas Saturni ſtella, efficit in curſu varietates. Huic autem proximum inferiorem orbem tenet Pyrius: quæ ſtella Martis appellatur, eaq; IIII. & XX. menſibus, VI. vt opinor, diebus minus, eundem luſtrat orbem, quem duæ ſuperiores. Infra hanc autē ſtella Mercurij eſt, ea ςίλβων appellatur à Græcis, quæ anno ferè vertente ſigniferum luſtrat orbem: neq; à Sole longius vnquam vnius ſigni interuallo diſcedit, tum anteuertens, tum ſubſequens. Hanc igitur in ſtellis conſtantiam, hanc tantam, tam varijs curſibus in omni æternitate conuenientiam temporum, non poſſum intelligere ſine mente, ratione, conſilio. ibid. Nec verò ſtellæ hæ, quæ inerrantes vocantur, non ſignificant eandem mentem atq; prudentiam: quarum eſt quotidiana conueniens conſtansq; conuerſio. Nec habent æthereos curſus, neq; cœlo inhærentes. de Nat. 37 a, Non eſt ætheris ea natura, vt vi ſua ſtellas complexa contorqueat. ibid. Aether non ſatis ad ſtellas continendas videtur. Habent igitur ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab ætherea coniunctione ſecretam & liberam. Earum autem perennes curſus atq; perpetui cum admirabili incredibilique conſtantia, declarant in his vim & mentem eſſe diuinam. de Nat. 46 b, Hiſdem ſpatijs hæ ſtellæ, quas vagas dicimus circum terram feruntur: eodemq; modo oriuntur & occidunt: quarum motus tum incitantur, tum retardantur, ſæpe etiam inſiſtunt. ibidem, Sequitur ſtellarum inerrantium maxima multitudo, quarum ita deſcripta diſtinctio eſt, vt ex notarum figurarum ſimilitudine nomina inuenerint. de N. 47 a,

*altera dicitur eſſe Helice.----*

Cuius quidem clariſſimas ſtellas totis noctibus cernimus:

*Quas noſtri ſeptem ſoliti vocitare triones.*
*Paribusq; ſtellis ſimiliter diſtinctis.* ibid.
*Sed prior illa (Cynoſura) magis ſtellis diſtincta refulget.*

ibid. Et quo ſit earum ſtellarum admirabilior aſpectus,

*Has inter veluti rapido cum gurgite flumen,*
*Toruus draco ſerpit.----* ibid.
*Huic non vna modò caput ornans ſtella relucet.*

de Nat. 67 b, Singulas ſtellas numeras Deos: eaſque aut belluarum nomine appellas, vt capram, vt lupam, vt taurum, vt leonem: aut rerum inanimatarum, vt Argon, vt aram, vt coronam de Diuinat. 96 a, Stellæ aureę, quę Delphis erant à Lacedæmonijs poſitæ poſt naualem illam victoriam Lyſandri, &c. eorum inſignia Deorum, ſtellæ aureæ, quas dixi, Delphis poſitæ paulò ante Leuctricam pugnam deciderunt, neque repertæ ſunt. & 98 a, Cur ſtella Iouis ac Veneris coniuncta cum Luna ad ortus puerorum ſalutaris ſit? Saturni Martíſue contraria? de Diuinat. 122 b, Quod eodem tempore ſtellas aureas Caſtoris & Pollucis Delphis poſitas decidiſſe, neque eas vſquam repertas eſſe dixiſti.

STELLANS, tis. *ſtellatus.* de Diu. 84 a, Luna ſtellanti nocte peremta eſt. & ibid.

*Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo.* Poëta.

STELLATIS, te. contra Rull. 83 a, & 64 b, Ager Stellatis. ibid. Campus Stellatis.

STELLATVS, a, um. Tuſc. 229 a, Stellatus Cepheus.

STELLIFER, a, um. *ſtelliger* de Som. 229 a, Summus ille cœli ſtelliferi curſus, qui, &c.

STELLIGER orbis. in Ar. 389.

† Syntaxis. *Infixi in orbe extimo ſtellarū curſus. (hic aduertas, nō*

*curſus infigi, ſed ſidus. qualitas enim & affectus, eſt ipſe curſus. infigi autem, eſt motus loci.) Sidera ſtellaque. Stellarum globi. Stella inerrans, errans. Lunæ ſtella. Vagæ ſtellæ. Stellæ curſus, motusq́; vagantes.*

STEPHANE, nes. *Parmenidis philoſophi deus, coronæ ſimilitudine.* de Nat. 7 b.

STERCORO, as. *oblino, ſtercus per agrum ſpargo & ſterno.* de Sen. 88 a, Quid de vtilitate loquar ſtercorandi? & b, Homerus Laërtem colentem agrum & ſtercorantem facit.

STERCVS, oris. de Di. 92 b, Se interfectum in plauſtrum à caupone coniectum eſſe. & ſuprà ſtercus iniectum. de Or. 157 b, Nolo ſtercus curiæ dici Glauciam.

ΣΤΕΡΕΜΝΙΑ. *firma, ſolida, dura.* L. FIRMITAS.

ΣΤΕΡΗΤΙΚΑ. *vide.* CONTRARIVS.

STERILIS, le. *nihil ferens.* Qu. fr. 313 b, Videt enim hoc genere dicendi ſi vtar, in cæteris Februarium ſterilē futurū.

STERILITAS, tis )( *fertilitas.* de Diu. 107 b, Quæ ſit vel ſterilitas agrorum, vel fertilitas futura. cont. Rull. 80 a, Ager propter ſterilitatem incultus, propter peſtilentiam vaſtatus atque deſertus. de Diu 88 a, Mula peperit, fœtus extitit in ſterilitate naturæ.* de Aruſp. 251 a, Mouet me in hac caritate annonæ, ſterilitate agrorum, inopia frugum, religio telluris.

STERNENDVS a, um. Att 220 b, Dolabella columnam ſuſtulit, locum illum ſternendum locauit.

STERNO, nis. *conſterno.* pro Clu. 20 a, Lectum illum genialem, quem filiæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni iubet. de L. 182 b, Sternere lectos: in Ar.

*Ille graui moriens conſtrauit corpore terram.*

pro Mur 142 a, Tubero rogatus eſt à Maximo, vt triclinium ſterneret: atque ille ſtrauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos.

STERNOR, ris. I. V. 170 b, Imperauit, vt in foro ſibi medio lecti ſternerentur. ad Her. 39 b, Vt domi lectuli ſternantur.

† Syntaxis *Sternere terram graui corpore.*

STERNVTAMENTVM, ti. de Diu. 126 a, Quæ ſi ſuſcipiamus, & pedis offenſio nobis & ſternutamenta erunt obſeruanda.

STERTENS, tis. de Diu. 135 a *Cùm ſtertentes aliquos viderint dij, obijcere his viſa quædam tortuoſa & obſcura, quæ illi exterriti ſomnio ad coniectorem manè deferant.

STERTO, tis. *arctè & grauiter dormio.* Acad. 23 b, Per me vel ſtertas licet, inquit Carneades, non modò quieſcas. Attic. 56 b, Marcellus candidatus ita ſtertebat, vt ego vicinus audirem.

STIGMATIAS, tiæ. *ſeruus compunctus notis Threicijs.* * Off. 38 a, Qui fideliorem & barbarum & ſtigmatiam putaret quā coniugem. *Alij Stigmaticum legunt.*

*STIGMATICVS, a, um. *Notis compunctus.* Off. 38 a, Vide Stigmatias.

ΣΤΙΛΒΩΝ L. MERCVRIVS.

STILLA, læ, *gutta.* de Fin. 99 b, Vt interit magnitudine maris Aegæi ſtilla muriæ.

STILLANS, tis. I A. 166 a, Ille qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit, is à te honoris cauſa nominatur.

STILLICIDIVM, dij. de Orat 99 a, *I. ctare ſe in cauſis centumuiralibus, in quibus, &c parietum, luminum, ſtillicidiorum, &c iura verſentur. Orat. 203 b, Quàm enim indecorum eſt, de ſtillicidijs cùm apud vnum iudicem dicas, ampliſſimis verbis, & locis vti communibus. Top. 222 b, Eſſe ea dico, quę cerni tangíue poſſunt, vt fundum, ædes, parietem, ſtillicidium.

STIMVLATOR, oris pro Dom. 225 a, Seditionis ſtimulator & concitator tu fuiſti.

* STIMVLATVS, a, um pro Dom. 241 b, Qui aram in littore deſerto, ſomnijs ſtimulatus aut religione aliqua, conſecrâſſet.

STIMVLO, as. *ſtimulum adhibeo vel admoueo. pungo, excito, incito, curam affero.* pro S. R. 19 b, Hunc mihi ex animo ſcrupulum euelle, qui me dies noctesq́; ſtimulat ac pungit. Parad. 109 a, Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum. pro Dom. 215 a, Fames ſtimulauit homines. Epiſt. 45 a, Nam vt vetus noſtra ſimultas antea ſtimulabat me, &c. ſic curam mihi affert, &c. Att. 15 a, Me congreſſus Cæſaris ſtimulat, & primas eius actiones horreo.

STIMVLOR, ris. pro Planc. 273 b, Nec vides iſtorum ipſorum caritate, ad huius ſalutem defendendam maximè ſtimulari me, atq; excitari.

STIMVLVS, li *aculeus, incitamentum.* pro Arc. 193 a, Nunc inſidet quædam in optimo quôq; virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat. pro Cæl. 39 b, Erant apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam induſtriæ quidam ſtimuli & laboris. pro Seſt. 5 a, Admouere ſtimulos alicui. Tuſc. 198 a, Stimulos admouent, ignes adhibent. in Anton. 176 b, Num expectas, dum te ſtimulis



fodiam? hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. * Tuſcul. 189 b, Non modò ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit. Epiſt. 14 b, Defendendi Vatinij fuit etiam ille ſtimulus. de quo in iudicio, cùm illum defenderem, dixi, me facere quiddam.

† Syntaxis. *Stimulis concitare. Stimulum admouere, ignesq́; adhibere. Stimulis fodere.*

STINGVENS. *extinguens.* in Arat.

*Quem neq; tempeſtas perimet, nec longa vetuſtas*
*Interimet ſtinguens præclara inſignia cœli.*

STINGVOR, eris. *extinguor.* Prognoſt.

*Vt cùm Luna means, Hyperionis officit orbi,*
*Stinguuntur radij cæca caligine tecti.*

STIPATIO, onis. *comitatus.* pro Syll. 179 b, * Eius aſpectus, concurſatio, ſtipatio, greges hominum perditorum, metum nobis ſeditionesq; afferebant.

STIPATOR, oris. *apparitor, ſatelles.* pro Dom. 215 b, Quis eſt Sergius? armiger Catilinæ, ſtipator tui corporis. cont. Rul. 72 b, Ianitores ex equeſtri loco ducentos in annos ſingulos ſtipatores corporis conſtituit, miniſtros & ſatellites poteſtatis. * I. V. 161 b, Apronius ſtipatores Venerios ſecum habebat: ducebat eos circum ciuitates. Off. 37 b, Prę mittebat de ſtipatoribus ſuis, qui perſcrutarentur arculas muliebres, & ne quòd in veſtimentis occultaretur telum, exquirerent.

STIPATVS, *vallatus, ſeptus.* pro Seſt. 23 a, Qui ſtipatus ſemper ſicarijs, ſeptus armatis, munitus iudicibus fuit. de Sen. 82 b, Senectus ſtipata ſtudijs iuuentutis. I. A. 187 b, Aliquem multis telis ſtipatum eſſe. pro Mur. 136 a, Catilina ſtipatus choro iuuentutis, vallatus iudicibus atque ſicarijs. I. V. 220 b, Illum ſpoliatum ſtipatumq́; lictoribus videres. Att. 16 a, Cùm ad forum ſtipati gregibus amicorum deſcendimus. pro Mil. 101 b, Non vſitata frequentia ſtipati ſumus.

¶ *Denſus.* in Piſon. 94 a, Græci ſtipati, quin in lectulis ſæpe plures.

STIPENDIARIVS, ria, rium. *vectigalis.* I. V. 56 a, Socij ſtipendiarijq́; populi Rom. & 150 b, Vectigal, quod ſtipendiarium dicitur. de Pro. 71 a, Vectigales multos ac ſtipendiarios liberauit. pro Cor. 59 b, & de Leg. 192 b, Iis præmijs excluſos eſſe ſocios, quæ pateant ſtipendiarijs.

STIPENDIVM, dij. Epiſt. 179 a, Dare ſtipendium militibus. & 8 b. Stipendium Cæſari decretum eſt. Attic. 75 b, Stipēdium militibus vſque ad idus Quintil. perſolutum. pro Cæl. 39 a, Mereri ſtipendia. de Or. 132 b, Cùm Aſellus omnes prouincias ſtipendia merentem ſe peragraſſe diceret. pro Mur. 126 b, Merere ſtipendia in bello. pro Corn. 67 b, Senatus victorem exercitum ſtipendio affecit. pro Pomp 9 a, Partem militum, qui iam ſtipendijs confectis erant, dimiſit. Att. 287 b, Decernere triumphum ac ſtipendium alicui, & cum omnibus decretis ornare. de Pro. 74 a, Relatum eſt ad nos de ſtipendio exercitus. pro Cor. 63 a, Hiſpani agris ſtipendioq́; mulctati I. P. 98 b, Quid ſtipēdium militibus per omnes annos à ciuitatibus numeratum? de Sen. 87 a, Animum tanquam emeritis ſtipendijs libidinis, ambitionis, cōtentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium ſecum eſſe, ſecumque vt dicitur, viuere. * Oecon. 1, Labores pacis ac belli: id eſt, ruſticationis & & militarium ſtipendiorum, diſtribuit viro natura.

† Syntaxis. *Stipendium dare, decernere perſoluere, merere in bello. Stipendio afficere Stipendio eſſe confecto. Stipendio mulctatus.*

STIPES, itis. *truncus.* Poſtquam. 207 a, Cum hoc homine, aut cum ſtipite Aethiope ſi in foro conſtitiſſes, nihil crederes intereſſe. in P. 83 b, Qui quanquam truncus aut ſtipes, ſi ſtetiſſet, modò poſſet ſuſtinere titulum conſulatus. in Arat.

*Hæc medium oſtendit radiato ſtipite malum.*

* de Aruſp. 244 b, Eum nunquam à me eſſe accuſandum putaui, non plus quàm ſtipitem illum, qui quorum hominum eſſet neſciremus: niſi ſe Ligurem ipſe eſſe diceret.

† Syntaxis. *Hic non homo, ſed ſtipes. Truncus, aut ſtipes.*

STIPO, as. *conſtipo, circumuallo.* in Anto. 189 b, Antonius ſenatum ſtipauit armis.

† Syntaxis. *Stipatus armis ſenatus.*

STIPS, pis. *pecunia, quæ vel in ærarium reponitur, vel dijs offertur, vel mendicis erogatur.* de Leg. 174 a, Præter Ideæ matris famulos, eosq́; iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito. & 178 a, Stipem ſuſtulimus, niſi eam quam ad paucos dies propriam Idæę matris excepimus. implet enim ſuperſtitione animos, & exhaurit domos.

STIPVLATIO, onis. *eſt verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum, facturúmue ſe id quod interrogatur, reſpondet. ſic eam Pomp. iuriſconſ. definiuit* pro Q. R. 51 a, Stipulatione aliquem alligare. 259 a, Et ſi nondum ſtipulationes legeram, tamen rem pridie Iduū velim conficias. de Leg. 181 a, Vt ea pecunia ex ſtipulatione debeatur. * ad Heren. 9 a, Enu-

9 a, Enumeratione vtemur legum & ſtipulationum breuiter exceptarum, *(al. exſcriptarum, al. excerptarum)* in quibus intelligatur ſcriptorum voluntas & expoſitio, de Orator. 118 a, At verò in foro, &c. ſtipulationes, &c. vita denique eorum tota cognoſcenda eſt. pro Cæcin. 294 b, Quæ iudicia aut ſtipulationes, aut pacti & conuenti formula nō infirmari & conuelli poteſt?

STIPVLATIVNCVLA, læ. de Orat. 99 a, * Tu mihi cùm in circulo decipiare aduerſarij ſtipulatiuncula.

STIPVLATOR, oris. pro Qu. 10 b, Cùm à ſtipulatore tuo comparabuntur *teſtes.*

STIPVLATVS, a, um. *vi patiendi.* pro Q. Roſc. 47 a, Hæc pecunia neceſſe eſt aut data, aut expenſa lata, aut ſtipulata ſit. & ibi iterum.

STIPVLOR, aris. *eſt, poſtulare ſibi aliquid promitti, ſolenni formula reſtipulandi.* pro Q. R 47 a, Reliquum eſt, vt ſtipulatū ſe eſſe dicat. & ibid. Stipulatus es? vbi? quo die? quo tempore? quo præſente? quis ſpopondiſſe me dicit? de Leg. 181 a, Is cui legatum eſt, ſtipulatus eſt id ipſum quod legatum eſt.

STIRPITVS. *radicitus.* Tuſc. quæſt. 227 b, Stirpitùs extrahere aliquid.

STIRPS, pis. *planta.* de Fin. 126 b, Perſecutus eſt Ariſtoteles animantium omnium ortus, victus, figuras: Theophraſtus autem ſtirpium naturas, omniumq́; ferè rerum, quæ è terra gignerentur, cauſas atque rationes. & 134 a, Non enim iam ſtirpis bonum quæreret, ſed animalis. *id eſt, vitis.* & 132 a, Cùm arborum & ſtirpium eadem penè natura ſit, quæ animalium. I. A. 171 a, In ſeminibus cauſa eſt arborum & ſtirpium. de N. d. 42 b, Stirpes terræ inhærent, animantes à reſpiratione aëris ſuſtinentur. & 51 b, Baccæ, quæ ex quâque ſtirpe funduntur. & 52 a, Multæ & pecudes & ſtirpes ſunt, quæ ſine procuratione hominum ſalvæ eſſe non poſſunt. & 46 a, Terram ſtirpium aſperitate vaſtari. & 42 b, Stirpes arte naturæ viuunt & vigent. & 49 b, Stirpes ſtabilitatem dant ijs quæ ſuſtinent, & ex terra ſuccum trahunt. de Leg. 156 a, Nullius agricolæ cultu, ſtirps tam diuturna, quàm poëtæ verſu ſeminari poteſt. de N. 68 b, Quarundam ſtirpium & herbarum vtilitates longo vſu percepimus. in Arat.

*----Quorum ſtirpes tellus amplexa prehendit.*

¶ *Truncus, caudex.* de Nat. 42 a, Arbores tantummodo per ſtirpes aluntur ſuas. item: Quod ita eſſet ortum è terra, vt ſtirpibus ſuis niteretur. de Nat. 31 a, Quæ ipſa ex ſe generata ſtirpibus continentur. Orat. 210 b, Omnium magnarum artium ſicut arborum altitudo nos delectat, radices ſtirpesq́; non item: ſed eſſe illa ſine his non poteſt.* Tuſc. 193 a, Ita ſunt ſtirpes altæ ſtultitiæ.

¶ *Origo, caput, initium.* pro Cæl. 54 b, Hic nunc primùm floreſcens firmata iam ſtirpe virtutis. de Diu. 139 a, Superſtitionis ſtirpes omnes eliciendæ ſunt. in Cat. 103 b, Extinguetur atque delebitur ſtirps ac ſemen malorum omniū. de Fin. 107 a, Differo eam partem, quæ eſt quaſi ſtirps huius quæſtionis. & 110 a, Qua ex ſtirpe orirentur omnia. de Leg. 160 b, Repetam ſtirpem iuris à natura. * Tuſc. 208 a, Atqui ſtirpes ſunt ægritudinis quàm multæ, quàm amaræ, quæ ipſo trunco euerſo omnes elidendæ ſunt. ibid. Fibræ ſtirpium.

¶ *Genus, familia.* de Am. 109 b, Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerūt. de Leg. 169 b, Hîc enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus. pro Rab. P. 122 b, Qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hanc ferè qui ſunt eius ſtirpis, cupidiſſimè perſequuntur. contra Rull. 85 a, Non ingenerantur hominibus mores, tam à ſtirpe generis ac ſeminis, quàm, &c. de Clar. 183 b, Scipionis genus eſt ex ipſius ſapientiæ ſtirpe generatum de Di. 84 b, Ciuili generoſa ſtirpe profectus. de Nat. 37 a, Regiā contaminari ſtirpem. de Orat. 99 b, Cum Marcelli ab liberti Filio ſtirpe, Claudij, eiuſdem hominis hæreditatem gente ad ſe rediſſe dicerent, nónne in ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum. Tuſcul. 192 a, Stirps origo, progreſſio, radix. de Clar. 176 a, Naturale quoddam ſtirpis bonum degenerauit vitio deprauatæ voluntatis.* de Clar. 183 b, O generoſam, inquit, ſtirpem, & tanquam in vnam arborem plura genera, ſic in iſtam domum multorum inſitam atque illiminatam ſapientiam.

† Syntaxis. *Stirps ac ſemen malorum. Arbores ac ſtirpes. Stirpiū naturæ. Stirpes terræ inhærent. Aliquando igitur ſignificat ſtirps plantam, aliquando genera plantarum, præter arborem. Arbores per ſtirpes aluntur. Stirps iuris. Stirps ac genus. Generis ac ſeminis ſtirps. Genus Cæſ. ex ſapientiæ ſtirpe generatum. Generoſa profectus ſtirpe. Stirpis & gentilitatis ius.*

STIVA, væ. *manica, ſiue cauda aratri, quæ arantis manu gubernatur.* p M. Scauro: Ab ipſa ſtiua mecū homines loquebatur.

STO, as. *conſiſto, ſum.* ad Her. 25 a, Contra hoc nulla ſtaret eorum ratio. de Clar. 176 a, Cùm is contra populi ſtudiū ſtetiſſet. de Clar. 190 a, Nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentamq́; dementiam à ſenatu & à bonorum cauſa ſtetit conſtantius. de Inuent. 57 b, A ſe potius quàm ab aduerſarijs ſtare *ſignum.* ad Heren. 24 b, Probare rationem aliquam, quòd ab ea ſteterint viri probatiſſimi. in Anton. 213 a, Equites Rom. qui frequentiſſimi in gradibus Concordiæ ſteterunt. & 221 b, Quorum ſtatuæ in roſtris ſteterunt vſque ad noſtram memoriam. de Inuent. 80 a, Si quid de æquitate ea, quæ cum aduerſario ſtaret, derogaſſet. in Sall. 273 a, At quanto meliore loco reſpub. ſtaret, ſi. & 174 a, Salluſtius bis ad iudicis ſubſellia attractus extrema fortuna ſtetit L. A. & Ab. in Piſo. 82 a, Paulìſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atq; fumo. Epiſt. 4 a, Cùm in ſenatu pulcerrimè ſtaremus. in Anton. 162 b, Qui hoc ipſo tempore ſtant cum gladijs in conſpectu ſenatus. in Cat. 100 a, Is in comitio ſtetit cum telo. de Diuin. 96 a, Lyſandri ſtatuæ, quæ Delphis ſtabat, in capite corona ſubitò extitit. de Legib. 175 a, Ara vetus ſtat in palatio Febris. de Somn. 192 b, Vides eorum partim obliquos, partim auerſos, partim aduerſos ſtare nobis. Acad. 11 a, Antipodes aduerſis veſtigijs ſtant contra noſtra veſtigia. pro Syll. 127 b, Eos qui circum iudicium ſtabant, audire nolebat. pro Flac. 149 a, Qui domi ſtare nō poterant. pro Cluent. 33 b, Homines, qui tum conſultò propè in occulto ſtetiſſent. de Orat. 164 b, Stare occultè poſt aliquem. & 141 a, Iuuenes ſtare ad ianuā duos quoſdam, qui aliquem euocent. contra Rul. 68 b, Tamen ſi qui acutiores in concione ſteterant, ſuſpicabantur, &c. Acad. 34 b, & 36 a, Cùm ambo ad ſenatum in Capitolio ſtarent. in Verr. 233 a, In curia ſtatua tua ſtabat, & nuda in ea filij. & 140 a, Huius fornix in foro eſt, in quo filius nudus ſtat. in Verr. 88 a, Hæc duo ſigna, quæ ad impluuium tuum ſtant, & multos annos ad valuas Iunonis Samiæ ſteterūt. ad Heren. 24 b, Stare intra carcerē. pro Quin. 6, Teſtificantur iſti P. Quintium non ſtetiſſe, & ſe ſtetiſſe. ad Heren. 21 a, Stare in veſtigio. Tuſc. 186 b, Qui ſtat. *id eſt, qui in prælio non fugit.* Att. 279 a, Qui ſi ſteterit, idem. *id eſt, ſi non mutabitur.* de Inuen. 42 b, Quibus in controuerſijs cùm ſæpe à mendacio contra verum homines ſtare conſueſcerent.

¶ *Permaneo, perduro.* in Verr. 136 b, Is videbat iſtius cenſum ſtare nullo modo poſſe. de Leg. 156 a, Multò diutius cōmemoratione manent quàm natura ſtare potuerunt. pro Rab. 96 b, C. Marius dedit fidem, ſed in fide non ſtetit. de Finibus 116 b, & de Inuent. 80 a, Cum aduerſario ſtare. Att. 24 b, Si in eo quod oſtenderat, non ſtat, mihi placet, ea quæ malè emta ſunt, reddi. Attic. 139 b, Literæ tuæ mihi quiddam quo ſtarem inſtillarunt.* de proſcript. lib. Vt his legibus ſolutis ſtare ipſa *Reſpub.* non poſſit.

¶ *Rectus maneo.* Attic. 246 b, Stetiſſe enim te fruſtra ſcribis. de Diu. 101 b, Cùm virgo ſtaret, Cæcilia ſederet.

¶ *Conſentio, ſum contentus.* Offic. 74 a, Non enim Regulus ſuo iudicio ſtetit, ſed ſuſcepit cauſam, vt eſſet iudicium ſenatus. pro Cluent. 45 a, Nec L. Gellij iudicio ſtetit Lentulus, neque Lentuli exiſtimatione contentus fuit Gellius: & vterque cenſor cenſoris opinione ſtandum non putauit. Attic. 121 a, Alterius potiùs ſtare iudicio, quàm ſuo. Attic. 139 a, Meo iudicio multo ſtare malo, quàm omnium reliquorum. de Finib. 58 b, Stare oportet in eo quod ſit iudicatum Offic 71 a, Stare conuentis. Attic. 112 a, Omnes cupiebant Cæſarem ſtare conditionibus ijs quas tuliſſet. Tuſcul. 144 a, & 188 b, Stare ſuis iudicijs, & ſtare iudicio ſapientum.

¶ *Vigeo.* Attic. 78 a, Stamus animis: & conſilijs, vt videmur, bonis vtimur: ſperamus etiam manu. in Ant. 165 a, Reſp. ſtaret, tu concidiſſes. Att. 110 a, Animaduertis quàm ſine conſilio res ſtet. Off. 38 b, Itaque parietes vrbis modò ſtant & manent, ijq; ipſi iam extrema ſcelera metuentes. Offic. 33 a, Vtinam reſpublica ſtetiſſet, quo cœperat ſtatu.* 217 b, Per quos homines ordinesq́; ſteterim, quibúſque munitus fuerim.

¶ *Datur* Epiſt. 127 a, Modò nobis ſtet illud, vnà viuere in ſtudijs. Attic. 45 b, Neque adhuc ſtabat, quò potiſſimùm, &c.

† Syntaxis. *Contra hoc nulla ſtat ratio. Stare à cauſa bonorū cum aduerſario. Bono ſtare loco. Extrema ſtare fortuna. In ſenatu hodie pulcrè ſtamus. Stant hoſtes cum gladijs. Stant in templis aræ. Ad ſenatū ſtare. Hac re ſtante. Miles qui ſemper ſtat. Sto tuo iudicio. In eo ſtare quod ſit indicatū. Modò illud ſtet nobis, vt, ſimul viuamus.*

STOICE. *ſeuerè, Stoicorum more.* pro Mur. 141 b, Agit mecum auſterè & Stoicè Cato. de Diu. 110 a, Tu quidem, inquam, Stoicè Stoicorum ſententiam defendiſti. Par. 116 a, Stoicè, nullis oratorijs ornamentis adhibitis dicere.

STOICVS. Att. 282 b, Brutus Stoicus. pro Mur. 138 b, Fuit quidam ſummo ingenio vir Zeno, cuius inuentorū æmuli Stoici nominantur. & ibid. Doctrina non moderata, nec mi-

nec mitis', ſed paulo aſperior & durior, quàm aut veritas aut natura patiatur. *& ibi. multa de Stoicis, & eorum doctrina.* Academ. 33 b, Zeno qui inuentor & princeps Stoicorum fuit. de Orat. 148 b, Ab Antiſthene, qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone maximè adamauit, Cynici primum, deinde Stoci. de Clar. 175 a, Omnes ferè Stoici prudentiſſimi in diſſerẽdo. & ibid Stoicorum in dialecticis omnis cura conſumitur. de Or. 88 b, Stoici diſputationum ſuarum atq; interrogationum laqueis te irretitum tenerent. Acad. 28 a, Stoicorum dumeta. Tuſc. 243 a, Vt iam à laqueis Stoicorum recedamus. & 193 a, Stoicorum more agamus, qui breuiter aſtringere ſolent argumenta. & 195 a, Hæc dicuntur à Stoicis, concluduntúrque contortiùs. de Nat. 9 b, Chryſippus interpres vaferrimus ſomniorum Stoicorum. & 5 a, Q. Lucillius Balbus, qui magnos progreſſus habebat in Stoicis. Epiſtol. Habes ſcholam Stoicam. Stoici acerbi. L. ACERBVS. 1, de Fin. Stoici, Chryſippus, Diogenes, Antipater, Mneſarchus, Panætius, Poſidonius. de Finib. lib. 3, Stoici dialecticam & phyſicam virtutum nomine appellant, & quare. 7 Fam. Balbus mihi cõfirmauit te diuitem futurum: id vtrùm Romano more locutus ſit, bene nummatum te futurum: an quomodo Stoici dicunt, omnes eſſe diuites, qui cœlo & terra frui poſſunt, poſtea videro. 1. de Nat. Stoici cenſent ſapientes ſapientibus etiam ignotis eſſe amicos. 9. Fam. Nihil dictu turpe vel obſcœuum credebant. de Diuinat. lib. 1, Omnia ferè diuinationis genera defenderunt. Tuſcul. quæſt. lib. 4, Sapientem amaturum eſſe dicunt: & amorem ipſum, conatum amicitiæ faciundæ ex pulcritudinis ſpecie definiunt. 1. de Nat. d. Fatalem neceſſitatem εἱμαρμένην dicunt. de Fat. Omnia fieri fato dicunt. Tuſcul. quæſt. lib. 5, Præcipua vel producta dicunt, quæ Peripatetici bona. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2, Dicunt ſenſus ipſos aſſenſus eſſe: quos quoniam appetitio conſequatur, actionem ſequi: tolli autem omnia, ſi viſa tollantur. 3. de Orat. Soli eloquentiam, virtutem, ac ſapientiam eſſe dixerunt, Acad. quæſt. ed. 1. lib. 2, Hunc mundum ſapientem eſſe dixerunt, habere mentẽ, quę & ſe ipſum fabricata ſit & omnia moderetur, moueat, regat. ibid. A Peripateticis & Academicis verbis magis, quàm ſententijs diſſenſerunt. 1, de Nat. d. Honeſta à commodis, non nomine, ſed genere toto diſiungunt. Top. In altera tantùm diſſerendi parte elaborarunt. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2, Exiſtimarunt fore aliquando, vt omnis hic mundus ardore deflagret. Offic. 1, Studioſè exquirũt, vnde verba ſint ducta. Tuſc. quæſt. lib. 1, Vſuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus: diu manſuros aiunt animos, ſemper negant. Tuſc. quæſt. lib. 5, Bonis corporis & fortunæ vitam beatam compleri negant. Academ. quæſt. edit. lib. 2, Negant fieri poſſe, vt quiſquam nulli rei aſſentiatur. de Diuin. lib. 2, Negant quenquam, niſi ſapientem, diuinum eſſe poſſe. de Fin. lib. 2. 56, Negant quicquam eſſe bonum, niſi quod honeſtum ſit. Acad. quęſt. ed. 1. lib. 2, Negant ſine Deo poſſe quicquam. de Fin. lib. 5, Negant quicquam poſſe percipi, niſi tale verum, quale falſum eſſe non poſſit. ad Brut. Negabant fugere, ſapientis. de Orat. 3, Omnino iraſci neſciunt: atque hanc ab ijs habeo gratiam, quòd ſoli ex omnibus eloquentiam, virtutem ac ſapientiam eſſe dixerunt. 3. de Finibus, Ex omnibus philoſophis plurima nominauerunt. pro Muræn. Fuit enim quidam ſummo ingenio vir Zeno: cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur. 1. de Diuin. Stoici, principes diſciplinæ diuinandi. Brut. In diſſerendo prudentiſſimi, in dicendo inopes. 3. Famil. Rectiſſimè putant vrbanitatem eſſe virtutem. 3. de Fin. Quod æſtimatione omnino aliqua dignum ſit, complecti beatam vitam putant. Acad. ed. 1. lib. 2, Putârunt Solem, Lunam, ſtellas omnes, terram, mare, deos eſſe: quòd quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & tranſeat. 5. de Finib. Cùm à Peripateticis & Academicis omnia tranſtuliſſent, nominibus alijs eaſdem res ſecuti ſunt. 2. de Orator. De inuentione nihil tradiderunt. 1. de Nat deor. Cum Peripateticis re conſentire videntur, verbis diſcrepare, inquit, Antiochus. Tuſc. lib. 2, Contortulis quibuſdam, ac minutis concluſiunculis, nec ad ſenſus permanantibus effici volunt, non eſſe malum dolorem. 1. de Nat. Stoicorum anus fatidica πρόνοια. 3. de Finib. Stoicorum diſſerendi genus ſubtile, vel ſpinoſum potiùs. Tuſcul. lib. 5, Tanquam leuia quædam vina nihil valent in aqua, ſic Stoicorum iſta magis guſtata, quàm potata delectant. Academ. ed. 1. lib. 2, Pleraque Stoicorum mirabilia, quæ παράδοξα nominantur, ſunt Socratica. 3. de Nat. d. Stoicorum de natura deorum oratio quàm ſit leuis. Acad. edit. 1. lib. 2, Stoicorum princeps Panætius. 2. de Diuin. Stoicorum ſententia de diuinatione nimis ſuperſtitioſa. pro Mur. Stoicorum ſententiæ & præcepta ſunt eiuſmodi: Sapientem gratia nunquam moueri, nunquam cuiuſquam delicto ignoſcere. Neminem miſericordem eſſe, niſi ſtultum & leuem. Viri non eſſe neque exorari, neque placari. Solos ſapientes eſſe: ſi diſtortiſſimi ſint, formoſos: ſi mendiciſſimi, diuites: ſi ſeruitutem ſeruiant, reges: nos autem, qui ſapientes non ſumus, fugitiuos, exules, hoſtes, inſanos denique eſſe dicunt. Omnia peccata eſſe paria: omne delictum ſcelus eſſe nefarium: nec minus delinquere eum, qui gallũ gallinaceum, cùm opus non fuerit, quàm eum, qui patrem ſuffocauerit. Sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, ſententiam immutare nunquam. 1. de Diuinat. Stoicis non placet, ſingulis iecorum fiſſis, aut auium cantibus intereſſe Deum. Offic. 1, Stoicis placet, quæ in terris gignuntur, ad vſum hominum omnia creari: homines autem hominum cauſa eſſe generatos, vt ipſi inter ſe alijs alij prodeſſe poſſint. 3. de Orator. Alia enim & bona & mala videntur Stoicis, & cæteris ciuibus, vel potius gentibus: alia vis honoris, ignominiæ, præmij, ſupplicij. 3. de Finib. Ad Stoicos ſe inclinare. 2. de Nat. d. Stoicos nihil de dijs explicare: *id eſt, incertam relinquere de dijs quæſtionem.* Tuſc. q. lib. 1, Nunquid igitur eſt cauſæ, quin amicos noſtros Stoicos dimittamus? eos dico, qui aiunt animos manere, è corpore quum exceſſerint, ſed non ſemper. 15. Fam. Stoicos ruſticos regeram, vt Catium Athenis natum eſſe dicas. *Caſſij.* 9. Fam. Stoicos ſolos ex philoſophis vim virtutis tenuiſſe.

STOLA, læ. *veſtis muliebris.* I. V. 217 a, Dianæ erat admodum amplum ſignum cum ſtola. I. A. 169 a, Sumſiſti virilem togam, quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. * ibid. Qui te à meretricio quæſtu abduxit, & tanquam ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo locauit.

STOLIDVS, a, um *ſtupidus.* de D. 123 b, Quanquam ſemper fuit, vt apud Ennium eſt, ſtolidum genus Aeacidarum. Top. 225 b, Quietum nihil agens, & quodãmodo ſtolidũ.

STOMACHANS, tis. pro Pl. 273 a, Huic ego ſtomachans, faſtidioſè, inquam, &c. de Cl. 196 a, Sæpe vidi iraſcentem & ſtomachantem Philippum. de Orat. 98 b, Dum in campũ properaret & ridens & ſtomachans Scæuola.

STOMACHOR, aris. *indignor, indignè patior, moleſtè fero, iraſcor.* de Nat. 20 a, Sed ſtomachabatur ſenex, ſi quid aſperiùs dixeram. Attic. 264 b, Non dubito quin mirêre, atque etiam ſtomachêre, quòd tecum de eadem re agam ſæpius. Epiſtol. 253, Si enim ſtomachabere, & moleſtè feres, plura dicemus. & 160 a, Itaque iucundiſſimis tuis literis ſtomachatus ſum in extremo. de Orat. 133 b, Scipio cùm ſtomacharetur cum C. Metello, dixiſſe dicitur, &c. Att. 236 a, Amariorem me ſenectus facit, ſtomachor omnia. * 1, Academ. Quid ſtomachetur Mneſarchus. Acad. 4 a, Homo natura leniſſimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) ſtomachari tamen cœpit.

Syntaxis. *Faſtidioſè ſtomachari. Iraſcens & ſtomachans. Ridens & ſtomachans. Stomachari, & moleſtè ferre. Cum aliquo ſtomachari. Amarior eſt, ſtomachatur omnia.*

STOMACHOSE' *iracundè.* ad Attic. 159 a, Reſcripſi ei ſtomachosè. *aliter, ſtomachoſius. Chariſius autem, ſtomachosè autoritate confirmat.*

STOMACHOSVS, a, um. *iracundus.* de Orat. 134 b, Me quidem herclè valde illa mouent ſtomachoſa & ſubmoroſa ridicula. Epiſt. 44 a, Stomachoſiores quas meas literas dicis eſſe, non intelligo. de Cl. 186 a, Acumen ſæpe ſtomachoſum, nonnunquam frigidum.

STOMACHVS, chi. *gula, ſeu guttur, gulæ extremum, per quod, & in quod labitur cibus, & concoquitur.* 2 de Nat. 53 a, Linguam autem ad radices eius hærens excipit ſtomachus, quo primùm illabuntur ea, quæ accepta ſunt ore: is vtrâque ex parte tonſillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. de Nat. 53 a, Plataleam conchis ſe implere ſolere, easq; cùm ſtomachi calore concoxerit, euomere. Epiſt. 122 b, Eſſe ſtomacho languenti. 56 a, *Sulpitij.* Accipere vulnus in ſtomacho. * Epiſt. 127 a, Conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo. Ep. 94 b, Omnino, ſi quæris, ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi. Coniecturam enim facio de meo. Frag. ep. Hæc aut animo Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ſtomacho.

¶ *Bilis, ira.* Att. 65 a, Locus ille animi noſtri ſtomachus vbi habitabat olim, concaluit. Epiſt. 26 b, Noſti enim nõ modò ſtomachi mei, cuius tu ſimilem quondam habebas, ſed etiam oculorum in hominum inſolentium indignitate faſtidium. Qu. fr. 36 b, Epiſtola plena ſtomachi & querelarum. Att. 252 b, Ne in me ſtomachum erumpant, cùm ſint tibi irati. & 68 b, Hæc mihi maiore ſtomacho quàm ipſi Quinto fuerunt. I. V. 118 b, Homo, &c. exarſit iracundia & ſtomacho. Att. 245 b, Nec tam animum me quàm ſtomachum habere arbitrantur. pro Mur. 130 b, Si mihi homini vehementer occupato ſtomachum moueritis. Epiſt. 21 a, Non illi quidẽ, vt mihi ſtomachũ facerent, quę ego funditùs perdidi, ſed vt facere ſe arbitrarẽtur. & 27 b, Ridere in ſtoma-

ſtomacho. Attic. 73 b, Ita mihi videtur non minus ſtomachi noſtro Cæſari feciſſe, & 93 b, In quo tamen nihil mihi riſum magis, quàm ſtomachum mouere ſolet.

† Syntaxis *Ridicula, ſtomachoſa & ſubmoroſa. Stomachus languens. Stomacho callum obducere. Stomachi faſtidium. Epiſtola ſtomachi & querelarum plena. In aliquem ſtomachum erumpere. Iracundia & ſtomacho ardere. Et animum & ſtomachum habere. Facere, mouere ſtomachum. Stomachi multum facere alicui. in ſtomacho ridere.*

STRABO onis. *qui oculis eſt peruerſis.* de Nat. 17 a, Ecquos ſi non tam ſtrabones, at petulos eſſe arbitramur.

STRAGES, gis. *clades.* Poſtquam. 205 b, Qua ſtrage nonnulli permoti magiſtratus paululum à mea cauſa receſſerunt. in Ant. 189 b, Ille autem quas fecit ſtrages? vbicunq; poſuit veſtigia? de Leg. 188 a, Sed ille quas ſtrages edidit? de Diu 84 b, Stragem horribilem cædemq; vereri. Attic. 10 b, Quas ego pugnas & ſtrages edidi?

† Syntaxis. *Stragem edere, facere. Strages & cædes.*

STRAGVLA ueſtis *ſtragulum.* in Verr. 213 a, Per triennium quæ iſti plena domo telarum ſtragulam veſtem confecit, nihil niſi conchylio tinctum. & 81 b, & 112 b, pro S. Roſc. 40 a.

STRAGVLVM, li. *periſtroma.* Tuſc. 240 a, Collocari iuſſit hominem in aureo lecto ſtrato pulcerrimè, textili ſtragulo, magnificis operibus picto.

STRANGVLO, as. *faucibus premo, ſuffoco, ango.* Ep. 123 a, Cæſaris hoſpitem acceptis nummis comprehendit ac ſtrangulauit. & 140 a, Ille patrem ſtrangulauit.

STRANGVRIA, riæ. *dyſuria.* Tuſc. 185 a, Quamuis idem forticulum ſe in torminibus & in ſtranguria ſua præbeat.

STRTAGEMA, tis. de Nat. 62 b, Conſilium illud imperatorum fuit, quod Græci στρατήγημα appellant. Att. 69 a, Rufio noſter ſtratagemate alto percuſſit Veſtorium.

STRATONICEVS Metrodorus. Acad. 5 b.

STRATONIENSIS Menippus, *orator.*

STRATVM, ti. *periſtroma* Tuſc. 240 a, Collocari iuſſit hominem in aureo lecto ſtrato pulcerrimè, textili ſtragulo, magnificis operibus picto. *aliter, ſtrato pulcerrimo.*

STRATVS, a, um. *rectus.* in Ant. 173 a, Lectus ſtratus conchyliato periſtromate. ad Her 40 a, Triclinium ſtratum.

¶ *Iacens, proiectus.* Tuſc. 260 b, Afflictus & ſtratus. Anteq. 196 b, Quem ſinguli ſtratum atq; abiectum ſubleuaſtis. Att. 156 b, Stratus ad pedes alicuius de Orat. 144 b, Hoc eſt altius, quàm vt id nos humi ſtrati ſuſpicere poſſimus. Att. 156 b, Is qui nos ſibi quondam ad pedes ſtratos non ſubleuabat.

STRATVS, vel STRATOS, *oppidum Macedonia.* Off. 13.

STRENVE. *nauiter, fortiter.* Quint. frat. 309 b, & Attic. 259 a, Domus vtriuſque noſtrùm ædificatur ſtrenuè. ad Heren. 20 b, Is tamen egit ſanè ſtrenuè, & agit. Epiſt. 236 a, Sanè ſtrenuè accepi tuas literas. pro Rab. 96 a, Pro illis ſtrenuè arma caperem. Att. 255 a, Magis commodò quàm ſtrenuè nauigaui. ad Heren. 41 a, Puer ſatis ſtrenuè & concinnè omnia comparat.

STRENVVS, a, um. *nauus, induſtrius.* )( *ignauus.* Attic. 241 a, Nolj me tam ſtrenuum putare, vt ante nonas recurram in Anteq. 76 b, Vt cognoſceret te, ſi minus fortem, attamen ſtrenuum.

† Syntaxis. *Strenuè ædificatur domus, Strenuè literas accipere. Commodò, non ſtrenuè nauigare Si minus fortis, attamen ſtrenuus.*

STREPITVS, tus. *ſonitus, ſtridor.* Top. 225 a, Cùm *re quæruntur* pedum crepitus, & ſtrepitus hominum. de Aruſp. 248 a, In agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu. Ep. 112 b, Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor, tonitruum. Att. 220 b, Heri neſcio quid in ſtrepitu videor exaudiſſe. * de Clar. 194 b, Acrem oratorem, &c. concurſus hominum, foriq; ſtrepitus deſiderat. con. Rull. 87 b, Video quoſdam, Quirites, ſtrepitu ſignificare neſcio quid. de Leg. 160 a, Propter hunc concentum auium ſtrepitumq; fluminum non vereor condiſcipulorum ne quis exaudiat.

STREPO, pis. *rixor, iurgo.* de Di. 86 a, Cùm Achiui cœpiſſent inter ſe ſtrepere, &c.

† Syntaxis. *Strepitus hominũ, fori, fulminis. Strepitus cũ fremitu.*

STRICTE. *reſtricte, arcte* de Amic. 167 a, Strictè obſeruare, ne plus reddas quàm acceperis.

STRICTVM. *compreſſius.* de N. 62 b, Quibus de quæſtionibus tu ſtrictim, noſtri multa ſolent dicere. pro Clu. 23 b, Quæ copioſiſſimè dici poſſunt, breuiter à me, ſtrictimque dicuntur pro S. R. 34 a, Videamus nunc ſtrictim, quæ, &c. Att. 21 a, Strictim attingere aliquem librum.

STRICTVS, a, um. *diſtrictus.* in Ant. 164 b, Cùm tu illum gladio ſtricto inſecutus es.

† Syntaxis. *Noſtri non ſtrictim, ſed multa de his. Non copioſè, ſed breuiter ac ſtrictim.*

STRIDOR, oris. *ſtrepitus.* Tuſc. q. 250 b, Ne ſtridorem quidem ſerræ audiunt, cùm acuitur. & 162 b, Vndę horrifer aquilonis ſtridor, gelidas molitur niues. *Poëtæ.* cont. Rull. 80 a, Veri ac fortis Tribuni plebis ſtridorem vnum perferre non poſſit. * de Diu. 82 b,

*Aut denſus ſtridor cum celſo è vertice montis*
*Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſu.*

† Syntaxis. *Serræ ſtridor, aquilonis, plebis. Stridor denſus.*

STRIGILIS, lis. *inſtrumentum, quo vtebantur in balneis, ad corpora ſtringenda, abſtergenda, & polienda: quanquam & ad equos expoliendos huiuſce nominis inſtrumentum adhibeatur, ſed dentatum & ferrreum, cùm illud eburneum eſſet, ac ſine dentibus.* de 113 a, Si ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat.

STRIGOSVS, a, um *gracilis, tenuis.* de Clar. 170 a, Verum eſt certè genere toto ſtrigoſior. *id eſt, habitu orationis minus opimo.*

STRINGENDVM. *comprimendum.* Off. 74 b, Nullum vinculum ad ſtringendum fidem iureiurando maiores arctius eſſe voluerunt.

STROPHIVM, phij. *faſcia breuis, quæ virginalem tumorem cohibet papillarum.* de Ar. 254 a, P. Clodius à ſtrophio, à pſaltrio, &c. factus eſt repentè popularis. in Clodium: Cum ſtrophio accuratè præcingerere.

STRVCTOR, oris. *miniſter ad cibos ſtruendos, menſamq; inſtruendam comparatus.* Qu. fr. 310 a, In aram tuam veni: res agebatur mulris ſtructoribus. Att. 223 a, Ecce autem ſtructores noſtri ad frumentum profecti, cùm inanes rediſſent, rumorem afferunt magnum.

STRVCTVRA, ræ. *conſtructio, compoſitio, coagmentatio.* Or. 210 b, Vt fiat quaſi ſtructura quædam. * de Clar. 167 b, Ante hunc verborum quaſi ſtructura, & quædam ad numerum concluſio nulla erat: aut ſi quando erat, non apparebat eam dedita opera eſſe quæſitã. Quæ forſitan laus ſit: veruntamẽ natura magis, tũ caſu nonnunquã, q̃ aut ratione aliqua aut obſeruatione fiebat de Opt. 243 a, Verborũ eſt ſtructura quædã duas res efficiens, numerũ & lenitatem.

STRVCTVS. a. um. *conſtructus.* de Sen. 88 a, Fundit viriditas herbeſcens frugem ſpicæ ordine ſtructam. Or. 209 b, Res collocatæ, & quaſi ſtructæ ac nexę. Tuſc. q. 155 b, Speluncæ ſaxis ſtructæ aſperis *pendentibus, Maximis. Poëtæ.* Or. 220 a, Compoſiti oratoris bene ſtructam collocationem diſſoluere permutatione verborum.

† Syntaxis. *Collocata ſtructa, & nexa.*

STRVES, is. *cuiuſcunq; rei conſtructus cumulus, ſeu moles, vt lignorum.* * Att 74 b, De ſtrue ſalinarum plane rogo.

STRVMA, mæ. *eſt tumor (inquit Celſus) in quo ſubtèr concretæ quædam ex pure & ſanguine, quaſi glandulæ oriuntur.* ad Attic. 28 b, Deniq; Tatinij ſtrumam ſacerdotij διφθέρᾳ veſtiant. pro Seſt. 26 a, Hi medentur reipublicę, qui execant peſtem aliquam, tanquam ſtrumam ciuitatis. * in Vatin. Strumæ denique ab ore improbo demigrârunt, & alijs iam ſe locis collocârunt.

STRVO, is. *molior.* Octa. 330 a, Aduerſus quos aciem ſtruis? Orat. 158 b, Collocationis eſt, componere & ſtruere verba. ad Herenn. 14 b, Struere controuerſiam de nomine. Ep. 85 b, Struere periculũ ruinæ. Att. 81 a, Sed dices me ipſum mihi ſollicitudinem ſtruere de Or. 127 a, & de Clar. 190 b, Ex his locis & odium in alios ſtruere diſcemus, & à nobis, & à noſtris dimouere. pro Clu. 55 a, Struere & moliri aliquid calamitatis cuipiam.

STRVOR, ris. Qu. fr. 327 a, Reliqua ad iacturam ſtruentur. *aliter, reſeruentur.* ad Att. 145 b, Ad poſterum bellum ἄσπονδον ſtrui exiſtimo.

Syntaxis. *Collocationis eſt, componere. ſtruereq; verba. Struere periculum, controuerſiam, inſidias, ſolicitudinem. Struere calamitatem, & moliri.*

STVDENS, tis pro Planc. 277 b, Hiſce ego auxilijs ſtudentibus atq; incitatis vti poteram.

STVDEO, des. *operam do, ſtudium in aliqua re pono.* de Orat. 85 b, Nemo ferè ſtuduiſſe ei ſcientiæ vehementiùs videtur, quin quod voluerit, conſecutus ſit. in Verr 61 a, & Epiſt. 8 b, Si optimis à pueritia diſciplinis atque artibus ſtuduiſſes. Orat. 200 b, In hoc orationum genere, cui nunc ſtudes. de Orat. 108 a, Demoſthenes eius ipſius artis, cui ſtudebat, primam literam non poterat dicere. & 107 a, & de Legib. 158 a, Si ab adoleſcentia iuri ciuili minus ſtuducrimus. de Clar. 195 a, Studere literis, quibus fons eloquẽtiæ continetur. Poſtquam. 207 a, Cùm verò literas *(al. literis)* ſtudere incipit, & helluo immanis cum Græculis philoſophari, tum eſt Epicureus. de Finib. 125 b, Vt id ipſum, quod ſtudet, facere poſſit ornatius. Epiſt. 109 b, Facilè cognoui ex tuis literis, quod ſemper ſtudui, in, &c. in Ant. 208 b, Vnum ſentitis omnes, vnum ſtudetis M. Antonij furorem extinguere. Orat. 205 b, At hic noſter ad hoc vnũ eſt natus, huic generi ſtudet vni. de Finib. 121 a, Studere laudi & dignitati. de Diuinat. 94 a, Tumque vel maximè laudi ſtudent. de Orator. 129 b, Cui rei, cui gloriæ, cui

virtutj

virtuti ſtudes? patrimonióne augendo? at id non eſt nobilitatis,&c. an iuri ciuili? an rei militari? an eloquentiæ? de Clar.orat. 183 a, Sed idem Aelius Stoicus eſſe voluit: orator autem nec ſtuduit vnquam, nec fuit. de Fin.61 a, Cùm ſerò ſentiunt, fruſtrâ ſe aut pecuniæ ſtuduiſſe, aut imperijs, aut gloriæ. in Sall.273 b, Quantum quiſque reipublicæ ſtuduit, tãtum mihi fuit aut amicus, aut inimicus. pro Cæl.42 b, Cælius ſtuduit præturæ. in Cat.97 b, Studere rebus nouis.

¶ *Faueo*. ad Her. 14 a, Si partes, quibus illi ſtudent, lædantur. pro Mur.142 b, Cur quenquam, vt ſtudeat tibi, vt te adiuuet, rogas. pro Cæl. 39 a, Multi boni adoleſcentes illi homini nequam atq; improbo ſtuduerunt. & b, Cælius ſtuduit Catilinę iterum petenti. Att.62 b, Pompeius Scauro ſtudet, vtrum fronte, an mente, dubitatur.

¶ *Opto*. Attic.210 a, Scire igitur ſtudeo, quid egeris. Partit. 229 b, Studeo ex te audire, quæ,&c. pro Sext.Roſc.42 b, Studeo facere aliquid. de Or.122 a, Ars demonſtrat, vbi ſit illud quod ſtudeas inuenire. & 93 b, Ego verò, inquit, iſtis obſequi ſtudeo. ad Att. 283 b, Nos Lepidum honore ſtuduimus à furore reuocare. in Cat.108 a, Quos ego non tam vlciſci ſtudeo, quàm ſanare. Epiſt.179 b, Diſſenſionē naſcentem extingui ſummè ſtudui. de Clar.186 a, Gradus tuos, & quaſi proceſſus dicendi, ſtudeo cognoſcere. Off. 38 a, Noſtri imperatores ex hac vna re maximam laudem capere ſtudebant. in Arat.

*Hoc caue te ponto ſtudeas committere menſe.*

¶ *Curam habeo*. de Nat. 74 b, Parens difficilis, qui te nec amet, nec ſtudeat tui. *Poëtæ.*

† Syntaxis. *Medicinæ ſtudere, nouis rebus, reip. præturæ, viris bonis. Tibi obſequi ſtudeo. Ego te nec amo, nec tui ſtudeo.*

STVDIOSE, ſiùs. *cupidè, ſtudio*. de Clar.173 a, Studioſè audire aliquem. Attic.262 b, Studioſè diligenterq; curare aliquid. de Fin.98 b, Quare ſtudioſè attendite. in Ver.60 b, Libenter ſtudioſeq; audire. de Orat. 132 a, Studioſè ludere. ad Heren. lib. 1, Eo ſtudioſiùs hoc negocium ſuſcepimus, quòd,&c. Tuſc.lib.4, Multo ſtudioſiùs philoſophiæ fontes aperiemus. * de Clar.178 a, Hic cauſas ſtudioſè recipiebat.

STVDIOSVS, a, um. *cupidus, amans, obſeruans, qui literis delectatur. cui aliqua res in ſtudio, qui ſtudio eſt alicuius, alicuius rei ſtudio præditus*. in Ver. 132 a, Quē in prouincia exiſtimationis meę ſtudioſiſſimũ cupidiſſimumq; cognoui. At.120 a, Iſti reſtituendi mei, quàm retinendi ſtudioſior. & 50 a, Ego mei ſtudioſos habeo Dyrrhachinos. de Clar.170. & Epiſt.6 b, Habet enim certos ſui ſtudioſos, qui, &c. Acad. 31 a, Democritus ſtudioſus nobilitatis. ad Att.12 a, Attici noſtri te valde ſtudioſum eſſe cognoui. * Attic. 12 a, Inſectandis exagitandisq; nummarijs iudicibus omnem omnib. ſtudioſis ac fautorib. illius victorię παῤῥησίαν eripui.

¶ *Operam nauans*. de Or. 107 a, Vir dicendi ſtudioſus. Ep. 48 a, Studioſus doctrinarum. Acad.24 b, Homo & acutus, vt Pœnus, & valde ſtudioſus. de Opt. 244 a, Suſcepi laborem vtilem ſtudioſis.

STVDIVM, dij. *opera, labor*. de Inuen. 50 b, Studium, eſt animi aſſidua ac vehemens, ad aliquam rem applicata, magna cum voluntate occupatio: vt philoſophiæ, poëtices, geometriæ, literarum. Tuſc.229 b, Qui in rerum contemplatione ſtudia ponebant. Epiſt.48 a, Dare ſtudium ſuum alicui arti. de Orat.102 a, Cohortatione alicuius concitari ad ſtudium cognoſcendæ virtutis. Qu. fr. 295 b, Cui in doctrina, cui in virtute atq; humanitate percipienda, plurimum à pueritia ſtudij fuiſſet, & temporis. de Clar.193 b, Ego autem iuris ciuilis ſtudio multum operæ dabam Q. Scæuolæ. Qu. fr. 295 b, Qui omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocaſſent. de Clar. 178 a, Adhibere multum ſtudij ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum diſciplinas. de Fin. 49 a, Ponere multum ſtudium in aliqua re. de Or.90 a, Qui in his artibus cognoſcendis atque tractandis ſtudium ſuum omne poſuerunt. de Sene. 87 a, Studia doctrinæ pariter cum ætate creſcunt. & ibid. Si verò habet aliquid tanquam pabulum ſtudij atq; doctrinæ, nihil eſt ocioſa ſenectute iucundius. pro Cæl.49 a, An ille vir, illa humanitate præditus, illis ſtudijs, artibus, atq; doctrina, illius ipſius periculum, quem propter hæc ipſa ſtudia diligebat, negligere potuiſſet? pro Corn.55 a, Viri literati, ac ſtudijs doctrinisq; dediti. de Diuin. 109 b, Tum priſtinis orbati muneribus, hæc ſtudia reuocare cœpimus. de Fat. 140 a, Hircius his ſtudijs, in quibus nos à pueritia viximus, deditus. de Orat. 87 b, Quare pergite adoleſcentes, & in ſtudium, in quo eſtis, incumbite. de Or. 99 b, Homo à iuris ſtudio non abhorrens. Att. 124 b, In ſtudijs ac literis noſtris conſumo omne tempus. Orat.198 a, Hiſce ego cohortationibus, Craſſe, ad ſtudium, & ad laborem incitandos iuuenes, vehementer aſſentior, cætera quæ collegiſti ex varijs & diuerſis ſtudijs & artibus, ab oratoris proprio officio atque munere ſeiuncta eſſe arbitror. & 107 b, In omni recto ſtudio atq; humanitate verſari. & 93 a, Totius huius vel ſtudij, vel artificij, vel facultatis diſputatio. de Leg. 187 a, Demetrius & doctrinæ ſtudijs, & regenda ciuitate princeps eſt. de Leg. 177 b, Ciuitates totas malis ſtudijs, malisq; doctrinis repentè euerti. Qu. fr. 295 b, Nos ea quæ conſecuti ſumus, his ſtudijs & artibus eſſe adeptos, quæ ſunt nobis à Græcia traditæ. & 294 a, Vir optimarum artium ſtudijs eruditus. Orat.200 a, In maximis occupationibus nunquam intermittis ſtudia doctrinæ. pro Arch.186 a, Vir eruditiſſimis hominibus, & liberaliſſimis ſtudijs affluens. ibid. In ſtudijs humanitatis ac literarum verſari. de Or.85 b, Qui in artium ſtudijs liberaliſſimis ſunt doctrinisq; verſati. Att.65 a, Retuli me ad literas & ſtudia noſtra. pro Arch. 186 a, Archias ſe ad ſcribendi ſtudium contulit. & 185 b, Ratio aliqua ab optimarum artium ſtudijs & diſciplina profecta. pro Mur.139 b, Cato recentibus præceptorum ſtudijs flagrans. & 130 b, Qui oratores euadere non poſſunt, ad iuris ſtudium deuenire. de Aruſp.247 b, Si cui fortè videor plus quàm cæteri, qui,&c. verſari in ſtudio literarum. Epiſt. 130 a, Exercere ſtudia literarum. de Fin.125 b, Vt aliquid ſuorum ſtudiorum philoſophiæ quoq; impertiat. de Diu.108 b, Cohortari aliquem ad ſtudium philoſophiæ. de Clar. orator. 169 a, Extra Græciam magna dicendi ſtudia fuerunt. Off. 1 a, Quoniam in eo ſtudio ætatem conſumpſi. de Or. 86 a, Cæterarum artiũ ſtudia ferè reconditis è fontibus hauriuntur. & 85 a, Studia quæ recõditis in artibus, & in quadam varietate literarum verſantur. Epiſt 9 a, Referre ſe ad ſtudia literarum. ad Att.282 a, Euigilare in ſtudio. de Or. 146 b, Vacare ſtudijs. Top.221 a, Vterq; noſtrûm ad ſuum ſtudium libros euoluebat. de Or.86 b, Gręci ocio ſtudióque abundantes. Offic.21 a, Neque enim ad ludum & iocum facti eſſe videmur, ſed ad ſeueritatem potiùs, & ad quædam ſtudia grauiora atque maiora. de Legib. 172 a, Plato ſtudij & delectationis, non Reip. cauſa ſcripſit leges. de Fin. 152 a, Suo quiſque ſtudio maximè ducitur. Tuſc. 182 b, Lacænæ virgines, quibus magis palæſtra, Eurotas, Sol, puluis, labor, militia in ſtudio eſt, quàm fertilitas barbara. pro Sext. Roſc. 42 b, Me in eo ſtudio eſſe confiteor. de Amic.115 b, In ſtudijs cognoſcendi ſemper aliquid, atque dicendi, remoti ab oculis populi, omne ocium tempusq; contriuimus. * pro C.Cornel.2, Sudia, conſilia, cogitationesq; eorum aperiam? pro M.Scau. Me flagrantem ſtudio laudis in ſpem impulit. Horrenſ. In his ſtudijs nobis omnis opera & cura ponenda eſt. de Conſulat. Bonis ſtudijs atque artibus expolitus. de Finib.49 a, Veritus ne mouere hominum ſtudia viderer, retinere non poſſem. de Inuen. 42 a, Bonine an mali plus attulerit hominibus & ciuitatibus copia dicendi ac ſummum eloquentiæ ſtudium. ibid. Si quis omiſſis rectiſſimis atque honeſtiſſimis ſtudijs rationis & officij, conſumit omnem operam in exercitatione dicendi. ibid. Ac ſi volumus huius rei, quæ vocatur eloquentia, ſiue artis, ſiue ſtudij, ſiue exercitationis cuiuſdam, ſiue facultatis à natura profectæ conſiderare principium. de Inuen. 42 b, Qui omiſſo ſtudio ſapientiæ nihil ſibi præter eloquentiam comparaſſet. ibid. Sic ex ſeditioſa & tumultuoſa vita ſe in ſtudium aliquod traderent quietum. Quare mihi videntur poſteà cætera ſtudia recta atque honeſta per otium concelebrata ab optimis enituiſſe: hoc verò à plerisq; eorum deſertum obſoleuiſſe eo tempore, quo multò vehementius erat retinendum, & ſtudioſius adaugendum. de Inuen. 50 a, Perſonis has res attributas putamus, nomen, &c. ſtudium. de Orat.85 a, Ac fuit tempus illud cum mihi quoque initium requieſcendi, atque animum ad vtriuſque noſtûrm præclara ſtudia referendi fore, &c. ibid. In his vel aſperitatibus rerum vel anguſtijs temporis obſequar ſtudijs noſtris. de Orat. 108 b, Quò facilius nos incenſos ſtudio diſcendi à doctrina deterrerent. ibid. Inanis omnis noſter eſſe labor, & ſtultum in nobis erudiendis patris noſtri ſtudium videretur. ibid. Multa nobis de eius ſtudio doctrinaq; ſæpe narrauit. pro Sext.Roſc.26 a, Quæ ſtudia à patribus familias maximè laudentur. ibid. Qui & ipſi incenſi ſunt ſtudio, quod ad agrum colēdum attinet. ibid. Quid cenſes hunc ipſum Sex. Roſcium quo ſtudio, & qua intelligentia eſſe in ruſticis rebus? ibid. Studium depono. pro Cæl.42 a, Adoleſcentes humaniſſimi & doctiſſimi, rectiſſimis ſtudijs, atq; optimis artibus præditi, &c. qui cum doctrinæ ſtudio atq; humanitatis, tum etiam hoſpitio Deonis tenebantur. pro Cæl.46 b, Dicã enim cõfidentius de ſtudijs eius honeſtis. ꝓ Cęl.47 a, Scitote, &c. hęc ſtudia, de quibus diſputo, non facilè in eodem homine eſſe poſſe. ibid. Relinquenda ſtudia delectationis. ibid. Quæ res in hoc genere homines à labore, ſtudioq; dicendi deterret. de Fin. 54 a, Ne deterruiſſet alios à ſtudijs. Quanquam te quidem video minimè eſſe

mè eſſe deterritum. Q. de Pet. 206 b, Si facies ea, quæ tibi natura & ſtudia, quibus vſus es ſemper, largiuntur. & 207 a, Quod ad Cn. Pompeij gloriam augendam tanto ſtudio te dediſti. & b, Per hos annos homines ambitioſi vehementer omni ſtudio atque opere laborarunt, vt. de Sen. 92 b, Sunt pueritiæ certa ſtudia. Num igitur ea deſiderant adoleſcentes? Sunt & ineuntis adoleſcentiæ: num ea iam conſtans requirit ætas? & 93 a, Sunt etiam huius ætatis. Ne ea quidem in ſenectute quæruntur. Sunt autem extrema quædam ſtudia ſenectutis. Ergo vt ſuperiorum ætatum ſtudia occidunt. Ep. 20 b, Ego omnia mea ſtudia, omnem operam, curam, induſtriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis conſulatu fixi & locaui. ibid. In quo *honore* omnia mea ſtudia poſita eſſe decreui. Ep. 21 a, Eam *pietatem* tui vnius ſtudio me aſſequi poſſe confido. & 42 b, Quo ſtudio prouidit, ne. & 44 b, Tametſi nihil videbatur ad meum erga te priſtinum ſtudium addi poſſe: tamen hac mihi affinitate nunciata, non maiore equidem ſtudio, ſed acrius, apertius, ſignificantius dignitatem tuam defendiſſem. Epiſt. 45 a, Quaſi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum ſtudium tuum. ibid. Talium virorum tanta ſtudia aſſequi ſola virtus poteſt. Itaque mihi propono fructum amicitiæ noſtræ ipſam amicicitiam, qua nihil eſt vberius, præſertim in ijs ſtudijs, quibus vterq; noſtrum deuinctus eſt. Nam tibi me profiteor, &c. in quotidiana vita coniunctum cum ijs artibus ſtudijsque, quæ colimus. Epiſt. 83 a, Quam *diuinationem* plurimo doctrinæ ſtudio cōſecuti ſumus. Ep. 127 a, Modò nobis ſtet illud, vnà viuere in ſtudijs noſtris: à quibus anteà delectationem modò petebamus, nunc verò etiam ſalutem deeſſe non arbitramur. Orat. 197 a, Nec ipſe Ariſtoteles admirabili quadam ſcientia & copia cæterorum ſtudia reſtinxit.

¶ *Voluntas, animus, amor, ardor, cupiditas, beneuolentia.* pro Corn. 63 a, Gaditani ab omni ſtudio ſenſuq; Pœnorum mentes ſuas ad noſtrum imperium nomenq; flexerunt. de Amic. 104 b, Studium ſemper adſit, cunctatio abſit. Attic. 113 b, Tua erga ſe officia, plena tui ſuauiſſimi ſtudij attulerunt. & 284 b, Studium tuum, curaq; de ſalute mea nulla me noua voluptate affecit. in Ant. 169 b, In illo apparatiſſimo ſpectaculo ſtudium populus Romanus tribuit abſenti. Epiſt. 64 b, Tibi polliceor eximium & ſingulare meum ſtudium. pro Mur. 134 b, Amici ſtudia deponunt. pro Rab. 92 b, Cùm tanto ſtudio C. Rabirius totius Apuliæ, ſingulari voluntate Campaniæ vicinitatis ornetur. Attic. 126 b, Te hortor pro tuo ſingulari perpetuoque ſtudio in remp. vt, &c. & 277 b, Tibi omnes nauare operā & ſtudium volunt. Att. 240 a, Vellem Bruto tuum ſtudiū nauare potuiſſes. & 245 a, Ex omnibus mi Dolabella ſtudijs in me & officijs, quæ ſumma ſunt, hoc ſcito mihi, & ampliſſimum videri, & gratiſſimum eſſe, quo perfeceris vt. Quint. frat. 323 b, Cicero noſter ſummo ſtudio eſt Pœonij ſui rhetoris, &c. Ep. 10 b, Tibi incredibilem quendam amorem & omnia in te ipſum ſumma & ſingularia ſtudia debeo. Quint. frat. 315 b, Te rogo, vt omnia tua ſtudia in eum conferas. Att. Pompeius ſignificat ſtudium erga me non mediocre. pro Quin. 2 a, Alicuius ſtudio ac cupiditati morem gerere. Att. 140 b, Me ambitio quædam ad honorum ſtudium duxit. de Orat. 108 b, Incenſus ſtudio dicendi. ad Attic. 260 a, & Top. 221 a, Cùm cernerem te ardere ſtudio. de Diu. 109 b, Quorum ſtudio legendi, meum ſcribendi ſtudium vehementer indies incitatur. Off. 13 a, Declaratur autem ſtudium bellicæ gloriæ, quòd, &c. Tuſc. 241 b, Deinde ad inueſtigandum veritatem ſtudio incitato. pro Pom. 7 b, Cùm claſſis ſtudio inflammato ad Italiam raperetur. de Cl. or. 163 b, Admirabili quodam ad philoſophandum ſtudio concitatus. Attic. 6 b, Summum me eorum ſtudium tenet. Acad. 39 b, Teneri ſtudio alicuius rei. de Orat. 93 a, Ego qui ab ineunte ætate incenſus ſum ſtudio vtriuſque veſtrûm, &c & ibid. Quod ego non ſuperbia feci, neque quò tuo ſtudio rectiſſimo [illegible] te optimo non obſequi vellem. Off. 42 a, Iuuenes m[illegible]a ſpectare, & ad ea rectis ſtudijs debent contendere[illegible]a, Ardeo ſtudio hiſtoriæ. de Orat. 164 b, ſtudium flagrans. de Fin. 77 b, Ardenti ſtudio facere aliquid. de Or. 91 b, Nobis ſtudium illud dicendi acerrimum defuit. Attic. 5 a, Efferri ſtudio in aliqua re. de Nat. d. 13 a, Sed elatus ſtudio, longior fui. pro Fon. 279 b, Cùm ſtudiorum ſuorum obtrectatorem ſuſtuliſſent. pro Cluen. 32 b, Is vitia quæ à natura habet, etiam ſtudio atque artificio quodam malitiæ condiuit. in Catil. 106 a, Vt eius Diuerſa ſtudia in diſſimili ratione perſpicere poſſitis. pro Plan. 263 a, Hic habuit ſtudia ſuorum ardentia. & 261 a, Comitijs ædilitijs ſtudium eſt populi, non iudicium. de Nat. deor. 3 a, Vt ſtudia cupiditatesq; honorum ambitionesq; ex omnibus ciuitatibus tollerentur. item, Vnde hoc philoſophandi ſubito ſtudium extitit. Poſtquam. 198 b, Et tum in ſtudijs veſtris tanta amicorum declarata eſt voluntas, vt, &c. * Att. 264 b, Cognoui ſtudia tua in amicos. Hortenſ. Quantum inter ſe homines ſtudijs, omni vitæ ratione differant. I. V. 83 a, Quaſi verò id cupiditate defendendæ nobilitatis, aut ſtudio partium fecerit? pro Font. 279 b, Inimicior Marcello Craſſus, an Fimbriæ Scaurus ex ciuilibus ſtudijs atque obtrectatione domeſtica, quàm huic Galli? I. C. 123 b, Pro meis in vos ſingularibus ſtudijs, &c. nihil aliud à vobis, niſi huius temporis totiusq; mei conſulatus memoriam poſtulo. pro Mur. 134 b, Accuſandi terrores & minæ, &c. amicorum ſtudia debilitant. Acad. 17 a, Ardere ſtudio veri reperiēdi. Q. de petit. 207 a, Videas eſſe ſtudia, quæ tibi aduerſentur. ibid. Quarum altera *ratio* in amicorum ſtudijs, altera in populari voluntate ponenda eſt. Amicorum ſtudia beneficijs & officijs, & vetuſtate, & facilitate ac iucunditate naturæ parta eſſe oportet. & b, Qui etiamſi ſuffragandi ſtudia non nauant. Off. 36 a, Hominum ſtudia ad amplificationem noſtrarum rerum prompta ac parata virorum præſtantium ſapientia & virtute excitantur. & b, Quorum ſtudijs ea, quæ natura deſiderat, expleta cumulataq; habeamus. ibid. Vt hominum ſtudia complectamur, eaq; teneamus. Epi. 10 b, Aut occulta nonnullorum odia, aut obſcura in me ſtudia cernebam. Epiſt. 20 b, Habemus hæc omnia, bonorum ſtudium conciliatum ex tribunatu propter noſtram cauſam: vulgi ac multitudinis propter magnificentiam munerum, liberalitatemque naturæ: iuuētutis & gratioſorum in ſuffragijs ſtudia propter ipſius excellentem in eo genere vel gratiam vel diligentiam. Epiſtol. 45 b, Hac re nouata additum potius aliquid ad meum erga te ſtudium, cui nihil videbatur addi poſſe, quàm quicquam eſſe detractum. Epiſtol. 123 a, *Cælij*. Magna illa comitia fuerunt at planè ſtudia ex partium ſenſu apparuerunt. Att. 194 b, De voluntate tua vt ſimul ſimus, vel ſtudio potius & cupiditate, non dubito.

Syntaxis. *Studium in literis ponere. Dare ſtudiū alicui arti. Studio medicinæ dare operam. In ſapientia ſtudium collocare, ponere, adhibere. Studio teneri, ardere, incendi, duci. Studio eſſe incitato, inflammato, ad. Cupiditas & ſtudium legendi: & contrà. Exercere literarum ſtudia. Studium omne alicui polliceri, in aliquem conferre, &c.*

STVLTE'. *dementer, inſipienter, incautè.* Attic. 208 a, Stultè & incautè omnia agi uideo. Attic. 205 a, Et ſi ſcripſeram ad te nunc ſtultè. de Leg. Stultè arrogans. * de Orat. 134 a, Vt vel non ſtultus quaſi ſtultè cum ſale dicat aliquid.

STVLTITIA, tiæ. *fatuitas* Tuſc. 192 b, Stultitiam enim cenſuerunt inſaniam, id eſt, inconſtantiam ſanitate vacantem. ibid. 193 a, Ita ſunt altræ ſtultitiæ. & 206 b, Eſt proprium ſtultitiæ aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum. de Nat. 6 b, Miſerius ſtultitia nihil dici poteſt. de Or. 95 a, Oratoris peccatum, ſtultitiæ peccatum videtur: ſtultitia autem excuſationem non habet. de Diu. 127 a, O' delirationem incredibilem: non enim omnis error ſtultitia eſt dicenda. de Nat. 77 a, Stultitia eſt, à quibus bona precamur, ab ijs dātibus nolle ſumere. pro R. P. 126 a, Sed huius facti ſtultitiam maior iam ſuperior ſtultitia defendit. * Tuſcul. 192 b, Inſania iuncta ſtultitię patet latius. Att. 187 a, O' ſtultitiam, niſi mea maior eſſet, ſingularem.

STVLTVS, ta, tum. *fatuus, delirus, mente captus, malè ſanus, demens, amens, nullius conſilij.* Epiſt. 140 b, Stultorum plena ſunt omnia. in Ant. 187 b, Vt hominem ſtultum etiam magis infatuet, mercede publica. in Piſon. 92 a, O' ſtultos Camillos, ô amentem Paulum. Orat. 203 b, Stulto ſapientis orationem affingere. de Orator. 134 a, Vt vel non ſtultus quaſi ſtultè cum ſale dicat aliquid. pro Font. 278 b, Stultus auditor & credulus. )( *Sapiens iudex.* de Sen. 84 a, Senex, ſtultus, credulus, obliuioſus. de Amic. 114 a, Hæc eſt in fabulis ſtultiſſima perſona credulorum atque improuidorum ſenum. de Or. 156 a, Malo indiſertam prudentiam, quàm ſtultam loquacitatem. * *Alij legunt, ſtultitiam loquacem.* de Orat. 99 b, M. Buculeius homo neque meo iudicio ſtultus, & ſuo valde ſapiens.

† Syntaxis. *Stultè & incautè. Stultè arrogans. Aliæ ſtirpes ſtultitiæ. Stultum aliquem infatuare. Stultus & credulus. Stultiſſima credulorum perſona. Stulta loquacitas.*

STVPEFACTVS, a, um. de Orator. 147 b, In quo igitur homines exhorreſcunt? quem ſtupefacti dicentem intuentur?

STVPENS, tis. de Som. 128 b, Quæ cum intuerer ſtupens, quis, inquam, &c.

STVPEO, es in Verr. 255 a, Confirmant ipſi ſe, cùm is etiam tum ſemiſomnis ſtuperet. Att. 108 a, Sed ſtupēt omnes. de Fin. 80 b, Hæc cùm loqueris, nos Vatrones (* *al. Barones*) ſtupemus.

STVPESCO, ſcis. de Orator. 152 a, Aſpicere, admirari, ſtupeſcere.

STVPIDITAS,tis *ſtupor, tarditas.* in Ant. 175 b, In quo primùm incredibilem ſtupiditatem hominis cognoſcite.

STVPIDVS,a, um. *ſtupens, Bardus.* de Fat. 142 a, Zopyrus phyſiognomō ſtupidum eſſe Socratem dixit, & bardum. Parad. 123 a, Actæonis tabula te ſtupidum detinet. *aliter, Aetionis.* ad Heren. 40 a, Omnes ſtupidi timore obmutuerunt.

STVPOR,oris *ſtupiditas.* Tuſc. 192 b, Merces immanitatis in animo, ſtuporis in corpore. in Ant. 166 a, Sed ſtuporem hominis vel dicam pecudis attendite. & 128 b, Qui morbo aliquo vel ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiūt. pro Dom. 232 b, Eamq; animi duriciam ſicut corporis, quod cùm vritur, non ſentit, ſtuporem potius quàm virtutem putarem. de Aruſp. 244 b, Si autem id non ſentit, periculum, ne ſe ſtuporis excuſatione defendat. in Ant. 186 b, Qui propter hæſitantiam linguæ ſtuporemq; cordis cognomen ex contumelia traxit. in Ant. 173 a, Quis te tantus ſtupor oppreſſit, vt non ſcias, &c. & 166 a, Eſto, ſit in verbis tuis hic ſtupor: quanto in rebus ſententijsq; maior. * I. P. 79 b, Pauci tarditatem ingenij, ſtuporem, debilitatemq; linguæ *noueramus.*

† Syntaxis. *Cordis ſtupor, linguæ, verborum. Stupore oppreſſus.*

STVPRANDO. pro Dom. 238 a, Qui religiones omnes pollueris, aut ementiendo, aut ſtuprando.

STVPRATVS,a,um. de Fin. 78 b, Stuprata per vim Lucretia à regis filio, &c.

STVPRO,as. *conſtupro. ſtuprum infero, ſtuprum offero, vim affero, pudicitiam eripio, ſtuprum cum aliqua facio.* Epiſt. 66 a, Qui tot ingenuas matresfamiliâs ſtuprauit.

STVPROR,ris. de Fin. 140 a, Virginius interfecit filiam, ne ſtupraretur. de Aruſp. 251 a, Puluinar quod ſtupráras.

† Syntaxis. *Per vim ſtuprata mulier, materfamiliâs, virgo, puluinar.*

STVPRVM,pri. *inceſtum, omniśq; lege vetita libido.* Off. 59 b, Gyges reginæ ſtuprum intulit. Parad. 120 a, In aliquam domum ſtuprum inferre. in Piſ. 100 a, Clodius ſtuprum Bonæ deæ puluinaribus intulit. de Leg. 140 a, Lucretia per vim oblatum ſtuprum voluntaria morte luit. de Nat. 73 a, Qui uon ſat habuit coniugem illexiſſe in ſtuprum. in Cat. 106 a, Quod nefarium ſtuprum non per illum *factum eſt?* Antequam 195 a, A`me luxuries ac ſtupra Caſſij pœnas repetunt. Poſtquam. 306 b, Conſul proceſſit ſomni, vini, ſtupri plenus. Tuſc. 125 b, Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, inceſta deniq;. pro Dom. 234 b, Iſte qui non ſolùm aſpectu, ſed etiam inceſto flagitio & ſtupro polluit cerimonias. Octa. 331 b, Pop. Rom. pro turpi ſtupro datus in ſeruitutem. pro Mil. 115 a, Clodius cum ſorore germana nefarium ſtuprum fecit. * con. C. Anton. Cum ex eodem ſtupro tibi & vxorem & filiam inueniſti. ibid. Stupris ſe omnibus ac flagitijs contaminauit. de Aruſp. 245 b, Qui puluinaribus Bonæ Deæ ſtuprum intulerit: eaque ſacra, &c. non ſolùm aſpectu virili, ſed flagitio ſtuproque violârit. de Leg. 171 a, Nec ſi regnante Tarquinio nulla erat Romæ ſcripta lex de ſtupris: iccirco non illam ſempiternam Sex. Tarquinius vim Lucretiæ attulit.

† Syntaxis. *Stuprum alicui inferre, afferre, offerre. In ſtuprum illicere. Vir ſtupri plenus. Stupra corruptelæ, adulteria, inceſta. Inceſtum flagitium ac ſtuprum. Stuprum facere cum.*

STYLVS,li. *inſtrumentum, quo in tabulis ſcribebant veteres. hinc factum eſt, vt ſtylus pro ſcriptione, vel dictione caperetur.* de Clar. 127 b, Dein cum ocioſus ſtylum prehenderat, flacceſcebat oratio. in Verr. 129 a, Vertere ſtylum in tabulis ſuis. de Aruſp. 246 a, Cùm cætera ſcelera ſtylo illo impuro Sextus Clodius conſcripſiſſet. * pro Cluen. 43 a, Ne cenſorium ſtylum, cuius mucronem maiores noſtri multis remedijs retuderunt, æquè poſt hac atq; illum dictatorium gladium pertimeſcamus.

¶ *Scriptio, dictio.* Epiſt. 85 a, Cùm pręſertim adhuc ſtyli pœnas dem. de Clar. 173 b, Vnus enim ſonus eſt totius orationis, & idem ſtylus. de Orat. 97 a, Stylus optimus dicendi effector & magiſter. & ibid. Omnia ſub acumen ſtyli ſubeant neceſſe eſt. & 197 b, Stilus perfector dicendi, ac magiſter, de Clar. 273 a, Etiam artifex, vt ita dicam, ſtylus. Epiſt. 107 a, Stylus dicendi opifex. de Orat. 106 b, Hanc ad legē cùm exercitatione, tum ſtylo, qui & alia & hoc maximè ornat & limat, formanda nobis oratio eſt. & 117 b, In ſumma vbertate ineſt luxuries quædam quæ ſtylo depaſcenda eſt. Orat. 210 b, Sed tamen ſtylus exercitatus efficiet facilè hanc viam componendi. de Clar. 179 b, Orationes Attico ſtylo ſcriptæ.

† Syntaxis. *Stylum prehendere. Cenſorij ſtyli mucro. Styli dare pœnas. Luxuriem ſtylo depaſcere.*

STYX,gis *fluuius.* de Nat. 68 a, Et illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, Phlegeton, &c. Dij putandi.



SVADA,dæ, *Latinè, Græcè πειθώ.* de Clar. 169 b, Suadæq; medulla. Πειθώ, quam Græci vocāt, cuius effector eſt orator, hanc Suadam appellauit Ennius. eius autem Cethegum medullam eſſe vult: vt quam deam in Periclis labris Eupolis ſeſſitauiſſe ſcripſit, huius hic medullam noſtrum oratorem fuiſſe dixerit. de Sen. 87 b, M. Cethegus, quē rectè Suadæ medullam dixit Ennius.

SVADENDO. de Orat. 139 a, In ſuadendo nihil eſt optabilius quàm dignitas. Att. 123 b, Quò in ſuadendo plus autoritatis haberem.

SVADENS,tis. de Clar. 172 b, M. Cato legem ſuadens, in Galbam multa dixit. * Ep. 24 b, Cùm ſentimus prudentibus fideliterq; ſuadentibus idem videri.

SVADEO,des. *ſum autor, hortor, moneo, ſuaſor & autor ſum alicuius rei.* Epiſt. 204 a, Hæc eò ſpectant, vt te horter & ſuadeam: reliqua ſunt, quæ pertinēt ad rogandum. de Pro. 78 a, Nam poſtea me vt ſibi eſſem legatus, non ſolùm ſuaſit, ſed etiam rogauit. pro Arch. 188 a, Niſi mihi ab adoleſcentia ſuaſiſſem, nihil eſſe in vita, &c. Att. 217 b, Tu quod ipſe tibi ſuaſeris, idem mihi perſuaſum puto. Epiſt. 21 a, Nemo eſt qui ſapientius tibi ſuadere poſſit te ipſo. & 97 a, Primùm cœpi ſuadere pacem. in Ant. 195 a, Duo tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæſarem Pompeio ſuaſerim. de Sen. 80 a, Cùm legem Voconiam magna voce & bonis lateribus ſuaſiſſem. Att. 139 b, Quod ſuades, vt petam, &c. id iam pridem ago. & 180 a, De obuiam itione ita faciam, vt ſuades. 129 a, Memini, quid mihi ſuaſeris per Theophanem Culeonem. & 249 b, Gaudeo te mihi ſuadere, quod ego mea ſponte pridie feceram. in Ant. 165 b, An ego C. Trebonio perſuaſi? cui ne ſuadere quidem auſus eſſem. pro Milon. 110 b, Suadere rogationem.

† Syntaxis. *Te hortor & ſuadeo. Suadeo & rogo. Suadere pacem.*

SVAPTE` & SVOPTE`. L. PTE.

SVASIO,onis. *hortatio. )( diſſuaſio.* Orator. 200 a, Tales ſuaſiones, qualem Iſocrates fecit Panægyricum. de Orat. 139 a, Præcepta quæ de ſuaſionibus tradenda ſunt. * ad Heren. 1 a, Deliberatiuum eſt, quod in conſultatione poſitum habet in ſe ſuaſionem & diſſuaſionem. Partit. 230 b, In ſuaſione aut ſpem aut reformidationem deliberantis *ſibi proponet orator.* & 231 a, Suaſio futurarum *rerum eſt.* & 237 a, Cùm cōſtet hoc genus cauſarum ex ſuaſione & diſſuaſione. pro Cluen. 47 a, In ſuaſione legis Seruiliæ ſummis ornat ſenatum laudibus.

SVASOR,oris. *conſuaſor, autor, hortator. )( diſſuaſor.* Off. 64 a, Atq; huius deditionis ipſe ſuaſor & autor fuit. Att. 256 a, Quamuis nō fueris ſuaſor & impulſor profectionis meę, approbator certè fuiſti. Attic. 263 a, Quanquam hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris. in Ant. 166 a, Nihil intereſt inter ſuaſorem facti, & probatorem. * de Orat. 139 In ſuadendo nihil eſt optabilius quàm dignitas. Nam qui vtilitatem putat, non quid maximè velit ſuaſor, ſed quid interdum magis ſequatur videt. Part. 237 a, Vt illa prima ſint ſuaſori aut diſſuaſori videnda. ibid. Suaſori proponitur ſimplex ratio. ibid. Si ſuaſori vtrunq; docendum eſt. Part. 238 a, Suaſionis loci. I. A. 154 b, Antonium repudiatis malis ſuaſoribus, remiſſis Gallię prouincijs, ad autoritatem ſenatus eſſe rediturum.

† Syntaxis. *Suaſor & autor. Suaſor & impulſor. Non ſuaſor, ſed rogator. Suaſor & probator facti.*

SVAVILOQVENS,tis. de Clar. orator. 169 b, Additur orator Cornelius, ſuauiloquenti ore Cethegus. Ennij. Item de Repub. teſte Gellio.

SVAVILOQVENTIA,tiæ, de Clar. 169 b, * Et oratorem appellat, & ſuauiloquentiam tribuit, quæ nunc quidem non tam eſt in pleriſque.

SVAVIOR,aris *oſculor, ſuauium do.* de Clar. 169 a, L. Brutus, qui de Matre ſuauianda ex oraculo Apollinis tam acutè coniecit. Att. 253 a, Attricam noſtram cupio ſuauiari: ita mihi dulcis ſalus viſa eſt per te miſſa ab illa.

SVA[illegible]S,ue *dulcis, conditus, iucundus.* pro Cor. 63 b, Comes, ben[illegible], faciles, ſuaues, &c. I. V. 152 b, Odor ſuauis & iucund[illegible] *teter.* de Clar. 168 a, Hic ſuauis videri maluit, quàm gr[illegible]is & ſuauitate ea, qua perfunderet animos, nō qua perfringeret. * Tuſc. 199 b, Detrahens eas etiam, quæ ex formis percipiuntur oculis, ſuaues motiones.

SVAVITAS,tis. *ſuauitudo, dulcitudo, iucunditas.* Off. 75 b, Conquirere ſuauitates vndique. de Fin. 56 b, Voluptas quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet. de Orat. 101 a, Accedit mira quædam in cognoſcendo ſuauitas & delectatio. & 105 a, Quem omnes amare pro eius eximia ſuauitate debemus. Qu. fr. 318 b, Mirifica ſuauitate villam habeo. de Diuin. 97 a, Reſponſum eſt, ſingulari illum ſuauitate orationis fore. I. A. 182 b, Quidam morbo aliquo & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt. de Am. 108 b, Accedat huc ſuauitas quædam oportet ſermonum atque

que morum, &c. * Ac. Voluptatis nomen ſuauitatem, quietem, teſte populo exaggerás. ad Herennium 20 a, Eadem attinent ad ſuauitatem pronuntiationis. de Orator. 145 a, Suauitatem Iſocrates habuit & b, Me autem tuus ſonus & ſuauitas iſta delectat, omitto verborum, &c. ſed hanc dico ſuauitatem, quæ exit ex ore: quæ quidem vt apud Græcos Atticorum, ſic in Latino ſermone huius eſt vrbis maximè propria. de Orat. 152 b, Vt ſuauitatem habeat Orator auſteram & ſolidam, non dulcem atque decoctam. de Clar. 188 b, Suauitas vocis & lenis appellatio literarum benè loquendi famam confecerat. de Opt. 243 b, Vires, lacertos, ſanguinem, quærunt, quandam etiam ſuauitatem coloris. pro Cœl. 42 a, Qui in hac ſuauitate humanitatis, qua propè iam delectantur homines, verſari periucundè ſolet. de Senect. 89 b, Cùm admiraretur, &c. ſuauitatem odorum. Epiſt. 256 b, Vide quanta in te ſit ſuauitas.

SVAVITER. *dulciter, iucundè*. de Orator. 146 b, Suauiter loqui. de Clar. 174 b, Solutè & ſuauiter dicere. Epiſtol. 256 a, Epiſtola copioſè & ſuauiter ſcripta. de Finib. 60 b, Et ſecunda iucundè ac ſuauiter meminerimus. Academ. 25 a, Video quàm ſuauiter voluptas ſenſibus blandiatur.

SVAVITVDO, nis. *ſuauitas*. ad Heren. 20 a, Res eædem vocis firmitudini & pronunciationis ſuauitudini proſunt.

SVAVIVM, uij. *oſculum*. Att. 259 a, Atticæ, quoniam hilarula eſt, meis verbis ſuauium des.

† Syntaxis *Voluptas naturam ſuauitate mouet. In cognoſcendo ſuauitas & delectatio. Coloris ſuauitas. Villam mirifica ſuauitate habere, Cibi ſentire ſuauitatem. Solutè & ſuauiter loqui. Iucundè & ſuauiter. Pronunciationis ſuauitudo.*

SVB. *ratione loci, ſitus, ſubter, ſubtus*. Quint. frat. 31 a, Vaporarium ex quo ignis erumpit, eſt ſub tectum cubiculi. & ibi. Sub grande cubiculum. l. A. 64 a, Negociumq; tranſegiſſes, niſi ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ coniecisſet. de Nat. 47 b,

*Et natos geminos inuiſes ſub caput arcti.*

de Nat. 45 a, Homines ſub terra habitantes, qui nunquam exiſſent ſupra terram. de Orator. 133 b, Gallus captiuus ſub nodis diſtortus, eiecta lingua, buccis fluentibus.

¶ *Naturæ*. Top. 225 b, Quod ſub ea cauſa ſubiectum eſt.

¶ *Violentiæ*. pro Dom. 223 a, Vt Cyprius rex ſub præcone ſubijceretur.

¶ *Conditionis*. Epiſt. 114 a, Sed non ſtatim ſub mentionem & conuicium obtrectatorum. Acad. 19 a, Res ſubiectæ ſub ſenſus.

¶ *Ante*. de Vniu. 201 b, Nullo poſito ſub oculis ſimulacro. ad Her. 39 a, Subijcere aliquam rem ſub aſpectu omnium. de Vniu. 197 b, Cœlum ſub aſpectum & tactum cadit. & 199 a, Sub intelligentiam cadens.

¶ *Circiter*. Quint. frat. 306 a, Senatus fuit frequentior, quàm putabamus eſſe poſſe menſe Decembri, ſub dies feſtos.

¶ *Poſt*. Epiſt. 153 a, Sub eas ſtatim recitatæ ſunt tuæ. Att. 141 b, Sub poſteaquam literas ad te dedi.

Svffragans, tis. Qu. de Pet. conſ. 209 a, Nemo ab ignotis hominibus, nullis ſuffragantibus meritis, honore afficitur. Epiſtol. 146 a, Fortuna ſuffragante videris res maximas conſecutus.

Svffragatio, onis. *eſt ipſa voluntatū & animorū declaratio, quæ fit ſuffragijs.* pro Dom. 222 a, Facilis ſuffragatio pro ſalute. pro Milon. 108 a, Hic ſuffragationem conſulatus perdidit. * pro Muræn. 133 b, Hanc vrbanam ſuffragationem militari anteponis. pro Planc. 262 a, Sublata ſunt ſtudia, extinctæ ſuffragationes. & 268 a, Vt ſuffragatio, vt obſeruantia, vt gratia tolleretur. Epiſt 20 b, Habemus, &c. noſtram ſuffragationem ſi minus potentem, at probatam tamen & iuſtam, & debitam, & propterea fortaſſe etiam gratioſam. Ep. 149 a *Planci.* Nihil ad meam dignitatem accedere volo ſuffragatione veſtra.

Svffragator, oris pro Mur. 127 a, Tua nobilitas populo & ſuffragatoribus eſt obſcurior. & 134 b. * Suffragatorum comparatio. Q. de Pet. 210 a, Ex fucoſis firmi ſuffragatores euadunt.

Svffragatorivs, a, um. *quod ſuffragijs declaratur, aut in ſuffragijs verſatur.* Qu. de Pet. 209 a, Breuis & ſuffragatoria amicitia.

Svffragivm, gij *punctum, tabella, vox, ſententia.* de Leg. 190 b, Suffragia in magiſtratu mandando aut de reo iudicando, &c. palàm ferre melius. & 191 a, Nihil eſt in ſuffragijs voce melius. Offic. 37 b, Quis eſt, qui cùm contra me ferebatur, iniiſſe ſe ſuffragium confiteatur? ibid. Ferre ſuffragium de ſalute alicuius. contra Rull. 66 b, Itaq; me nō extrema tribus ſuffragiorum, ſed primi illi veſtri concurſus: nō ſingulæ voces præconum, ſed vna voce vniuerſus populus conſulem declarauit. in Verr. 134 a, Cùm ſuffragijs tres ex tribus generibus creati ſunt res reuocatur ad ſortē. Att. 1 b, Videtur in ſuffragijs multū poſſe Galba. cont. Rul. 69 b, Vt vnuſquiſque ſtudio & ſuffragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum munire poſſit. & ibid Priuare populum ſuffragijs. ad Heren 9 b, Quæ capiunt ſuffragia populi. pro Mur. 135 b, Confuſionem ſuffragiorum flagitaſti iñ Ant. 168 b, Tum verò adhibes ioci cauſa magiſtrū ſuffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorem. Poſtq. 208 a, Iiſdem operis ſuffragium ferentibus. Epiſt. 181 b, Ego te ſuffragium tuliſſe audiui. pro Dom. 222 b, Perditos homines de capite alicuius ſuffragium ferre. Epiſt. 250 a, Fieri conſulem cunctis ſuffragijs. pro Planc 262 a. Suffragia per tabulam fieri ſolita. item, Itaq; refert, vt vniuerſus populus in campo Martio ſuffragium de re Clodij ferat. * pro C. Corn, 1, Legem de libertinorum ſuffragijs Cornelius cum Manilio dedit. ibid. Qui ſuffragij ferundi cauſa conueniunt. ad Her. 9 b, Tu & populum ſuffragio, & magiſtratum conſilio priuaſti. I. V. 134 a, Vt pro ſuffragio Theomnaſtus familiaris ſuus in tribus illis renunciaretur. pro Planc. 261 a. Eblandita illa non enucleata, eſſe ſuffragia. Eos qui ſuffragium ferant, &c. ibid. Eſt conditio liberorum populorum, præcipueq; huius principis populi, poſſe ſuffragijs vel dare vel detrahere quod velit cuiq;. & b, Renunciatio ſuffragiorum expectetur. & 262. a, Nulla expectatio ſuffragiorum. pro Planc. 268 a, Suffragia largitione deuincta ſeueritatem ſenatus, & bonorum omniū vim ac dolorem excitârint. I. A. 234 b, Suffragio meo tanquam conuitijs, homini honorem amiciſſimo denegauero. de Leg. 190 b. Proximum eſt de ſuffragijs, quæ iubeo nota eſſe optimatibus, populo libera. & 191 a, Non latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus quid quiſque ſentiret, tabella vitioſum occultaret ſuffragium. ibid. Vno in genere relinqui videbatur vocis ſuffragium, quod ipſe Caſſius exceperat, perduellionis. & b, Si a me lex eſt recitata de ſuffragijs: Optimatibus nota, plebi libera ſunto. ibid. Quæ leges tegunt omni ratione ſuffragium. de Leg. 192 a, Vt omittam largitione corrupta ſuffragia. ibid. Quæri in ſuffragijs quid optimi viri ſentiant? Offic. 45 b, Quos *honores* cunctis ſuffragijs adepti ſumus.

† Syntaxis. *Suffragia palàm ferre. Inire ſuffragium. Facta per tabulam ſuffragia.*

Svffragor, aris. *ſuffragium fero, faueo.*)( *aduerſor, refragor.* in Verrem 272 b, Cui legi cum veſtra dignitas vehementer aduerſaretur, iſtius ſpes falſa & inſignis impudentia, maximè ſuffragatur. de Legib. 156 a, Mihi videris fratrem laudando, ſuffragari tibi. in Verrem 58 a, Hortenſius tibi ſuffragatur. *id eſt, auxilio eſt.* Att 279 a, Nec deſtiti accuſare eius neceſſarios, qui eius cupiditati ſuffragari videbantur. pro Mur. 141 a, Quorū ſuffragium tenue eſt, ſi vt ſuffragantur, nihil valent gratia. pro Plan. 259 a, Ei meorum temporū memoriam ſuffragari videbam. pro Planc. 262 b, Sed vide, ne hæc ipſa, quæ diſpicis, huic ſuffragata ſint. Epiſt. 160 b, Suffragari laudibus cuiuſpiam. & 147 b, Suffragari pro aliquo. Offic. 28 a, Domus ſuffragata domino, nouo homini, ad conſulatū putabatur. * pro Dom. 218 b, Si eius dignitati ſuffragatus viderer.

† Syntaxis. *Suffragari alicui, & pro aliquo.*

* Svffringo, is. frango, perfringo. pro Sex. Roſc. 27 b, Crura quidem vobis nemo ſuffringet.

Svffringor, ris. *frangor, perfringor.* pro S. R. 27 b, Si canes luce latrent, opinor iis crura ſuffringantur.

Svffvsvs, a, um. *reſperſus, perfuſus.* de Nat. deor. 37 a, Aequabili calore ſuffuſus æther. Tuſcul. 152 a, Sanguis ſuffuſus cordi. Epiſtol. 16 a, Noui animum tuum, tum mihi amiciſſimum, tum nulla in cæteros maleuolentia ſuffuſum.

* Svggerendvs, a, um. de Orator. 139 a, Tunc ſuggerenda ſunt firmamenta cauſæ coniuncta, & infirmandis contrariis, & tuis confirmandis. Attic. 201 b, Druſo ludus eſt ſuggerendus.

Svggero, ris. *ſubijcio, ſuppedito.* de Orat 129 a, Singulis generibus cauſarum argumentorum copiam ſuggerunt. de Nat. deor. 74 b, Atque huic incredibili ſententiæ ratiunculas ſuggerit. de Inuent. 48 a, Cur tu his rebus ſumptus ſuggeris.

¶ *Rememoro.* de Finib. 74 a, Si memoria defecerit, tuum eſt vt ſuggeras.

Svggeror, ris. *commemoror.* in Ant. 173 a, Suggerebantur etiam ſæpe damnata aleatoria.

Svggestvm, ſti. *roſtra, locus concionum, qui rectè concio etiam dicitur: alij authores pleriq; pulpitum vocant.* de Diuin. 106 a, Neq; illud ſuggeſtum, in quo cauſam dixerit, aſcendenti ſignum vllum datum, &c. Tuſc q. 236 b, Idemque cùm in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat.

Svggestvs, a, um *adiunctus.* de Orat. 118 b, Ambiguum explicatur, cùm ea verba quæ deſunt, ſuggeſta ſunt.

Svgo, gis. *haurio, idque labris & ore, vt qui lacte mammis hauriunt.* de Nat. deor. 50 a, Animalia alia ſugunt, alia vorant, alia mandunt. Tuſc. q. 190 b, Errorem cum lacte nutricis ſuximus.

Svi, ſibi. Attic. 294 a, Nicias vehementer ſua ſui memoria delectatur. de Finib. 86 a, Item omnibus menſis dent ad eorum epulas, qui vnà ſecum philoſophati ſint, vt & ſui & Metrodori memoria colatur. in Cat. 119 a, Vterque pro ſui dignitate, & pro rerum magnitudine, in ſumma ſeueritate verſatur. de Vniuerſ. 203 a, Imitantes genitorem & effectorem ſui. pro Syll. 181 a, Hóſne tales viros, tam cupidos ſui perire voluit? de Vniuerſ. 198 a, Ita ſe ipſe conſumptione & ſenio alebat ſui. Att. 152 a, Nihil malo, quàm & me mei ſimilem eſſe, & illos ſui. Or. 208 a, Cōmendatio ſui. de N. 16 b, Natura quaſi ſui lena. Tuſc. q. 240 a, Dionyſius alterū interfici iuſſit, quia viam demōſtrauiſſet interimendi ſui: *id eſt, ſui Dionyſij.* de Cl. 173 b, Præſertim cū ille Quint. Scęuola ſibi prætuliſſet *id eſt, Fannio* Or 206 a, Ne ipſe quidē mihi perſuaſiſſet, vt ſe dimitterem pro Qu. 4 b, Teſtificantur iſti P. Quintium non ſtetiſſe, & ſe ſtetiſſe. pro Milon. 115 b, Tamen quotieſcunq; vellet quis hoc in genere ſe rem iudicatam referre, poſſe voluerunt. ad Attic. 321 a, & 320 b. Cùm ad illum ſcribas, nihil te recordari de ſe de epiſtolis illis, quas, &c. Attic. 248 a, Cùm ſibi negocium daret Antonius, vt eum dictatorem efficeret *id eſt, ſe.* & 283 b, Quod ad te ſcripſeram, vt cum Camillo communicares, de eo Camillus mihi ſcripſit, tecum ſe locutum. & 240 b, L. Cæſar vt veniam ad ſe rogat in nemus, aut ſcribam quò ſe venire velim. pro Lig. 138 a, Atque hæc propterea de me dixi, vt mihi Tubero cùm de ſe eadem dicerem ignoſceret. pro Lig. 143 a, Non ſolùm ſibi ipſos, ſed etiam reip condonaueris. Tuſc q. 239 b, Dionyſius inſtituit, vt filiæ barbam ſibi & capillum adurerent. Anteaquam. 192 b, Qui chariſſimam veſtram procreationem ſibi eſſe duxit. Tuſc. q. 187 b, Sin erit ille gemitus flebilis ei qui ſe dederit, vix eum virum dixerint. de Fin. 130 a, Bonus pater intelligit omnes æquè filios ſe attingere, ad ſeq; pertingere. Attic 55 a, Sui, *pro ei.* de Aruſp. 249 b, Id monſtrum ſibi ipſum eſt.

† Syntaxis. *Ille ſua ſui memoria delectatur. Faciet pro ſui dignitate. Senio ſe ſui alere. Nihil ille de ſe recordatur. id eſt, de illo.*

Svlcvs, ci. de Diu. 119 a, Cùm terra araretur, & ſulcus altiùs eſſet impreſſus.

Svlmo, onis, *Ouidij patria.* Att. 129 a.

Svm, es. *conſto, valeo: ad precium relata.* Parad. 125 a, b, Vt quiſq; quod plurimi eſt, poſſidet, ita diſtiſſimus habendus eſt. Att. 121 a, Scio quanti reipublicę ſit. Offic. 50 b, Vt commodius putarent numerari ſibi quod tanti eſſet, quàm ſuum recuperare. in Verr. 192 a, In nullo loco frumentum tanti fuit, quanti iſta æſtimauit. & 191 b, Quanti Epheſi ſit frumentum, tantū dare in Phrygia. & 191 a, Cùm in Sicilia H-S. 11 tritici

tritici modius eſſet. & ibid. Quanti frumentum eſſet. & 187 a, Quanti erat in Sicilia triticum. pro S.R. 19 a, Bona huius quæ ſunt ſexagies, duobus millibus nummûm ſeſe emiſſe dicit Chryſogonus. pro Qu. Roſc. 50 b, Ager nunc multo pluris eſt, quàm tunc fuit. pro Roſc. 49 b, Is ex qua parte erat Fannij, nõ erat H-S. L I I I, ex qua parte erat Roſcij, amplius erat H-S. C C C L I I I. & ibid. Alter C C C L I I I. quod ſit, in ſocietatẽ affert. Off. 70 b, Emere denario, qđ ſit mille denariûm. Epiſt. 102 a, Audio Treuiros capitales eſſe: mallem auro, argẽto, ære eſſent.* con. C. Ant. Eo tempore in me tibi parum auxilij eſſe vidiſſe. I. V. 192 a, In quibus *prouincijs* vnum pretium frumento eſſe nõ ſolet. ibid. Aliquo in loco Siciliæ prætore Verre ternis denarijs tritici modium fuiſſe. ibid. Cùm eſſet *frumentum* HS binis, aut etiam ternis, quibuſuis in locis prouinciæ.

¶ *Dego, viuo, moror habito, verſor.* Att. 124 b, Eſſe cũ aliquo. itẽ, Dixit etiã alia quædã de ſeruulis ſuis, quare nobiſcũ eſſe non poſſet: morẽ geſſi, dimiſi à me. de Cl. 19 a, Eram cum Stoico Diodoro: qui cũ habitauiſſet apud me, cumq; vixiſſet, nuper eſt mortuus domi meę. Ep. 57 b, Amplector eius familiariſſimos, qui me admodũ diligunt, multumq; mecũ ſunt. & 77 a, Tamen erat nemo, qui cũ eſſem libentius, quàm tecũ, & pauci, quibus cum eſſem æquè libenter. Epiſt. 53 a, Nonne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe, quàm cũ periculo alienę? & 22 a, Cùm Athenis decẽ ipſos fuiſſem dies. & 86 b, Vt eſſes in Sicilia, quoad velles. Qu. fr. 302 a, Plato quidã Sardianus, Epicureus, qui Athenis ſolet eſſe multũ. de Ar. 249 b, Si eſſetis, verſareminiq; nobiſcũ. de Or. 111 a, Vos oro, vt hic ſitis hodie. in Verr. 254 b, In publico eſſe non audet. & 129 a, Non licet mihi eſſe Romæ. *I V. 192 a, In quibus *locis* es verſatus, rem geris.

¶ *Euenio, intercedo.* pro Qu. 4 b, Alicui cũ aliquo familiaritatem vel ſocietatẽ eſſe. in Ant 175 a, Mihi cum illa poſthac nihil erit. de Diu. 103 a, Cùm ita ſolutus eſt & vacuus *animus*, vt ei planè nihil ſit cum corpore. in Verr. 113 a, Quęſiuit à Gallis, quid ſibi eſſet cum his. pro Clu. 54 a, Quid huic cũ Habito? nihil. in Ant. 226 b, Cum Vatinij legionibus quid erat Antonio? Att. 190 b, Mihi ante ædilitatẽ nihil erat cum Cornificio. * pro Flacc. 157 b, Quæ pecunia fuerit apud ſe Flacci patris nomine à ciuitatibus. de Conſolat. Mares & fœminas complures ex hominibus in deorum numero eſſe videmus. de Fat. Cum eſſet apud ſe ad Lauernium Scipio, vnaq; Pontius.

¶ *Significatione, Attinet, Spectat, Oportet: cum genitiuo & recto.* Tuſ. 221 a, Libidinẽ laudare, cuius eſt libidinis? & ibid. Aegritudinem laudare, &c. quorũ eſt tandẽ philoſophorum? pro Clu 18 b, Non eſt noſtri ingenij, veſtri auxilij eſt iudices, huic ſubuenire. Att. 247 a, Meus diſceſſus deſperationis eſt, nõ legationis. Qu. fr. 194 b, Eſt eius qui alijs præſit, eorũ quibus pręſit, commodis vtilitatiq; ſeruire. pro Pom. 7 a, Erit igitur humanitatis ac ſapientiæ veſtræ, prohibere, &c. videre, &c. de Cl. 188 b, Cuius locutionis Latinæ & emendatæ penes quos laus adhuc fuit, nõ fuit rationis aut ſcientiæ, ſed quaſi bonę cõſuetudinis. ad Att. 275 a, Nihil mihi minus hominis videtur eſſe, quàm, &c. de Or. 116 b, Clamare cõtra quàm deceat, hominis eſt impudentis. & ibid. Quorũ alterum diuinitatis mihi cuiuſdam videtur, alterũ humanitatis. in Verr. 207 a, Eſt boni iudicis, facere coniecturam, &c. de Fin. 101 a, Eſt hominis ingenui, velle, &c. de Or. 103 b, philoſophi nõ eſſe. Attic. 193 a, Fortis ægroti eſt, accipere medicinam. pro Rab. Poſth 124 b, Hîc iam iudices veſtri cõſilij res eſt: veſtræ ſapientiæ, quod deceat, &c. Or 203 a, Magni igitur iudicij, & ſummæ facultatis eſſe debebit moderator ille huius tripartitæ varietatis. Ep. 7 a, Eſt & tuæ & noſtri imperij dignitatis, &c. proficiſci. Or. 197 a, Suſcipere tantã rem vix arbitrabar eſſe eius, &c de Fin. 86 a, Hæc non eius erant. Ep 71 b, Statu noſtræ neceſſitudinis eſſe, &c. & 72 b, Non eſt iam grauitatis ac ſapientiæ tuę & 52 a, Magnæ eſt deliberationis, quæ ratio ſit ineunda nobis quieſcendi pro Mur. 143 b, Tuũ eſt Cato videre, &c. Att. 195 b, Fuit meum quondam rempublicam regere. & 151 b, Sed tu id quanti æſtimes, tuum iudicium eſt. & 265 b, Tota poteſtas eius rei tua eſt. & ibid. a, Conſules quorum & lege & S. C. cognitio & iudiciũ fuit. de Finib. 93 a, Erat enim ſi cuiuſquam, certè tuum. Tuum conſilium eſt, vel tui conſilij. L. CONSILIVM. * Epiſtol. 7 a, Autoritas, &c. tantam vim habet, vt magis iratorum hominum ſtudium, quàm conſtantis Senatus conſilium eſſe videatur.

¶ *Cum datiuo, ratione varia.* de Cl. 273 a, Hæc res P. Africano vituperationi fuit. I. V. 139 a, Hæc res erit tibi crimini, vel inuidiæ. Att. 86 b, Poſtrema tua pagina mihi magnæ moleſtiæ fuit. I. V. 177 b, Hæ pecuniæ tibi fraudi & damnationi eſſe debent. & 166 b, Sicilia tibi prædæ & quæſtui fuit. Offic. 28 a, Aliter ampla domus dedecori domino ſæpe ſit. Att. 236 b, Clementiam Cæſari malo fuiſſe. ad Her. 7 a, Hoc alijs quoque bono fuit. pro S.R. 20 b, Quibus occidi Roſcium bono fuit. de Inu. 54 a. Quæ ſigno ſunt omnia, ratione mundũ adminiſtrari. de Cl. 168 a, Iam tum honos erat eloquentiæ. in Ant. 202 a, Filio pietas erga patrẽ fraudi eſſe non debet. * I. V. 180 b, Quæ detrimento, maculæ, inuidiæ, infamiæ nobis omnibus eſſe poſſint. pro P. Opp. Multum poſſe ad ſalutem alterius, honori multis: parum potuiſſe ad exitium, probro nemini fuit. de Orat. 244 a, Neq; ſolùm tibi improborum dominatus, ſed etiam propter admiſtam ciuium cædem bonorum victoria mœrori fuiſſet.

¶ *Fio, æſtimor, ducor, conſto, viuo: cum ſeptimo.* de Or. 115 b, Annibalis nomen magna erat apud omnes gloria. Qu. fr. 302 b, Cùm ſpe ſum maxima, tum etiam maiore animo. pro Quin Roſc. 48 a, Hic capite & ſupercilijs ſemper eſt raſis. Ep. 85 a, Qua in re ſingulari ſum fato. Attic. 26 b, Mira ſum alacritate ad litigandũ. Ep. 262 a, Incredibili ſum ſolicitudine. de Or. 124 a, Qua nos indulgentia in liberos noſtros eſſe debemus? Eſt. 234 a, Eſſe mirifico ſtudio in aliquem. & 34 a, Eſſe bono animo inter ſe. & 254 b, Spero homines intellecturos, quanto ſit omnibus odio crudelitas, & quãto amori probitas & clementia. & 93 b, Tu qui coniunctiſſima fuiſti mecũ & ſententia & voluntate. Or. 216 a, Trochæus eodem ſpacio eſt, quo Choræus & 215 b, Iambum nimis è vulgari eſſe ſermone.* de Diu. 88 b, Vt igitur nunc minore gloria eſt *oraculum:* ſic tum in tanta gloria non fuiſſet. Ep. 81 b, Quanto fuerim dolore. *Alij in addunt.*

¶ *Cum ablatiuo, & in: viuo, habeor, dicor, verſor, maneo, perduro.* de Am. 115 b, Diutius in hoc deſiderio eſſe non poſſum. in Ant. 167 b, Magna in moleſtia ſum. Att. 178 a, In eadẽ ſum voluntate. in Verr. 231 b, Cùm diutius in eo negocio curaq; fueram, ad Carpinatium reuertebar. pro Syll. 174 a, Si hic eſſet in eodem ſcelere. in Verr. 202 a, Non modò ipſum in ære alieno nullo, ſed in ſuis numis multos (* *al. multis*) eſſe, ſemperq; fuiſſe. & 200 a, b, Eſſe in amore atque delicijs alicui. Att. 37 a, Eſſe in ſumma infamia ſceleris Att. 127 a, In eadem opinione fui, qua cæteri omnes, te, &c. de Diu. 87 a, Cùm vicini omnes ad vnum de rebus ſuis referrent, erat in magno nomine & gloria. de Fin. 97 a, Timere, mœrere, in libidine eſſe, peccatum eſt etiam ſine affectu. de Fin 91 b, Eſſe in principibus. Epiſt. 91 b, Eſſe in decurionibus. & 88 b, Quod eſt in vno te, quæ ſunt in fortuna. Eſſe in vitio aut virtute. L. IN: *& ſuis locis.* * de Orat. 144 a, Hæc iam neq; in integro nobis eſſe poſſunt.

¶ *Varia poteſtas: conſto, exiſto, cado, conſiſto, numeror, &c.* de Orat. 123 a, Omne quod eloquimur, ſit. vt id aut eſſe dicamus, aut non eſſe. Top. 222 b, Definitionum autem duo ſunt genera prima: vnum earum rerum quæ ſunt, alterum earum quæ intelliguntur. Eſſe ea dico, quæ cerni tangique poſſunt, &c. non eſſe ruſus ea dico, quæ tangi demonſtraríve non poſſunt, cerni tamẽ animo, atq; intelligi poſſunt, &c. de Orat. 109 a, Talem verò exiſtere eloquentiam, qualis fuerit in Craſſo, non potuiſſe confirmo. Poſtquam. 201 b, Cn. Pompeius, vir omnium qui ſunt, fuerunt, erunt, virtute princeps. de Orat. 132 b, Sæpe etiam verſus interponitur, vel vt eſt, vel paululum immutatus. in Ant. 153 a, Quæ credo eis fuiſſe futura communia. Qu. fr. 317 a, Plus vnus fuerit (* *al. potuerit*) Cato, quàm omnes leges. Ep. 23 a, Iam me Pompeij totum eſſe ſcis. pro Qu. R. 53 b, Quod vniuerſæ ſocietatis eſſet. item. Quod ſuæ partis eſſet. d 252 b, Magni mihi erunt literæ tuæ. in Verr. 244 b, Fuit iſta repræhenſio quondam. Att. 82 a, Si erit vt volumus. Tuſc. q. 233 a, Eſt, vbi id iſto modo valet. ad Her 32 b, Eſt, cùm nõ eſt ſatius. Ep. 234 a, Tutò eſſe: &, Eſſe cum telo. Att. 38 b, de Or. 134 a, Quid tibi eſt iſta mulier? vxor. Attic. 96 b, Sed nunciant melius eſſe ei. & 128 b, Ecquæ pacifica perſona deſideretur, an in bellatore ſint omnia. & 186 a, Ne viuam mi Attice, ſi mihi non modò Tuſculanum, vbi certè ſum libenter, ſed μεγαλόγρων νῆσοι tanti ſunt, vt ſine te ſim totos dies. Qu fr. 291 a, Eſſe quocunq; veneris, & publicè & priuatè maximam lætitiam. Offic. 16 a, Quanquam hæc quidem res nõ ſolùm ex domeſtica eſt ratione, attingit enim & bellicam, &c. * de Orat. 123 a, Critolaus erat ab Ariſtotele, *id eſt, ſentiebat cum eo, ſtabat ab eo.* de Fat. Accipenſer iſte paucorum hominum eſt. pro Quint. 1 a, Quod mihi conſueuit in cæteris cauſis eſſe adiumento. I. V. 162 a, Sed eſt *Steſichori ſtatua* & fuit tota in Græcia ſummo propter ingenium honore & nomine. I. V. 192 a, Si mihi tecum neq; de annona, neque de æſtimatione tua poteſt eſſe controuerſia. pro Deiot. 131 a, Cùm viderem virum talem, qui in eadem cauſa, in qua ego, fuiſſet, non in eadem eſſe fortuna. I. A. 186 b. Qui ſumus è municipijs. de Fin. 64 b, Eos, qui aliquid ſibi videri dicant, nõ ipſos in ea ſententia eſſe. de Fin. 85 b, Quod diſſolutum ſit, id eſſe ſine ſenſu. & 86 a, Cum reliqui nihil ſit omnino. ibidem. Dent quod ſatis ſit ad diem agendum natalem ſuum. ibid. Hæc ego non poſſum dicę-

ſum dicere non eſſe hominis & belli & humani, ſapientis verò nullo modo, phyſici præſertim, quem ſe ille eſſe vult, putare vllum eſſe cuiuſquam diem natalem. Tuſc. 218 a, Quod cũ ipſum per ſe odioſum eſt, tum eò moleſtius, quia ſunt *vitia* in lubrico. de Diuin 86 a, Antiquiorem enim ſibi fuiſſe poſſeſſionibus ſuis gloriam. de Diuin. 103 a, Quæ *ſcientia* poteſt eſſe etiam ſine motu atque impulſu Deorum. ibid. Cumque omnia completa ſunt & referta æterno ſenſu & mente diuina: neceſſe eſt cognitione diuinorum animorũ animos commoueri. ibid. Horum ſunt auguria, non diuini impetus, ſed rationis humanæ. ibid. Si ei commodum eſſet. de Leg. 156 b, Quanquam & apud Herodotum patrem hiſtoriæ, & apud Theopompum ſunt innumerabiles fabulæ. de Legib. 157 a, Vt ea patria, quæ ſalua per te eſt, per te eundem ſit ornata. de Sen. 90 a, Itaq; quãtum ſpatium ætatis maiores noſtri ad ſenectutis initium eſſe voluerunt, tantus illi curſus honorum fuit. ibid. Apex ſenectutis eſt autoritas: quanta fuit in L. Cæcilio Metello. ibid. Cuius de laudibus omnium eſſet fama conſentiens. ibid. Habet ſenectus honorata præſertim, tantam autoritatem, vt ea pluris ſit quàm omnes adoleſcentiæ voluptates. ibid. Lacedæmone eſſe honeſtiſſimũ domicilium ſenectutis. de Sen. 90 b, Multa in noſtro collegio præclara ſunt. ibid. Hæc morum vitia ſunt, non ſenectutis. ibid. In fragili corpore odioſa omnis offenſio eſt. ibid. Qui *fratres* in Adelphis ſunt. Quanta in altero duritas, in altero comitas? de Sen. 91 a, Si aliquò eum *animum mors* deducit, vbi ſit futurus æternus. ibid. Si aut non miſer poſt mortem, aut beatus etiam futurus ſum? Quanquam quis eſt tam ſtultus, quamuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum ſe ad veſperum eſſe victurum? Epiſt. 81 b, Tempus eſt huiuſmodi, vt, &c. vbi quiſq; ſit, ibi eſſe minimè velit. Equidem nos quòd Romæ ſumus, miſerrimũ eſſe duco, non ſolùm quòd in omnibus malis acerbius eſt videre quàm audire. Epiſt. 90 b, Ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes. Epiſt. 230 a, Sed hoc eſt tui conſilij & iudicij. ibid. Scio eius ordinis autoritatẽ ſemper apud te magni fuiſſe. ibid Quod tibi L. Egnatius familiariſſimus meus abſens, L. Oppius præſens curæ fuiſſet. ibid. Vt eius filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimùm condones. ibid. Mihi tua fama multò antiquior eſſet, quàm illa neceſſitudo eſt. Epiſtol. 249 b, Si mihi tecum minus eſſet, quàm eſt cum tuis omnibus. Attic. 64 a, Ab his conſilijs, quæ erant omnibus ſortita in ſingulos candidatos, magnus timor candidatorum eſt. Attic. 294 b, Tuo toto deniq; in imperio nihil acerbum eſſe, nihil crudele, atq; omnia plena clementiæ, manſuetudinis, humanitatis. Att. 295 a, Id, in quo erat dignitas, erat lex, erat eorum qui faciebant voluntas, accipiendum non putaui. Attic. Marius & valetudine eſt & natura imbecillior. & b, Lucretij poëmata (vt ſcribis) nõ ita ſunt multis luminib⁹ ingenij illuſtrata, multæ tamẽ artis.

† Syntaxis. *Quanti frumentũ eſt? Ille nõ eſt capitalis, ſed ære, auro, argento, Eſſe apud aliquem cũ, ad. Multũ cũ illo fuit. id eſt, diu. Eſſe & verſari cũ. Eſſe in publico. Iam mihi cũ illo nihil erat. Tui ingenij eſt, auxilijq́; Diſceſſus hic eſt deſperationis, non legationis. Nõ ſcientiæ, ſed conſuetudinis. Magnæ deliberationis eſt. Tum eſt, tuũ iudicium, quanti, &c. Eſt ſi cuiuſquã certè tuum. Hoc eſt tibi vſui & bono, non præda, non quæſtui, non fraudi. Non honor eſt pietati. Ille magna gloria eſt, in magna, gloria ſpe, animo. Cùm ſpe ſum maxima, tum etiam maiore animo. Hac re ſingulari ſum fato. Hoc mihi eſt amori, odio. Eodem ſpacio ſunt hi pedes. Iambus eſt nimis è vulgari ſermone. Sum in negocio curaq́; deſiderio, in voluntate, in ſcelere, alieno ære, in amore ac delicijs, in magno nomine ac gloria, in libidine, in principibus, in vitio, in virtute. Ea erant futura communia. Plus vnus eſt Cato, quàm omnes leges. Magni id, is eſt apud. Quid tibi eſt iſte? frater? Mihi melius eſſet. Hæc res non ſolùm eſt ex domeſtica ratione, ſed etiam attigit bellicam.*

SVMENDVS, a, um. de Leg. 2, Quoniam & ſatis iam ambulatum eſt, & tibi aliud initium ſumendum eſt. 4 de Finib. Nam omnia, quę ſumenda, quæq́ue legenda aut optanda ſunt, &c.

SVMMA, mæ. *caput, genus, ratio præcipua rei pecuniariæ.* pro Qu. Roſ. 45 b, Non refert parua nomina in codicẽ, imò omnes ſummas. Off. 12 b, Addendo deducendoq́; videre, quæ reliqui ſumma fiat. Att. 83 a, Subducamus ſnmmã. pro R.P. 127 b, Neſcio vtrũ acceſſionẽ decumę centeſima, an deceſſionẽ de ſumma fecerit. pro Cl. 36 a, Cũ ipſa pecunia quæ Staleno data eſt, numero ac ſumma ſua, non modò quãta fuerit, ſed etiam ad quã rem data fuerit, oſtendat. de Som. 127 a, Cùm hi duo numeri naturali circuitu ſummã tibi fatalem confecerint. contra Rull. 79 a, Cùm ſummã tantæ pecuniæ, nullo teſte ſibi ipſe ex ſua voluntate confeciſſet. in Verr. 165 b, & 166 a, Remittere alicui de ſumma, vel de capite. Att. 111 a, Reliqua patebant, & cũ Terentiæ ſumma congruebant. & 110 a, Sed etiam ad ſummã profectũ aliquid puto. * Hortenſ. Si æra ſingula probaſti: ſummam, quæ ex his confecta ſit, non probare ſoles? * I.V. 165 b, A populo factarum quæſitarumq́ue rerum ſummas imminuere. ibid. Illum viris fortiſſimis iudicarunt patres conſcripti dimittere *(al. remittere)* de ſumma non potuiſſe. Te mulieri deterrimæ rectè remiſiſſe ſenatores iudicabunt? Epiſtol. 12 a, Circumſpectis rebus omnibus, rationibusq́; ſubductis ſummam feci cogitationum mearum omnium: quam tibi, ſi potero, breuiter exponam. & 106 a, Iſta quidem ſumma næ ego quidem multo libentius emerim diuerſorium Tarracinæ.

¶ *Naturæ ratione.* in Piſ. 98 a, Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata eſt, ſummam nunc explicem? generatim ea, quæ magis nota ſunt, dicam. * Orat. 121 a, Omnia à tempore atque homine ad communes rerum & generum ſummas reuoluerentur. de Finib. 130 b, Vt aliud equo ſit natura, aliud boui, aliud homini: & tamen in omnibus ſumma communis: & quidem non ſolùm in animalibus, ſed etiam in rebus omnibus ijs.

¶ *Conſilij & rationis.* in Ant. 166 b, Sed tamen hæc eſt ſumma concluſionis meæ. Qu. fr. 328 a, Et in omni ſumma me ad ocium conuerto. de Finib. 113 b, Circumſpectis rebus omnibus rationibusq́; ſubductis, ſummã feci cogitationũ mearum omnium. pro Lig. 141 b, Quicquid dixi, ad vnam ſummam referri volo, vel humanitatis, vel clementiæ, vel miſericordiæ tuæ. de Leg. 173 a, Leges autem à me edentur non perfectæ: nam hoc eſſet infinitum: ſed ipſæ ſummæ rerũ ac ſententię. Att. 168 b, At ille perpauca locutus, hanc ſummam habuit orationis, vt ſibi ignoſcerem, ſe, &c. pro Quint. 5 b, In hoc ſumma iudicij, cauſaq́; tota conſiſtit. de Orat. 123 a, Veráne ſumma ſit vniuſcuiuſq; rationis. * de Fin. 127 a, Non ſemper idem dicere videntur: nec in ſumma tamen ipſa aut varietas eſt vlla apud hos, aut inter ipſos diſſenſio.

¶ *Hoc loco ſunt & iſta: ad ſummam, in ſumma: id eſt, breuiter, vno verbo, vt vno verbo dicam, ne plura, ne te vel vos pluribus teneam, ne diutius teneam, ne multa, ne multis, quid multa? ne longus ſim, ne longum ſit, ne longum faciam. Quid quæris?* Attic. 222 a, ſummam dic M. Tulli, &c. Offic. 30 a, Ad ſummam, ne agam de ſingulis, &c. de Finib. 119 b, Epiſt 238 a, Ad ſummam, forti animo ſitis. Attic. 212 a, Summa autem, Afranium cum magnis copijs aduentare. Attic. 158 a, Iurabat ad ſummam, amiciſſimum mihi Cæſarem eſſe debere. At. 222 b, Ad ſummam, non poſſunt iſtæc ſic abire. Att. 137 b, Deinde ad ſummam, arbitrum me ſtatuebat, non modò huius rei, ſed totius conſulatus. * Quint. frat. 317 a, Druſus erat de præuaricatione à tribunis ærarijs abſolutus, in ſumma quatuor ſententijs, cùm ſenatores & equites damnaſſent.

¶ *Forenſium cauſarum ratione, ac tractationum.* ad Heren. 2 a, Si ſummã cauſæ breuiter opponemus. de Inu. 48 b, Summã alicuius rei dicere, non partes eius perſequi.

¶ *Potentiæ, dignitatis, vtilitatis, ſalutis* pro S. R. 33 b, Qui ſummam rerum adminiſtrat. *id eſt, imperator.* Epiſt. 155 b, Illud certè caui, ne mea credulitate reipublicę ſumma fallatur. I.C. 121 b, Equites qui vobis ſummã ordinis conſilijq́; cõcedunt. ad Brut. 91 a, Voluntas mea de ſumma reipublicæ ſemper eadem fuit, quæ tua. * pro Dom 214 a, Quòd vos eoſdem & religionibus Deorum immortalium, & ſummę Reipub. præeſſe voluerunt.

† Syntaxis. *Omnes ſummas in codicem referre. Quę reliqui ſumma fit? Summã ſubducere. Deceſſionem de ſumma facere. Conficere ſummam ætatis. Ex ſua voluntate ſibi ſummam conficere pecuniæ. Remittere alicui de ſumma. Ad ſummam aliquid profectum eſt. Conuenit hoc cum ſumma mea. Communes rerum ac generũ ſummæ. In omni ſumma me ad ocium conuerto. Cogitationum ſuarum facere ſummam. Ad vnam ſummam omnia referre. Hic ſummas rerum habes, atq; ſententias. Quam habebis orationis ſummam? In hoc iudicij ſumma conſiſtis. Ad ſummam, in ſumma, ſumma, id eſt, breuiter, paucis. Ad ſummam, ne agam de ſingulis.*

SVMMANVS, ni. *Orcus, Pluto.* de Diu. 83 b, lib. 1.

SVMMARIVS, a, um. Att. 155 a, Niſi fortè iſte ſummarius ei poteſt perſuadere, vt, &c. *aliter, Summanus: id eſt, Cæſar. Ego verò, Nummarius, lego: vt is intelligatur, quem eádem epiſtola paulo antè, Emptum pacificatorem appellauit.*

SVMMATIM *aceruatim, breuiter.* de Fin. 133 a, Summatim hęc erãt de corpore animoq́; dicẽda. ad Heren. 3 a, Si ſummatim, nõ particulatim narrabimus. Att. 79 b, Itaq; ſubſedi in via, dum hæc quæ longiorem orationẽ deſiderant, ſummatim tibi perſcriberem. de Orat 131 b. & pro Clu. 131 b, Nunc exponemus genera ipſa ſummatim. de Orat. 107, & 122 b, Ius ciuile ſummatim percipi ſine doctrina poteſt. Ep. 161 a, A me pauca cognoſces & ea ſummatim.

† Syntaxis. *Summatim, non particulatim narrare. Summatim percipere ius ciuile.*

SVMMÈ *maximè, ſummoperè.* de Or. 136 a, Hoc me ſolicitare ſummè ſolet. pro Quint. 12 b, Sicut tu ſemper ſummè concu-

concupiſti.Ep.52 b.& pro Qu.14 a, Ab aliquo petere ſummè,& contendere,vt faciat aliquid.

SVMMERGO,gis.*demergo,deprimo.* de Diuin.95 b, Summerſus equus voraginibus non extitit.

SVMMISSE`.*remiſſè, demiſſè.* de Or.128 b, Breuiter ſummiſsè dicere. & 126 b, Aliàs contentiùs, aliàs ſummiſſiùs dicere. pro Planc. 261 a, Summiſsè ſupplicare alicui. Offic.18 b, Tanto ſummiſsiùs nos geramus. * Orat 199 a, Summiſſiùs à primo dicere,deinde preſſiùs , pòſt audaciùs exultare.

SVMMISSIO,onis.*remiſſio.)(.elatio.* Top.227 a, Parium cõparatio nec elationem habet,nec ſummiſſionem. Or.204 b, * Si quæ verborum iterationes contentionem aliquam & clamorem requirent,erunt ab hac ſnmmiſſione orationis alienæ. Offic.29 b, Ex contentione vocis,ex ſummiſſione,facilè iudicabimus.

SVMMISSVS,a, um. *remiſſus,ſuppreſſus,humilis,abiectus.)(.ſe efferens.* Offic.25 a, Oportet æquo & pari iure cum ciuibus viuere, neq; ſummiſſum & abiectum , neq; ſe efferentem. Orat. 263 b, Summiſſus & humilis , conſuetudinem imitans.de Orat.125 a, Oratio placida,ſummiſſa,lenis.)(.*fortis,acris,vehemens.* & 128 a, *intenta.*

† Syntaxis.*Summiſſè dicere, alicui ſupplicare,loqui. Summiſſus & abiectus,non ſeſe efferens. Placidus,ſummiſſus,lenis ſermo. A` primo ſummiſſè dicere,deinde preſſius, pòſt audacius exultare.*

SVMMITTO,tis.*clàm mitto* I.V.97 b, Iſte ad pupillæ matrem ſummittebat. & 162 b, Summittebat iſte Timarchidem, qui moneret, &c. & Epiſtol. 156 a, Summittere exercitus aliquò.

¶ *Inclino.* pro Planc. 264 a, Appellaui populum, tribubus ſummiſi me, & ſupplicaui.

¶ *Demitto.* de Clar. 166 b, Tibi ætas noſtra cedit,faſceſque ſummittit.

¶ *Detraho.* I.V.62 a, Aliquantum remittere ex eo quod facere poſſis, & multum ſummittere.

¶ *Subijcio.* Ep.169 a, Summittere animum periculo.de Pro. 70 b, Huic vos non ſummitere?

SVMMOPERE`.*ſummè maximopere.* de Inu.48 b, Summopere vitare oportebit. de Inu. 62 b, Cùm puerorum formas ſummo hic opere miraretur.

SVMMOTVS,a,um. pro Flac. Summota concione.

SVMMOVEO,es. pro Quin. 5 b, Et interea noſtros aduocatos iubet acerrimè ſummoueri.pro Seſt.30 a, Magnitudine pœnæ maleficio improbos ſummoueri. de Leg.163 b, Academiam placare cupio,ſummouere non audeo.

SVMMVS,ma,mum.*ampliſſimus,perfectus, ſingularis, incredibilis,vnicus,in quo omnia ſumma ſunt.)(. infimus.* de Orat. 108 b, Si homines non eruditi , ſummã eſſent prudentiam atq; incredibilem eloquentiam conſecuti.Tuſc.184 b, Summũ eſt,quo nihil ſit ſuperius. de Cl. 192 b, Summus & ſingularis vir. pro Pomp.11 a, Summus atq; perfectus imperator Att.127 b, Nihil niſi ſumma ratione facere. pro Qu.10 a, Summa ſanctimonia. de Orat.85 b, Summi homines ac ſummis ingenijs præditi.Ep.13 b, Qui & ſumma voluntate ceſſerit, & egregia animi alacritate abfuerit. pro Pl.273 a, Vt etiã ſumma reſp. mihi donata fuerit gerẽda. de Orat. 104 a, Summũ bonũ in animóne ſit,an in corpore: virtute, an voluptate definiatur. de L.167 b, Summũ bonũ eſt,ex natura viuere.*id eſt,vita modica & apta virtute perfrui , aut naturam ſequi,& eius quaſi lege viuere,*id eſt,&c. Off.59 a, Quod honeſtũ ſit,id eſſe aut ſolum aut ſummũ bonum Offic.76 b, Epicurus ponit ſummũ bonũ in voluptate. Acad.32 b, Herillus in cognitione & ſciẽtia ſummum bonũ ponit. de Amic. 111 b, Summum naturæ bonum. Tuſc.245 a, Opiniones de ſummo bono.I.A.160 a, Cùm à ſummis,medijs, infimis, cùm deniq; ab vniuerſis hoc idem fit. de L.188 a, Omnia infima ſummis paria fecit. * I. C.121 b, Equites, qui vobis ita ſumma ordinis conſilijq́ue concedunt. *Alij ſummam legunt.* de Finib.135 b, In his rebus ſumma noſtra ſponte moueamur.

¶ *Altus, ſublimior.* pro Pl. 262 b, Is qui eſt in ſumma ſacra via. de Diu. 90 b, Alexander eam buculam in ſummo columnæ collocauit. 87 a, Bacillum incuruum, & leuiter à ſummo inflexum.de Fin.199 a,* de Fin.100 a, Qui demerſi ſunt in aqua,nihilo magis reſpirare poſſunt, ſi longè nõ abſunt à ſummo,vt iam iamq́; poſſint emergere,quàm ſi etiam cùm eſſent in profundo.

¶ *Valentior.* Ep 226 a, Snmma hyeme.

¶ *Ad* ſummum,vel ſummum. *inepti dicunt, ad plus.* ad Att. 210 a, Expectabam hodie ad ſummũ cras, ab eo tabellarios.Ep.18 a,& 234 Bis térve ad ſummũ. pro Qu. 14 b, Biduo,aut ad ſummũ triduo,&c. Ep.77 a, Excepto vno, aut ad ſummũ altero.pro Milon.103 b, Quatuor ad ſummum quinq;. & 106 a, Triduo,ad ſummũ quatriduo. Att.291 b, Scies igitur cras , ſummùm perendie. in Verr. 134 b, Eximunt vnum diem,aut ſummum,biduum ex menſe. & 101 a,H-S 11.ſummum H-S ternis. * Epiſt.262 a, Fac planè vt valeas.Nos ad ſummum.

† Syntaxis.*Summum eſt, quo nihil ſuperius. Summus & ſingularis.Summus & perfectus.Summa ratione cuncta facere. Summi homines,& ſummis ingenijs præditi. Summa voluntate cedere , id eſt,libentiſſimè. Summam remp. adminiſtrare. In ſumma ſacra via eſſe.In ſummo columnæ ſtatuam collocare. A` ſummo inflexus bacillus. Aquæ ſummum. Summa hyeme. Cras, tria,ſummum, ad ſummum,perendie,quatuor.*

SVMMVTO,as.*commuto.* Orat.212 a, Adiuncti verbi primam literam præpoſitio commutauit, vt Subegit, Summutauit,Suſtulit.

* SVMMVTOR,aris. Orat.205 a, Hanc Hypallagen rhetores *vocant*, quia quaſi ſummutantur verba pro verbis.

SVMO,mis.*aſſumo,arrogo,attribuo,tribuo.* pro Cec. His autem de rebus,quas coniectura conſequi poſſumus , non mihi ſumo, vt plus ipſe proſpiciam , quàm, &c. 2 de Nat. Duo denique illa, quæ facillima videntur, &c. mihi pro meo iure ſumo.ad Att.lib.8, Mihi non ſumo, vt meum conſiliũ valere debuerit. 4 Acad. quæſt. Quomodo autem ſumis, vt,&c.ad Planc.lib.13 a, Tantum tibi ſumito pro Capitone apud Cæſ. rem , quantum ipſum meminiſſe ſenties. 5 Verr. Cur enim ſibi hoc ſcribæ ſoli ſumant? Cæſ.lib.7, Vide,quid mihi ſumpſerim. 10 Phil. Quas enim partes ipſe mihi ſumpſerã,eas præoccupauit oratio mea. Ep.98 a, Vide quid mihi ſumpſerim.& 222 b, Sumpſi hoc mihi, vt ſcriberem, &c. pro Pl.259 a, Mihi non ſumo tantum iudices, neq; arrogo,vt,&c.pro Syll.183 b, Quid ergo? hoc tibi ſumis,dicet fortaſſe quiſpiam, &c. ego verò nihil mihi aſſumo.ad Brut.90 b, Cùm mihi tantũ ſumpſerim, vt gubernacula reipublicæ prehenderem.de Orat.88 b, Quod verò in extrema oratione quaſi tuo iure ſumpſiſti, oratorem, &c.13 Fam. Sumpſi hoc mihi pro tua in me obſeruantia. ad Att.262 b, Hoc pro beneuolentia noſtra mihi ſumpſi, vt id à te peterem,quod, &c.

¶ *Pro certo,pro cõperto accipio,duco,habeo.* Ac.11 b, Quæ autem ſumunt,vt concludant,id quod volunt. de Diu.130 a, Sed cùm bis ſumpſit quod voluit, id tamen aſſumit, quod cõcedi nullo modo poteſt. & 130 a, Hoc vos dialectici non facitis : nec ſolùm ea non ſumitis ad concludendũ, quę ab omnibus concedantnr : ſed ea ſumitis, quibus conceſſis, nihilo magis efficiatis quod velitis. de Nat.63 a, Videre oportet, Balbe, quid tibi concedatur,non te ipſum ſumere quod velis.& 19 a, Beatos eſſe deos, ſumo, quod mihi res manifeſta dat.de Fin.117 b, Sumere res non conceſſas,& ex illis cõficere quod velis.de Fin.lib.4, Cùm res ſumpſeris non conceſſas, ex illis efficere quod velis placet? 2 de Diu. Tantnm ſat eſt intelligi,id ſumere iſtos pro certo,qđ dubium controuerſumq́; ſit. Acad.q.edit.1.lib.2, Sumere vehementer repugnantia pro congruentibus.4 de Fin. Res non conceſſas ſumere , & ex illis efficere quod velis. 10 Philip.Sumere ſibi ſententias.

¶ *Eligo,aſſumo,capio.* Tuſc. quæſt. Epicurum autem & Metrodorum non ferè præter ſuos quiſquam in manus ſumit. Offic.52 b, Ille enim requieſcens à reipublicæ pulcerrimis muneribus,ocium ſibi ſumebat aliquando. de Leg. agr. 2, Itaque hoc animo legem ſumpſi in manus, vt,&c. Acad. q. ed. 2.lib.1, Sumere ſibi aliquod ſtudium 4. Verr. Meminero me non ſumpſiſſe quem accuſarem , ſed recepiſſe quos defenderem. de Leg.157 a, Sume ad hanc rem tempus,quæ, &c. de Inu.55 b, Ducere,ſumere,trahere ſuſpicionem ex aliqua re. in Vat. 34 b, Sumere inimicitias. ad Attic.277 a, Sumere aliquem iudicem. 5. Verr. Sumere recuperatores. 16 Famil. Sumere regionem aliquam tuẽdam.4 de Fin. Spacium ſumamus ad cogitandum ad Qu. fr.lib.2, De interpellatione tantum ſumam à vobis temporis ad ſcribendum, quantum dabitis. 1.de Leg. Sume ad hanc rem tempus. de Clar. or. 171 a, Tu qui à Næuio vel ſumpſiſti multa , ſi fateris : vel ſi negas, ſurripuiſti. 1 Tuſcul.2,& 4, Non enim cum ſocero bellum geſſiſſet, non imparatus arma ſumpſiſſet. pro Lig. Sumere arma contra aliquem. pro Cæl. Sumere aurum ab aliquo. 7 Famil.& 2 Philipp. Sumere diem. pro Seſt. Sumere doctrinam.7.Famil. Sumere domum,4 ad Attic. Sumere domum pro caſtris.pro Cec. Nam in eas ipſas res, quas improbiſſimè fecit,teſtimonia ſumpſit,& eis in cauſa teſtimonijs vtitur.ad Sulp. lib.13, Literas ad te à M.Lepido Conſule,non quæ te aliquid iuberent, &c. ſed quodammodo quaſi commendatitias ſumpſimus.

¶ *Emo, comparo.* 7 Famil. Sumpſiſti tanti : *pro , tanti emiſti.* 11 ad Attic. Sumpſimus à tuo villico , & aliunde mntuati ſumus.

¶ *Haurio.* de Nat.lib.2, Sumpſimus ab igne calorem, qui eſt fuſus in corpore.

¶ *Exigo.* pro Roſ. Amer. Videtiſne,quos nobis poëtę tradiderunt , patris vlciſcendi cauſa , ſupplicium de matre ſumpſiſſet?

ſumpſiſſe? 7.Verr.Dixit ſe,&c.pecuniam accepiſſe, neque de vero archipirata ſumpſiſſe ſupplicium,ideo ſecuri non percuſſiſſe.ibid.Quamobrem ſupplicium ſumpſiſti?

¶ *Facio* in Sal. Vnde initium ſumam.

¶ *Suſcipio.* in Vat. Sumere inimicitias.pro Flac. Sumere legationes.

¶ *Conduco,adduco, conuoco, cogo.* Parad.Sumere publicas operas.

¶ *Ordior,aggredior.* 1.ad Heren.Sumere orationem.

* *Excerpo.* Hortenſ. Dari mihi iubeas indicem tragicorum, vt ſumam,ſi qui fortè mihi deſunt.

SVMOR,ris.pro Cec.Colloquuntur: dies ex vtriuſq; commodo ſumitur. 4 de Fin. Qua ex omni copia,plurima & certiſſima argumenta ſumuntur ad cuiuſq; rei naturam explicandam. pro Leg. Manil. Quantum huius autoritas valeat in bello, ab eodem Cn.Pompeio omnium rerum egregiarum exempla ſumantur.

SVMPTIO,onis.*aſſumptio.* de Diuinat.131 a, Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones, ea quæ λήμματα appellant Dialectici.

SVMPTVARIVS, a, um. *de ſumptibus.* ad Attic. 206 a, Lex ſumptuaria. Attic. lib.13, Tu velim è Polluce cognoſcas rationes noſtras ſumptuarias.

SVMPTVOSIVS, *aduerbium.* in Cat. 108 b,Sumptuoſiùs inſolentiusq; ſe iactant.

SVMPTVOSVS,a,um. *ſplendidus,magnificus,lautus.*) (. *frugalis.* Parad,125 b,Venio iam ad ſumptuoſos,relinquo iſtum quæſtuoſum.Epiſt.141 a,Cœna ſumptuoſa. de Orat.121 a,Quod ſumptuoſus de luxuria, &c. pro Cluent.32 a, Vir egens,ſumptuoſus,&c. Q.frat.327 b, Ludi magnificentiſſimi,munus ſumptuoſum & magnificum.in Piſo. 94 a. & de Legibus 182 a,Nihil apud hunc lautum,nihil elegans, nihil exquiſitum,ne magnoperè quidem quicquam, præter libidines,ſumptuoſum.

SVMPTVS,a,um. *delectus.* pro Rab.P.129 b,Vide hos quaſi ſumptos dies ad labefactandam illius dignitatem.

¶ *Pro comperto habitum.* de Finib.95 b, Quod enim efficiebatur his duobus,quæ erant ſumpta in eo,vides eſſe concluſum.

† Syntaxis. *Iactare ſe ſumptuoſè atque inſolenter. Sumptuoſus, abſolute. Cœna ſumptuoſa. Munus ſumptuoſum atq; magnificum.*

SVMPTVS,ptus. *impenſa,impendium.* in Ver.204 b,Mamertini magnum ſumptum in Timarchidis prandium fecerunt. Attic.76 b,Nullus fit ſumptus in nos,neq; in legatos noſtros.in Ver.182 b,Habes ſumptum,vnde facias.Epiſt.201 a,Facere ſumptum in rem militarem. Attic.178 b, Conſideres velim,vt ſit vnde nobis ſuppeditentur ſumptus neceſſarij.Offic.41 b,Pecuniæ collocandæ ratio eſt,quę perpetuos ſumptus ſuppeditet: nec ſolùm neceſſarios, ſed etiam liberales. Tuſc.247 a, Extenuantur magnificentia & ſumptus epularum.Off. 45 b, Noſtro quidem anno ſanè exiguus ſumptus ædilitatis fuit & 28 b,Cauendum eſt etiamſi ædifices,ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas. Qu. frat.291 a, Prouinciam ſumptu exhauriri.pro Sex.Roſ.20 b,Niſi ſumptus effuſi cum probro atq; dedecore profitrantur.Epi.39 b, Sũptus legitimus, ſumptus infinitus.Attic.122 a, Tyronem Curio commendes,vt ei, vt petij,ſi quid opus erit,in ſumptum eroget. ibid. b, Sed cum video in ſumptum ab alijs mutuatum.& 245 b,Quare velim cures,vt permutetur Athenis, quod ſit in annuũ ſumptũ ei ſatis.de Inu.73 a, Legatis quæſtores ſumptum non dederunt. pro Qu.Roſ.49 b,Sumptus nuſquam meliùs poteſt poni.I. Ver.199 a,Impendere laborem & ſumptum ad incertum caſum.de Inu.76 b,Inſumere magnum ſumptum aut laborem in aliquam rem.Epiſt.138 b, At illam tuam lautitiam,veterem dico,cùm mecum ſumptus habebas. Attic.75 b, Aduentus noſter nemini ne minimo quidem ſumptui fuit.& 76 a,Ita viuam,vt maximos ſumptus facio.& 81 b, Hic facit,vt mihi excipiendus ſit,cùm teruncium nego ſumptum factum. Brut. 289 b,Impendent infiniti ſumptus in hos exercitus, quibus nunc defendimur.Offi.45 a,In his immanibus iacturis, infinitisq; ſumptibus nihil nos magnoperè mirari.Parad.125 b,Ille ſumptus non modò ad fructum,ſed etiam ad fœnus eſt exiguus. *Att.90 b,Omnino nullus in imperio meo ſumptus factus eſt: nullus inquam,ne teruncius quidem.con.Rul. 72 b,Sumptum haurit ex ærario,ſuppeditat à ſocijs. Epiſt. 36 b, Vt ſumptus egentiſſimarum ciuitatum minuerem ſine vlla imminutione dignitatis tuæ. ibid. Sumptus decerni legatis nimis magnos.Epiſt.37 a, Laudaturum me, ſi quis ſuo ſumptu functus eſſet officio: conceſſurum, ſi legitimo: non permiſſurum, ſi infinito. ibidem. Caput eſt,quod pertinet ad minuendos ſumptus ciuitatum.& b, Me de iſto ſumptu legationum aut minuendo aut remittendo decreuiſſe nihil.ibidem. Ne in venditionem tributorum & illam acerbiſſimam exactionem capitum atque oſtiorum inducerentur ſumptus minimè neceſſarij. ibid. Non potui in illo ſumptu nõ neceſſario negligẽs eſſe.Atticar.81 b,Nullum teruncium,me obtinente prouinciam, ſumptum factum eſſe,nec in Rempub. nec in quenquam eorum, præterquam in L. Tullium legatum. ibid. Præter eum ſemel,nemo accepit *ſumptus.*

† Syntaxis. *Facere ſumptum in prandium,in filios,in rem militarem. Suppeditare ſumptus. Epularum magnificentia & ſumptus. Extra modum ſumptu prodire. Prouincias ſumptu exhaurire. Effuſi ſumptus cum probro & dedecore. Si quid eſt opus in ſumptum, roget. Minuere & remittere ſumptum. Sumptum illi dato, quæſtor. Sumptus bene ponere, impendere ad incertum caſum, inſumere. Habere cum aliquo ſumptus. Neque teruncium factum eſſe ſumptum aſſero. Sumptus ad fructum, ad fœnus exiguus.*

SVNII.*populi.* de Leg.170.

SVO,is: ſui,ſutum. de Nat.56 b, Tegumenta corporum vel texta vel ſuta.

SVPELLEX, ctilis. *inſtrumentum,ornamentum aulæ.* in Verr. 208 a, Tu P. Cacurij ſupellectilem omnem abſtuliſti. contra Rul 72 b, Deinde ornat mulis,tabernaculis, centurijs, ſupellectili.cont. Rul.73 b, Quid eſt præterea? Multa in mancipijs,in pecore, auro, argento, ebore, veſte, ſupellectili,cæteris rebus.Parad.117 b, Cogitatio ſupellectilis ad delicias.de Orat.98 b, In oratoris verò inſtrumento tam lautam ſuppellectilem non viderem.Orat.204 a, Oratoria quaſi ſupellex: ſupellex eſt enim quodãmodo noſtra, quæ eſt in ornamentis: alia rerum,alia verborum. in Ant. 173 a,Multa & lauta ſupellex,& magnifica multis locis, non vlla quidem luxurioſi hominis, ſed tamen abundantis. de Amic.106 b, Amicos parare,optimam & pulcerrimam vitæ,vt ita dicam, ſupellectilem. * Oecon.1,Inſtrumentum & ſupellectilem diſtribuere. I. V.125 b, Verres domo eius omnia abſtulit, ſupellectilem ex ære elegantiorem,& Deliacam,& Corinthiam.& 223 a,Hoſtiũ ſpolia,monumenta imperatorum, decora atque ornamenta fanorum,poſthac his præclaris nominibus amiſſis in inſtrumento ac ſupellectili C.Verris numerabuntur.

† Syntaxis. *Inſtrumẽtum atq; ſupellex. Ebur, veſtis, ſupellex. In inſtrumento oratoris lauta ſupellex. Vitæ ſupellex.*

SVPER. *ſupra.* Atticar.161 a, Sed ſuper hac re nimis.& 227 a,Simul cogitet,quid agendum nobis ſit ſuper legatione votiua.& 255 a,Hac ſuper re ſcribã ad te Rhegyo. ad Heren.4 b,Paterfamiliàs vti ſuper familia ſua legauerit,ita ius eſto.de Legib.183 b,Demetrius ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam,&c. Qu.fr.320, Tectum quod ſuper conclauia non placuerat tibi eſſe multorum faſtigiorum.de Fin. 77 a, Et nolle imprudẽtem ſuper eam aſſidere: *id eſt, aſpidem.* de Legib.180 b,Super dicebant quicquid cepiſſet,aſtringi: rurſus ſacris liberantur.de Natur.26 a,Contra Epicurum ſatis ſuperque dictum eſt. pro Quint.Roſc.46 a,Satis ſuperq; habebo, quod mihi dederis.de Aruſp.247 b,Satis ſuperq; prudentes ſunt, qui, &c. de Orator. 102, Mihi verò, inquit Mutius,ſatis ſuperque abs te videtur iſtorum ſtudijs,ſi modò ſunt ſtudioſi, eſſe factum.

SVPERA. *ſupra.* in At.

—— *Supera terras ſemper tenet ille*

† Syntaxis. *Hac ſuper re ſcribam. Super familia ſua legare. Statuere ſuper terra cumulum. Aſſidere ſuper aſpidem. Tectum ſuper conclaue, ſatis ſuperq; habere.*

SVPERATVS,a,um. de Vniu.199 a, * Earum *medietatum* alteram eadem parte præſtantem extremis, eademq; ſuperatam,alteram pari numero præſtantem extremis, pariq; ſuperatam.

SVPERBE',iùs.*contumaciter,arroganter.* pro Pomp.5 b, Apellare aliquem ſuperbiùs. Atticar.86 b, Contumaciter,arroganter,ἀκοινωνήτως.

SVPERBIA, biæ. *arrogantia, contumacia, intolerantia, inſolentia, faſtidium animi, ſpiritus.* Part.237 a, Magnitudinem animi ſuperbia imitatur in animis extollendis.Epiſt. 102 b,Offic. 18 b,Superbiam,faſtidium,arrogantiam fugiamus.in Ver. 221 a,An verò ex hoc illa tua ſingularis ſignificatur inſolentia, ſuperbia, contumacia? de Inuent.61 a,In ſuperbiam & arrogantiam odium concitatur.contra Rull.64 b, Superbia nata Capuæ ex Campanorum faſtidio videtur. & 85 b, Coloni Capuæ in domicilio ſuperbiæ, & in ſedibus luxuriæ collocati.de Orator.93 a, Quod ego non ſuperbia, neque inhumanitate faciebam, ſed mehercule iſtius diſputationis inſolentia & earum rerum inſcitia.

SVPERBILOQVENTIA,tiæ.Tuſc.216 b, Poëtæ impendere apud inferos ſaxum Tantalo faciunt,ob ſcelera animique impotentiam & ſuperbiloquentiam.

SVPERBIO,is. *ſuperbus ſum.* Academ.13 b,Si habes quod liqueat, neq; reſpondes, ſuperbis: ſi non habes,ne tu quidem perſpicis.

SVPERBVS, a, um rior. *arrogans, inſolens, imperioſus, elatus, inflatus,*

*flatus, non ferendus, ſe efferens, ſpe atq; animo inflatus, aſper, difficilis, grauis, qui faſtidio & contumacia effertur.* Epiſt. 101 b, Vtrum ſuperbiorem te pecunia facit, an quòd te imperator conſulit? Attic. 93 b, Grauius autem, non contemnere ſe, & reges odiſſe ſuperbos. Attic. 121 a, Is ſuperbum ſe præbuit in fortuna quam putauit noſtram fore. Verbum incedendi ad ſuperbiam accommodatum. L. INCEDO.

† Syntaxis. *Superbia, faſtidium, arrogantia. Inſolentia, ſuperbia, contumacia. Concitatum odium in ſuperbiam & arrogantiam. Superbia nata ex faſtidio. Id facio non ſuperbia. Opes te faciunt ſuperbiorem.*

SVPERCILIVM, lij. *pars frontis ima, oculos à fronte, pilis quaſi limite diſtinguens. In ſuperciliorum motu, exiſtunt animi motus, præſertim arrogantiæ, grauitatis ac ſeueritatis, frontis nubecula.* in Piſ. 82 a, & 83 b, Altero ad frontem ſublato, altero ad mentem depreſſo ſupercilio. pro Q. R. 48 a, Ipſum caput & ſupercilia illa penitùs abraſa, olere malitiam & clamitare calliditatem videntur. Offic. 29 b, Superciliorum remiſſio aut contractio, mœſtitia, hilaritas, riſus. Poſtq. 207 b, Hic vos rugis ſuperciliòq; decepit. pro Seſt. 6 b, Tanta erat grauitas in oculo, tanta frontis contractio, vt illo ſupercilio tanquam Rhadamanthus ille niti videretur. de Pro. 70 b, Libidines, quas fronte & ſupercilio contegis.

† Syntaxis. *Libidines fronte & ſupercilio tecta. Rugæ & ſupercilium illius omnes decipiunt,*

SVPERFICIES, ei. *extrema & aperta corporis pars.* Attic. 54 a, Superficiem areæ Coſs. ex S. C. æſtimabunt. & 55 a, * Nobis ſuperficiem ædium Conſules de conſilij ſententia æſtimârunt H-S vicies.

SVPERFLVO, is *redundo, effluo, abundo.* de Diuin. 93. de Cla. 194 b, Is redundantes nos & ſuperfluentes iuuenili quadam licentia repreſſit.

SVPERI, orum. *cælites.* Top. 228 b, Superi dei.) ( *manes.*

SVPERIOR, us. *prior tempore.* Epi. 72 b, Superioribus tẽporibus nullas ad te literas miſi. de Inuent. 77 a, Ex ſuperiore & inferiore ſcriptura. Att. 164 b, & 159 a, & 152 a, Quæ ſuperioribus literis à te petij. de Fat. 145 b, Præterea ea vera dicimus, quorum ſuperiore tempore vera fuerunt inſtantia. in Cat. 97 b, Quid proxima, quid ſuperiore nocte egeris pro Dom. 233 a, Vtriuſq; temporis fructum tuli maximum: ſuperioris, quòd, &c. poſterioris, quòd, &c. de Ar. 147 a, Negocium magiſtratibus eſt datum anno ſuperiore, vt curarent &c. Tuſc. 231 a, & 236 b, Sententia quæ erat ſuperioribus diebus agitata in Senatu. pro Planc. 269 a, Comitijs ſuperioribus eſt Plancus deſignatus Aedilis. pro Corn. 60 a, Multi etiam ſuperiori memoria, &c. in Cat. 100 a, Cùm morte ſuperioris vxoris, nouis nuptijs domũ vacuam feciſſes pro Flacc. 151 a, Senatus nihil à ſuperioribus continuorum annorum decretis deceſſit. Ora. 218 a, Proximus ſuperior pes. de Diu. 136 b, Cyrus ſuperior. de Finibus 141 b, Superior Africanus, & poſterior Africanus. de Clar. 185 a, Superior ætas.) ( *inferior ætas.* de Nat. 74 b, Superiora de pecunia.) ( *poſteriora de inceſtu.* in Verr. 259 a, Superius facinus nouo ſcelere vincere. de Sene. 82 a, Senes ſemper agunt aliquid, tale ſcilicet, quale cuiuſq; ſtudium in ſuperiore vita fuit. Attic. 289 a, Hoc mihi iam in te placuiſſe, potes ex ſuperioribus literis recordari, * Hortẽſ. Scelera ſuſcepta in vita ſuperiore.

¶ *Loco.* de Natur. 54 a, Omnis odor ad ſuperiora fertur. de Diu. 119 a, Quid? idem non poterat Deus hominibus diſciplinam ſuperiore ex loco tradere? in Ver. 129 a, Dicecere aliquid de loco ſuperiore) ( *ex loco inferiore.* Tuſc. 174 a, Atq; ita velutè ſuperiori loco concionandum.

¶ *Ordine.* de Finib. 95 b, Duorum autem è quibus effecta concluſio eſt, contra ſuperius dici ſolet. * Epiſt. 137 a, Superiora illa luſimus.

¶ *Dignitate.* Offic. 18 b, Philippum regem, rebus geſtis & gloria ſuperatum eſſe à filio: facilitate verò & humanitate video ſuperiorem fuiſſe. & ibid. Quanto ſuperiores ſumus, tanto nos ſummiſſius geramus. in Verr. Cum magiſtratum aut aliquem ſuperiorem inuitaſſent. de Amic. 113 b, Superior loco, fortuna, fama. Epiſtol. 29 b, Habes enim neminem honoris gradu ſuperiorem. & 204 b, Superior ordine, inferior fortuna. de Orator. 105 b, Cùm hic iuriſconſultus fuerit ſuperior diſceſſurus, ſi, &c. de Orat. 128 a, Inuident homines & paribus, & inferioribus, & ſuperioribus. pro Corn. 62 a, b, Ille populus in ſuperiori conditione cauſaque ponitur, qui, &c. * de Amic. 109 b, Vt ij, qui ſunt in amicitiæ coniunctionisq; neceſſitudine ſuperiores, &c. ſic inferiores. Q. frat. 293 a, Quem ego in hoc præſertim genere intelligam prudentia non eſſe inferiorem quàm me, vſu verò etiam ſuperiorem.

¶ *Vi, potentia.* Poſtquam. 203 a, Superiorem eſſe contra improbos.

† Syntaxis. *Contra hoſtem ſuperior.*

SVPERLATIO, onis. *exuperatio.* ὑπερβολή. de Orator. 162 a, Tum augendi minuendíve cauſa veritatis ſuperlatio atq; traiectio. ad Heren. 34 b, Superlatio eſt oratio ſuperans veritatem, alicuius augendi minuendíve cauſa.

SVPERLATVS, a, um. Partit. 234 a, Verba ſuperlata: *id eſt, ſuperlatio.*

SVPERO, as. *vinco, excello, præſto, præpondero, ſuperior ſum, ſuperfluo.* in Verr. 259 a, Nam ſi cum alijs certet, longè omnes multumq; ſuperabit. Epiſtol. 64 a, & 113 b, In quo etiamſi multi mecum contendent, tamen omneis facile ſupero. de Orator. 90 b, Teque in ijs ipſis rebus quas abs te didicerit, dicendi arte ſuperabit. pro Planc. 260 a, Quærit enim, qua ſe laude, qua virtute Plancius ſuperârit. de Orator. 67 a, Si ſubitam orationem commentatio & cogitatio facilè vincit, hanc ipſam profectò diligens ſcriptura ſuperabit. & 101 a, Bibliothecas omnium philoſophorum vnus mihi videtur XII. tabularum libellus, & autoritatis pondere, & vtilitatis vbertate ſuperare. Epiſt. 13 b, Superare aliquem grauitate & conſtantia. Tuſculan. 148 b, Superare aliquem doctrina. Quint. fiat. 279 b, Epiſtolas ipſa fama, ſua celeritate ſuperat. in Catil. 123 b, Si vis improborum ſpem meam feſellerit atq; ſuperauerit.

¶ *Aſcendo, conſcendo.* Tuſc. 157 a, Quam regionem cùm ſuperârit animus, &c.

¶ *Superſum.* in Ver. 192 b, Cùm emiſſes, quanti eſſet, quod ſuperaret pecuniæ retuliſſes. de Orator. 116 a, In diuiſione generum & deeſſe aliquam partem, & ſuperare, mendoſum eſt. Attic. 129 b, Quæ arma ſuperabunt, ea ſi Brunduſium iumentis deportaueritis, vehementer reipublicæ profueritis. de Finib. 134 a, & 135 a, De eo quod ipſis ſuperat, alijs gratificari volunt. Atticar. 220 a, Quinto delegabo, ſi quid æri meo alieno ſuperabit & emptionibus. Parad. 125 b, Vter igitur eſt ditior, cui deeſt, an cui ſuperat? * Orat. 219 a, Pecunia ſuperabat.

† Syntaxis. *Longè multumq; ſuperare. Improbitas illius meam ſpem feſellit & ſuperauit. Superare mortem. Pecunia mihi ſuperat.*

* SVPEROR, aris. de Amic. 109 b, Se à ſuis amicis aut ingenio aut fortuna, aut dignitate, ſuperari.

* SVPERPOSITVS, a, um. Incer. Erythræo oppido ſuperpoſitum montem Mimanta.

SVPERSEDENDVM *abſtinendum.* de Inuent. 48 b, Verborum multitudine ſuperſedendum eſt. & 49 a, Quòd cùm acciderit, omnino narratione ſuperſedendum eſt. ad Heren. 11 a, Complexione ſuperſedendum eſt, ſi res breuis eſt.

SVPERSEDENDVM, a, um. *reticendus.* ad Heren. 11 a, Hæc cauſa, quòd, &c. ideo non viſa eſt ſuperſedenda.

SVPERSEDEO, es. *abſtineo, tempero.* Epiſtol. 47 a, Ita cenſeo facias, vt ſuperſedeas hoc labore itineris. ad Heren. 19 a, Commodè poterimus principio ſuperſedere.

SVPERSEDETVR. *abſtinetur.* Epiſtol. 118 b, Nam ſi mihi non dediſſet eas, quæ ad ludos ei aduectæ erant Africanæ beſtiæ. potuit ſuperſederi. de Inuent. 16 a, Sunt qui putent poſſe complexione ſuperſederi.

† Syntaxis. *Verbis ſuperſedendum. Hæc res non eſt ſuperſedenda: id eſt, reticenda.*

SVPERSTES, tis *qui mortuo ſupereſt, ſaluus, incolumis.* Quint. fiat. 303 a, Vtinam te non ſolùm vitæ, ſed etiam dignitatis (*al. dignitati*) meæ ſuperſtitem reliquiſſem. Epiſtol. 80 a, Cùm ſuperſtitem te eſſe reipubl. ne ſi liceat quidem, velis. & 137 a, Superſtitem Reipubl. viuere. pro Muræn. 130 a Vtriſq; ſuperſtitibus præſentibus iſtam viam dico inite. * de Natur. 40 b, Vt ſui liberi ſibi ſuperſtites eſſent.

† Syntaxis. *Dignitatis ſuperſtes, ac vitæ. Reip. ſuperſtitem eſſe. Alicui ſuperſtitem viuere.*

SVPERSTITIO, onis. *nimia religio, vana vel inanis religio*) ( *impia fraus.* de Diu. 134 b, Omnis ſuperſtitio imbellici animi atq; anilis eſt. Parad. 237 a, Religionem ſuperſtitio imitatur. de Diuinat. 139 a, Superſtitio fuſa eſt per gentes, oppreſſit omnium ferè animos, atque hominum imbecillitatem occupauit. pro Cluent. 58 a, Pietate & religione & iuſtis precibus deorum mentes, non contaminata ſuperſtitione, nec cæſis hoſtijs placare. in Verr. 227 a, Tanta ſuperſtitio ex iſtius facto mentes omnium occupauit, vt, &c. pro Flacc. 160 a, Huic autem barbaræ ſuperſtitioni reſiſtere, ſeueritatis ſummæ fuit. de Finib. 61 a, Superſtitio *accedit*, qua qui eſt imbutus, quietus eſſe nunquam poteſt. pro Dom. 134 b, Anilis ſuperſtitio. de Natur. deor. 40 a, Quæ res genuit ſuperſtitiones penè aniles. de Diuin. 81 b, Anili ſuperſtitione obligari. de Leg. 162 b, Qui canem & felem vt deos colunt, eadem ſuperſtitione qua cæteræ gentes cõflictantur. * de Inuen. 83 a, Sic vnicuiq; virtuti finitimũ vitium reperietur, aut certo iam nomine appellatum, vt, &c. ſuperſtitio, quæ religioni propinqua eſt. de Natu. 24 a, Superſtitione facilè eſt liberare. & b. Horum ſententiæ omnium non modò ſuperſtitionem tollunt, in qua ineſt timor

mor inanis Deorum. & 40 a, Non philoſophi ſolùm, verum etiam maiores noſtri ſuperſtitionem à religione ſeparauerunt. de Diuin. 134 b, Vtrum philoſophia dignius, ſagarum ſuperſtitione iſta interpretari, an explicatione naturæ? & 139 a, Si eam *ſuperſtitionem* funditus ſuſtuliſſemus. Nec verò ſuperſtitione tollenda religio tollitur. ibid. Superſtitionis ſtirpes omnes eijciendæ ſunt. Inſtat enim & vrget, & quacunq; te verteris perſequitur.

† Syntaxis. *Contaminata ſuperſtitio, anilis, ſagarum. Obligari, conflictari ſuperſtitione.*

SVPERSTITIOSE'. de Nat. deor. 78 b, Neq; id dicitis ſuperſtitioſè atq; aniliter, ſed phyſica conſtantiq; ratione. & de Diuinat. 106 b.

SVPERSTITIOSVS, a, um. *Superſtitione imbutus, ſuperſtitionis plenus.* de Natur. 40 a, Ita factum eſt in ſuperſtitioſo & religioſo, alterum vitij nomen, alterum laudis. de Diuin. 126 b, Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſolicitudine & miſeria credunt. pro Dom. 234 a, Nimirum eſſe ſuperſtitioſum non oportet. de Diuin. 64 b, Superſtitioſæ ariolationes. & 112 a, Anile & plenum ſuperſtitionis fati nomen ipſum. & 125 b, Imbecilli animi facilè ſuperſtitioſa iſta cõcipiunt. * de Nat. 40 b, Qui totos dies precabantur & immolabant, vt ſui liberi ſibi ſuperſtites eſſent: ſuperſtitioſi ſunt appellati. Quod nomen poſteà latius patuit.

† Syntaxis. *Superſtitioſa ſolicitudo & miſeria. Anile & ſuperſtitionis plenum.*

SVPERSVM, es. *reſto.* I. C. 116 b, Tantum ciuium ſuperfuturum putabant, quantum infinitæ cædi reſtitiſſet. de Or. 151 a, Duæ partes mihi ſuperſunt illuſtrandæ orationis. & 141 a, Sciunt cui reſponderint, quod ſuperſit. Epiſt. 166 a, Omnes qui ſuperſunt de Hircij exercitu. pro Mar. 134 a, Nulli de inimicis ſuperſunt. Attic. 154 a, Quod ſupereſt, ſcribe, quæſo, quàm accuratiſſimè. Offic. 33 b, Tantum erat philoſophiæ loci, quantum ſuperfuerat amicorum & reipub. temporis. * Frag. ep. Nam neque deeſſe Reipub. volo, neque ſupereſſe.

¶ *Redundo.* de Orat. 118 b, In definitione neque abſit quicquam, neque ſuperſit. Epiſt. 166 a, Nam neque deeſſe, neq; ſupereſſe reip. volo. & 226 b. Sed vereor, ne iam mihi ſupereſſe verba putes, quæ dixeram defutura. Orat. 202 a, Orator motu ſic vtetur, vt nihil ſuperſit in geſtu. in Verr. 68 b, Quod aut imprudentiam eius ſubterfugit, aut ſatietati ſuperfuit.

¶ *Excello. Cicer. in lib. de iure ciuili in artem redigendo. teſte Gell.* Nec verò ſcientia iuris maioribus ſuis Quin. Helius Tubero defuit, doctrina etiam ſuperfuit.

¶ *Interſum.* de Repub. Gellio teſte, Non grauarer, Læli, niſi, &c. præſertim cùm heri dixeris, te nobis etiam ſuperfuturum: verùm, ſiquidem fieri poteſt, ne deſis, omnes te rogamus.

† Syntaxis. *De exercitu ſupereſſe. Quod ſupereſt, iam velim, &c. Ille ſupereſt omni doctrina. Vobis, vt ſpero, ſuperero.*

SVPERVACANEVS, a, um. *ſuperuacuus, vſum non habens.* Epiſt. 32 b, Et reuera confirmata amicitia, commemoratio officiorum ſuperuacanea eſt. Attic. 252 a, Cùm enim tua cauſa fecerint omnia, vereor ne meas literas ſuperuacaneas arbitrentur. de N. 21 a. Quod ſuperuacaneum ſit, aut vſum non habeat. & 50 a, Vt nihil eorum ſuperuacaneum ſit. de Sent. 89 a, Tum conditiora facit hæc ſuperuacanei operis aucupium atque venatio.

SVPERVACVVS, a, um. *inanis, redundans.* de Nat. d. 19 b, Deſcriptio omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil ſine cauſa, nihil ſuperuacuum eſt.

† Syntaxis. *Superuacaneum, & vſum non habens. Inane, ſine cauſa, ſuperuacaneum.*

SVPERVS, a, um. )(. *inferus.* Acad. 31 a, Nicætas cœlum, ſolem, lunam, ſtellas, ſupera denique omnia ſtare cenſet. & 32 a, Cogitare ſupera atque cœleſtia. Tuſcul. 161 a, Vt omnia, ſupera, infera, media videremus. in Arat.

*---- Supero conuertier orbe.*

de Nat. 54 a, Homo ſpectator ſuperarum rerum atque cœleſtium. in Arat.

*Cùm ſupera ſeſe ſatiauit luce, recedit.* & ibid.
*Hic caput & ſuperas potis eſt demergere partes,*
*Infera lumborum nunquam conueſtiet vmbra.* * 2 Aca.

Si quando nos demerſimus, vt qui vrinantur: aut nihil ſuperum, aut obſcurè admodum cernimus.

† Syntaxis. *Supera & cœleſtia. Supera lux.*

SVPINVS, a, um. )(. *pronus* de Diuin. 105 a, Motus corporis pronus, obliquus, ſupinus. de Vn. 203 b, Supina etiam ora cernuntur depulſione luminum.

SVPPAR, ris. *ferè par vel æqualis.* de Cl. 167 a, Huic ætati ſuppares, Alcibiades. Critias, Theramenes.

SVPPEDITANDVS, a, um. *ſubminiſtrandus.* I. V. 261 b, Paucorum cupiditati tum ſufficere poterant, nunc verò iam ademta eſt ſuppeditandi facultas. & 110 a, Frumento ſuppeditato, & mercibus ſuppeditandis.



* SVPPEDITANS, tis. de Amic. 112 b, Atque ibi ſuppeditans *Deus* omnium rerum, quas natura deſiderat, abundantiam & copiam.

SVPPEDITATIO, onis. *affluentia ſubminiſtratio.* de Nat. 23 a, Suppeditatio bonorum, nullo malorum interuentu.

SVPPEDITATVS, a, um. in Verr. 263 a, Dicito rem frumentariam eſſe ſuppeditatam.

SVPPEDITO, as. *ſubminiſtro, ſufficio.* Topic. 226 b, Hic locus ſuppeditat oratoribus mirabilem copiam dicendi. pro Arch. 187 b, Archias ſuppeditat nobis, vbi animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur. Epiſtol. 68 a, Multam etiam caſus noſtri tibi varietatem in ſcribendo ſuppeditabunt. ad Herenn. 1 a, Vix ſatis ocium ſtudio ſuppeditare poſſumus. & 22 b, Hoc modo naturæ ſuppeditabit doctrina. Attic. 235 a, Quod Ciceroni ſuppeditas, gratum. Qu. frat. 307 b, Creditores regis apertè pecunias ſuppeditant contra Lentulum. & 320 b, Domus ſuppeditat mihi hortorum amœnitatem. de Leg. 183 b, Terra fruges fert, & vt mater cibos ſuppeditat. de Finib. 78 b, Nec non ſuppeditabit nobis Atticus de theſauris ſuis, quos, &c. * contra Rullum 83 a, Vt eſſet vrbs, quæ res eas ſuppeditare poſſet.

¶ *Mutuo.* contra Rull. 72 b, Sumtum haurit ex ærario, ſuppeditat à ſocijs.

¶ *Non deſum, ſum ſatis, præſtò ſum, ſuperſum, ſuppeto.* de Cl. 180 b, Cui de repub. ſatis ſuppeditabat oratio. Tuſcul. 249 a, Quocunque loco bona ſuppeditant, ibi beatè poſſumus viuere. Attic. 9 a, Si vnquam mihi ἐπιχειρήματα (* al. πρόσοδοι ἢ καρποί. al. πρόσοδοι ἢ καμπαὶ), ſuppeditârunt illo tempore. Offic. 3 b, Parare ea quæ ſuppeditent ad cultum & ad victum, & ſibi & liberis. de Clar. 175 a, Miror illum cùm & vita ſuppeditauiſſet, & ſplendor ei non defuiſſet, conſulem non fuiſſe. & 187 a, Cui ſi vita ſuppeditauiſſet, conſul factus eſſet. & 174 a, Carbo quod vita ſuppeditauit, in multis iudicijs eſt cognitus. in Ant. 186 a, Cuius pater, ſi vita ſuppeditauiſſet, conſul factus eſſet. de Orat. 154 a, In hoc campo oratori facilè ſuppeditat omnis apparatus ornatusq; dicendi. * pro M. Scau. Vndiq; mihi ſuppeditat quod pro M. Scauro dicam.

SVPPEDITOR, aris. *ſuppedito.* Attic. 234 a, De Petulciano nomine, quod mihi ſuppeditatus es, gratiſſimum eſt.

¶ *Subminiſtror.* ad Attic. 226 b, Tibi eſt curæ, vt ei ſuppeditetur ad vſum & cultum copioſè. pro Rab. 97 a, Præcidere fiſtulas, quibus aqua ſuppeditatur alicui loco. ad Attic. 118 a, Si rem frumentariam tibi ex prouincijs ſuppeditari vis.

¶ *Iuuor.* I. C. 109 b, Res quibus nos ſuppeditamur.

¶ *Sum.* Ep. 104 a, An hoc ſignificas, frigere te? ne chartam quidem tibi ſuppeditari?

† Syntaxis. *Hic locus in contrarias partes argumenta ſuppeditat. Suppeditat poeta, vbi animus reficiatur. Abundantiam & copiam ſuppeditare. Suppedito tibi de. Suppeditatur tibi ad vſum, & cultum copioſè. Suppeditare ſumtum à ſocijs. Pecunijs non ſuppeditamur. Nec charta quidem mihi ſuppeditatur. Hoc ad cultum ſuppeditat. Adhuc vita ſuppeditat. Hic omnia ſuppeditant ad beatam vitam.*

SVPPEDO, is. Epiſt. 140 b, Suppedit, flagitium eſt: iam erit nudus in balneo, non reprehendes.

SVPPETO, tis. *ſum, ſuperſum, adſum, præſtò ſum.* Part. 234 b, Ex quibus ad augendum permulta ſuppetunt. in Verr. 82 a, Vereor ne mihi verba non ſuppetant. de Orat. 156 a, Inſcitia (* *al. inſcientia*) illius, cui res non ſuppetit, verba non deſunt. Offic. 39 b, Benefica voluntate beneuolentia mouetur, etiamſi res fortè non ſuppetit. Offic. 36 a, Sed tamen ſi cui hæc ſuppetunt, adiuuant aliquantulum ad cætera. Epiſt. 250 b, Mihi ad remunerandum nihil ſuppetit, præter voluntatem. de Fin. 88 a, Cibi ſuppetunt nobis multo labore quærentibus. Tuſcul. 246 a, Vt ambitioni & quotidianis ſumtibus copiæ ſuppetant. & 200 a, Namque regnum ſuppetebat mihi, vt ſcias, &c. Q. de Pet. 205 a, Et ſi tibi omnia ſuppetunt, quæ conſequi ingenio aut vſu homines aut diligentia poſſunt. Tuſcul. 183 b, Non poteſt hæc fari tantum dictis, quantum factis ſuppetit laboris. pro Ar. 187 b, An tu exiſtimas ſuppetere nobis poſſe, quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum? de Finib. 51 a, Si vita ſuppetet. Offic. 7 b, Illis ad largiendum ſuppetunt copiæ.

† Syntaxis. *Vna tantùm voluntas ad officium ſuppetit. Cibi ſuppetunt multo labore quærentibus. Copiæ ſuppetunt ad largiendum. Si vita ſuppetat.*

SVPPLANTO, as. *pede obiecto vel ſuppoſito aliquem ad caſum impello.* Offic 60 b, Supplantare eum qui cum certet, aut manu depellere non debet.

SVPPLEMENTVM, ti. *quo aliquid ſuppletur: vt Legionem diminutam, additis, qui deſunt militibus, ſupplemus, ergo qui adijciuntur, ſup-*

*tur, ſupplementum appellantur.* Epiſto.31 b, Cenſebant enim omnes ferè, vt in Italia ſupplemētum meis & Bibuli legionibus ſcriberetur. ad Brut 91 b, De ſupplemento autem non video quid fieri poſſit.

SVPPLENDVS, a, um. Quint. frat. 324 b, De bibliotheca Gręca ſupplenda libris commutandis, &c. valde velim iſta confici.

SVPPLEO, es. *præſto, expleo.* in Verr. 202 a, Non te inſtruere domum tuam voluerunt in prouincia, ſed illum vſum prouinciæ ſnpplere.

¶ *Adiungo.* in Ant. 242 a, Ponite ante oculos M. Antonium conſularem, ſperantem conſulatum, Lucium adiungite: ſupplete cæteros imperia meditantes. pro Flac. 154 b, Non ſinunt: ſupplet enim ille neſcio quis, & priuatim dicit ſe dediſſe.

SVPPLEOR, ris. de Orator. 118 b, Vt referendis præteritis verbis id ſcriptum, quodcunque defendimus, ſuppleatur.

SVPPLETVS, a, um. I A. 219 a, Cum ſex legionibus, inquit, hiſque ſuppletis ex D. Bruti exercitu, non modò ex delectu ſuo.

† Syntaxis. *Bibliotheca mihi ſupplenda. Suppletæ legiones. Vſum prouinciæ ſupplere: id eſt, ſtare. Supplere cætera: id eſt, addere.*

SVPPLEX, cis. *abiectus, iacens, proſtratus ad pedes.* pro Dom. 236 a, Qui pro me patres conſcriptos deprecari, & populo ſupplices eſſe vetuit. in Piſ 96 b, Cùm ſe Pompeius ſupplicem pro me profiteretur. Antequam. 196 b, Quibus ſigillatim ſæpe ſupplex ad pedes iacui. & ibidem. Aliquem ſupplicem à ſe abſterrere & excludere. Attic. 263 b, Nunquam putaui fore, vt ſupplex ad te venirem. in Cat 122 b, Vobis ſupplex manus tendit patria communis. pro Mur. 344 b, Is veſter eſt ſupplex, veſtram fidem obteſtatur, veſtram miſericordiam implorat, veſtram poteſtatem ac veſtras opes intuetur. pro Cluent. 60 a, Leuate hunc ſupplicem veſtrum pro Font. 280 b, Qui animo demiſſo atque humili ad opem iudicum ſupplices inferioresque confugiunt. Atticar 297 a, Orat multis & ſupplicibus verbis, vt liceat. Orator. 288 a, Viuat herculè Cicero, qui poteſt, ſupplex & obnoxius. Tuſculan. 163 b, Nec iudicibus ſupplex fuit. pro Plan. 263 a, Multitudo in ſqualore & luctu ſupplex iudicibus. Supplex miſericordiæ alicuius. in Ant. 376 b, At etiam miſericordiam captabas, ſupplex te ad pedes abijciebas, quid petens? vt ſeruires. pro Lig. 139 a, Tu nos iacentes ad pedes, ſupplicum voce prohibebis. * pro Font. 284 a, Tendit ad vos virgo Veſtalis manus ſupplices eaſdem, quas pro vobis Dijs immortalibus tendere conſueuit. pro Cæl. 54 a, Quem vos ſupplicem veſtræ miſericordiæ ſuſtentate.

† Syntaxis. *Tibi ſupplex. Pro te me ſupplicem profiteor. Supplices à ſe abſterrere & excludere. Leua hunc ſupplicem tuum. Supplex ille tradit manus. Supplices tendere manus. Supplicibus orare verbis. Captare miſericordiã, ſupplicem ſe abijcere ad pedes. Eſſe alicui ſupplicem.*

SVPPLICATIO, onis. *gratulatio dijs immortalibus, honor dijs immortalibus habitus pro victoria.* I. V. 262 a, I. C. 114 a, Supplicatio dijs immortalibus, pro ſingulari eorum merito, meo nomine decreta eſt, his verbis, quòd vrbem incendijs, cæde ciues, Italiam bello liberaſſem. & ibidem. Cæteræ ſupplicationes bene geſta, hæc vna conſeruata republica conſtituta eſt. de Pro. 74 a, Supplicatio quindecim dierum Cæſari decreta & ibidem. Gratulatio dijs immortalibus. de Prou. 74 a, Primùm decem dierum eſt ſupplicatio decreta Cn. Pompeio, confecto Mithridatico bello. in Catilin. 116 a, Supplicatio ad omnia puluinaria decreta eſt. pro Syll. 183 b, Cui vni togato ſenatus ſupplicationem decreuit. in Piſ. 80 b, Mihi ſenatus ſingulari genere ſupplicationis, deorum immortalium templa patefecit. Attic. 161 b, An cenſetis me decreturum fuiſſe, vt parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur? Attic. 96 b, Quorum voluntatem in ſupplicatione ſum expertus. & 99 b, Cęſar gratulans mihi de ſupplicatione, triumphat de Catone. in Ant. 259, Supplicationem decernitis de improbis audacibus. * de Clar. 188 a, Hanc gloriam teſtimoniumq; Cæſaris tuæ quidem ſupplicationi non ſolum, ſed triumphis multorum antepono. Epiſt. 247 b. *Catonis.* Supplicationem decretam, &c. gaudeo. Quod ſi triumphi prærogatiuam putas ſupplicationem, & iccirco caſum potiùs quàm te laudari mauis: neque ſupplicationem ſequitur ſemper triumphus, &c. Atticar. 99 a, Iudico cum ex literis amicorum, tum ex ſupplicatione. Quam qui non decreuit, &c. & b, Supplicationem cum mihi non decreuiſſe.

SVPPLICITER. *demiſſè.* de Orator. 92 a, b, Homo ita natus, vt & blandiri, & ſuppliciter ſe inſinuare poſſit. ad Atticum 284 & pro Flacc. 150 b, Agere gratias cuipiam ſuppliciter & demiſsè.

† Syntaxis. *Blanditur, & ſuppliciter ſe inſinuat. Suppliciter ac demiſſè gratias agere.*

SVPPLICIVM, cij. *cruciatus, pœna.* de Natur. deor. 77 a, Summo cruciatu ſupplicioq; Varius homo importuniſſimus perijt. pro Sex. Roſc. 29 b, Solon nullum ſupplicium conſtituit in eum, qui parentem necaſſet. & 30 a, Conſtituere ſupplicium alicui maleficio. in Ant. 250 b, Soluere ſupplicium alicui. pro Pom. 5 b, Aliquem vinculis & verberibus, atque omni ſupplicio excruciatum necari. Antequam. 195 b, Serui qui ad ſuppliciũ verberibus cæſi trahuntur. Attic. 128 a, Supplicia miſerrima & crudeliſſima perferre. Epiſtol. 66 a, Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo vſurus eram in eum, remitto tibi, & condono. de Orator. 120 b, Rapi ad ſupplicium, ad facinus. de Inuent. 72 b, Sumere ſupplicium de aliquo. I. V. 127 a, & ad Heren. 27 a, in Ver. 249 b, Supplicio affici aliquem. de Orator. 102 a, Scelus ac fraudem nocentis ſupplicio conſtringere. in Piſo. 88 b, Supplicium eſt pœna peccati. & ibidem. Nullum eſt ſupplicium, quo non affici caſu aliquo etiam boni viri forteſque poſſint. * contra C. Anton. Ad maius ſupplicium rēſeruatus. Hortenſ. Simili nos affectos eſſe ſupplicio. de Inuent. 72 b, Suum ſupplicium cum illius iniuria conferendo. & 73 a, Atque hic vtilitatis iudiciorum demōſtratio, & de eo conqueſtio, qui ſupplicium dederit indemnatus: in eius autem, qui ſumpſerit, audaciam & crudelitatem indignatio. Offic. 9 a, Ad ſuppliciũ redire maluit. & 72 a, Se ad exquiſita ſupplicia proficiſci.

† Syntaxis. *Summo cruciatu & ſupplicio perire. Supplicium conſtituere, ſoluere. Omni ſupplicio excruciatum necare aliquem. Ad ſupplicium trahi. Meum ſupplicium (agendi ſignificatione) tibi remitto, & condono. Sumere.)(.dare ſupplicium de aliquo. Scelus conſtringere ſupplicio. Supplicium peccati pœna.*

SVPPLICO, as. *deprecor, me ad alicuius pedes ſupplicem abijcio, manus alicui vel ad aliquem tendo.* Poſtquam. 199 a, Multi pro Qu. Metelli reditu vobis ſupplicauerunt. Epiſtol. 91 a, Amicis eius omnibus pro te libentiſſimè ſupplicabo. & 90 a, Quibus ego ſupplicare non deſtiti. de Orat. 104 b, Nemo rempub implorauit, nemo ſupplicauit. pro Font. 281 a, Cum amici & propinqui ſupplicent vobis, dubitabitis, &c. pro Planc. 269 a, b, Proſternere ſe, & fracto animo atque humili ſupplicare alicui. pro Planc. 261 a, Summiſsè ſupplicare alicui. Poſtquam. 200 b, de Nat. 72 b, Vt ego illis ſupplicarem. Attic. 285 a, Vindici quidem alienæ dominationis, non vicario ecquis ſupplicat? pro Font. 282 b, Præſertim cùm tot res ſint, quæ veſtris animis pro huius innocentis ſalute ſupplicent.

* SVPPLICATVR. contra Rull. 69 b, In eo tamen propter amplitudinem ſacerdotij, voluerint *maiores* populo ſupplicari.

† Syntaxis. *Supplicare alicui pro aliquo. pro alicuius ſalute. Proſternere ſe, & fracto animo humilique ſupplicare. Summiſſè ſupplicare alicui.*

SVPPLODO, dis. *pede terram percutio, plaudo.* de Orator. 104 b, Quid multa? pedem nemo in illo iudicio ſupploſit.

SVPPLOSIO, onis. de Orator. 147 a, Vereor ne nihil ſim tui, niſi ſupploſionem pedis imitatus. * ad Heren. 21 a, Pedis dextri rara ſupploſione vti oportet. de Orato. 163 b, Omnes hos motus ſubſequi debet, &c. ſupploſio pedis in contentionibus aut incipiendis aut finiendis. de Clariſ. 177 a, Manus, humeri, latera, ſupploſio pedis, &c. cum verbis ſententijsque conſentiens.

SVPPOENITET, bat Att. 111 a, Nam & illum furoris & hunc noſtrum copiarum ſuppœnitet.

SVPPONO, nis. *ſubijcio, ſubiungo,* I. V. 250, Tum iſte in eorum locum alios ſubſtituere & ſupponere cœpit.

¶ *Subdo.* de Natur. deor. 50 b, Anatum oua gallinis ſæpe ſupponimus. de Inuent 44 b, Huic generi Hermogaras partes quatuor ſuppoſuit, deliberatiuam, &c. & 43 b, Nam & tres partes ſupponimus. Atticar. 122 a, Deinde ſuppoſuit exemplum epiſtolæ Domitij. de Inuent. 71 a, Subijcere & ſupponere rationem. Parad. 125 b, Si teſtamenta amicorum expectas quidem, atque ipſe ſupponis. de Leg 164 b, Supponere falſa teſtamenta. pro Seſt. 20 a, Gladiatores tu ſupponas.

¶ *Obſtringo* pro Deiot. 151 b, Hieras cauſam omnem ſuſcipit & criminibus illis pro rege ſe ſupponit reum.

SVPPONOR, ris pro S. R. 37 a, In mandatis operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur. de Inu, 80 a, Supponatur ab hæredibus hæc ratio, &c.

SVPPORTO, as. *clàm importo.* Epiſtol. 199 a, Niſi quid nauibus Laodicenorum ſupportârit, citò fame pereat neceſſe eſt.

SVPPOSITVS, a, um. *ſubornatus.* I. V. 250 a, Vt ille ſuppoſitus facilè & libenter ſe illum, qui non erat, eſſe ſimularet. pro Cluen. 43 a, Qui ſuppoſita perſona falſum teſtamen-

tum ob-

tum obſignauit.I.V.251 a,Alium in ſuppoſiti locum ſupponere.

† Syntaxis. *Subſtituere ac ſupponere. Oua ſupponere gallinæ. Se reum ſupponere pro aliquo. Fides ſuppoſita, teſtes, perſona.*

SVPPRESSIO,onis.pro Cl.33 b,Stauit ſibi ad eaſdem prædas ſuppreſſionesq́; iudiciales reuertendum.

SVPPRESSVS,a,um. *humilis, dimiſſus.* pro Syl.172 b,Suppreſſa voce dicere de aliquo.Orat.204 b,Voce & oratione ſuppreſſior.

¶ *Occultatus* pro Cl.33 a,Candidati, quorum numos ſuppreſſos eſſe putant.

SVPPRIMENDVS,a,um.ad Bru 91 b,Audita res erat,& peruulgata: quare ſupprimenda non fuit.

SVPPRIMO, mis. *ſedo.* Tuſcul.207 a, Hæc igitur ſunt officia conſolantium, tollere ægritudinem funditùs,aut ſedare, aut detrahere quàm plurimùm, aut ſupprimere, nec pati manare longiùs.

¶ *Retineo.* pro Cl.32 a,Capit hoc conſilium, vt pecuniam iudicibus polliceatur,deinde eam ſupprimat.

¶ *Occulto.* pro Cl.38 a,Pecuniam acceptam nomine iudicij Safiniani retinuit,atq; ſuppreſſit.& 31 b,Quæ cùm accepiſſet à pupillo,ſuppreſſit.

SVPPVDET,bat. Vide SVBPVDET.Epiſt.235 a,Puto te iam ſuppudere,cùm, &c. & 126 a, Sed quòd eorum me ſuppudebat.

SVPRA. *ſupera, vltra: loci ratione.* de Natur. deor.45 a, Homines ſub terra habitantes, qui nunquam exiſſent ſuprà terram. & 49 a,Mare quod ſupra terram eſt.de Orato. 144 b, Omnia,quæ ſuprà & ſubter ſunt, vnum eſſe Epiſt.142 b, Supra me Atticus, infra Verius.de Vniuerſ.20 b, Secundus ſupra terram ambitus.de Somn.Scip.128 b,Supra lunam ſunt omnia externa. in Verr.164 b,De qua muliere verſus plurimi ſupra tribunal ſcribebantur. de Diuin.29 b, Se interfectum in plauſtrum à caupone eſſe coniectum,& ſuprà ſtercus iniectum.de Diuinat.87 a, Cotem illam defoſſam in comitio, ſupraque impoſitam puteal accepimus. Q.frat. 300 b, Ecce ſupra caput homo leuis, &c. de Nat.deor.47 a,

—— *Draco ſubter ſupraq́; reuoluens* *Seſe.*——

Tuſ.238 a, A' ſole exoriente ſupra Mœotis paludes. de N. 35 a,Paulò ſuprà quàm ad linguam ſtomachus annectatur.Orat.209 b,Sæpe ſuprà feret *rem* quàm fieri poſſit.

¶ *Virtutis.* ad Att.288 a,Potentia, quæ ſupra leges eſſe velit. de Natur. deor.32 b.Ratio recta conſtanſque, quæ ſupra hominem putanda eſt, Deoq́; tribuenda. de Leg.178 a, Hæc commemoratio vereor ne ſupra hominis fortunam eſſe videatur.

¶ *Ordinis.* I.V.164 b Suprà adiecit Aeſchrio.de Orat.162 a, Illa quæ ſuprà dixi.

¶ *Virtutis, ponderis.* Top.224 a, Hoc eſt ſuprà quàm illud. de Nat.53,Hoc eſt ſuprà quàm illud.Epiſto.231 a.b,Piſonis amor in omnes tantus eſt,vt nihil ſuprà poſſit eſſe. At. 209 a, Dialogos abſolui,neſcio quàm benè,ſed ita accuratè,vt nihil poſſit ſuprà: *id eſt, vltrà.* Oct.330 a, Supra ætatem,ſupra conſuetudinem,ſupra etiã mortalitatem tuam tibi ſunt omnia tributa.

SVPRASCRIBO is. pro Cluen.49 a, Qui eorum? quorum? videlicet, qui ſupraſcripti ſunt. Epiſt.87, At illa polliceor, quæ ſupraſcripſi.

SVPREMVS,a,um. *vltimus, extremus.* pro Muræn. 142 a, I.A. 159 b.Q.Maximus P.Africanum ſupremo eius die laudauit.Tuſcul 136 b,Supremus vitæ dies. de Senect.93 a,Supremo vitæ die. de Legib. 174 a, Supremo ſupplicio afficere aliquem.

SVRA,ræ. *& cruris poſterior pars, & crus ipſum.* in Arat.

*Iam dextrum genu & decoratam lumine ſuram*
*Eligit ille vagans vulgato nomine Niſus.*

Tuſc.219 a, *Quàm gladium in ſtomacho, ſura ac pulmonibus fixo.* Lucilij.

SVRCVLVS,li. *planta.* de Orat.134 b, Da mihi ex iſta arbore,quos ſeram ſurculos.& 153 a. * Non vt iure,aut iudicio, aut vi denique recuperare amiſſam poſſeſſionem, ſed vt ex iure ciuili ſurculo defringendo vſurpare videantur.

SVRDASTER,ſtri. *qui aures hebetiores habet, qui malè audit.* Tuſcul.250 b,Erat ſurdaſter M. Craſſus: ſed aliud moleſtius, quòd malè audiebat.

SVRDITAS,tis. Tuſc.250 b,In ſurditate quidnam eſt mali?

SVRDVS,a,um. *qui ſenſu aurium, vel audiendi caret, auribus captus.* de Diuinat.110 a, Surdus varietates vocum aut modos noſcere non poteſt.pro Font.279 b.Satis erit id quod dixi, non ſurdum iudicem huic muneri præeſſe. * Tuſcul. 250 b, Ergo ij in illorum, & illi in horũ ſermone ſurdi. Omneſq́; itidem nos in his linguis,quas non intelligimus, ſurdi profectò ſumus. & 251 a,Sic licet ſurdos ad oculorum. *voluptatem traducere.*

SVRGO,gis. *delecto, exto.* Offic.74 b,Pomponius ſurrexit è lectulo.de Inu.64 a, Ille multo ante lucem ſurrexit. Att.259 b, v. Iduum, cùm ante lucem de Sinueſſano ſurrexiſſem, veni,&c.

¶ *Quocunq́; de loco.* I.V.234 a, Prætor de ſella ſurrexit, atq; abijt. pro S.R.18 a,Ego potiſſimùm ſurrexi,qui non ſum cum ijs qui ſedeant,comparandus.I.A.244 a, Semel cecidi ſciens,vti honeſtiſſimè ſurgere poſſem. pro Cl.27 b, Ego ad reſpondendum ſurrexi. de Orat.138 a,Surgere ad dicendum.

SVRREPTVS,a,um in Ant 260 a.Parma ſurrepta.

SVRRIPIO,pis. *clepo, furor, compilo.* de Clariſ 171 a,Tu qui à Neuio vel ſumſiſti multa,ſi fateris: vel ſi negas,ſurripuiſti. pro Do.226 a, Qui ex eius cuſtodia per inſidias filium regis captiuum ſurripuerat.Epiſt.231 b, Dionyſius à bibliotheca multos libros ſurripuit. de Inu. 68 b, Surripere vaſa ſacra ex priuato. Offic.60 b,In vita ſibi quenquam petere quod pertineat ad vſum,non iniquum eſt: alteri ſurripere ius non eſt.

¶ *Capio, eligo, ſumo.* Atticar.76 a,Surripere aliquid ſpacij ad ſcribendum.

SVRRIPIOR, ris. *abripior, abſtrahor, clàm auferor.* Par.126 a, Virtus nec eripi,nec ſurripi poteſt. * cont. Rull.75 a. An is *honos* impudẽter populo Rom.per legis fraudẽ ſurripiatur?

SVRROGO,as. *ſubſtituo.* Att.166 b, Statim enim Panſa collegam ſibi ſurrogaſſet.

SVRSVM )( *deorſum* de Vn.203 b & de Nat.42 b,Elementis ſurſum deorſum, vltrò citroq; commeantibus. de Nat.54 b, Aures eo quòd omnis odor ad ſuperiora fertur,rectè ſurſum ſunt Orat.209 b,Cùm gradatim ſurſum verſus reditur.Part.232 a,Et idem ſurſum verſus,retroq; dicatur.

† Syntaxis. *Surſum ferri, eſſe. Surſum verſus reditur. Surſum verſus, vtroque dicere.*

SVS,ſuis. *porcus.* de Nat de.58 a,Sus verò quid habet præter eſcam? cui ne putreſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus: qua pecude nihil genuit natura fœcundius.de Fin.233 b,Non inſcitè illud dictum videtur in ſue, animum illi pecudi datũ pro ſale, ne putreſceret. *Nonius legit, putiſceret.* de Diu.85 a, Sus roſtro humi A literam impreſſit.in Sal.272 a, Itaq; nihil aliud ſtudet, niſi vt lutulentus ſus quòvis volutari.de Orat.230 a, Docebo ſus (vt aiunt) oratorem illum,&c.Epiſt.138 a,Etſi ſus Mineruam. * Chorogr.Vt ſues glande paſcantur.* Academ.42 b,Qui hæc vos doceo? Nam etſi non ſus Mineruam,vt aiunt: tamen ineptè quiſq; Mineruam docet.de Fin. 133 b, In quibus *beſtijs* non corporum ſolùm,vt in ſuibus, ſed etiam animorum aliqua ex parte motus aliquos videmus.de Natur.27 b,Quo *lituo* ad inueſtigandum ſuem regiones vineæ terminauit.de Diuin.87 a, Qui cùm propter paupertatem ſues puer paſceret vna ex his amiſſa, vouiſſe dicitur,ſi recuperaſſet,&c ibid.Sue inuenta.

† Syntaxis. *Sus ille lutulentus quòvis volutatur. Sus & virilis & muliebris ſexus,*

SVSCEPTIO,nis.de Finib.97 a, Sic ea quæ proficiſcuntur à virtute,ſuſceptione prima,non perfectione ſunt iudicanda. Academ.43 a,Ex quo *gignebatur* laborum dolorumque ſuſceptio, &c.* pro Mur. 124 a, Et quoniam in hoc officio ſtudium meæ defenſionis ab accuſatoribus, atque etiam ipſa ſuſceptio cauſæ reprehenſa eſt.

SVSCEPTVS,a,um. *non recuſatus, initus.* pro Mur. 126 a,Aliquid aut in Aſia ſuſceptum,aut ex Aſia deportatum flagitium. Attic.67 a,Nunc ſuſceptam obiurgationem reprimam. I.P.92 a, Pontinius religionibus ſuſceptis impeditur.de Diui. 125 b, Hæc hominum errrore ſuſcepta ſunt: poſt Redit.ad Quir.198 a.Vt ſi meas rationes vnquam veſtræ ſaluti antepoſuiſſem, ſempiternam pœnam ſuſtinerem mea voluntate ſuſceptam. pro Pomp.4 a, Meæ vitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ.pro Syl.172 b, Bellum cum aliquo ſuſceptum.pro Qu.15 b,Trãſigere ſuſceptum negocium I.V.218 a,Quo quidem ſcelere ſuſcepto inanis erat baſis.de Orat.118 a, Offenſio vel negligentiæ ſuſceptis rebus,vel perfidiæ receptis. * pro M.Scau. Nullo ſuſcepto odio.Hortẽſ.Scelera ſuſcepta in vita ſuperiore. 3 de Nat.deor. Ne ſuſceptas publicè religiones diſputatio talis extinguat.I.P.88 b,Suſcepta fraus.pro Seſt.3 b,Atque ego ſic ſtatuo, iudices, à me in hac cauſa atque hoc extremo dicendi loco,pietatis potiùs quàm defenſionis: quærelæ quàm eloquentiæ: doloris quàm ingenij partes eſſe ſuſceptas.

¶ *Natus ab ortu, acceptus.* Attic.281 b,Si remp. cui ſuſceptus es,reſpicis. Atticar.196 b, Atque vtinam ſuſceptus non eſſem.in Verr. 260 a, Qui parentibus ſpe noſtri imperij noſtrẹque æquitatis ſuſcepti educatique ſunt.

¶ *Exceptus, receptus.* pro Milon. 104 a, Vim inter ciues ſuſceptam.

SVSCIPIENDVS,a,um. *ineundus.* Atti.lib.4, Iter Aſiaticum puto tibi ſuſcipiendum fuiſſe.2 de Leg. Sequitur enim de

iure belli, in quo & ſuſcipiendo & gerendo & deponendo ius vt plurimùm valet. 1. Verr. In contentione ſuſcipiendarum inimicitiarum, ridiculum eſt putare. Offic. 28 b, In omni actione ſuſcipienda tria ſunt tenenda: primum, &c.

¶ *Admittendus.* de Diuinat. 141 b, Libri Sybillæ valeant ad deponendas potius, quàm ad ſuſcipiendas religiones.

SVSCIPIO, pis. *ſumo, capio, recipio.* I. C. 111 b, Illi ſine mora negocium ſuſceperunt. Atticar. 235 b, Suſcipe cogitationem, quídnam mihi agendum putes. & 133 a, Obſecro te, Cicero, ſuſcipe curam & cogitationem digniſſimam tuæ virtutis, vt, &c. & 141 a, De his rebus rogo vos vt cogitationem ſuſcipiatis. de Ar. 245 a, Ille inimicitias ſuſcepit propter ſalutem meam. de Orator. 93 b, Gorgias, qui magnum quiddam ſuſcipere ac profiteri videbatur. & 94, Suſcipere ac profiteri magnum aliquod onus atque munus. 16. Famil. Ego A. Varroni diligentiſſimè te commendaui, vt ſuſciperet te totum, ac tueretur, 12. Philipp. Admirabantur boni viri, accuſabant amici, quòd ſpe pacis legationem ſuſcepiſſem. ad Quir. poſt red. Sin & ea quæ antè geſſeram, &c. & illam miſeram profectionem veſtræ ſalutis gratia ſuſcepiſſem, &c. pro Cl. Aliquid culpæ ſuſcipere. 3. Famil. Suſcipere beneuolentiam. poſt Red in ſen. Suſcipere calamitatem. 2. de Finib. & 3. ad Atticum. Caſum propter fidem conſtantiamque ſuſcipere. ad Atticum lib. 3, Cauſam alicuius ſuſcipere. Offic. 1, Suſcipere nimias celeritates. 6 Famil. Suſcipere conſilium. pro Muræn. & pro Planc. & 7. Verr. Suſcipere culpam, vel crimen culpæ. Tuſculan. quæſt. lib. 1, & lib. 3, & pro Seſt. & pro Dom. ſua, Suſcipere dolorem. 2 de Diuinat. Errorem & ſuperſtitionem ſuſcipere. in Vatin. Suſcipere gemitum. 2 Philipp. Suſcipere impuritates. Brutus Attico, Qui valentiſſimum Antonium ſuſcipere pro rep. non dubitauit inimicum. pro Planc. & in Cat. Suſcipere inimicos. 3 Famil. Suſcipere inimicitias alicuius. 1. Offic. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut ſumtus ſuſcipere nolunt. 6 Philipp. Suſcipere inſignia belli. 4. in Verr. Suſcipere inuidiam, vel offenſionem Cat. Suſcipere labores diurnos nocturnosque. Offic. 3, Suſcipere maximos labores, moleſtiasque. de Finib. lib. 1, Suſcipere multos labores magnosque inflammatum ſpe potiundi voluptatum. de Natur. deor. 38 a, Suſcepit autem vita hominum, conſuetudoque communis, vt beneficijs excellentes viros in cœlum tollerent. pro Cecin. Negotia atque controuerſias alicuius ſuſcipere. pro Clu. Cæteri non videntur in ſingulis hominibus multa parricidia ſuſcipere poſſe, &c. pro Mil. Suſcipere partem alicuius. Tuſculan. quæſt. lib. 4, Suſcipere partem vitiorum. Attic. 7, De triumpho hortari, ſuſcipere partes ſuas. & lib. 3. Intelligoq; multas partes meæ ſalutis & ſuſcipere, & poſſe ſuſtinere. 3. de Orato. Patrocinium voluptatis ſuſcipere. 10. ad Atticum. Suſcipere aliquam perſonam. 9. ad Atticum, Suſcipere πολίτευμα de pace. 7. ad Atticum. Suſcipere πρόβλημα. 5. Famil. Suſcipere propugnationem pro re aliqua pro Milon. & 3. Philipp. Suſcipere rempub in Vat. Suſcipere ſacra. pro Seſt. Suſcipere ſalutem Reipub. contra aliquem. pro Dom. ſua, Suſcipere ſimultatem & contentionem. pro Qu. 14 a, Quod turpiſſimè ſuſceperas, perſeuerare & tranſigere non potuiſti. de Vniu. 202 a, Vt igitur mortali generentur conditione, vos ſuſcipite, vt illa gignatis, &c. pro Cæl. & pro Syl. Redeo nunc ad te Cæli viciſſim: ac mihi autoritatem patriam ſeueritatemq; ſuſcipio. 3. ad Qu. frat. Suſcipio, vt me putem præſtare debere. pro Syl. pro Rab. perduell. Neq; enim facinorum tantorum, tam atrociũ crimen, Iudices, P. Syllæ perſona ſuſcipit. 1. de Finib. Quis noſtrûm exercitationem vllam corporis ſuſcipit laborioſam, niſi vt aliquid ex ea commodi conſequatur? ibid. Sed vt omittam pericula, labores, dolorem etiam, quem optimus quiſq; pro patria & pro ſuis ſuſcipit, &c. de Ar. 258 a, Atq; ego hanc orationem tuam triſtem non ſuſcepiſſem, niſi, &c. pro Sext. Roſc. 37 a, Suſcipere onus officij, quod te putes poſſe ſuſtinere, & recipere mandatũ pro Planc. 270 a, Eum tenere curſum, quem à prima ætate ſuſceperis. I. V. 148 a. Suſcipere multum negocij. Offic. 17 a, Qui periculoſas rerum actiones ſuſcipiunt. Attic. 226 b, Suſcipiam omnem iſtam actionem. Epiſt 40 a, Suſcipere officia & partes pro aliquo. pro Cecin. 288 a, Suſcipere moleſtiam pro aliquo. de Amic. 111 a, Omnia alter pro altero ſuſcipiet. Epiſtol. 37 b, Ego autem cùm hoc ſuſcepiſſem, &c. Atti. 89 a, In quo magnũ odium Pompeij ſuſcepiſtis. pro Dõ. 234 b, Suſcipere religionem. 7 Verr. Tantúmne igitur laborem, tantas inimicitias tot hominum ſuſcepturus es? ad Brut. lib. 11, Illud tibi perſuadeas velim, me omnia, quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, &c ſummo ſemper ſtudio ſuſcepturum. pro Cl. 47 b, Neque mihi quicquam oneris ſuſcepi, quum iſta dixi, &c. 3. Offic. Suſcepiſti onus præterea grave, & Athenarum & Cratippi. 15. Famil. Suſcepiſti partes Conſulum. 2. ad Quin. frat. 1. in Verr. Suſcepit iudiciorum cauſam, antiquiſſimamq; ſe habiturum dixit. pro Flacc. Res ſibi ſuſcepit gloriæ cauſa. 7. Ver. Verres ille vetus proditor Conſulis, translator Quæſturæ, auerſor pecuniæ publicæ, tantũ ſibi authoritatis in Rep. ſuſcepit, &c, 1. de Nat. & Diu. lib. 2, Nec verò deſertarum relictarumq; rerum patrociniũ ſuſcepimus. 5. Verr. Suſceperas enim liberos non ſolùm tibi, ſed etiam patriæ. 2. Verr. ad Attic. lib. 3, Suſcipe cauſam ſenatus, vt, &c. 2. Phil. 106 a, Attende enim pauliſper, & cogitationem ſobrij ad punctum temporis ſuſcipe. 4. Famil. Vatinij, Suſcipe me: *id eſt, mei defenſionem, vel me defendendum.* 14. ad Attic. Suſcipe meam deliberationem. ad Att. lib. 12, Quod ad Tironem de Terentia ſcribis, obſecro te mi Attice, ſuſcipe totum negocium. & lib. 14, Quæris, vt ſuſcipiam cogitationem, quidnam iſtis agendũ putem. pro Muręn. 142 b, Iſtuc me rogari oportet abs te, an te potius à me, vt pro mea ſalute laborem, periculumq; ſuſcipias? 11. Fam. M. Bruti & Caſſi, Tu etiam atq; etiam vide, quid ſuſcipias, quid ſuſtinere poſſis. * 2. de Legib. Magnum audaxq; conſilium Græcia ſuſcepit, quòd.

¶ *Cogito, admitto, committo, patro, concipio.* I. V. 237 b, Suſcipere ſcelus. pro Cluent. 53 b, Suſcipere magnum facinus in ſe. de Am. 115 b, Animo aut ſpe maiora ſuſcipere. I. C. 115 b, Dijs immortalibus ducibus hanc mentem volũtatemq; ſuſcepi. in Parad. Hæreditatis ſpes quid iniquitatis in ſeruiendo non ſuſcipit? 11. Philip. Miſerior igitur qui ſuſcipit in ſe ſcelus, quàm is qui alterius facinus ſubire cogitur.

¶ *Patior, ſubeo.* pro Seſt, Suſcipere luctum, ſqualorem, ſordes. pro Leg. Manil. & Poſtquam. Non modò adhuc pœnam nullam ſuo dignam ſcelere ſuſcepit, ſed, &c. 3. Philip. & pro Syl. Maximam turpitudinem ſuſcipere vitæ cupiditate. 5 de Finib. Qui etiam nunc agendi aliquid diſcendiq; cauſa propè contra naturam vigilias ſuſcipere ſoleamus. pro Mil. Suſcipere vim. 16 ad Att. Suſcipere vituperationem. pro Cl. 50 a, Suſcipere aliquid culpæ recuſando. 1 de Inu. Quibus rebus tantum odij atq; inuidiæ ſuſcepit eloqueutia tua, &c. * I, A. 161 a, Cum omnes impuritates pudica in domo ſuſceperis.

¶ *Habeo.* Epiſtol. 72 b, Cùm beatiſſimi ſint, qui liberos non ſuſceperunt. pro Cluent. Inuito deſpondit ei filiam ſuam illam quam ex genero ſuſceperat. in Ant. 186 b, Ipſe ex libertini filia ſuſcepit liberos,

¶ *Amplector.* Offic. 37 a, Si cuius virtutem ſuſcipiunt. * *al. ſuſpiciunt.*

¶ *Admitto.* de Diuinat, 126 a. Quæ ſi ſuſcipimus, & ſternutamenta nobis erunt obſeruanda. pro Cl. Quo tandem Habitus metu adductus, tantum in ſe facinus ſuſcipere conatus eſt? *id eſt, admittere.* in Piſ. 88 b, Suſcipere fraudem.

¶ *Conflo.* de Off. li. 1. Suſcipere æs alienum amicorũ cauſa.

SVSCIPIOR, ris. de Ar. reſp. Eeodem enim tempore & ſuſcipimur in lucem, & hoc cœleſti ſpiritu augemur. I. A. Quæ docti, vt dixi, à Græcis petere mallent, indocti ne à nobis quidem accipiunt, vt fruſtra omnis ſuſcipiatur labor. pro Fon. 21 a, Magna mehercule cauſa, Iudices, abſolutionis cum cæteris cauſis hæc eſt, ne qua inſignis huic imperio macula atq; ignominia ſuſcipiatur. lib. 1. de Finib. Dolores ſuſcipiantur maiorum dolorum effugiendorum gratia. 3, Tuſculan. Si verò non futurum quidem ſit, fruſtra ſuſcipi miſeriam voluntariam. Offic. 28 b, Nec maior cura & opera ſuſcipiatur, quàm cauſa poſtulet. pro Mur. 126 a, Si nullæ inertiæ, nulla inhumanitatis culpa ſuſcipitur, ego verò libenter deſino. Att. 139 a, Bellum crudele ab aliquo ſuſcipit. de Aruſp. 257 b, In lucem ſuſcipi: *id eſt, naſci.* Antequam. 196 a, Exilium quod virtute ſuſcipitur. * pro Mar. 113 a Indicauit à pleriſq; ignoratione potius & falſo atq; inani metu, quàm cupiditate aut crudelitate ciuile bellum eſſe ſuſceptum.

† Syntaxis. *Suſcepta ſua voluntate pœna. Vita ab ineunte ætate ſuſcepta. Suſceptum in Aſia flagitium. Suſceptus & educatus Deo. Suſcepta vis inter ciues. Suſcipere religionem, curam, negocium, cogitationem, quiddam magnum, ac profiteri, onus & munus, amicum, aliquem totum, ac tueri: profectionem, beneuolentiam, calamitatem, caſum, cauſam, conſilium celeritatem, culpam, crimen, vituperationem, dolorem, errorem, ſuperſtitionem. Facinus in ſe ſuſcipere. Inuidiam & offenſionem ſuſcipere. Ita conſuetudo ſuſcepit, vt. Parricidia ſuſcipere, partes, patrocinium, perſonam alicuius, ſalutem alicuius. Perſeuerare ſuſceptum, & tranſigere. Suſcipere ſibi autoritatem patriam, vitæ curſum honeſtum. Omnia pro te ſuſcipiam. Suſcipere ſcelus. Magno animo & ſpe, mentem voluntatem optimam, luctum, ſordes, pœnam ſe indignam, liberos, æs alienum, exilium virtute magna.*

SVSCITO, as. *inuenio, excito, incito, exſuſcito.* pro Qu. R. 31 a, Vel ab tuis ſubſellijs cõtra te teſtem ſuſcitabo. Antequam. 195 a, Qui nouam rationem ſuſcitant, veteres maiorum obterunt laudes. Epiſtol. 169 a, Suſcitare bellum ciuile.

SVSCI-

SVSCITOR,ris,de Orat.133 a,Iubebis igitur, inquit,te ſuſcitari?

SVSPECTVS,a,um. *ſuſpicionem præbens, in quo ſubeſt ſuſpicio alicuius rei, ſolicitus, habens ſuſpicionem alicuius rei.* pro Planc. 270 a. de Amic.106 a, In vita tyrannorum omnia ſemper ſuſpecta atq; ſolicita ſunt. I.C.100 b, Si me meis ciuibus tam grauiter iniuria ſuſpectum atq; infenſum viderem. Tuſcul.190 a, Medicina animi mulris ſuſpecta atq; inuiſa. Epiſt.18 a, Quanquam me nomine negligentiæ ſuſpectum tibi eſſe doleo. pro Quin.2 b, Cùm ſæpe ſuſpectus Quintio Næuius fuiſſet. Offic.71 a, Cùm filius patri ſuſpectus eſſet de nouerca.

SVSPENDIVM,dij. I.V. 177 a, Vt homines iniuriæ remedium morte ac ſuſpendio quærerent.

SVSPENDO,dis. *ceruices frango.* I. V.159 b, Hominem corripi ac ſuſpendi iuſſit in oleaſtro quadam. & 176 b, Dioclem hominem locupletem ſuſpendiſſe ſe conſtat. de Orat. 134 b, Suſpendere ſe de ficu. pro Rab. 92 b, Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito.

* *In altum ædifico.* Hortenſ. Primus balneolas ſuſpendit, incluſit piſces.

SVSPENDOR, ris. Topic. 222 a, Opus quod ita ædificatum eſt, vt ſuſpendi non poſſit: *id eſt, fornix.*

SVSPENSVS,a,um. *anceps, dubius, incertus, ſolicitus.* pro Dom. 232 a, Tota ciuitas ſuſpenſa atq; ſolicita eſt. Attic.33 a, Suſpenſo animo ſolicitoq; ſum. contra Rull.65 a, Ciuitas ſolicita ſuſpicione, ſuſpēſa metu, perturbata iſedtionibus. contra Rull.79 b, Suſpenſus & incertus obſcura ſpe & cæca expectione pendeo. pro Cluent.28 b, Suſpenſus incertusq; vultus. & 19 a, Ne diutius ſuſpenſa oratione mea expectatio veſtra teneatur, aggrediar ad crimen. de Clar. 128 b, Iudices oratione ſuſpenſos teneri. Attic.154 b, Tu tuum conſilium etſi non in longinquum tempus differs, tamen ſuſpenſum me detines. I. V.238 a, Cùm ſeruitiorum animos in Sicilia ſuſpenſos propter bellum fugitiuorum videret. de Orat.105 b, Suſpenſo & occupato animo Craſſum tibi reſpondiſſe video. Epiſt.40 b, Suſpenſus expectatione rerum. & 258 a, Suſpenſo animo expecto, &c. & 171 b, Omnia ſunt ſuſpenſa propter expectationem legatorum. & 147 b, Tenere aliquem ſuſpenſum de aliqua re. & 68 b, Viuendi ſuſpenſas habere rationes. Attic.43 a, Maneo Theſſalonicæ ſuſpēſus, &c & 254 a, Exiſtimabam μετεωρότερον eſſe, & herculè erat, & maximè de ludis. I.A. 209 b. Animus aberrat à ſententia, ſuſpenſus curis maioribus.

¶ *Pendens, euerſus.* Tuſc.189 b, Equi Pelopis, qui per vndas currus ſuſpenſos rapuiſſe dicuntur.

¶ *Sublatus.* contra Rull.85 b, Roma cœnaculis ſublata atq; ſuſpenſa.

† Syntaxis. *Suſpenſus & ſolicitus. Animo ſuſpenſo & ſolicito. Metu ſuſpenſus. Suſpenſus & incertus obſcura ſpe. Suſpenſus, incertusq́ue vultus. Iudicum expectationem tenere oratione ſuſpenſa. Detinere aliquem ſuſpenſum. Omnia ſuſpenſa propter expectationem legatorum. Viuendi ſuſpenſas habeo rationes. Curis ſuſpenſus animus.*

SVSPICANDVM. de Clar.169 b, Tantummodo coniectura ducor ad ſuſpicandum.

SVSPICANS,tis. de Clar.129 b, Iis tu comparas hominem Tuſculanum, nondum ſuſpicantem, quale eſſet copioſè & ornatè dicere.

SVSPICIENDVS,a,um. *venerandus.* de Diuin.139 a, Aeternam naturam eſſe ſuſpiciendam, admirandamq; hominum generi.

¶ *Aſpiciendus.* de Natur 47 a, Eius cùm totius eſt præclara ſpecies, in primis ſuſpicienda eſt capitis figura.

SVSPICIENS,tis. Tuſcu.242 a, Hæc ille intuens atq; ſuſpiciens, vel potius omnes partes horasq; circumſpiciens cō ſiderat, &c.

SVSPICIO,cis. *aſpicio.* de Natur.26 b, Cùm cœlum ſuſpeximus, cœleſtiaq; contemplati ſumus. & 35 b, Epicurus cœlum non ſuſpexit. de Diu.123 b, Ille autem nec ſuſpicit, nec circumſpicit. Acad.20 b, Piſces, qui neq; videntur à nobis: & nunc quidem ſub oculis ſunt, neq; ipſi nos ſuſpicere poſſunt. in Arat. de Ar.248 a. & de Somn.126 b, Suſpicere in cœlum.

¶ *Veneror, miror.* Offic. 38 a, Si cuius virtutem ſuſpiciunt, Orat.205 b, Eloquentia, quam ſuſpicerent omnes, quam admirarentur, quam aſſequi ſe poſſe diffiderent. Epiſt.149 a, Sic honores præmiaq; veſtra ſuſpicio, vt, &c.

† Syntaxis. *Suſpicere cœlum: & in cœlum. Virtutem ſuſpicere & admirari.*

Tamen.*attamen,veruntamen,nihilominus, certè.* pro S.R.27 a, Innocens eſt quiſpiā,veruntamen quanquam abeſt à culpa, ſuſpicione tamen non caret: tametſi miſerum eſt, tamen ei qui hunc accuſet poſſum aliquo modo ignoſcere. Orat.204 a,Itaq; eum qui audiunt,quamuis ipſi infantes ſint,tamen illo modo confidunt ſe poſſe dicere, Part 238 a,Nemo enim eſt, quem non,ſi ipſa minus honeſtas, contumelia tamen & dedecus moueat.pro Sex. R.44 a,Illam priorem proſcriptionem, quæ facta eſt in eos qui arma capere potuerunt,tamen ſenatus ſuſcipere noluit,ne, &c. Epiſt. 3 b,Cui cùm Cato interceſſiſſet,tamen eſt perſcripta. pro Dom.223 a,Quid ſi pluribus de rebus vno ſortitu retuliſti,tamēne arbitraris,id te poſſe obtinere? de Ar. 247 b,Quanquam ſi me tantis laboribus perſunctum efferret aliquando ad gloriam,in refutandis maledictis improborum hominum animi quidam dolor quis non ignoſceret? de Ar.254 b, Ego pro patria ſolus exarſi,ſic tamen,vt,&c. & ibid.Vt modò vendat illis,nec tamen ita,vt &c.Epiſtol. 210 a, Et tamen nihilominus ἀπὸ ἀρεσκίαν. pro Cl.33 b, Tamen nihilominus putabam,&c.Epiſto.58 b,Tamen & ſi,&c.tamen,&c.de Orator 107 a, Neq; minus hæc tamen tua lenitas, &c. Qu. frar.313 b,Lucretij poëmata lita ſunt multis luminibus ingenij,multæ tamen artis. Epiſt.138 a, Tamen à malitia non diſcedis.pro Mar. 133 a. Et ſi, &c. certè,

certè,&c.pro Cec.286 b, Tamen,*pro certè,vel profectò,vel ſaltem.* pro Seſt.15 b,de Sen.82 b, Quod equidem non amiſi adhuc,& tamen videtis annos meos. * de Fin. 140 b,Nam cùm ita copulatæ connexęq; ſint virtutes, vt omnes omnium participes ſint,nec alia ab alia poſſit ſeparari: tamen proprium ſuum cuiuſq; munus eſt.

† Syntaxis. *Tamen nihilominus.Neq; minus hoc tamen.*

TAMETSI. *etſi,quanquam,cùm tamen.* pro S.R.36 b Tametſi viciſſe debeo,tamē de meo iure decedam. I.V.113 a,Quid ego nunc hîc Sex. Pompeij Chlori teſtimonium recitem? qui cauſam egit Dionis: qui omnibus rebus interfuit,hominis honeſtiſſimi,tametſi ciuis Rom. virtutis cauſa iamdiu eſt, tamen omnium Siculorum primi ac nobiliſſimi. Quid, &c. Epiſtol. 4 b, Tametſi mihi nihil fuit optatius, quàm, &c. tamen afficior ſummo dolore eiuſmodi tempora poſt tuam profectionem conſecuta eſſe, vt, &c. *hic Tametſi,principium eſt epiſtolæ: quod eſt notandum.* Epiſt.32 a, Meum ſtudium erga te,& officium,tametſi multis iam rebus ſpero tibi eſſe cognitum: tamen in ijs maximè declarabo,quibus, &c. I.V. act. 5, Non mehercule quæ loquor, crederem iudices,tametſi vulgò audirem. pro Qu.Verùm his de rebus nō neceſſe habeo dicere ea quæ me P.Quintius cupit commemorare, tametſi cauſa poſtulat. in Verr. act.6,Verùm fac te imperâſſe,&c.tametſi,quæ eſt iſta laudatio?&c.Epiſt.35 b, Quid?cùm dabas ijs literas, &c. non eos ad me venturos arbitrabare? Tametſi id quidem fecerunt ridiculé. Quas enim literas afferebant,vt opus æſtate facere poſſent,eas mihi poſt brumam reddiderunt.L.SED TAMETSI.

TANAGRAE, arum. *oppidum.* pro Dom.235 b.

*TANAGRAEVS,a,um. pro Dom.235 b,Tanagræa quædā meretrix fuiſſe dicitur.

TANDEM. *demum,aliquando,ad extremum.* contra Rull. 87 a, Perficiam,vt iam tandem illi fateantur,&c.pro R.P.128 b, Quod genus tandē eſt illud oſtētationis?I.C.104 b, Quāto tandē illum mœrore afflictum eſſe putatis?pro Cecin. 294 a,Cecinna vtrum voluit tandem, aut nō potuit accedere?de Nat.22 a,Hoc per ipſos deos,quale tandem eſt?de Fin. 77 b, Quomodo eum tandem laturum fuiſſe exiſtimas?pro Flacc.151 a,Vtrum hîc tandem cognitionem veritatis fore putas?an, &c. de Legib. 156 b,& Part. 230 b, Quorſum tandem, aut cur iſta quæris?Tuſc. 191 b, Quónam tandem modo? Epiſt.181 a,Tandem aliquando Romæ eſſe cœpimus.pro Qu.17 b,& I.C.101 a,& 104 b,Tandem aliquando poſſe conſiſtere, &c. Epiſt. 239 b, Literæ iam tandem mihi redditæ ſunt à Cæſare. de Orat. 106 b, Quarum tandem,inquit Catulus?

TANDIV. *vſq; eó.* Epiſt. 18 a, Ego te abfuiſſe tandiu à nobis doleo.Attic 2 a, Abs te tandiu nihil literæ. Epiſt.132 a,Tibi aſſentantur tandiu,dum ades.Tuſc.247 a,Corpus gaudet tandiu,dum ſentit voluptatem. Att.138 a,Tandiu dum lego.pro Fl.154 b,Quî valuit tandiu,dum huc prodiret. Off. 41 a,Is tandiu laudabitur,dum memoria rerum Rom.manebit. de Cl.165 a,Vixitq; tandiu, quàm licuit bene viuere.& 186 b,Feram tandiu, quàm ferre potero. de Orat.89 a, Verbi enim controuerſia tandiu torquet Græculos homines,&c. Attic.136 b, Ego tandiu requieſco,quandiu ad te ſcribo. Offic. 1 a, Diſces quandiu voles: tandiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit.

† Syntaxis. *Tandiu quàm: &,tandiu quandiu.*

TANGO,gis.*contingo,attingo.* Tuſc.187 a,Genu terrā tangere. Ep.28 b,De pręda mea teruncium nec attigerit,nec tacturus eſt quiſquam. cont.Rull. 79 b,Idcirco agros nominare non poſſum,quia tangam nullum ab inuito.in Verr.81 b, & Att. 85, Verres ſimul ac tetigit prouinciam,Statius,&c. pro Mil.111 a, Villa quæ viam tangit.

¶ *Indico,leuiter tracto.* pro Sex. Roſc.32 a,Non omnia dicā, & leuiter vnumquodq; tangam. Acad.24 b,Vbi Ariſtoteles iſta tetigit?

¶ *Commoueo,moueo,perturbo.* Att.33 b, Minæ Clodij contentionesq; quæ mihi proponuntur,modicè me tangunt.

¶ *Violo.* pro Dom,223 a, Cuius *legis* quam quiſque partem tetigit,digito,voce,præda, ſuffragio,&c.repudiatus eſt.

TANGOR,ris. I.A.219 a, Et ne tangantur rationes ad Opis.

† Syntaxis. *Viam tangit villa. Hoc tangam leuiter. Hoc me vix tangit. Simul ac tangam Italiam, ad te ſcribam.*

TANQVAM. *quaſi, quodammodo,ac, iuxtà ac,vt,loco,quemadmodum.* de Clar.188 b, Aetatis illius iſta fuit laus,tanquā innocentiæ,ſic Latinè loquendi.Or.201 a,Hæc magna ſunt, & tanquam animi inſtar in corpore.de Orat.89 a,& 122 a, Oratorem in iudicia & conciunculas,tanquam in aliquod piſtrinū detrudi videbam. I.A.180 b,Vt iſtum tanquam ſi eſſet conſul.ſalutarent. Attic.85 a,Quod video tibi etiam nouum accidiſſe,tanquam mihi. & 132 a,Ego tecum tanquam mecum loquor.Tuſc.172 a,Gloria virtutem tanquā vmbram ſequitur. Epiſt.18 a,Nam illò ſi venerit,tanquam Vlyſſes cognoſces tuorum neminem. in Vat.29 b,Repentè enim te tanquā ſerpens è latibulis intuliſti.de Or.122 b, Tanquam ad ſcopulum aliquē libidinis mentē appellere. de Cl.170 a,Nam Odyſſea Latina eſt, ſic tanquā opus aliquod Dędali.pro Cec.296 b,Neminē reperies,qui tanquā arma militis inſpicienda ſint,ita probet armatū. pro S.R. 33 b,Qui tanquam ſi offuſa reip ſempiterna nox eſſet,ita ruebant,&c.Ep.27 a, Tanquam ſi res tua agatur. de Diu. 135 b,Similes ſunt dij, ſi obijciunt, &c. tanquam ſi Pœni, &c. de Or.93 b, Quid mihi nunc vos,inquit Craſſus,tanquam alicui Græculo quæſtiunculam ponitis?Epiſt.229 a, Apud eum ſic fui,tanquam domi meæ.

TANQVAM ſi. *vt ſi.* L.TANQVAM.Epiſt.27 b,Tanquam ſi res tua agatur.

† Syntaxis. *Tanquam ſi eſſes conſul.Id mihi placet, tanquam tibi.Hoc eſt ſic tanquam miraculum.*

TANTALIDAE, darum. de Nat.78 a.

TANTALVS,li. Tuſc.150 a, Mento ſummam aquam attingens,ſiti enectus Tantalus. & 216 b, Poëtæ impendére apud inferos ſaxum Tantalo faciunt, ob ſcelera animique impotentiam,&c.

TANTI.I.V.205 b, Fuit tanti,mihi crede. & 169 b,Eſt tanti. Att.80 a,Fuit tanti.in Sal.273 b, Tanti me fugacem hi æſtimauerunt.I.C.107 b,Eſt mihi tanti ô Quirites, huius inuidiæ falſæ atque iniquæ tempeſtatem ſubire, dummodo, &c. Offic.68 a,Eſt ergo vlla res tanti,aut commodum vllum tam expetendum, vt viri boni & ſplendorem & nomen amittas. Attic.30 a, Iuratus tibi poſſum dicere,nihil eſſe tanti. pro Milon.112 b,Id quidem non tanti eſt,quàm quòd,&c. pro Cæl.45 a, Is non putat tua dona eſſe tanti. pro Qu.R.48 b,Tibi certè tanti non fuiſſet,vt ſocium fraudares. ibid,Roſcio cur tanti fuerit, quæro. I. C. 102 a,Sed non eſt mihi tanti.

TANTIDEM. in Sal. 275 a, Tu C. Salluſti tantidem putas eſſe,bis ſenatorem fieri, quanti bis conſularem. pro Sext. Roſc. 37 b, Is voluntatem municipum tantidem, quanti fidem ſuam fecit. I.V.166 a, Coëgit Segeſtanenſes à Docimo tantidem publicè accipere. *id eſt, decimas conducere tantidem.* & 192 a,Tantidem frumētum emere,quanti, &c.

† Syntaxis. *Tanti ſum,æſtimor. Tantidem eſt,quanti,* &c.

TANTILLVS,a,um. de Sen.88 a,Omitto ipſam vim omniū quæ generantur è terra,quæ ex fici tantillo grano,&c.tantos truncos ramosq; procreat. *al.tantulo.*

TANTISPER. *interim.* ꝓ Cec. 209 b, Sed tantiſper de aliquo reo cogitâſſe. Epiſt.127 a, Tantiſper dum efferueſcat hæc gratulatio. de Inu. 81 a, Sed video quid efficiat,tantiſper hoc ipſum magni æſtimabo.

TANTO. Verrina 7, Quòd ſi Cleomenes non tantò antè fuiſſet,aliqua tamen ad reſiſtendum ratio fuiſſet. Verr. 5,Reperietis quinquies tantò iudices amplius iſtū, quàm, &c. eadem, Tantóne minoris decumæ venierunt.

TANTOPERE. de Orat. lib. 1, 98 b, Neque enim tantopere hanc à Craſſo diſputationem deſiderabam, quantopere eius in cauſis oratione delector. Academ.lib.4.Non poteſt igitur vterq; ſapiens eſſe, quoniam tantopere diſſentiunt. pro Mur.125 a, Illud neſcio quid, quod tantopere didiciſti.de Fin. 1. Nec cum iſtis tantopere pugnare, qui Græca legere malint.pro Qu. Neque hoc tantopere quærendum videtur, hæc ſumma in illis eſſe, ſi in nobis eſſent ſaltem mediocria.Epiſt.lib.5,Tantopere & tam multis verbis à te petamus.

† Syntaxis. *Expecta tantiſper. Tantiſper dum,Quinquies tantò amplius.Tantò, & tantum obſcurior hæc res.*

TANTVLVM,*aduerb.* I.V.act.7.Si quis tantulum de recta regione deflexerit. ead. Si tantulum oculos deiecerimus, præſtò eſſe inſidias.

TANTVLVS,a,um.*tam paruus,minimus.* Att.8 b, Vt vix huic tantulæ epiſtolæ tempus habuerim. de Senect.88 a, Ex tantulo fici grano. pro S.R.37 a, Si ex eo negotio tantulū in rem ſuam conuertiſſet.I.V.133 b,Quorum oratione ne tantulum quidem commotus eſt.pro S.R.38 a, Is diſcipulus magiſtro tantulum de arte non concedit. de Leg 262 b,Si intereſſe quippiam tantulum modò potuerit.Tuſcul. 189 a,Tantulum tamen eſt,vt,&c. item,Tantulum,ne minima quidem re,partem aliquam,ex parte aliqua. * pro S. Roſc.40 a,Cur tantulo venierint *bona?*

† Syntaxis. *Vix huic tantulæ epiſtolæ tempus habui.Si ex eo tantulum in rem tuam conuerteris.*

TANTVM.*tantummodo,ſolùm.* Parad.118 b,Nomen tantùm virtutis vſurpas:quid ipſa valeat, ignoras. pro Mur.143 a, Nihil dicam arrogantius, tantùm dicam, totos dies, &c pro Flacc.153 a, Dixit tantùm,nihil oſtendit. Qu.de Pet. 209 b,Homines ruſticani nomine tantùm noti.Epiſt.13 b, Non dicam quid acciderit (multorum enim,&c.) tantùm dicam, &c. I.V.135 b, Verrem tantùm ſemper auaritia

hiante,atq; imminenti fuiſſe ingenio,& cogitatione nulla, de Orat. 104 b, Non tantùm parum commodè, ſed etiam turpiter.I.V,99 b,Tantùm quòd hominem non nominat. & 175 a,Tantùm quòd aratoribus obſides non dedit.

¶ *Vix.* Epiſt.105 b,Tantùm ex Arpinati veneram,cùm,&c.

¶ *Tam, ita, adeò.* Attic.14 a, Nec tantum proficiebam,quãtum volebam. & 89 b, Tantum abeſt, vt ego ex quo aſtricti ſumus, laxari aliquid velim. & 190 a, De fano illo,de quo tantum, quantum me amas, velim cogites. & 249 a, Nec quicquam poſthac non modò tantum, ſed ne tantulum quidem prætetieris. de Sen. 87 a, Tantum,quantum ſat eſt item: Tantum abeſt. Orator.129 b,Tantum abeſt, ne eneruetur oratio compoſitione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus,nec vis eſſe poſſit. Offic.9 b. Id autem tantum abeſt ab officio, vt nihil officio magis poſſit eſſe contrarium. * pro Marc. 135 a,Tantum abes à perfectione maximorum operum, vt fundamenta nondum ieceris.

TANTVMMODO. *modò, duntaxat.* de Nat.41 a,Arbores tantummodo per ſtirpes aluntur ſuas. de Orat.148 b, Neque eum oratorem tantummodo, ſed hominem non putant. pro Syl.172 b, Quæ omnia ſuppreſſa voce dixit,tantummodo,vt vos,qui ea probabatis,poſſetis exaudire. * Incer. his tantummodo poëtis percurrendis.

TANTVNDEM. de Leg.180 a, Qui tantundem capiat, quantum,&c. Attic.197 b,Tantundem populo dandum eſt,& Qu.fr.304 b, Cæpioni tantundem ſolutum eſt.

TANTVS,ta, tum. *tam multus,tam magnus, & id genus alia.* de Diuin. 110 a, Sol maiórne quàm terra ſit, an verò tantus, quantus videatur.de Fin.49 a,Sed tantum ſtudium, tamq; multam operam ponendam in eo non arbitrantur. pro Pom.10 b. Quis vnquam tam breui tempore tota loca adire,tantos curſus conficere potuit? Att. 17 a, Ex ijs, quæ ſcripſimus,tanta etiã à me non ſcripta perſpicis. pro Cor. 64 b,Si tanta bella legiſſes, quanta & geſſit & confecit.I. P.90 a, Cùm fines prouinciæ tantos haberet, quantos optauerat. I.A.208 b, Multas habui conciones,nullam vnquam vidi tantam,quanta nunc veſtra eſt.de Nat.44 b, Hi tanti ignes,tamq; multi. & 29 a,Tam multæ res atq; tantę. de Orat. 116 a, In tanta re,tamq; immenſa. de Orat.88 b, Iſta tanta,tamq; multa.& 145 b,Tot,tantæq; res.I.V.64 b, Tot,tantaq; vitia. de N.78 b,Vrbs tanta atq; talis. Ep.228 a,In hominem tantum atq; talem. Tuſc. 234 a, In his tot ac tantis malis. Ep.168 a,Dixi tanta contentione, quantũ forum eſt. & 64 a, Tanta contentione decertaui, quanta nunquam antea.pro Cæl.53 b, Nequaquam enim tantum erat,quantum homines loquebantur. Attic.106 b, Quid enim eſt tantum in vno aut altero die? pro Sex.Roſc.39 a Si enim hæc liberè dicentur,non fuit tantus homo Sextus Roſcius in ciuitate, vt de eo potiſſimùm conqueramur. Attic.130 b, Tanta multitudo. & 102 b,Tantum, & plus etiam. Epiſtol. 211 b, Si intellexero has literas tantum, quantum ſcribens confidebam apud te pondus habuiſſe. Attic. 35 b, Si me amas tantum, quantum profecto amas. Epiſtol.70 b, Tecumque ero tantum,quantum patietur vtriuſq; ætas. pro Mar.154 b, Cùm in animis hominum tantæ latebræ ſint,tanti receſſus.Attic.106 a,Equitatus tantus,quantum volet.de Orat.87 a,Tantus in iocando lepos. pro Qu.R.49 a, Qui tantas & tam infinitas pecunias repudiârit.

† Syntaxis. *Tantum ſtudium,tamq; multa opera. Tãta res, tamq; immenſa,Homo tantus ac talis. Tanta & tam infinita pecunia.*

TARDANDVM. Att.97 b, Scribe,quæſo,nunquid putes reip. cauſa tardandum eſſe nobis.

TARDATVS,a,um. ad Brut.90 b,Si ea quæ ex tempore ſuſcepta ſunt, vt agerentur, non tardata & procraſtinata eſſent. de Diu.84 b,

*Nec tardata diu ſpecies,multumq; morata,*
*Conſule te tandem celſa eſt in ſede locata.*

TARDE', diùs, diſſimè. *ſero.)(.ocyus* Tuſc.215 b,Attic.77 a, Tardè tibi reddituro dabam, ſed amico homini. & 183 b, Tardè iter facere. Epiſtol. 22 b, Quò propter longinquitatem tardiſſimè omnia perferuntur. Attic.61 b,Te Roma profectum eſſe tardius quàm dixeras. Tuſc. 164 a, Qui in compedibus corporis fuerunt,etiam cùm ſoluti ſunt, tardiùs ingrediuntur.de Nat 36 a, Tardius moueri.)(.*celerius moueri.* pro Quint.R.50 a, Tardè percipere.)(. *celerius arripere.* pro Seſt.8 a,Conſules,qui rempubl. nimis tardè concipere mœrerent. Attic. 154 b, Sed ne tardius quàm vellem,reipubl.gratularer. pro Milon. 111 b, Egreditur à villa ſubitò,cur veſperi?quid neceſſe eſt tardè? Epiſtol.236 a, Tardè & incommodè nauigaui. de Prou.76 a,Et malit tamen tardius ad ſuorum laborum fructus peruenire. Attic. 41 b, Aut accedemus in Epeirum, aut tardè per Candauiam ibimus. pro Cecin.286 a,At ea res de qua,&c.tardiſſimè iudicatur.

TARDIGRADVS,a,um. de Diu.136 a,Quadrupes tardigrada,&c. *Pacuuij.*

TARDITAS,tis. *cunctatio,mora, ſtupor.)(.celeritas.* Top.224 b, Celeritati tarditas contraria eſt. Qu.fr.315 b,Curſu corrigere tarditatem. pro Rab.94 b, Qui cùm ingredi vix poſſet, non ad inſequendum ſibi tarditatem pedum, ſed ad fugiendum impedimento fore putabat. pro Seſt. 24 a,Ita vt nonnunquam cunctatione & tarditate vtrunque amittant.Epiſt 5 b,Sed noſti hominis tarditatem.de Natur.4 a, Quod non Academiæ vitio, ſed tarditate hominum arbitror contigiſſe. de Orat. 95 a, Aut æterna in te,aut certè diuturna valebit opinio tarditatis. in Cat. 11 b, Sed tanta fuit operis tarditas,vt, &c. I. A. 172 b,Certatim poſthac, mihi crede,ad hoc opus curretur, nec occaſionis tarditas expectabitur. Offic. 26 b, Cauendum eſt, ne tarditatibus vtamur in greſſu mollioribus. I.A 196 b,Iſta legatio moram & tarditatem afferet bello. & 209 b, Pleriſq; in rebus agendis tarditas & procraſtinatio odioſa eſt. & 236 a,Iſta ſententia affert tarditatem ad Dolabellam perſequendũ. * de ſuis conſil. Tarditate modorum & grauitate cantus, illorum furentem petulantiam reſediſſe. de Clar. 168 a, Balbus docti & eruditi hominis in vtraque re conſideratam tarditatem vicit.Orat.219 b, Qui hoc aut magiſtrorũ inopia,aut ingenij tarditate, aut laboris fuga non ſunt aſſecuti.I.P.79 b,Pauci tarditatem ingenij, ſtuporem, debilitatemq; linguæ *noueramus.* de Vni.200 b, Quæ *menſura* in iſtis octo curſibus celeritates tarditatesq; declararet. Ep. 156 b, Propter tarditatem ſententiarum moramq; rerum, cum ea quæ conſulebantur, ad exitum non peruenirent, commodiſſimum mihi viſum eſt vti eo.

† Syntaxis. *Tarditatem curſu corrigere. Cunctatio & tarditas. Pedum tarditas, ingenij,hominis,operis. Conſiderata tarditas. Tarditates,greſſus molliores. Mora & tarditas. Tarditas & procraſtinatio. Ad perſequendum allata tarditas.*

TARDO,as. *tardum facio,moram & tarditatem affero, moram interpono,moror,cunctor,indormio,differo.* Attic.96 b,Nos eteſiæ vehementiſſimæ tardârunt.& 109 b,Nec ſenatus eum tardabit. pro Cecin.299 a,Et me ſimilis ratio pudoris à præſentis laude tardaret. Orat.197 a,Vereor ne tardem ſtudia multorũ, qui deſperatione debilitati,nollent, &c. de Clar. 186 b Nam M. Glabrionem ſocors ipſius natura negligenſq; tardauerat.I.V.177 a,Cùm eius animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia frenaret.& 143 a,Vt omnium inimicorum animos accuſatorumq; tardares. Epiſt.98 a,mea dubitatio impedire profectionem meam videbatur, aut certè tardare. * Att. 109 b, Nec rerum prolatio, nec Senatus magiſtratuumq; diſceſſus, nec ærarium clauſum tardabit.

¶ *Moram traho, commoror.* ad Brut.288 b, Tardare & commorari te melius eſt.

TARDOR,ris. Tuſculan.164 a,Minus tardabitur curſus animorum. in Anton.235 b, Vereor ne exercitus noſtri tardentur animis.

† Syntaxis. *Nimium hæc tardata & procraſtinata ſunt. Tardatũ, & multùm moratum. Hoc me à ſtudijs tardat,& mea ſtudia tardat. Animos accuſatorum tardare. Exercitus animis tardantur aliquando. Tardo & commoror hic.*

TARDVS,a,um: dior. *longus, cunctator,ſerus,callipedes.)(.citus, celer incitatus,expeditus,velox.* de Inu.59 a, Velox, an tardus. At.159 a,Sed eò tardior ad diſcendũ fui,quòd,&c.& 102 b, In decedendo Bibulus erit,vt audio tardior. Anteq 193 a, Non conuenit enim, cùm ego ad promerendum beneficium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam eſſe tardiores. de Orat.197 b,Tardiores tibicinis modos,& cantus remiſſiores facere.& 128 a,Principia orationis tarda.)(.*exitus ſpiſſi ac producti.* Orat.218 a, Spondæus, quòd eſt è longis duabus,hebetior videtur & tardior. Acad.44 b,Senſus hebetes,tardi,& pingues. de Fin.73 b,Vt tardam & languidam pecudem. Att 107 a,Omnia adhuc tarda & ſpiſſa. de Clar.187 b, C. Lentulus non tardus ſententijs, non inops verbis fuit,pro Cecin.286 b,Iuris dubitatio tardiorem me facit ad iudicandum. Offic.7 b, Vt cæteri ſint ad iniuriam tardiores. pro Cec.286 a, Quo delictũ maius eſt,eo pœna eſt tardior. Poſtquam.203 a,Qui in vlciſcendo remiſſior fuit, & qui in beneficijs remunerandis eſt tardior. de Diuinat. 118 a, Et redemptor non inopia aut inertia tardior fuit.& 122 a,Tarda & ſera nimis,&c. * Ep. 81 a,Qui tardior in te leuando fuit quàm fore putaramus.

¶ *Hebes,remiſſus,parum efficax,obtuſus.* Acad.24 a, Epicurus, quem iſti tardum putant. cont. Rull.88 b, Quem veſtrûm tam tardo ingenio fore putauit,qui, &c. de Or.95 b,Tradere aliquid vel etiam inculcare,ſi quis fortè ſit tardior.de Cl.184 b,Tardus in cogitando.de Nat.4 b,Quidam nimis indociles tardiq; ſunt. de Or.119 a, Tardum ingenium.de Sen.81 a,Aut etiam ſi ſis natura tardior.

† Syntaxis. *Tardus & hebes,ſpondeus. Omnia in bello ſunt tarda & ſpiſſa.*

*& ſpiſſa. Homo tardus ſententiis. Inertia tardus. Ingenium tardum, Natura tardus.*

TARENTINVS,na,num. Att.78 b.

TARENTVM,ti. *vrbs.* Offic.79. Famil.lib.7.

TARICHEA caſtra, *à Taricheis inſulis.* Ep.188 a, Vale. Data nonis Martijs, ex caſtris Taricheis. *Caſſij.*

TARPEIVS,ia,um. ad Heren.34 a, Vt ſi quis de Tarpeio loquens, eum Capitolinum nominet.

*TARQVINIENSIS,ſe. pro Cecin.287 a, Municipium Tarquinienſe. de Diu.118 b, Ager Tarquinienſis.

TARQVINII,orum. *opp.pop.* Tuſcul.249 a, Demaratus fugit Tarquinios Corintho.

TARQVINIVS, nij. pro Rab.92 b, Tarquinius ſuperbiſſimus atq; crudeliſſimus rex.

TARRACINA,æ. *oppidum.* Att.104 b, & Ep.106.

TARRACINENSIS. pro S.R.50.

TARRACO,onis. *oppidum Hiſpaniæ.* pro Cor.60 a.

TARSENSIS. Att.82 a. Ep.189.

TARSVS,ſi. *vrbs in Cilicia.* ad Her.41 a. Ep.34. At.76. I.P.99 b.

TARTAREVS,a,um. Tuſc.179 b, Tartarea plaga.

TARTESIVS, & TARTESII. *pop. Hiſpaniæ.* Attic.103 b. Offic.91 b.

TAVRIPYLAE. Attic.79 a.

TAVROMINITANI. I.V.141.

TAVROMINIVM,nij. Att.259 a.

TAVRVS,ri. *mons.* pro Seſt.16 a. pro Deiot.150 b.

¶ *Non caſtratus bos.* * de Diu.116 a, Si paulò antè fuerit cor in tauro opimo. ibid. An quòd aſpexit veſtitu purpureo excordem Cæſarem, ipſe corde priuatus eſt? I.V.217 a, In quibus etiam ille nobilis taurus *eſt redditus Agrigentinis,* quem Phalaris habuiſſe dicitur, quo viuos ſupplicij cauſa demittere homines, & ſubijcere flammam ſolebat. Quem taurum Scipio cùm redderet Agrigentinis.

ΤΑΞΙΑΡΧΗΣ. *centurio, qui ordines ducit princeps.* Attic.261 a, Anagnini ſunt Muſtella ταξίαρχος, & Laco, qui plurimum bibit.

TAXILLVS,li. *talus.* Orat.211 b, Literam X, è maxillis, è taxillis, conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit.

TAYGETVS, *mons.* de Diu.103 b.

TE. Attic.191 a,b. Tute ſcis (ſi modò meminiſti) me tibi dixiſſe, &c.

TECTE, ctiùs. *obſcurè.)( apertè.* Att.9 a, & Orat.219 b, Tectè declinare impetum aduerſarij. Ep.140 a, Quod tu in epiſtola appellas ſuo nomine, ille tectiùs penem.

TECTORIOLVM,li. *tectorium.* Ep.140 b, Bella tectoriola dicis: dic ergo etiam pauimenta iſto modo: non potes.

TECTORIVM, rij. *calx ſiue cruſta inducta parieti aut muro, qua tanquam pauimento lapides teguntur, quò opus ſit pulcrius.* I.V.105 b, Columna ex qua tectorium vetus deletum ſit, & nouum inductum. Qu.fr.318 a, Mihi erit curæ tectorium, vt concinnum ſit. de Diu.120 b, Et humor allapſus extrinſecus, vt in tectorijs videmus auſtro, ſudorem imitari poteſt. Att.5 b, Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere.

TECTORIVS,a,um. de Leg.183 a, Exornare ſepulcrum opere tectorio.

† Syntaxis. *Tectorium nouum inductum, concinnum.*

TECTVM, cti. *pars domus ſumma, qua tegitur.* Att.76 b, Multis locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo maneo plerunq;. pro Qu.R.50 b, Tum erat ager incultus ſine tecto, nunc eſt cultiſſimus cum optima villa. de Clar.183 b, Firma tecta in domicilijs habere. cont. Rull.84 a, Tecto ac ſedibus ſuis aliquem recipere. Qu.fr.318 a, Vaporium quod eſt ſub tectum cubiculi. Poſtquam. 189 b, Illi magnã partem tectis ac tenebris continebantur. Att.55 b, Diſturbata porticus Catuli, quæ reficiebatur, & ad tectum iam penè peruenerat. Qu.fr.320 b, Abſolutum offendi in ædib. tuis tectum, quod ſuper conclauia non placuerat tibi eſſe multorum faſtigiorum, id nunc honeſtè vergit in tecta ſuperioris porticus. Parad.125 b, Aurata tecta in villis & ſola marmorea facere. * Oecon.1, Cùm victus & cultus humanus domi ſub tecto accurandus eſſet. ibid. Qui tectis reconderet atque cuſtodiret victum. ibid. Cùm verò paratæ res ſub tectum eſſent congeſtæ. ibidem. Fruges & alimenta indigebant tecto. Partit.118 a, Qui marmoreis tectis ebore & auro fulgentibus, &c abundant. Tuſc.166 a,b, Hic ſi viuis filijs, incolumi regno occidiſſet:

*—aſtante ope barbarica:*
*Tectis cælatis, laqueatis,* &c.
*Hæc omnia vidi inflammari.*

de Nat.56 b, Extructiones tectorum.

¶ *Domus.* I.C 117 b, Vos in veſtra tecta diſcedite. I.V.241 a, Vt eum non facilè non modò extra tectum: ſed ne extra lectum quidem, quiſquam videret.

† Syntaxis. *Accipere tectum: id eſt, ſubire. Tectum marmoreum, auro fulgens, cælatum, laqueatum, firmum.*

TECTVS,a,um. *obſcurus, occultus.)( apertus.* Epiſt.140 b, Itaque tectis verbis ea ad te ſcripſi, quæ apertiſſimis agunt Stoici. de Orat.136 a, Aliquem in dicendo eſſe tectiſſimũ. Tuſc.235 a, Beſtiæ abditæ, terraq; tectæ. de Fin.76 a, Qui occultus & tectus dicitur, tantum abeſt vt ſe indicet, perficiet etiã, vt dolere alterius improbè facto videatur. * Progn. *Stinguntur radij cæca caligine tecti.* Tuſc.155 b, In terram cadentibus corporibus, hiſq; humo tectis.

¶ *Taciturnus, fidelis.* pro Deiot. Quis cõſideratior illo? quis tectior? quis prudentior?

¶ *Defenſus.* de Or.107 a, Maiores noſtri, clariſſimorũ hominum autoritate, leges ac iura tecta eſſe voluerunt.

TEGEATAE. *pop.* de Diuinat.88 a. *aliter Taygetæ. ſed verius eſt Tegeatæ.*

TEGENDVS,a,um. pro Cecin.296 b, Arma alia ad tegendũ, alia ad nocendum. * de Am.104 b, Talis improborum cõſenſio excuſatione amicitiæ tegenda non eſt.

TEGMEN,nis. *tegumentum.* de Nat.48 a,

*Inde eſt ales auis lato ſub tegmine cæli.*

de Diuin.121 b,

*Qui platani in ramo foliorum tegmine ſeptos*
*Corripuit pullos.—*

Tuſc.246 a, Mihi amictus eſt Scythicum tegmen.

TEGO,gis. *obduco, obnubo, obtendo, contego, velo, operio, veſtio, cõueſtio, occulto.* de Diu.138 a, Is cum eſſet proiectus inhumatus, amica corpus eius texit ſuo pallio. I.P.91 b, Triumphi nomine tegere ac velare cupiditatem ſuam. de Leg.191 b, Leges quæ tegunt omni ratione ſuffragium. de Clar.169 a, Qui ſummam prudentiam ſimulatione ſtultitiæ texerit. pro Rab.95 a, Ignauiam ſuam tenebrarum ac parietum cuſtodijs tegere. pro Qu.15 b, Id te admiſiſſe dicis quod ne mendacio quidem poſſis tegere. Tuſc.230 a, Vt noſtram ipſi ſententiam tegeremus.

¶ *Excuſo, defendo.* pro Cec.303 a, Maiores vim armatã nulla iuris defenſione texerũt. pro Pl.259 a, Is meam ſalutẽ atq; vitam ſua beneuolẽtia præſidioq; texit. pro Seſt.28 a, Patria, quã (vt leuiſſimè dicam) certè texeram. 228 a, Tegere & tueri aliquẽ. * I.V.264 a, Neq; hæc tot tantaq; dedecora diſſimulatione tua, neq; obliuione hominum ac taciturnitate tegere voluiſti. Epiſt.42 b, Cùm me conſilio, cùm autoritate, cùm armis deniq; texit ſuis.

TEGOR,ris. Quin.fr.292 b, Vniuſcuiuſque natura tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur. pro Seſt.7 b, Etenim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur.

TEGVLA,læ. *ſunt, quibus tecta conſternuntur ad arcendas pluuias, & alia incommoda.* pro Dom.225 b, Nec illi cæmentis ac tegulis meorum tectorum ſe famem ſuam expleturos putabant. I.V.173 b, Exciſis arboribus, demptis tegulis. I.A. Cùm tu tamẽ nocte ſocia per tegulas admitterere. * Frag. ep. In ſingulas tegulas impoſitis ſexcentis Hortenſ. Solertiam eam, quæ poſſet vel in tegulis proſeminare oſtreas. * Att.140 a, Promitto tibi, ſi valebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum.

TEGVMENTVM, ti. *tegmen.* de N.56 b, Tegumenta corporum vel texta, vel ſuta *dico.* & 54 b, Palpebræ ſunt tegumẽta oculorum. de Fin.132 a, Pennarumq; contextu corporis tegumenta faciebat.

¶ *Cauſa, diuerticula.* pro Cæl.47 b, Flagitiorum tegumenta quærere.

TELA,læ. Acad.23 b, Dialectica quaſi Penelope telam retexens. I.V.213 a, Domus plena telarum. de Or.164 a, Quanquam ea tela texitur, vt, &c.

TELEPHVS,phi. pro Flac.161 a.

ΤΕΛΙΚΑ. L. EFFICIENS.

TELLVS,uris. de Nat.70 a, Terra ipſa dea eſt. quæ eſt enim alia tellus? de Som.128 a, Tellus neque mouetur, & infima eſt. in Ar.

*Quorum ſtirpes tellus amplexa prehendit*

Quin fr.320 b, Ad Telluris quidem tuam ſtatuam locaui. * Attic.260 a, Multò firmius acta tyranni comprobatum iri, quam in Telluris *ſc: templo aut æde.*

TELMESSES, *populi.* de Diu.99 b, & 100 a.

TEMMESSVS, ſi. *vrbs Cariæ.* de Diu 99 a.

ΤΕΛΟΣ. de Fin.lib.1, Id eſt vel ſummũ bonum, vel vltimũ vel extremum, quod Græci τέλος nominant. L. FINIS.

TELVM,li. *iaculum, haſta, haſtile, ferrum, gladius.* pro Qu.9 b, Conijcere omnia tela in aliquem. pro Qu.2 a, Cùm etiam telum aduerſarius nullũ iecerit. pro Dom.221 a, Exceptis his telis, quæ ex illius actionibus in meũ corpus immiſſa ſunt. de Prou.73 b, Tela omnia vndiq; in pauiam tenta ad Her.4 a, E corpore cruentũ telum educit. de Or.244 a, Nõ dubito, quin ea tela quæ cõiecerit inimicus, quàm ea quæ collega patris emiſit, leuiora atque hebetiora ſint. in Cat. 112 a, Qui ex ædibus Cethegi, ſi quid telorũ eſſet, efferret. pro Arc.190 a, Cupere debemus, quò minus manuum noſtrarũ tela peruenerint, eòdem gloriam famamq; penetrare,

netrare I.C.100 a, Omnes ſciunt te ſteriſſe in comitio cum telo. I.V.236 Edictũ, vt ne quis cũ telo ſeruus eſſet. At.38 a, & in Vat.33 b, Vectius cõfeſſus eſt ſe cũ telo fuiſſe. de Orat. 102 a, Oratorẽ inter hoſtium tela incolumẽ verſari. Epiſt. 102 b, Itaq; te cõmouere non curas: vſquequaq; ſapere oportet: id erit telum acerrimũ. pro Mil 103 b, Eſſe cũ telo. & ibid Habere telũ. * pro S.R.24 a, Quod non totũ telum corpore recepiſſet. pro P.Opp. Telum ei è manibus ereptũ eſt. Oecon. 1. Seorſum arma ac tela ſeponebantur.* de Or. 157 b, Si telum manu fugit, Imprudẽtia teli emiſſi breuius proprijs verbis exponi non potuit, quàm eſt vno ſignificata translato. pro Quint. 2 a, Qui tela depellere & vulneribus mederi debeam. ibid. Si qua in re falſum crimẽ quaſi venenatum aliquod telum iecerint. Ep. 110 b, Cumq; hæc pennigero, non armigero, in corpore tela exerceantur, vt ait Philoctetes apud Accium abiecta gloria.

¶ *Anſa, facultas, ſtimulus.* de Am. 107 b, Nec mediocre telũ ad res gerẽdas exiſtimare oportet, beneuolentiam ciuium.

† Syntaxis. *Figere telum, coniịcere in, immittere intendere. Telum leue ac hebes, Cum telo ſtare. Telum acre. Optimum eſt telum ad res gerendas, beneuolentia.*

TEMERARIVS, a, um. *nullius conſilij, inconſideratus, præceps.* ꝑ Cec.291 a, Ea ſunt & turbulenta, & temeraria, & perículoſa. de Inu.42 a, Cæca & temeraria cupiditas. Ep.155 b, Indicabo temerarium meum conſilium tibi.

TEMERE'. *inconſultè, inconſideratè, nulla ratione, ſine iudicio & modo, temeritate quadã, fortuitò, fortuitu.* de Or.111 b, Plerique temerè & nulla ratione cauſas in foro dictitãt. ꝑ S.R.23 b, Forſitan in ſuſcipienda cauſa temerè impulſus adoleſcẽtia fecerim. & 31 b, Roſcius de prædijs ſuis nunquam temerè diſceſſit. ꝑ Font.276 a, Audacter hoc dico, nõ temerè confirmo. de Diu.132 a, Aliquid effutitũ temerè. de N.10 b, Inconſultè ac temerè dicere aliquid. pro S. R.19 b, Temerè dicto concedi nõ oportet. Att.162 a, Temerè & imprudẽter facere aliquid. de Inu.54 a, Temerè & nullo cõſilio regi. Ep.57 a, Nõ ſcribo hoc temerè. de Diu.85 a, Aſperſa temerè pigmẽta in tabula, oris lineamẽta effingere poſſunt. de Nat.27 a, Idq; euenit nõ temerè, nec caſu. & 48 b, Corpora huc & illuc caſu & temerè concurſantia. Orat. 215 a, & pro Syl.169 a, Superior ætas numero caruit, niſi ſi quãdo temerè ac fortuitò. ad Herenn. 8 b, Non temerè fama naſci ſolet. Tuſcul.174 b, Non temerè nec fortuitò ſati & creati ſumus. Offic.20 a, Appetitus omnes contrahendi ſedandiq; ſunt, ne quid temerè, ac fortuitu, inconſideratè, negligenterq; agamus. I. A. 217 a, Omnino iraſci amicis non temerè ſoleo.

† Syntaxis. *Turbulentum, temerarium, periculoſum. Cæca & temeraria cupiditas. Temerè, & nulla ratione. Inconſultò ac temerè. Temerè ac imprudẽter. Temerè & nullo conſilio regi. Temerè aſperſa pigmenta. Non temere, nec caſu. Caſu ac temerè. Temerè ac fortuitò. Temerè, fortuitu, inconſideratè negligenter.*

TEMERITAS, tis. *inconſiderãtia.* )( *ſapientia.* de Aruſp.257 a, Plenus inconſideratiſſimæ ac demẽtiſſimæ temeritatis. de de Nat.71 b, Fortuna ab inconſtantia & temeritate ſeiungi non poteſt. pro Planc.260 b, Populus non delectu aliquo aut ſapientia ducitur ad iudicandum, ſed impetu plerumq;, & quadam temeritate. de Diu.81 b, Cùm omnibus rebus temeritas in aſſentiẽdo, errorq; turpis eſt, tum in eo loco maximé. de Diu 126 a, Quibus in rebus temeritas & caſus, nõ ratio & cõnſilium válet. Offic.10 b, Multi multa faciunt temeritate quadam, ſine iudicio vel modo. & 34 a, Fugere temeritatem, quæ à ſapientia diſſidet plurimũ. de Inu. 54 a, Exercitus, qui ſtultitia & temeritate alicuius adminiſtratur. ad Her.13 a, Temeritate omnia regi. Offic.46 a, Temeritate remota gratiſſima eſt liberalitas. * pro C. Corn.1, Ante veſtros annos propter illius tribuni plebis temeritatem poſſe adduci, vt. 3 Acad Facilior eſſet emendatio temeritatis. I C.114 b, Nõn mihi eſſe C. Cethegi furioſam temeritatem pertimeſcendam.

† Syntaxis. *Inconſideratiſſima ac dementiſſima temeritas. Non delectu ac ſapientia, ſed impetu ac temeritate. Temeritas & caſus, non ratio & conſilium. Temeritate facere, non iudicio, vel modo. Stultitia & temeritas.*

TEMETVM, ti. *vinum, quòd mentem tenet.* de Rep.lib.3, Carcãt temeto omnes mulieres.

TEMO, onis. *lignum protenſum in curru vel plauſtro, quo iugum continetur.* de Nat 47 b. *Poëtæ.*

TEMPERAMENTVM, ti *tẽperatio, ratio.* de Leg.189 a, Inuentũ eſt temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarent.

TEMPERANDVS, a, um. Orat.206 b, At hæc interdum temperanda & varianda ſunt. & 216 a, In perpetua oratione hi ſunt inter ſe miſcendi & temperandi pedes. Acad. 1 b, In conſtituendis temperandisq; ciuitatibus.

TEMPERANS, tis. *σώφρων, continens, qui in omni libidine ſe continet, moderatus.* Att.237 a, Cùm hominẽ temperantem tantus improuisò morbus oppreſſerit. pro Font.282 a, Vir frugi, & in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans, plenus pudoris, plenus officij, plenus religionis. Par. 110 b, An temperantẽ eum dices, qui in aliqua libidine ſe continuerit, in aliqua ſe effuderit? * Tuſcul.193 b, Qui ſit temperans, quem Græci σώφρονα appellant.

TEMPERANTIVS. Attic. 136 a, Si hic temperantiùs egerit, conſideratiùs conſilium dabo.

† Syntaxis. *Vir frugi, moderatus, ac temperans (ſimul.)*

TEMPERANTIA, tiæ, *σωφροσύνη, modeſtia, moderatio, frugalitas, conformatio & moderatio cõtinentiæ & temperantiæ.* Off.71 a )( *Luxuria, libido, immanitas.* de In.82 b, Temperantia eſt rationis in libidinẽ & in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Partit.237 a, Temperantiam immanitas in voluptatibus aſpernandis imitatur. de N.67 a, Temperantia cõſtat ex prętermittendis voluptatibus. Cui ſi locus in cœlo eſt. de Fin.141 a, Temperantia in prætermittendis voluptatibus cernitur. Off.19 b, Vt in eo moderatio & tẽperantia appareat cũ ſpecie quadã liberali. Tuſ. 236 b, Tẽperantia eſt moderatrix omniũ cõmotionũ. Off. 4 a, Omniũ quę fiũt, quęq; dicũtur, ordo & modus, in quo ineſt modeſtia & tẽperantia. de Fin.77 a, Transfer idẽ ad modeſtiam vel tẽperantiam, quæ eſt moderatio cupiditatum, rationi obediens. de Or.131 b, Dicacitatis moderatio & temperantia diſtinguet oratorẽ à ſcurra. Ep.16 a, Noui enim temperantiam & moderationem naturæ tuæ. Tuſc. 193 b, Veriſimile etiam illud eſt, qui ſit tẽperans, quẽ Gręci σώφρονα appellant, eamq; virtutem σωφροσύνην vocant: quam ſoleo equidẽ tum temperãtiam, tum moderationẽ appellare, nonnunquam etiam modeſtiam. Sed haud ſcio, an rectè ea virtus frugalitas appellari poſſit. de Fin 58 b, Ne temperantiam quidẽ propter ſe expetendam eſſe dicemus, ſed quia pacẽ animis afferat, & eos quaſi concordia quadam placet ac leniat. Temperantia eſt enim, quæ in rebus aut expetendis, aut fugiendis, rationem, vt ſequamur, monet. & 49 a, Difficilem quandã tẽperantiam poſtulant in eo, quod. Partit.236 b, Quæ verò virtus moderandis cupiditatibus, regendisq, animi motibus laudatur, eius eſt munus in agẽdo, cui temperantiæ nomẽ eſt. Tuſc. 138 a, b, Summa fuit eius in victu tẽperantia. Off.75 b, Reſtat quarta pars, quę decore, moderatione, modeſtia, continentia, temperãtia continetur. Att.97 b, Quæ tua prudentia & tẽperãtia eſt. Off 9 a, Sequitur, vt de vna reliqua parte honeſtatis dicendũ ſit, in qua verecundia, & quaſi quidã ornatus vitæ tẽperantia, & modeſtia, omnisq; ſedatio perturbationũ animi, & rerũ modus cernitur. Off 71 b, Altera in cõformatione & moderatione continẽtiæ & temperantię cernitur. * de Finib.59 a, Temperantia eſt expetenda, non quia voluptates fugiat, ſed quia maiores cõſequatur. Partit.236 b, Temperantia in ſuas itidem res & in communes diſtributa eſt duobusq; modis in rebus commodis diſcernitur: & ea, quæ abſunt, non expetendo, & ab ijs, quæ in poteſtate ſunt, abſtinendo. In rebus aũt incommodis itidẽ eſt duplex. Tuſculan 215 b, Ea eſt animi virtus, quam alij ipſam temperantiam dicunt eſſe: alij obtemperantem tẽperantiæ præceptis, & eam ſubſequentem. I. A. 161 b, Et quidem cuius temperantiæ fuit, de M. Antonio quærentem abſtinere maledicto?

† Syntaxis. *Temperantia conſtat ex prætermittendis voluptatibus. Moderatio ac temperantia. Modeſtia, vel temperantia. Conformatio & moderatio continentiæ ac temperantiæ.*

TEMPERATE'. *temperanter.* Att.197 a, Agere temperaté.

TEMPERATIO, onis. *temperamentũ, moderatio, modeſtia.* Tuſc. 152 b, Animus tẽperatione naturæ viget & ſentit. & 215 a, Corporis tẽperatio, cùm ea cõgruunt inter ſe è quibus cõſtamus, ſanitas. de Diu.128 a, Hoc tẽperatio lunæ, cœliq; moderatio efficit. & ib. Quę à luna, cęterisq; ſideribus cœli, tẽperatio fiat. de N.31 a, Semina tẽperatione caloris oriri & augeſcere. I V.223 a, Tu illius æris temperationem, tu operum lineamẽta ſolus perſpicis? Acad 21 a, Eódẽ ære, & eadẽ temperatione facere ſignũ. Tuſc.162 b, Cõmutationes temporũ quadripartitæ ad temperationẽ corporum aptæ. de Leg.189 b Sed pręſtò eſt huius vitij tẽperatio. de Vn.202 a, Deinde ad temperationẽ ſuperiorem reuertit, in qua omnem animum vniuerſæ naturæ temperans permiſcebat.* Tuſcul.209 a, Vt de moribus, &c. ac temperatione ciuitatis loquamur. de Nat. 28 b, Quæ commoda percipiuntur cœli temperatione, fœcunditate terrarũ. de Leg. 172 b, Quem menſium temperatio, &c. non gratum eſſe cogunt? de Leg.186 a. Hæc eſt enim, quam Scipio laudat in libris, & quàm maximè probat, temperatio Reip. & 180 b, Et ſi reliqui principes ordinis cõnſilio Rempub. gubernari velint, poſſint ex temperatione iuris.

¶ *Moderator.* de Som. 128 b, Sol mens mundi & tẽperatio.

† Syntaxis. *Naturæ temperatione vigens animus. Corporis, cœli temperatio, lunæ, caloris, ac frigoris. Aëris temperatio, menſium.*

*Reipubl.*

*Reipubl. iuris. Sol, mens mundi, ac temperatio.*

TEMPERATOR,oris. Or. 203 a, Magni iudicij, ſummæ etiam facultis eſſe debebit moderator ille, & quaſi temperator huius tripartitæ varietatis.

TEMPERATVS,a,um. *temperans, moderatus, modicus.* de N. 77 b, Vir iuſtus, tẽperatus, ſapiens. Ep. 199 b, Temperati moderatiq́; mores. Att. 183 a, Moderatione paulo minus temperatus. de Diu. 104 a, Si modò tẽperatis eſcis, modicisq́; potationibus eſt affectus. de Diu. 127 a, Perinde vtcunq; tẽperatus ſit aër, ita pueros orientes formari. Off. 1 b, Aequabile & tẽperatum orationis genus. Orat. 128 a, Nec eſt vlla tẽperatior oratio, quàm illa, in qua aſperitas contentionis, oratoris ipſius humanitate conditur. & 216 a, Oratio permiſta & tẽperata numeris. & 205 b, Orator medius, modicus, temperatus, mediocris. & 215 b, Nimis incitatus. )(.*tẽperatus.*)(.*nimis tardus.* de Am. 108 a, Vt vtamur quaſi equis temperatis, ſic amicitijs, aliqua ex parte periclitatis moribus amicorũ. Att. 18 b, Sed ita tẽperata tota ratio eſt, vt reip. conſtantiam præſtem. & 58 a, Hominem in ſumma animi magnitudine multa humanitate tẽperatum perdidimus. Tuſc. 161 a, Auribus magna oblectatio parta eſt, inuenta & temperata varietate & natura ſonorum.

TEMPERIVS. *temperantius.* Ep. 136 b, Memini te mihi Phameæ cœnam narrare: temperius fiat. cætera eodem modo. *Alij Temporius legunt.*

† Syntaxis. *Temperatus ac moderatus. Paulò minus moderatione temperatus. Vti eſt temperatus aër, ita, &c. Aequabile ac temperatum. Numeris temperata oratio. Orator medius, modicus, temperatus, mediocris.*

TEMPERO,as. *moderor, temperationem facio, miſceo.* de Diu. 100 a, Lycurgus qui Lacedæmoniorum remp. temperauit. de Vni. 198 a, Ea cùm tria ſumſiſſet, vnam in ſpeciem temperauit. Or. 205 b, Si ſuam copiam cũ illis duobus generibus non tẽperauit. pro Mar. 132 a, Temperare victoriam. Tuſc. 148 a, Temperare remp. optimis inſtitutis & legibus. Orat. 214 a, Hoc genus Iſocrates moderatiùs tẽperauit. & 202 b, Oculorum & hilaritatis, & viciſſim triſtitiæ modum, res ipſæ de quibus agetur temperabunt. de N. 35 b, Solis tum acceſſus modici, tum receſſus, & frigoris & caloris modũ temperant. * de Leg. 173 b, Cœli fulgura regionibus ratis temperanto.

¶ *Abſtineo.* pro Corn. 67 b, Noſtras inimicitias ipſi inter nos geramus, amicis noſtrorum inimicorum tẽperemus. I. V. 112 a, Verrem nemini vlla in re temperaſſe. & 107 b, Te putet quiſquam, cùm ab Italia freto diſiunctus eſſes, ſocijs temperaſſe? Ep. 147 b, Temperare ſibi in aliqua re. ad Heren. 11 b, Cui mirum videbitur, iſtum à maleficio non temperaſſe? & 29 b, Eum ſibi in concionibus credis à mẽdacio temperaturum?

TEMPEROR,ris. in Ant. 244 b, Cuius immanitas naturæ, ne vino quidẽ permixta temperari ſolet. de Diu. 127 b, Ortus & occaſus ſiderum, quorum vi cœlum modò hoc, modò illo modo temperatur. Ep. 26 a, Nam ea quæ ſperas Tullię meæ prudẽtia temperari poſſe, ſcio, &c. Offic. 76 b, Quod ſimplex eſſe debet, ex diſſimilibus rebus miſceri & temperari non poteſt. de Oat. 52 b, Eteſiarum flatu nimij temperantur calores.

† Syntaxis. *Conſtituere ac temperare ciuitates, Temperare ac variare colores. Sonus acuta cum grauibus temperans. id eſt, ex acuto & graui temperatus. Homo multa humanitate temperatus. Legib. Remp. temperare. Temperare nulli vlla in re, à maleficio. Temperant calores eteſiæ.*

TEMPESTAS, *tempus.* de Or. 157 a, Qua tẽpeſtate Pœnus in Italiam venit. de Or. 163 b, & Or. 212 b, Qua tẽpeſtate Paris Helenam, innuptis ſibi iunxit nuptijs. *Poëtæ.*

¶ *Naturalis turbo, procella.* I. A. 214 a, Summi gubernatores in magnis tempeſtatibus nonnunquam à vectoribus admoneri ſolent. de N. 1 b, Tempeſtates, ac tẽporum varietates, cœliq; mutationes à Dijs immortalibus tribui generi humano putant. pro Mur. 133 a, Tẽpeſtates ſæpe certo aliquo cœli ſigno commouentur, ſæpe obſcura aliqua ex cauſa concitãtur. de N. 59 b, Si ſegetibus aut vinetis cuiuſpiam tẽpeſtas nocuerit. de Inu. 74 a, Nautas aduerſa tẽpeſtate in alto iactari. Tuſc. 228 b, Iactatus magna tẽpeſtate. Att. 26 a, Ad lacertas captandas tẽpeſtates nõ ſunt idoneæ. de Diu. 128 a, Alia Romę, alia Tuſculani euenit ſæpe tẽpeſtas. I. V. 220 a, Erat hyems ſumma, tempeſtas perfrigida, imber maximus. pro Seſt. 13 a, Nauis reipub. fluitans in alto, tẽpeſtatibus ſeditionum & diſcordiarum. in Verr. 240 b, Nullus dies tam magna ac turbulenta tempeſtate fuit, quin, &c. de Inu. 74 a, Fluuius cõmotus magnis tẽpeſtatibus. Ep. 259 a, Ibi propter tempeſtatẽ ad VI. Id. morati ſumus. pro Cec. 202 b, Vt ſi qui ex alto tempeſtate ſubitò reiectus optaret, &c. de Inu. 74 b, Cùm magna in alto tẽpeſtas eſſet. Parad. 126 a, Virtus nec tẽpeſtatum nec temporum permutatione mutatur. de Orat. 148 a, Cùm homines tempeſtatis cauſa opere prohibentur. pro Lig. 142 b, Tempeſtate abreptus eſt vnus. de Inu 42 b, Vt homines ingenioſiſſimi quaſi ex turbida tempeſtate in portum: ſic, &c. ſe traderent. pro S. R. 40 a, Si Iupiter Opt. Max. &c. immoderatis tempeſtatibus aut nimio calore aut intolerabili frigore hominibus nocuit. pro Seſt. 24 a, Quẽ neq; periculi tempeſtas, id eſt, metus, neq; honoris aura potuit vnquam de ſuo curſu, aut ſpe aut metu dimouere. & 26 b, Subeundæ ſæpe pro Repub. tẽpeſtates. & 27 a, Repentina vi perculſi ac tempeſtate populi. de N. 69 b, Quòd ſi nubes retuleris in Deos: referendæ certè erunt tempeſtates, quæ populi Rom. ritibus conſecratæ ſunt. Offic. 36 b, Fortuna cæteros caſus rariores habet, primùm ab inanimis procellas, tempeſtates, naufragia, ruinas, incendia.

¶ *Aerumnę, calamitas, tempus miſerum.* I. A. 197 a, Hæc cauſa, cur lex tam egregia maximo imbri, tempeſtate, ventis, procellis, turbinibus, inter fulmina & tonitrua feratur. & 219 b, Huius magnitudini animi tẽpeſtas eſt oblata formidoloſiſſimi temporis. Ep. 129 a, His tempeſtatibus es propè ſolus in portu. Attic. 157 a, Eaq́; ipſa tempeſtate euerſa eſt reſp. quã ego XIIII annis antè proſpexi. de Or. 85 a, Nam qui locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur, in eo maximæ moleſtiarum & turbulentiſſimæ tẽpeſtates extiterunt. pro Clu. 37 b, Non fuit illud iudicium, &c. ſed vis (vt ſæpe dixi) ruina atq; tẽpeſtas. pro Dom. 235 a, Nemo fuit, qui non me pro ſuis opibus in illa tẽpeſtate defenderit. & 141 a, Tu procella patriæ, turbo & tẽpeſtas pacis. pro Pl. 261 a, Qui hac populi tempeſtate iactamur & fluctibus. de Inu. 81 b, Sedatis fluctibus, & tempeſtate iam commutata. I C. 202 a, Quanta tempeſtas inuidię nobis impendeat. * pro Clu. 37 a, Tempus hoc tranquillum ac pacatum: illud omnibus inuidiæ tempeſtatibus concitatum.

¶ *Aëris ac temporis conſtitutio, ſtatusq́;* pro Flac. 152 b, Defendenti facilis eſt cautio, non ſolùm latibulis occultorũ locorum, ſed etiam tempeſtatum moderatione & conuerſione. Qu. fr. 397 b, Tu velim quàm primùm bona & certa tempeſtate conſcendas. & 310 b, Dummodo idonea tempeſtas ſit, ne omiſeris. Ep. 235 b, Nautæ tempeſtatem prætermittere noluerunt. de Diu. 125 b,

*Cùm tonuit læuum bene tempeſtate ſerena.*

Attic. 149 a, Pridie Quinquatrus fuit egregia tempeſtas. * Frag. eg. Cùm iter facerem Claternam tempeſtate ſpurciſſima. de Diuin. 127 a, Tempeſtatum cœli conuerſiones commutationesq́;.

¶ *Dies.* de Diuin. 91 a,

*Tertia te Phthiæ tempeſtas læta vocabit.*

de Nat. 1 b, Nam & fruges, & reliqua, quæ terra pariat, & tempeſtates ac temporum varietates, &c. à Dijs immortalibus tribui generi humano putant.

TEMPESTIVE. *opportunè, in tempore.* de N. 57 b, Tempeſtiuè demetere percipereq́; fructus.

TEMPESTIVITAS,tis. *opportunitas.* de Sen. 83 b, Sua cuiq; parti ætatis tempeſtiuitas eſt data.

TEMPESTIVVS,a,um. *opportunus.* Tuſc. 172 a, Multa mihi ad mortem tempeſtiua fuerunt, quæ vtinam potuiſſem obire. pro Pomp. 10 b, Pompeius Sardiniam cum claſſe venit, nondum tempeſtiuo ad nauigandum mari. de Nat. 52 b, Natura quàm tempeſtiuos dedit, quàm ſalutares omnibus animantibus ac ſtirpibus ventos eteſias? Off. 35 b, Nec ex his tempeſtiuos fructus capere poſſemus. de Sen. 78 a, Maturitas tempeſtiua.

¶ *Tempeſtiua conuiuia dicebantur, quæ ſtatis temporibus ac diebus ſodalitates agitabant, in quibus multa erat licentia, multus ſermo, ſed feſtiuus: nam ad omnem hilaritatẽ comparata huiuſcemodi conuiuia fuiſſe videntur.* pro Arch. 188 a, Quantum tẽporis alij tribuunt tẽpeſtiuis conuiuijs. Att. 134, 135, Multaque ab ijs in & ſeuerè in conuiuijs tempeſtiuis quidem diſputari. I. V. 160 b, Statuitur Lollius in illo tempeſtiuo gladiatorum conuiuio. de Sen. 86 b, Ego propter ſermonis delectationẽ tempeſtiuis conuiuijs delector. pro Mur. 127 a, Tempeſtiui conuiuii, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Att. 149 b, Quas enim cœnas & facere, & obire ſcripſit ad me Seſtius? quàm lautas? quàm tempeſtiuas?

† Syntaxis. *Tempeſtiuum ad nauigandum mare. Eteſiæ venti tẽpeſtiui ac ſalutares. Fructus maturitas tempeſtiua.*

TEMPLVM,pli. *fanũ, ædes, ædes ſacra, ſacer locus, cella, domus.* I. V. 222 a, Herculis tẽplum eſt ſanè ſanctũ apud Agrigentinos, & religioſum. Ep. 151 a, Venit Seruilius Ioui ipſi iniquus, cuius in tẽplo res agebatur. de Diu. 96 a, Cùm in Herculis fano arma ſonuerunt. de Leg. 173 b, Templa liberata & effata habento. Att. 220 b. de Inu. 62 a, Templum & fanum idẽ, & ædes ſacræ. I. A. 198 a, & 197 b. In cella Concordiæ collocari armatos, è templo carcerem fieri. Attic. 226 a. In Telluris. *id eſt, in templo Telluris.* de Som. 127 b, Deus is, cuius

hoc templum eſt omne quod conſpicis. de Legib. 192 b, Cœli partes ſibi definitas eſſe traditas. Tuſc. 158 b, Acherontia tēpla alta orci pallida *timetis*. pro Dom, 239 b, Curia eſt ſedes ac templum publici cōſilij. in Vat. 33 b, In roſtris, in illo inquā augurato tēplo ac loco collocaris *indicem* ꝓ Mil. 119 a, Curiam templū ſanctitatis amplitudinis, mentis, conſilij publici, caput vrbis, aram ſociorū, portū omnium gentium inflammari, excindi, funeſtari. * de Diu. 80 b, Templum Iunonis Soſpitæ L. Iulius de Senatus ſententia refecit. ibid. 100 b, Templum à Senatu Iunoni Soſpitæ reſtitutū. pro M. Scau. Sanctiſſimos Deos illo conſtituiſſe in templo videtur in veſtro conſpectu. de Conſolat. Eorū in vrbibus atq; agris auguſtiſſima templa veneremur. de Inu. 62 a, Templum Iunonis, quod religioſiſſimè colebāt, egregijs picturis locupletare voluerunt. de Nat. 38 a, Vides Virtutis templum, vides Honoris à M. Marcello renouatum, quod multis antè annis erat bello Liguſtico à Q. Maximo dedicatum quid Opis? quid Salutis? quid Concordiæ? Libertatis? Victoriæ? de Nat. 79 a, Eſt mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro Deorum templis atque delubris, proq; vrbis muris. de Diu. 89 a,

*Quanquam multa manus ad cœli cærula templa*
*Tendebam lachrymans ---*

de Diuin. 96 a, In templo Herculis valuæ clauſæ repagulis ſubitò ſe ipſæ aperuerunt. Offic. 45 b, Theatra, porticus, noua tēpla, verecundius reprehendo propter Pompeium: ſed doctiſſimi non probant.

*Temporalis, lc. de Nat.

Temporivs, *maturius*. Epiſt. 136 b, Temporius fiat cœna. *Alij Temperius legunt.*

Tempvs, oris. *iure naturæ tempus in motu curſuúe, ſiderū menſura*. de Inu. 51 a, Tempus aūt eſt, id quo nunc vtimur (nam ipſum quidē generaliter definire difficile eſt) pars quædā æternitatis, cum alicuius annui, menſtrui, diurni, nocturníve ſpacij certa ſignificatione. de Vn. 200 b, Siderum errores id ipſum eſſe quod ritè dicitur tempus. de Nat. 6 a, Tempus ſine mundi conuerſione effici non poteſt. pro Mur. 141 a, Quod enim tempus fuit aut noſtra aut patrum noſtrorum memoria, quo hæc ambitio non fuerit? Attic. 151 b, Conſilia differre in tempus aliquod. cont. Rul. 66 b, Veſter honos ad mei temporis diem petitus. 6. Fam. Temporum noſtrorū magna varietate. ad Lentulum lib. 1, Tēporibus aſſentiendū. 13 Fam. Paruit & tēporibus & fortunæ meæ. 12 ad Att. Temporibus parére præcipiunt omnes politici. 10 Famil. Temporibus nimis ſeruire. 1 Fam. Tempora adipiſci. Mario, lib. 7, Matutina tempora lectiunculis conſumere. Ep. 12 a, Meis temporibus accidit, &c. de Fin. 125 a, Quodam tēpore Metapontum veni tecū de Inu. 42 b, Veriſimillimū mihi videtur, quodam tēpore neq; in publicis rebus infantes & inſipientes homines ſolitos eſſe verſari. Ep. 149 b, Cuius rei nō modò non præterijt tēpus, ſed ne maturum quidē etiam nunc fuit. Epiſt. 3 b, Nactusq; tempus hoc magis idoneum, quàm antea & 34 b, Tēpus anni eſſet idoneum. Off. 33 b, Cùm philoſophiæ multum adoleſcens temporis tribuiſſem. 10 ad Att. Ipſe conficior veniſſe tempus, quū iam nec fortiter, nec prudenter quicquam facere poſſim. poſt Redit. ad Quirit. Tēpore & die memoriam beneficij definire. Luceio, lib. 5, Sed caſu neſcio quo in ea tempora noſtra ætas incidit, vt, &c. 13 Fam. De tempore alicui commodare. Offic. 1, Ex tempore conſilium capere pro Arch. Ex tempore dicere de Leg Agrar. 77 a, Sequitur omnes extra Italiam infinito ex tēpore. Ep. 32 b, Nam cùm teipſum, ex quo tempore tu me deligere cœpiſti, quotidie pluris feci, &c. Licin. lib. 5, Quo quidem ex tempore memoria teneo, neq; meam tibi obſeruantiā, neq; mihi tuā ſummam beneuolentiam ac liberalitatē defuiſſe. 1. de Orat. Tempora communia. 7 Verr. Dubia formidoloſaq; tempora. pro Font. Dubia Reipub. tempora. 12. ad Att. Tempora erudita. Diu. lib. 1, Tempora Heroica. 5. Fam. Tempora priora in ruinis Reip. iacuerunt. ad Her. 2 a, Tria ſunt tempora, quibus principio vti nō poſſumus, quæ diligenter ſunt conſideranda. Thermo lib. 2, Tempora aūt Reip. qualia futura ſint, quis ſcit? mihi quidem turbulenta vidētur fore. Partit. Tempora vim maximam habent. de Leg. Tempora quædam ſubciſiua incurrunt, quæ ego perire non patior. 12 Fam. Tempora valent in Repub. plurimum. 1 de Orat. Temporum caſus. de Nat. deor. 1, Nulla temporum circumſcriptio metitur ſpatio æternitatem. pro Corn. Balb. & pro Mil. Fuit hoc ſiue meum, ſiue Reipublicæ fatum, vt in me omnis illa inclinatio communium temporum incumberet *id eſt, vt omnis illa Reipub. fortuna*. 3 ad Quint. fr. Motus temporum venientis anni. I. V. 155 a, Ex tempore admoneri. *id eſt, vt res fert* I. C. 100 b, Nihil moliris, quod mihi latére valeat in tempore. de Orat. 124 a, Noſtra cōſilia in ſempiternum tempus ſpectare dedebent. de Or. 124 b, Tempus eſt, iam de ordine argumē-



rum dicere. 114 a, Sed ſtomachari deſinamus, tempori pareamus. de Or. 85 a, Fuit tempus illud, cùm putarem, &c. Ep. 181 b, Veniet tempus, cùm, &c. ꝓ Pom. 4 a, Omne meū tempus amicorum temporibus tranſmittendum putaui. *id eſt, periculis vel caſibus*, pro Qu. 1 a, Diligentia quanta ſit, niſi tempus & ſpacium datū ſit, intelligi non poteſt. Attic. 278 b, Datū Lepido tempus eſt, in quo leuitatē eius experiremur. pro Cec. 299 b, Si tempus feret. Qu. fr. 295 b, Cuipiam in doctrina percipienda multū ſtudij fuiſſe, & tēporis. pro Qu. 9 b, Poſt tempus in aliena re facere, quod ille in ſua re cùm tempus erat, non fecit. pro Cec. 288 b, Quadriennium hoc eſt, ex quo tēpore fundus venit: quoad vixit, poſſedit. Epiſt. 54 b, Tempori cedere, id eſt, neceſſitati parére, ſapientis ſemper eſt habitū. & 4 b, Eiuſmodi tēpora poſt tuam profectionē conſecuta ſunt, vt, &c. & 71 a, & Tuſc. 168 a, Niſi id verbū in omne tēpus perdidiſſem. 174 b, In multa ſecula. Ep. 66 b, Vt ij accipiunt, quibus epiſtolæ per hæc tempora moleſtæ ſunt. & 71 b, & 94 b, Conſumere omne tempus in literis. Ep. 242 a, Ponere tempus in aliquo magno officio. & 51 a, Traducere tempus. & 64 b, In eadem reipub. tempora incidimus. Epiſt. 72 b, Omne tempus vnà fuiſſemus. & 5 a, A' me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus & agendi, & cogitandi. de Inu. 58 a, Extitit tempus optatum mihi magis, quàm ſperatum. & 88 a, Quæ quando in temporum inclinationibus ſæpe paruis poſita ſunt Epiſt. 72 b, 73 a, Tempora priora & prima. )( *poſteriora & proxima*. I. V. 97 a, Iſte nullum temporis punctum vacuum peccato præterire paſſus eſt Orat. 207 b, Conſeruare & notare tempora. Offic. 7 a, Sed incidunt ſæpe tempora cùm ea quæ, &c. in Verr. 217 a, Illo tempore Segeſtanis hæc ipſa Diana redditur. de Clar. 169 a, Quis Thebanum oratorem ſcit fuiſſe temporibus illis? I. V. 251 a, Piratæ à quo tempore capti ſunt, domi tuæ fuerunt. de Orat. 156 b, Aut ſi non potuerim tempus non perdere, cùm tamen, &c. Attic. 285 a, Vereor, ne in breue tempus dilata ſit abs te pernicies. Quint. frat. 292 b, Si quem fortè tui cognouiſti amantiorem, quàm temporis. in Anton. 236 b, Neceſſe eſt interdum rerum temporibus potius parére, quàm moribus. L. Ex tempore. Cat. Breue tempus ætatis ſatis eſt longum ad bene honeſteque viuendum. 3. Philipp. Tempus breue imparatis longum. Acad. quæſt. édit. 1. lib. 2, Tempus diuturnum in aliqua re conſumere. 6 ad Att. Tempus emeritum. de Diu. 2, Tempus graue. ibid. Tempus hyemale. Offic. 1, Tempus idoneum ad agendum. de Fin. li. 2, Infinitū tempus ætatis. ibid. li. 2, Tempus liberum quum ſoluta nobis eſt eligendi optio, quumq; nihil impedit, quo minus id, qđ maximè placeat, facere poſſimus. Læl. lib. 2, Opportuum tempus. Tuſc. q. lib. 3. Tempus poſtmeridianum. Diu. lib. 2, Tempus ratū pro Dom. Repentinum tempus. pro Clu. Suſpicioſiſſimū tempus. Cat. Tempus vernū. de Fin. lib. 2, Vltimum tēpus ætatis. Pollio ad Cic. lib. 10, Anni aūt tempus libertatem maiorem mihi dat. 5 Philip. Tempus ciuitatis. ad Att. li. 16, Tempusq; diſceſſus abſurdū. Læl. Ferendum id Scipio potius, quàm inimicitiarum tempus cogitandū putabit. pro Mur. Abijt illud tempus, mutata ratio eſt. 9. Fam. Tempus omne corpori datur. de Diu. lib. 1, Tempus nihil noui efficit, & primū quidq; replicat. Off. 1, Tempus eſt actionis opportunū, iuxta Stoicos. ad Appium, li. 3, De qua alienū tempus eſt mihi tecum expoſtulandi: purgandi aūt mei neceſſariū. Off. 1, Nullū tempus eſt, quod iuſtitia vacare debeat. ꝓ Mil. Erit, erit illud profectò tempus, & illuceſcet aliquando ille dies, &c. Att. 9, Si cōmodius anni tēpus eſſet. de L. 175 b, Quod tempus, vt ſacrificiorū libamenta ſeruētur, fœtusq; pecorū, diligēter habēda ratio intercalādi eſt. 12 ad Att. Tempus illud longū, cùm nō ero, magis me mouet, q̃ hoc exiguum. ad Qu. fr. Quod mihi tēpus, Romę pręſertim, vt me rogat, manēti vacuū oſtenditur? Off. 1, Quū tempus neceſſitasq; poſtulat. 7. ad At. Pręterijt tempus legitimū nō legis, ſed libidinis tuæ. Cæl. li. 2, Tibi quū omnia mea cōmendatiſſima eſſe cupio, tum nihil magis, quàm ne tēpus nobis ꝓuinciæ prorogetur Sulpit. li. 4, Antè commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendū ſit hoc tēpus. Tuſc. q. lib. 2, Quū tempus mortis veniſſet. 9 Att. Tēporis aliquid impertias huic quoq; cogitationi. 3. de Or. & 16 Fam. Edidi quę potui, nō vt volui, ſed vt me tēporis anguſtię coëgerunt. ꝓ Seſt. Tēporis atrocitas 6 Fam. Temporis beneficium aliquādo potiùs, q̃ iam ſuū. Acad. q. ed. 1, lib. 1, Temporis breuitate ab aliquid faciendo excludi. Att. lib. 1, Eo factum eſt, vt epiſtolæ tuæ reſcriberem aliquid, cùm breuitate temporis tam pauca cogerer ſcribere. pro Dom. Sed ſi mihi ante hæc duriſſima tempora Reipubl. nihil aliud vnquam obiectum eſt, niſi crudelitas illius temporis, quū à patria perniciem depuli, &c. 3. Fam. Temporis decurſus. pro Dom. ſua, Tēporis flamma. ꝓ Mil. Deinde profectus eſt id temporis, quū

iam Clodius, &c. redire potuiſſet. 1 in Catil. Quos ego
iam multis ac ſummis viris ad me id temporis venturos
eſſe prædixeram. 16 Fam. A' temporis iniuria abeſſe. 16
Fam. Temporis longinquitas me mitigauit. Curioni, lib.
2, Ne patiare quicquam mihi ad hanc prouincialem mo-
leſtiam temporis prorogari. de Vniu. Temporis motus
conſignandus è curſu ſiderum. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2,
Multum temporis in iſta vna diſputatione conſumſimus.
ad Attic. lib. 2, Nam cùm vacui temporis nihil haberem,
&c. hæc dictaui ambulans. 1 ad Quint. frat. Cui temporis
plurimum fuit in virtute percipienda 2 in Verr. Tempo-
ris procella. Luceio, lib. 5, Propagatio miſerrimi tempo-
ris. de Nat deor. 1, Nullo puncto temporis intermiſſo. ad
Appium, lib. 3, Illud pugna & enitere, ne quid nobis tem-
poris prorogetur. Cat. Quod cuique temporis ad viuen-
dum datur, eo debet contentus eſſe. 8 ad Attic. Affert e-
nim & temporis reliqui recuperandi rationem, & præſen-
tis tuendi. de Vniu. Ad temporis ſpaciorum ſignificatio-
nem mundi partes notæ conſtitutæ. 7 Philip. Temporis
poteſtas. 2 de Nat. deor. Longinqui temporis vſu & peri-
clitatione alipuid percipere. 10 Famil. Nunc nihil præter-
mittere videbere vſitati, & quaſi legitimi temporis ad
petendum. 3 Fam Temporis vſuram ſarcire. 12 ad Attic.
Sunt huius temporis. *id eſt, apta huic tempori* Brut. Tempo-
ri obedire. ad Att. lib. 7, Sed ſtomachari deſinamus, tem-
pori pareamus. 4 Fam. Officijs quæ illi tempori tribui po-
tuerunt. 1 Philipp. Non quo me ad tempus occurſurum
putarem, ſed ne tardiùs, quàm cuperem, Reip. gratularer.
1 ad Attic. In aliud tempus. *ſub. differenda.* Caſſio, lib. 15,
Conſidera, ne in alieniſſimum tempus cadat aduentus tu-
us. Curioni, lib. 2, Quòd in id Reipub. tempus non incide-
ris, ſed veneris. de Inuent. 72 a, Si ſibi illa res, atque ea fa-
ciendi cauſa per idem tempus accidiſſet. de Clar. orat.
Duo fuerunt per idem tempus diſſimiles inter ſe. 16 Fa-
mil. Quum per anni tempus nauigare poteris, ad nos ve-
ni. 12 Famil. Tempus minimum non amiſi tuendæ ſalu-
tis. Luceio, lib. 15, Cauſam illam totam & tempus arripe-
re. Epiſt. 175 a, Tempus ſatis ſcitè & commodè cepit ad te
adeundi. *id eſt, temporis opportunitatem.* 8 ad Attic. Tempus
omne conſumo, conſiderans. *pro, in conſiderando.* Luceio,
lib. 5, Conſumere omne tempus in literis. Ruffo. lib. 5, Li-
berum mihi tempus ad eos deferendos exiſtimabam da-
ri. 8 Philipp. Tempus differre. 15 Famil. Tempus cuipiam
lege finire. *id eſt, præſcribere.* 7 Philipp. Tempus habes tale,
quale nemo habuit vnquam. *id eſt, occaſionem habes talem.*
Qu. fr. 326 a, Noſtrumq; hoc tempus ætatis, quod in illa
autoritate ſenatoria florere debet, aut forenſi labore ia-
ctari, ac domeſticis literis ſuſtentari. Diuin. lib. 2, Tempus
naſcendi nihil ad agendam vitam pertinere, ſed vim &
naturam gignentium. cont. Rull. 68 b, Concurrunt plures
vno tempore librarij. I. C. 119 b, Eos puncto temporis vi-
uere non oportere puto. Epiſt. 82 b, Ne punctum quidem
temporis in iſta fortuna fuiſſes. & 131 b, Breui tempore te
ſum viſurus. pro Mur. 139 a, Temporis cauſa iraſci licet.
Academ. 28 b, Nec dico temporis cauſa, ſed ita planè pro-
bo. pro Flac. 153 b, Aliquid temporis cauſa facere, vel di-
cere. pro Qu. Roſc. 53 b, Eos improbos temporis cauſa
eſſe fingo. de Amic. 101 a, Qui ſimulatione amicitiæ co-
luntur temporis cauſa. pro Pl. 274 a, Aliquem ea quæ de
aliquo dicat, mentiri & temporis cauſa fingere. pro Clu.
23 a, Vno tempore duas res audire. I. V. 104 b, Alieniſſi-
mo tempore locare incipit. de Clar. 165 a, Hortenſius alie-
niſſimo reip. tempore extinctus eſt, & ceſſit è vita, ſuo ma-
gis quàm ciuium ſuorum tempore. Ep. 30 a, Tempus op-
portunum. & 175 a, Obſeruare tempus faciendi aliquid.
Att. 251 b, Sæpe ij qui debent, non reſpondent ad tempus.
& 219 b, Ad tempus redire. I. V. 104 b, Accurrunt tamen
ad tempus tutores. pro Cæl 40 b, Ad tempus accommo-
dare ſe alicui. Off 6 a, Perturbatio animi, quæ plerunque
breuis eſt, & ad tempus. Epiſt. 149 a, Capere conſilium ad
tempus. Attic. 130 b, Caſtra per anni tempus facere non
poſſum. ad Her. 4 b, Qui per id temporis quæſtor vrbanus
erat. pro Arch. 188 a, A' nullius me vnquam tempore aut
commodum, aut ocium meũ abſtraxit. Off. 71 a, Niſi for-
tè eam pecuniam in reip. magnum aliquod tempus con-
tulerit. de Leg. 157 a, Sumere tempus ad aliquam rem.
Qu. fr. 313 a, Tantum ſumam à vobis temporis ad ſcribē-
dum, quantum dabitis. I. V. 91 a, Omne tempus, quod
mihi ab amicorum negocijs datur, in his ſtudijs conſu-
mo. Att. 7 b, Ponere tempus in aliquo loco. de Am. 106 a,
Coluntur autem ſimulatione amicitiæ duntaxat ad tem-
pus. Partit. 232 b, Dicere aliquid ad tempus aptè. Att. 34 a,
Eiuſmodi ſunt ij verſus, vt ab amico Pompeij in tempus
ſcripti eſſe videantur. 15 Fam. Temporibus amiſſis, quæ
plurimũ valent, præſertim in bellis ciuilibus. Plan. lib. 10.



Etſi Reip. cauſa maximè gaudere debeo, tantum ei te præ-
ſidij, tantum opis attuliſſe extremis pene temporibus. 2
de Nat. Veſpertinis temporibus deliteſcere. 6 Fam. Tem-
poribus regentur quæ ſunt in fortuna. Tuſc. 148 a, Retuli
me ad ea ſtudia, quæ retenta animo, Remiſſa temporibus,
longo interuallo intermiſſa reuocaui. *ſcilicet Reip. intelligit
enim tempora turbulenta bellorum ciuilium.* pro Clu. Et illa o-
ratio potius temporis mei, quam iudicij & autoritatis
fuit. ibid. Omnes illæ orationes cauſarum & temporum
ſunt, non hominum ipſorum ac patronorum. de Nat. 14
a, Sophiſtes temporibus illis vel maximus. de Cl. Fuit (vt
temporibus illis) iuris valde peritus. ibid. Erat cùm literis
Latinis, tum etiam Græcis (vt temporibus illis) ſatis eru-
ditus. ad Att. Multas vno tempore accepi epiſtolas tuas.
1 Verr. Si tantulum offenſum, titubatumq; ſit, vt ea quæ
ſingulatim ac diu collecta ſunt, vno tempore diuerſa per-
damus. ad Qu. fr. lib. 3, Quod me de verſibus faciendis
rogas incredibile eſt, mi frater, quàm egeam tempore.
*I. A. 251 b, In luſtris, popinis, alea, vino, tempus ætatis o-
mne conſumſiſſes. pro C. Corn. 1, Iudicium æquiore tem-
pore fieri oportere. Hortenſ. Omnesq; ad id tēpus, quod
erit dictum, poſtero die veniſſemus. Timæ. Ad originem
temporis inuentum eſt curriculum Solis & Lunæ. Inter.
Et eorum morbus eodem tempore ingraueſceret, eodem
leuaretur. ad Heren. 7 a, Signum diuiditur in partes ſex, lo-
cum, tempus, ſpacium, &c. ibid. Tempus ita quæritur, qua
parte anni &c. factum eſſe dicatur, & cuiuſmodi tempori-
bus. ad Her. 7 b, Argumentum diuiditur in tempora tria,
præteritum, inſtans, conſequens. In præterito tempore o-
portet conſiderare, &c. num quo in loco præter conſue-
tudinem fuerit, aut alieno tempore. In inſtanti tempore
quæritur. ibid. In conſequēti tempore ſpectabitur ad Her.
28 a, Ex quo tempore concordia de ciuitate ſublata eſt.
Her 36 b, Vno atq; eodem tempore domus hoſtili flagrāt
incendio. & 58 a, Ipſa artificij cognitio ſeparatim longi tē-
poris, & magnæ atq; arduæ cognitionis indiget. Quare
illa nobis alio tempore, atq; ad aliud inſtitutum, ſi facul-
tas erit, explicabuntur. de Inuen. 50 b, In geſtione negotij
quæritur locus, tempus. & 51 a, In hoc *tempore* & quæ præ-
terierunt, conſiderantur. ibid. Communiter in tempore
longinquitas eius eſt conſideranda. Nam ſæpe oportet
commetiri cum tempore negotium, & videre, potueritne
aut magnitudo negotij aut multitudo rerum in eo tran-
ſigi tempore ibid. Cum tempore hoc *occaſio* differt Nam
genere quidem vtrumq; idem eſſe intelligitur. Verùm in
tempore ſpacium quodammodo declaratur. ibid hoc di-
ſtribuitur in tria genera, in publicum, commune & ſingu-
lare. Publicum eſt, quod ciuitas vniuerſa aliqua de cauſa
frequentat. Commune eſt, quod accidit omnibus eodem
ferè tempore. Singulare eſt, quod aliqua de cauſa priua-
tim ſolet accidere. de Inuen. 66 b, Hoc in genere ſpectabi-
tur locus tempus. ibid. In tempore longinquitas conſide-
randa eſt. Orator. 216 a, Trochæus temporibus & inter-
uallis eſt par iambo. Top. 221 a, Quos *libros* breui tempo-
re ſatis multos edidimus. & 225 b, Huius generis cauſa-
rum, ſine quo non efficitur, alia ſunt quieta, nihil agen-
tia, ſtolida quodammodo, vt locus, tempus. Partit. 233
a, Ea *veriſimilia argumenta* ſunt in perſonis, in locis, in
temporibus. ibidem, In temporibus autem præſentia &
præterita & futura cernuntur. In his ipſis vetuſta, recen-
tia, inſtantia, paulò pòſt aut aliquando futura. Inſunt
etiam in temporibus illa, quæ temporis quaſi naturam
notant, vt hyems, ver, æſtas, autumnus. Aut anni tem-
pora, vt menſis, vt nox, hora, tempeſtas, quæ ſunt natu-
ralia. Fortuita autem, ſacrificia, feſti dies, nuptiæ. pro
Quint. 1 a, Hæ *res* contra nos ambæ faciunt in hoc tem-
pore. ibidem, Hoc tempore abeſt, noua legatione impe-
ditus. ibidem, Temporis quidem certè vix ſatis habui.
I. V. 225 a, Quam *Ennam* circa lacus lucique ſunt plurimi,
& lectiſſimi flores omni tempore anni. ibidem, Vbi vſque
ad hoc tempus Syracuſani feſtos dies anniuerſarios a-
gunt celeberrimo virorũ mulierumq; conuentu. I. V. 272
a, Omnium nunc oculi coniecti ſunt hoc ipſo tempore in
vnumquenq; noſtrum. ibid a. b, At quo tempore futurum
eſt iudicium? &c. Cùm omnibus in rebus, tum in Repub.
permagni momenti eſt, ratio atque inclinatio tempo-
rum. pro Font. 282 a, Vt etiam illis optimis temporibus,
cum hominem inuenire nequam neminem poſſes, ſolus
tamen Frugi nominaretur. pro Cæcin. 287 a, Breui tem-
pore M. Fulcinius adoleſcens mortuus eſt. & b, Verſa-
batur quoque eo tempore in his rationibus auctionis &
partitionis, atq; etiam ſe ipſe inferebat & intrudebat, & in
eam opinionem Ceſenniam adducebat. pro Cluen. 36 b,
Videtis igitur, non in cauſa, ſed in tempore ac poteſtate
ſpem omnem accuſatoris fuiſſe. ibidem, Oppreſſus eſt

non cauſa, ſed tempore. ibid. Num hoc tempore cauſa mutata eſt? & 37 a, An verò tempus cum tempore *conferam*? ibidem, Tempus hoc tranquillum ac pacatum: illud omnibus inuidiæ tempeſtatibus concitatum. & b, Optimis hercle temporibus, tum cum homines ſe non iactatione populari, ſed dignitate atq; innocentia tuebantur, tamen nec C. Popilius, &c. vim tribunitiam ſuſtinere potuerunt. pro Cluen. 46 b, Potuerim illud in illo tempore præterire. & 47 a, In reſpondendo primum expoſuit vtriuſq; rationem temporis. & b, Neq; enim ab illo tempore, quod tum erat, aliena fuerunt. I. C. 121 a, Atq; illo tempore huius auus Lentuli armatus Gracchum eſt perſecutus. pro Seſt. 3 a, Ex hoc tempore miretur potius, ſi quem bonum & fortem ciuem viderit. pro Lig. 137 b, Ergo hæc duo tempora carent crimine, vnum cum--. alterum cum--. Tertium eſt tempus, quo in Africa reſtitit. Quod ſi eſt criminoſum. I. A. 100 a, Teretur intereà tempus. & b, Si ex eo tempore dies nullus intermiſſus eſſet. & 203 a, Hoc autem tempore ſic cenſeo decernendum. de Finib. 52 b, Eum motum atomorum nullo à principio, ſed ex æterno tempore intelligi conuenire. & 55 b, Libero tempore, cum ſoluta nobis eſt eligendi optio, cumq; nihil impedit quo minus id, quod maximè placeat, facere poſſimus: omnis voluptas aſſumenda eſt: omnis dolor depellendus. *al. repellendus.* Temporibus autem quibuſdam aut officijs debitis, aut rerum neceſſitatibus, ſæpe euenit. de Fin. 62 a, Nec maiorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi poſſe, quàm ex hoc percipiatur, quod videamus eſſe finitum. & b, Spe eriguntur conſequentis ac poſteri temporis. & 63 b, An ille tempus aut in poëtis euoluendis conſumeret? & 64 a, Quæ mihi facultas ante hoc tempus nunquam eſt data. Tuſc. 242 a, Quibus cauſis ab æterno tempore fluentibus in æternum, ratio tamen menſq; moderatur. de Sen. 88 b, In hac vita M'. Curius conſumpſit extremum tempus ætatis. ibid. Admirari ſatis non poſſum, &c. temporum diſciplinam. & 89 b, Nec ætas impedit quo minus & cæterarum rerum, & inprimis agri colendi ſtudia teneamus vſq; ad vltimum tempus ſenectutis de Amic. 96 a, Tum eſt Cato locutus, quo erat nemo fere ſenior temporibus illis, nemo prudentior. Ep. 6 b, Pompeium ſcis temporibus illis non ſæpè in ſenatu fuiſſe. & 10 b, Etſi iam primis illis temporibus multis rebus meus offendebatur animus. Epiſt. 12 a, Sicut & meis temporibus ſcimus, & nonnullis alijs accidiſſe accepimus. Epiſt. 48 a, Quibus *artibus* à primis temporibus ætatis ſtudium tuum dediſti. & 50 a, *Sulpitij*. Quod illam hoc tempore ad viuendum magnoperè inuitare poſſet. & b, Modò vno tempore tot clariſſimi viri interierunt. ibid. Quæ ſi hoc tempore ſuum diem non obijſſet. Epiſtol. 72 b, Neque expectare temporis medicinam. ibidem, Non obliuione amicitiæ noſtræ, neque intermiſſione conſuetudinis meæ, ſuperioribus temporibus ad te nullas literas miſi: ſed quòd priora tempora in ruinis Reipub. noſtriſque iacuerunt: poſteriora autem me à ſcribendo tuis iniuſtiſſimis atque acerbiſſimis incommodis retardarunt. Epiſtol. 73 a, Ego te P. Sexti, & primis temporibus illis, quibus in inuidiam abſens, & in crimen vocabare, defendi. ibidem, Cumque eo tempore inuidia annonæ inimici, &c. multaque alia Reipub. vitia plus quam cauſa ipſa veritaſque valuiſſent. Epiſtol. 88 a, Tali tempore aut conſolari amicorum eſt, aut polliceri. ibid. Quàm fortiter ſapienterque ferres iniuriam temporum. Epiſtol. 103 b, Tantum moneo, neque amicitiæ confirmandæ clariſſimi ac liberaliſſimi viri, neque vberioris prouinciæ, neque ætatis, magis idoneum tempus: hoc ſi amiſeris, te eſſe nullum vnquam reperturum. Epiſtol. 175 b, Clodianis temporibus, cum equeſtris ordinis princeps eſſet, proque mea ſalute acerrimè propugnaret, à Gabinio conſule relegatus eſt. Attic. 8 b, Vt vix huic tantulæ epiſtolæ tempus habuerim, atque id ereptum ex ſummis occupationibus. Attic. 14 b, Quas facultates aut prouincialium aut vrbanorum commodorum, & alijs temporibus, & me ipſo Conſule prætermiſeris. ibidem, Vidi enim, vidi, penituſque perſpexi in meis varijs temporibus, & ſolicitudines ac læticias tuas. Attic. 154 b, Tu tuum conſilium etſi non in longum tempus differs. ibidem, Quæ tu ſcelera partim parari & iam cogitari, partim ex tempore futura cenſes. I. A. 203 a, Quod C. Cæſar, &c. ſummo Reipub. tempore milites & veteranos ad libertatem populi Romani cohortatus ſit, eóſque conſcripſerit. & b, Difficillimoque Reipub. tempore ſaluti dignitatique populi Romani ſubuenerit. de Diuinat 80 a, Vetus opinio eſt, iam vſque ab heroicis ducta temporibus. & 137 a, Vt mihi temporibus illis multum in animo Marius verſabatur recordanti. Attic. 62 a, Recipe te ad nos, ad quod tempus confirmàſti. de Diuinat. 126 a, Eodem tempore illo loco, vbi nunc Fortunæ ſita ædes eſt, mel ex olea fluxiſſe dicunt. de Prouin. 78 a, Nónne vobis videor & vltimi temporis recordatione, & proximi memoria, medium illud triſtiſſimum tempus debere, ſi ex rerum natura non poſſum euellere, ex animo quidem certè excidere?

¶ *Tempeſtas & ſtatus anni, diei, anniq́ue tempus, ac pars.* 4 Ver. Hic qui Romam veniſſet, ſatisq; fœliciter anni iam aduerſo tempore nauigaſſet, &c. rem ad amicos detulit. in Verr. 127 b, Satis fœliciter anni iam aduerſo tempore nauigaui.

¶ *Calamitoſi dies.* pro Quint. 3 b, Deteriore tempore abſens auctionatur. pro Pomp. 15 b, Quid tam nouum, quàm adoleſcentulum priuatum exercitum difficili Reipub. tempore conficere? Diuinat. lib. 2, Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo. Plan. lib. 4, Ego tam miſero tempore nihil noui conſilij cepiſſem. I. Ver. 179 a, Scandilius rem ſe totam relicturum dicit, & ſuo tempore eſſe rediturum. Antequam. 196 a, Statutum, in his temporibus ciuitatis omnia perpeti. Epiſtol. 57 b, Triſtiſſimo meo tempore. pro Dom. ſua, 214 a, Quamdiu tempus turbulentum fuit. 203 a, Summo & difficillimo reipub. tempore. 3 de Legib. Eſt autem boni auguris, maximis Reipub. temporibus præſto eſſe debere. Acad. quæſt. ed t. 1 lib. 2, Quibus temporibus? *pro, quando?* Marcello, lib. 15, Vel defenſus triſtibus temporibus, vel ornatus ſecundis. Titio, lib. 15, Hæc perturbatio temporum perditorum. 7 in Ver. Temporum ratio atque inclinatio permagni momenti in Rep. 8 ad Attic. Temporum triſtitiam ſubire. de Legib. Neque nobis cum illa tum peſte certamen fuit, ſed cum grauiſſimo Reipub. tempore, &c. 3 Famil. Quererer tecum, atque expoſtularem, ni, vt ſuprà ſcripſi, purgare me tibi hocce tempore, quàm accuſare te mallem. * pro C. Cornel. 1, Extremi ac difficillimi temporis vox illa. ibid. Inſtitui exemplum temporibus ſuis accommodatiſſimum cupierunt. I. V 66 b, Id non humano conſilio, ſed propè diuinitus datum atque oblatum nobis ſummo Reipub. tempore videtur. pro Cæcin. 287 a, Huic Ceſenniæ fundum in agro Tarquinienſi vendidit temporibus illis difficillimis ſolutionis pro Seſt. 3 b, In grauiſſimis temporibus ciuitatis, atque in ruinis euerſæ atque afflictæ Reipub. P. Seſtij tribunatus eſt à fortuna ipſa collocatus. pro Cornel. 59 a, Summa vtilitate ac maximo ſæpe præſidio in periculis atque aſperis temporibus carendum erit. & 61 b, Duris quondam temporibus Reipub. noſtræ, &c. L. Martius primipili centurio cum Gaditanis fœdus iciſſe dicitur. de Senect. 83 a, Ita bonis viribus eſſe in extremo tempore ætatis. Epiſtol. 57 b, Tuorum triſtiſſimo meo tempore meritorum erga me memoriam conſeruabo. Attic. 170 b, Quam *beneuolentiam* ſi his temporibus miſeris & extremis præſtiteris.

¶ *Pars capitis ad vtrumq; latus.* ad Her. 41 b, At iſte Graccho percutit tempus.

¶ *Tempore, id eſt, opportunè, vel in tempore, vel ad tempus* Epiſt. 103 b, Ego enim renouabo commendationem, ſed temporè. in Verr. 134 b, Satis putabat ſe ad comitia temporè venturum, ſi pridie veniſſet. Offic 63 b, Ad cœnam temporè venit Cannius Epiſt. 168 a, Satis temporè ad eos accedemus, ac valebunt. * Attic. 173 a, Recipio me temporè domo. *Al. domum.*

† Syntaxes præcipuæ. *Differre aliquid in tempus. Ad mei temporis diem hoc accidit. Tempore & die metiri beneficia. De tempore alicui commodare. Ex tempore orare, ſeruire, auxiliari. Infinito ex tempore. Ex quo tempore inſeruis. Tempora ſucciſiua incurrere. Tibi multum eſt temporis in Medicina. Dari tempus & ſpacium. Aeterno tempore. Ex æterno tempore. Tempus ponere, traducere, conſumere. In illo tempore, illo tempore, & temporibus. Breui tempore. Hoc puncto temporis. Vno tempore plura facere. Dicere cauſa temporis. Non poſſum per anni tempus. A tuo tempore nulla me cauſa abſtrahet. In tempus amici conferre pecuniam (tempus igitur indicat officium, & opportunitatem bene merendi.) Aduerſo nauigare tempore. Aduerſo anni tempore. Temporum triſtitia. Id tu agis temporè. Ad tempus venis. In breue tempus differre. Rerum temporibus parère. Aetatis noſtræ breue tempus. Ereptum ex occupationibus tempus, ratum, repentinum, abſurdum. Dare omne tempus ſtudijs. Temporis decurſus, flamma. Temporis vſuram ſarcire. Alienum tempus.*

TEMVLENTVS, a, um. *violentus, ebrioſus.* pro Seſt. 7 a, Conſul temulentus. Poſtq. 207 a, Vox preſſa & temulenta. * Aca. Libera turba temulentorum.

TENACITAS, tis. de Natur. 50 a, Quædam animalia vnguium tenacitate cibum arripiunt, partim aduncitate roſtrorum.

TENAX,

**Tenax**,cis.pro Cæl.45 a, Pater parcus & tenax.pro Pl.370 b. Reſtrictum & tenacem eſſe.

**Tendicvlae**,larum *laquei,retia.* pro Cec. 297 b, Aucupia verborum & literarum tendiculas in inuidiam vocant.

**Tendo**,dis:tetendi.*aliquid cogito, ad aliquid aſpiro.*de Di.109 a, Adhuc hæc erant, ad reliqua acri tendebamus animo.

¶ *Extendo,porrigo* I.A. 236 a, Græcia tendit dextram Italiæ, ſuumq; ei præſidium pollicetur.I.C. 122 b,Vobis ſupplex manus tendit patria communis.de Diuin. 89 a, & de inu. 81 a,

*Tendebamq; manus ad cæli cærula templa.*

pro Font.284 a,Tēdere manus ſupplices ad deos,vel deis, pro aliquo.de Pro. 71 a, Imperator dextram tendens,&c.

¶ *Molior.* pro Q.Roſc. 52 b,& de Leg. 165 b, Tendere inſidias alicui.

¶ *Oſtendo.* pro Font. 281 b, Non intelligunt ſe pop.Rom. non metum belli,ſed ſpem triumphi tendere.

¶ *Fundo.*de Vn.198 b, Animum autem vt in mundi medio collocauit, ita per totum tetendit. de Orat. 100 a, Propè cunctis ciuibus lucem ingenij & conſilij ſui porrigere atque tendere.

¶ *Eo,contendo.*Attic.254 b, Itaq; dubito,an Venuſiam tendam, ibiq; expectem.

**Tene**, es. *vrbs in Peloponneſo,quam Mela Teneam vocat.* Att 90 a,& in Verr.act 3.

**Tenebrae**,arum.*obſcuritas, caligo, nox.* pro Sex.Roſc.33 a, Qui tanquam ſi offuſa reipub. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omnia miſcebant contra Rull.74 b, Nunc tetris tenebris & caligine Alexandriam ſe peruenturos putant. pro Arch. 188 a, Quæ iacêrent in tenebris omnia,niſi literarum lumen accenderet.Poſtq.205 a,Ex ſuperioris anni caligine & tenebris lucem in Rep. reſpicere cœpiſtis. pro Dom. 218 a, Quæ tu in illis Reip.tenebris, cæcisq; nubibus & procellis conſtituiſti. pro Deiot. 149 Obſcuram familiam è tenebris in lucem vocat. Acad.16 a,Offundere tenebras,vel caliginem alicui rei.& 30 b,Latent iſta omnia craſſis occultata & circumfuſa tenebris. & 5 a, Obducere tenebras rebus clariſſimis. de Fin.98 a, Homines ſolitudinem & tenebras nacti, &c. Attic.108 b, Quæſo quid agitur?mihi enim tenebræ ſunt.* Hortenſ Vt eaſdem tenebras efficiat, quas effecit in interitu Romuli. de Conſolat.Deprimi in tenebras.de Nat.45 a,Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Aetnæorum ignium finitimas regiones obſcurauiſſe dicuntur. ibid. Quod ſi hoc idem ex æternis tenebris cōtingeret vt ſubitò lucem aſpiceremus.Qu.fr.291 a,iſtam virtutem,moderationem animi, temperantiam, non latêre in tenebris,neque eſſe abditam,ſed in luce Aſiæ, in oculis clariſſimæ prouinciæ,atque in auribus omnium gentium ac nationum eſſe poſitam.

**Tenebris**. *nocte,ſeu noctu:ea forma, qua & luce, & veſperi dixêre* I.A.175 a,Primùm luce, non tenebris, intelligitur redijſſe,

**Tenebricosvs**,a,um.*obſcurus.* Acad.18 b,Eſſe ſenſus nec obſcuros dicit,nec tenebricoſos.in Vat.31 a,Illud tenebricoſum tempus ætatis tuæ patiar latêre *aliter, tenebricoſiſſimum.*I.P. 83 a, Tu ex tenebricoſa popina extractus,&c.de Prou.70 b, Lateant libidines eius illæ tenebricoſæ.

**Tenebricvs**,a,um.*tenebricoſus.*Tuſc.179 b,Tartarea tenebrica plaga.

†Syntaxis. *Tenebræ obſcurant. Tenebris & caligine ire. Ex anni præteriti caligine ac tenebris Re p.cæcæ nubes, tenebræ, atque procellæ. Tenebris non eundum,ſed luce*

**Tenedivs**,a, um.Qu.fr.313 a, Tenedia ſecuris.*prouerbiū.* & in Verr 86 a.de Nat.deor.67 a,* I.V.86 a,Qui apud Tenedios ſanctiſſimus Deus habetur.

**Tenedvs**, di.*inſula.*I.V.86 a,Tenedo Tenem ipſum,cuius ex nomine Tenedus nominatur, abſtulit,

***Tenendvs**,a, um. Orat. 217 a, In quo quæſitum eſt,in totòne circuitu illo orationis, &c. an in principijs ſolùm, an in extremis,an in vtraq; parte numerus tenendus ſit.

***Tenens**,tis.I.A.166 a, Cruentum pugionem tenens.

**Teneo**,es.*retineo.* de Diuin.137 b, Draco cùm radiculam ore teneret,locutus eſt Offic.65 b, Leges tollunt aſtutias, quatenus manu tenere res poſſunt: philoſophi,quatenus ratione & intelligentia.11 Famil.Tenere aliquem ad præſidium.2 ad Qu.frat. Tenere ſenatum.*pro,retinere.*4 Famil. Tenere ſtatum & famam dignitatis ſuę.de Aruſp.reſponſ. Tenere ſuffragia diſtricta. Orat. 217 b, Cùm is qui audit, ab oratore iam obſeſſus eſt, ac tenetur. pro Seſt. Tenere locum.*id eſt,dignitatem.*5 Philipp. Tenere locum agminis. in Parad.Honeſtiſſimum locum ſeruitutis tenere.ibidem: Tenere iracundiam. 1 de Finib.Iucunditatem perpetuam vitæ tenere.de Natur.2, Tenere ius auſpiciorum. in Catil. Tenere iura ciuium. pro Cæl. Tenere matrimonium alicuius. Offic. 1, Tenere mediocritatem, quæ eſt inter nimium & parum. de Senect. Diutius memoriam aliquorum tenere.in Verr.68 b, Verre prætore Siculi neque ſuas leges, neque communia iura tenuerunt. Epiſtol. 238 b, Tenere aliquem ſecum.pro Planc.270 a,Tenere eum curſum,qnem à prima ætate ſuſceperis.& ibid.Tenere æquabilem rationem iuris. de Orator. 161 b, Tenere rationem numerorum in oratione.pro Dom. 24 a3, Qui in mea ſalute principem ſemper locum auroritatemque tenuiſtis. pro Cor.Balb. Animis ac memoria tenere. Diuinât. lib.1, Tenere auguria. Offic. 3, Tenere Conſularis dignitatis gradum.pro Pl.Tenere ſummum gradum. 4 ad Attic.Tenere γραμμὴν in re aliqua. Diuin.lib.2, Gubernacula reip. tenere. 13 ad Attic. Vereretur autem ne non liceat tenere hæreditatem.de Fin.lib.1,Tenere atque ſeruare id, quod ſtatuerunt. de Nat.deor.2,Tenere & deponere ſummum imperium. de Pet. conſ. Tenere aliquem deuinctum.1 de Orat. Interrogationum laqueis aliquem irretitum tenere. in Anton.187 a,Tenere aliquem omnibus horis in oculis, auribus,complexu.14 Fam.Neſcio, vtrum teneas aliquid, an planè ſis ſpoliata.2 & 3.Tuſc. & pro Cæc. Vt ius ſuum & libertatem tenerent.2 de Leg.Tenerent religiones,quę eſſent in more maiorum.Acad.q.ed.:.lib.2,Quod multos annos tenuiſſet. I. P. Me ipſa ſuo complexu patria tenuiſſet.5 Tuſcul. Quem morem quum Carneades acutiſſimè copioſiſſimeq; tenuiſſet, fecimus, &c. de Cl. Nemo qui memoriam rerum Romanarum teneret, ex qua, &c.Qu. de Pet. 213 b, Hoc *dicendo* & tenentur homines Romæ,& alliciuntur. ad Attic. lib. 8 & 9,Ego tuis conſilijs vſus ſum, maximeq; quòd grauitatem in congreſſu noſtro tenui quam debui. de Sen. Multæ etiam, vt in homine Romano,literę omnia memoria tenebat,non domeſtica ſolùm, ſed etiam externa bella. Epiſt. 12 b, Tenebam memoria, nobis conſulibus ea fundamenta iacta confirmandi ſenatus,vti&c & 96 b,Quinetiam ipſum diem memoria tenebo pro Lig.Tenere faſces.*pro,retinere.*Epiſt.14 b, Quod neque deſipiente populo, neque integra re mihi ad conſulendum,capeſſendáque remp.tenebar implicatus.Qu. fr.lib.1, Simul & illud Aſia cogitet, nullam calamitatem abfuturam fuiſſe,ſi hoc imperio non teneretur. Qu.fr.lib. 2, Quòd Cæſaris, quòd Pompeij gratiam tenemus, hæc me,vt confidam, faciunt. Cornific.lib.12,Meo iuſtiſſimo honeſtiſſimoq; conuicio te tuam dignitatem ſumma tua virtute tenuiſſe,&c.* Frag. ep. Promiſſa tua memoria teneas. pro Lig. 142 a, Dum te in foro tenuit ratio honorū tuorum. Epiſt.16 a, Stultum eſt eum tenere cum periculo curſum,quem deperis.Att. 71 b, Me & incommoda valetudo, & Pontini expectatio, tenebat iam duodecimum diem Brunduſij.Att.72 b, Annum quidem vtiq, teneto.

¶ *Adſtringo,obſtringo.* Acad.36 b, Deinde ita teneri,ſi ſciens fallat. I. V. 79 b. Manifeſtò teneri in rebus turpiſſimis. &, Teneri in manifeſto furto pro Cec.292 b, Ebutius hoc interdicto non tenetur I.V.139 b, Teneri legibus. de Aruſp. 247 a.Tenere lege de vi.pro Cl.84 a, Ciuitas,quæ legibus tenetur & ibid. Legibus aliquando non teneri. *id eſt, adſtringi.* Qu.fr.309 a,Teneri ea pœna,quæ eſt de vi. Par.119 b,Quod non licet,id hoc vno tenetur, ſi arguitur non licere.de Nat.75 a, Dolum malum Aquilius tum teneri putat,cùm aliud ſimulatum ſit, aliud actum I.P.Quum vos, quanquam fœdere obſtricti tenebamini,tamen, &c. Att. 3, Lege enim collegij ſui non tenebantur. 2 Offic.Multa emptionibus,multa dotibus tenebantur. 7 Verr.Nummū ob ſepulturam datum nemini,quæ ſi dices. tenebere. Att. lib.12,Sed iam quaſi voto quodam & promiſſo me teneri puto. 11 Philip. Alter Cæſar Vopiſcus,&c ſoluatur legibus:quanquam leges eum non tenent. 5 Fam. Transferri nomen ab aliquo non potuiſſe, ſed teneri prædes.6 Verr. Summa religione teneri. Off. 72 a, Iureiurando teneri. * pro C.Cornel.1,Quæ lex lata eſſe dicatur,ea non videri populum teneri. pro Seſt. 10 b, Terrore ac metu multos, plures etiam ſpe & promiſſis tenebat.

¶ *Potior,occupo,guberno.* Off. Pompilius imperator tenebat prouinciam, in cuius exercitu Catonis filius tyro militabat.ad Caſſium,lib.12. Præter Bononiam, Regium Lepidi,Parmam, totam Galliam tenebamus, ſtudioſiſſimam reip.pro Dom. 239 a, Tenere ciuitatem oppreſſam ſeruitute Marcel.lib.4,Sed mihi crede, etiā is qui omnia tenet, fauet ingenijs. Qu. fr.lib.1, Nunc verò ea pars tibi Reip. cōmiſſa eſt,in qua aut nullam,aut per exiguam partē fortuna tenet. in Vat. Tenere templum armatis hominibus. de Ar. reſpon. Tenere terram. ad Attic.10, Exiſtimat qui mare teneat,eum neceſſe rerum potiri. 12 Philipp. Tenere caſtra,regna, res bellicas. pro Cec. Tenere cauſam.*pro, obtinere.*Tuſc.1,Tenere cauſas & rationes rerum.pro Dom. ſua,& Tuſc.5,Ciuitatem oppreſſam ſeruitute tenere.Cat. Tenere clauum.11 Phil.Tenere rem familiarem.pro Mur. pro Seſt.2 Philip.& 1 de Or.Tenere Remp. Epiſt.7 a, Qui

Ciliciam Cyprumq́; teneas. Lentulo, lib. 1, Ab improbis & perditis ciuibus Remp. teneri. 2 Off. Quum autem dominatu vnius omnia tenerentur, &c. * Att. 20 a, Me hanc viam optimatum poſt Catuli mortem nec præſidio vllo, nec comitatu tenere.

¶ *Agnoſco, aſſequor, intelligo.* Orat. 205 b, Tenere aliquid animo, vel manu comprehendere. in Orat. Redeoq́; ad illam Platonis, de qua dixeram, rei formam & ſpeciem: quã etſi non cernimus, tamen animo tenere poſſumus. Qu. fr. lib. 2, Quid multa? tenent omnia: idq́; ita omnes intelligere volunt. Att. 325 b, Iam tenetur veniſſe cum maximis copijs Pacorum Parthum. pro Syll. 173 a, Cauſam reip. non tenes. *id eſt, non intelligis.* de Inu. 56 b, Probè teneo. Ep. 86 a, Quibus rebus capiatur Cæſar, non tenes. de Fin. 99 b, Quod idem Peripatetici non tenent. Tuſc. 241 a, Tenebã enim quoſdam ſenariolos. * Att. Sentiunt ſe nullam illius partis voluntatem tenere.

¶ *Habeo.* 4. de Fin. Hunc igitur finem illi tenuerunt, &c. 10. ad Att. Teneo facilè meum. Terentiæ, lib. 14, Tulliam adhuc mecum teneo. 11. Fam. Tenes equitum centurias. I. A. 187 a, Quem omnes certatim amamus, omnibus horis in oculis, auribus, complexu tenemus. Off. lib. 1, Tenere animum attentum ad decori conſeruationem. 1. de Diu. Vno, quòd præuideat animus ipſe per ſeſe, quippe qui deorum cognatione teneatur. lib. 1. de Fin. Hanc ego quum teneã ſententiam, quid eſt, &c. 1. Tuſc. Quum penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum, &c. ad Qu. fr. lib. 1, Tenere in ſua poteſtate motum animi & dolorem. 5. Phil. Tenere exercitum. pro Flac. Tenere fiduciam. * de Aruſp. 250 b, Quas *ædes* tu, Q. Seio equite Rom. viro optimo per te apertiſſimè interfecto, tenes. Att. 23 b, Πελλωναίων (*librum Dicæarchi*) in manibus tenebam.

¶ *Prehendo.* de Leg. & 3. Phil. Teneo quam optabam occaſionem, neque omittam. 12. Philip. Quorum epiſtolas ſpẽ victoriæ declarantes, in manu teneo. de Clar. Quum indicia mortis ſe comperiſſe manifeſtò, & manu tenere diceret, &c. 2 ad Attic. Tenere manibus. 5. Verr. Teneo in medijs vectigalibus populi Romani, in ipſis fructibus prouinciæ Siciliæ furem. * I. V. 181 b, Manifeſtò tenetur auaricia, cupiditas hominis, ſcelus, improbitas, audacia.

¶ *Contineo me, abſtineo, parco: moderationis.* 2 de Leg. Quo tempore incipiat ſepulcrum eſſe, & religione teneatur. pro Fl. & pro Deiot. & 5. Philipp. Tenuit ſe, neque attulit in iudicium quicquam ad lędendum. 4. Acad. Nec ſe tenuit, quin contra ſuum doctorem librum etiam ederet, qui Soſus inſcribitur. Att. 258 a, Ab ea haſta ægrè me tenui. *id eſt, abſtinui, continui.* & 24 a, Teneri non potui, quin tibi apertius illud idem his literis declararem. Qu. fr. lib. 3, Ego tamen teneo ab accuſando vix me herculè, &c.

¶ *Contineo me: loci cuſtodiæ.* Att. lib. 7, Pompeius ſe oppido tenet: nos ad portas caſtra habemus. pro Dom. ſua, Tenere se domi. poſt Redit. Tenere ſe domo. Att. 110 a, Tenere ſe domeſticis finib. 12 Fam. Caſſij, Tenere ſe cœpit clauſo portu. * de Fin. 90 a, Quare illam *voluptatem* quidam dimittamus, & ſuis ſe finibus tenere iubeamus. Epiſt. 172 b, Aut Apennino Alpibusq́; ſe teneat.

¶ *Euinco, conuinco.* pro Cec. Nam ſi negaſſent vim hominibus armatis eſſe factam, facilè honeſtiſſimis teſtibus in re perſpicua tenerentur. 3. Verr. Ne hoc quidem ſibi reliqui fecit, vt in rebus turpiſſimis, quum manifeſtò teneatur, ſi reticeat & abſit, &c. I. V. 181 b, Tenetur igitur iam Iudices, & manifeſtò tenetur auaritia, cupiditas hominis, ſcelus, improbitas, audacia. 4. Verr. Nemo ita in manifeſto peccato tenebatur, vt quum, &c. 7 Verr. Neque ſolùm argumentis, ſed etiam certis teſtibus iſtius audacia tenebatur. pro Cluent. Dum hæc de Oppianico conſtabunt, nec vllo argumento Cluentianæ pecuniæ crimen tenebitur.

¶ *Obtineo.* de Clar. Et tenuit cum hoc locum quendam etiam Ser. Fuluius, & vnà Ser. Fabius Pictor, &c. de Fin. lib. 4, His propoſitis tenuit prorſus conſequentia. 12 Philipp. Non tenuit omnino colloquium illud fidem: à vi tamen, periculoq́; abfuit. de Fin. Tenuit per magnam Sextilius hæreditatem. * de Leg. 171 b, Quæ ſunt autem leges variæ & ad tempus ſcriptæ, populi fauore magis quàm re nomen tenent. de Sen. 90 b, Vt quiſq; ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet.

¶ *Maneo, moror loco.* ad Attic. lib. 3, Me etiam nunc iſtorum beneficiorum & literarum expectatio, vt tibi placet, Theſſalonicæ tenet. ibid. lib. 5, Me & incommoda valetudo, qua iam emerſeram, &c. tenebat duodecimum iam diem Brunduſij. Tironi, lib. 16, Et ſi ob eam rem moraris, accipio cauſam: ſi te id non tenet, aduola. 6. Fam. Tenuit me Romæ Tulliæ meæ partus. ad Att. lib. 5, Qui nos ibidem Nonis tenuit. *id eſt, ventus.* Tironi. lib. 16, Septimum iam diem Corcyræ tenebamur.

¶ *Obtundo, dictione.* Ep. 175 b, Non tenebo te pluribus.

¶ *Vexo, afficio, moueo.* 1 ad Qu. fr. Tenet me auiditas. Att. 242 a, Me conturbatum tenuit epiſtolæ tuæ prior pagina. * de Conſol. Neſcio qui nos teneat error, aut miſerabilis ignoratio veri.

¶ *Aſſero.* in Parad. Illud arctè tenent, accurateq́; defendũt, voluptatem eſſe ſummum bonum, &c. 1 de Fin. Interea hoc tenebo. *id eſt, diſputabo.*

¶ *Suſtento.* e Nat. deor. 2, Quum homines & beſtiæ hoc calore teneantur, & propterea moueantur & ſentiant. ibid. Nam quum tribus rebus animantium vita teneatur: cibo, potione, ſpiritu, &c.

¶ *Alo, paſco, irretio.* 4. Acad. Adhibita verò exercitatione & arte, vt oculi pictura teneantur, &c. de Petit. conſ. Vt multi ſpe tui præſidij teneantur. 5 de Fin. Vt pompa, ludis, atque eiuſmodi ſpectaculis teneantur, &c. 7 Fam. À quo teneri ſolent aduenæ. Tuſc. q. lib. 3, Teneri anguſtijs. Off. 1, Populum concionibus tenere.

¶ *Valeo, vigeo.* ad Att. lib. 12, Sed nunc fatemur, poſteaquam vnum, quo tenebamur, amiſimus. 2. de Nat. Terra tenetur natura & viget.

¶ *Circumvenio, circumuallo.* 2 ad Att. Tenemur vndique.

¶ *Seruo.* 5. Phil. Tenere ordinem. 3. de Or. Itaq; tum graues ſumus, tum ſubtiles, tum medium quiddam tenemus. 1. Off. Modus eſt optimus, decus ipſum tenere. ibid. Decorum tenere. 8. Philipp. & 12. Fam. Tenere dignitatem. 2. de Leg. Diſciplinam tenere. de Fin. 1, Tenere ſtabilem ſcientiam rerum. 6. Verr. Tenuit hoc inſtitutum in turribulis omnibus quæcunq; in Sicilia fuerunt. Orat. 217 a, An numerus in tota oratione tenendus ſit. Off. 21 b, Tenere modum voluptatis fruendæ.

¶ *Dirigo.* de N. 76 b, Nauigare, & curſum tenere.

¶ *Faueo.* Att. lib. 6, Amici regis duo tréſue perdiuites ſunt: ſed ij ſuum tam diligenter tenent, quàm ego aut tu.

¶ *Arceo, cohibeo, freno.* de Cl. Itaq; tantum abfuit vt in flammares noſtros animos, ſomnum iſto loco vix tenebamus. in Vat. Illi autem, quibus erat in delicijs, vix riſum tenebant.

¶ *Subeo, intro, iam ſum. in* 1. Fam. Tenere portum.

¶ *Adeo.* ad Att. lib. 3, Sine te autem nõ eſſe nobis illas partes tenendas propter Antonium. Att. 2, Tenere illas partes, *pro illac iter facere.*

¶ *Fungor.* Tuſc. 5, Tenere ſuum munus.

¶ *Confirmo, conſolor.* de Clar. Etſi me facilè omni tuo ſermone tenuiſti, tamen, &c.

¶ *Cuſtodio.* pro Cl. Nam miles qui locum non tenuit, qui, &c.

¶ *Impedio.* 7 Fam. Tenuit te dolor, quo minus ad ludos venires. ad Att. lib. 12, Nunc quidem niſi quid te tenuit, ſuſpicor te eſſe in ſuburbano. pro Cæl. Amores autem & hę deliciæ, &c. nunquam hunc occupatum impeditumq́; tenuerunt.

¶ *Vinco, habeo.* 4. Acad. Si rectè concluſerit, teneo: ſin vitioſè, minam Diogenes reddet.

¶ *Dominor: patiendi ſignificatione.* I. A. 180 a, Ò tecta miſera, quàm diſpari domino, &c. ſed tamen quàm à diſpari domino tenebuntur.

¶ *Pro certo habeo.* Orat. 222 b, Tenere aliquid firmum. *id eſt, pro certo habere.* Acad. q. ed. 1. lib. 2, Teneatur modò illud, non ineſſe in his quicquum tale, quale, &c.

¶ *Prehendo, vi, aſtu.* pro Qu. 11 b, Hîc te, inquit, teneo.

¶ *Ago, vexo.* I. V. 202 a, Num tanta difficultas eum rei nummariæ tenuit? tanta egeſtas, tanta vis oppreſſit? Att. 136 b, Italia tota armis præſidijsq́; tenetur.

¶ *Dirigo.* 3 de N. & Tuſc. 4, Secundiſſimo vento curſum teneret, &c.

¶ *Vinco, expugno.* 14 ad Att. Cùm circumſideretur à ſe, & iam teneretur.

¶ *Prehendo, poſſideo, aſſequor.* pro Clu. Res non coniectura, ſed oculis ac manibus tenetur.

¶ *Sector, ſequor.* de Sen. 89 b, Nec ætas impedit, quo minus & cæterarum rerum, & inprimis agri colendi ſtudia teneamus vſque ad vltimum tempus ſenectutis. 2 Verr. 13. ad Att. Nos non tenebimus iudicia diutius.

¶ *Vexo, vallo, circumuallo.* Att. 2, Oppreſſos vos, inquit, tenebo exercitu Cæſaris.

¶ *Rapio.* in Vat. 35 b, Quæ te tanta tenuit amentia, vt putares, &c.

¶ *Facio, reddo.* 7 Ver. Vt varietate criminum vos attentos tenerem.

¶ *Moror, diſtineo.* 3 Verr. Ne diutiùs teneam, pecunia attributa numerata eſt.

¶ *Comprehendo, foueo, arceo, contineo.* de Vniu. Teneat oportet cœlum complexu ſuo omnia animalia.

¶ *Suſtineo, gero.* 3 de Or. Neq; adhuc quam perſonam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt.

¶ *Orno,*

¶ *Orno,honeſto.* de Leg. 160 b, Vt Homines deorum agnatione & gente teneantur.

¶ *Occupo.* pro Lig. Teneri in foro.

¶ *Defendo,tueor.* de Fin. 4. Acad. ed. 1. lib. 2, Tenere aliquid. mordicus.

¶ *Præſto.* 3. Offic. Quod autem affirmatè quaſi Deo teſte promiſeris, id tenendum eſt.

¶ *Supprimo, comprimo.* pro Dom. Tenete compreſſum frumentum. 12 ad Attic. Tenere dolorem. 6. Verr. Lacrymas interdum vix tenere. *id eſt, continere.* Attic. lib. 12 O`hominem cauendum: quanquam mihi quidem, ſed tenendus dolor eſt.

¶ *Calleo, habeo.* 10 Fam. Tenere facultatem rei alicuius agendæ.

¶ *Obtineo.* 2. de Leg. Tenuerunt hoc eorum poſteri iure.

¶ *Retineo,produco,occupo, cuſtodio,guberno* 9. ad Att. Cæſaris, Tenere diutius victoriam. 1. Fam. Teneri res aliter non poteſt. *pro, obtineri.* Tuſc. lib. 1, Alijs pars quædam cerebri viſa eſt animi principatum tenere. de Sen. Sententiæ principatum tenere. I.V. 265 b, Qui ſinus quoſdam obſediſſe maritimos, aut aliqua promontoria aut prærupta ſaxa tenuiſſe dicuntur. Att. 91 b, Tenere aliquem incluſum in curia. Ep. 77 a, Neq; me res vlla alia Romæ tenet. de Cl. 177 a, Tenere locum oratoris in ciuitate 4. de Fin. Quia virtus, vt omnes fatemur, altiſſimũ locum in homine, & maximè excellentem tenet. pro Cec. Et hoc loco Scæuolam dixiſti cauſam apud Centumuiros non tenuiſſe. * Att. 36 b, Pulchellum noſtrum facilè teneremus, aut certè quid eſſet facturus ſcire poſſemus.

¶ *Obſeruo.* 1. ad Qu. fr. Teneri hoc facillimè poteſt.

¶ *Conſeruo, ſeruo.* pro Arch. 186 b, Archias totam domum Hortenſiorum deuinctam conſuetudine tenebat. Off. 28 b, In omni actione ſuſcipienda tria ſunt tuenda. & ibid. Tenere decus de Di. 239 b, Tenebimus hanc conſuetudinem à Socrate traditam. Qu. fr. 296 b, Iuris æquabilem tenere rationem. de Cl. 183 b, Reliquæ partes ſuam vim & dignitatem tenent. & 189 a, Cæſar ſplendidam quandam dicendi rationem tenet. de Or. 109 b, Cùm etiam nunc viuam illorum memoriam teneamus. 3. Verr. Itaq; M Scaurus, qui Cn. Dolabellam accuſauit, iſtum in ſua poteſtate, ac ditione tenuit. Poſtq. 203 b, Vos qui apud me vim nomenq́; deorum tenetis. de Sen. 84 b, Appius tenebat non modò autoritatem, ſed etiam imperium in ſuos. Off. 37 a, Nihil aptius eſt ad opes tuendas ac tenendas, quàm diligi. Qu. de Pet. 213 b, Perge tenere iſtam viam. 1. Philip. Si conſuetudinem meam, quam ſemper in rep. habui, tenuero.

¶ *Moueo,afficio,impello.* 1. Tuſc. Magna me, inquit, ſpes tenet Iudices, bene mihi euenire, quòd mittar ad mortem. pro Cluen. Quamobrem magna me ſpes tenet, ſi ea quæ ſunt in cauſa, explicare, atque omnia dicendo conſequi potuero, &c. ad Attic. lib. 1, Summum me eorum ſtudium tenet, ſicut odium iam cæterarum rerum. de Pet. conſ. & 5. Fam. Teneri ſpe. 1. de Leg. & Acad. q edit 2. lib. 1, Studio rei alicuius teneri. Volumnio, lib 7, Studijs ijſdem teneri. Epiſt. 24 a, Me mirum deſiderium tenet vrbis, incredibile meorum, atque in primis ſatietas actæ prouinciæ. Acad. 39 a, Teneri ſtudio alicuius rei. de N. 25 b, Si Deus nulla gratia, nulla hominum charitate tenetur, valeat. Attic. 100 b, De triumpho nulla me cupiditas vnquam tenuit. de N. 11 a, Neq; ira, neq; gratia teneri. I.V. 80 b, Me tantum odium vrbis tenet, vt foràs euolare cupiam. Tuſc. 193 b, Reliquas etiam virtutes frugalitas continet: quæ niſi tanta eſſet, & ſi ijs anguſtijs, quibus plerique putant, teneretur, nunquam eſſet L. Piſonis nomen tantoperè laudatum. in Vatin. Tenet aliquem furor. Poſtq. 198 a, Vt aliquando vos Patres conſcriptos, Italiamq́ue vniuerſam memoria mei, miſericordia deſideriumq́; teneret. 3. Verr. Homines ſcitote eſſe quoſdam, quos tantum odium veſtri ordinis teneat, &c.

* TENEOR, eris. I. V. 181 b, Manifeſtò tenetur auaritia, cupiditas hominis, ſcelus, improbitas, audacia. 1. de Leg. Quod ſi teneretur. pro C. Corn. 1, Ea *lege* non videri populum teneri. de N. 25 b, Si maximè talis eſt Deus, vt nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, valeat. pro Cæl. 47 a, Si obſtrictus voluptatibus teneretur. Acad. 3 a, Nam cæteri primum antè tenentur aſtricti, quàm quid eſſet optimum iudicare potuerunt. Tuſc. 163 a, Quæ *partes* ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Off. 72 a, Quandiu iureiurando hoſtium teneretur, non eſſe Senatorem. Ep. 105 a, A`quo *luco* etiam aduenæ teneri ſolent. Att. 79 b, A`quo Antiochia tenebatur.

TENER, a, um. *mollis, tractabilis.)(.durus, & quaſi ferreus.* Orat. 201 b, Oratio mollis & tenera, & ita flexibilis, vt ſequatur quocunq; torqueas. de Clar. 190 a, Nihil tam tenerum, nihil tam flexibile, nihil quod magis ipſius arbitrio fingeretur. de Orat. 195 a, Tenerum, flexibile, quod facilè ſequatur quocunque ducas. Tuſc. 192 b, Sed eſt naturale in animis tenerum quiddam atq; molle. Ep. 77 b, Verum enim dicam, teneriore animo mihi videbare. de Clar. 168 a, Hic primus inflexit orationem, & eam mollem teneramq́; reddidit. I.P. 98 b, Cum tuis teneris ſaltatoribus. Attic. 228 b, Tenero animo eius perſuadere, non eſſe tradendas poſteris inimicitias. de Am. 105 b, Virtus in amicitia tenera eſt, atq; tractabilis de Leg. 156 a, Procera & tenera palma. & 165 b, Qui teneros & rudes cùm acceperunt, inficiunt & flectunt, vt volunt.

¶ *Iuuenis.* de Amicit. 109 a, Equis vetulis teneros anteponere ſolemus.

Syntaxis. *Oratio mollis & tenera. In animis tenerum quid, & molle. Virtus in amicitia tenera & tractabilis. Sic hominem dicere poſſumus, ingeniumq́ue.*

TENERITAS, tis. *mollicies.* de Fin. 139 a, In primo ortu ineſt teneritas & mollicies quædam.

TENES, is. *Deus Tenediorum.* I.V. 86 a, Tenedo Tenem ipſum, qui apud Tenedios ſanctiſſimus habetur, qui vrbem illam dicitur condidiſſe, cuius ex nomine Tenedus nominatur, pulcerrimè factum, quem quondam in comitio vidiſtis, abſtulit de Nat. deor. 67 a, Tenedij Tenem habent ex homine Deum.

TENNITES, tis. pro Fl. 155 a.

TENNVM, ni. *Oppidum: vnde Tennites.* pro Fl. 155 a.

TENOR, oris. *curſus, ratio.* Orat. 198 a, Iſq; vno tenore (vt aiunt) in dicendo fluit. Iuris æquabilem tenere rationem.

TENDANDVS, a, um. pro Pomp. 8 b, Nationes, quas nunquam pop. Rom neque laceſſendas bello, neq; tentandas putauit. * pro C. Cor. 1, Homines fœneos in medium ad tentandum periculum proiectos.

TENTANS, tis. de Or. 109 b, Tu, quem ego omni ratione tentans ad diſputandum elicere nunquam potui.

TENTATIO, onis. *commotiuncula.* Att. 169 b, Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe, & à vetere morbo & à nouis tentationibus gaudeo.

TENTATVS, a, um. *ſuſceptus, de quo factum eſt periculum.* Or. 229 a, Nullus modus eſt, &c. qui à me non tentatus ſit. Att. 190 b, Habeo nihil tentatis rebus omnibus, in quo acquieſcam. pro Cl. 34 b, & 19 b, Iudicium pecunia eſſe tentatum non à Cluentio, ſed contra Cluentium. pro Rab. 91 a, In his rebus euertendis vnius hominis ſenectus, infirmitas, ſolitudoq́; tentata eſt. I.V. 97 b, Vtrum admonitus, an tentatus fecerit, neſcio. pro Clu. 54 a, Cùm eſſent animi ſeruorum & ſpe & metu tentati.

¶ *Vexatus.* de Ar. 257 a, Mementote, P. C. verbo illo nefario tentatas aures veſtras, & pernicioſam viam audiendi conſuetudine eſſe munitam. pro Cæl. 49 a, Domus illa, quæ tentata ſcelere iſto nefario dicicitur, plena eſt integritatis.

TENTO, as. *attento, experior, periclitor, conor.* Epiſt. 253 a, Tento te, quo animo accipias contra Rull. 69 a, Tentare aliquem leuiter, quo animo ferat aliquid. I. V. 162 b, Homines in prælijs belli fortunam tentare ac periclitari ſolent. I. C. 102 b, Vt exul potius tentare, quàm conſul vexare remp. poſſes. de D. 87 a, Cuius cùm tentaret ſcientiam auguratus, dixit ei, &c. Attic. 286 b, Experiar & tentabo omnia. contra Rull. 69 b, Rullus, qui tentauit (vt opinor) patientiam veſtram. Tuſc. 169 b, Tentare prudentiam alicuius, de Or. 93 a, Cùm & per me ipſum egiſſem, & per Druſum ſæpe tentaſſem. de L. 169 a, Homo cùm ſe ipſe proſpexerit, totumq́; tentârit, intelliget, &c. * pro M. Scau. Quem purpura regalis nõ commouit, eum Sardorum maſtruca tentauit?

¶ *Attingo, tango.* de Leg. 170 b, Hoc flumen ita frigidum eſt, vt vix pede tentare id poſſim.

TENTOR, ris. Offic. 37 a, Malè enim ſe res habet, cùm quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. pro Cluent. 51 a, Video quanta quæſtio tentetur ab accuſatoribus. pro S.R. 20 b, Nihil aliud hoc iudicio tentatur, niſi vt, &c. I.V. 236 a, Hæc eadem nunc ab illis defenſionis via ratioq́; tentatur.

¶ *Afficior, affligor.* Tuſc. 215 b, Animi valentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt. * Att. 183 b, Scripſeras te quodam valetudinis genere tentari.

¶ *Periculum fit.* in Verr. 113 b, Quæ eſt iſta defenſio? vtrũ aſſeueratur in hoc, an tentatur? mihi enim res noua eſt.

¶ *In diſcrimine ſum.* pro Seſt. 43 a, Summa reipub. in huius periculo tentatur.

¶ *Teneor, tangor.* ad Heren. 39 b, Vt res propè manu tentari poſſit.

TENVICVLVS, a, um. Ep. 138 a, Tenuiculus apparatus.

TENVIS, e. *exilis, parum locuples ad amplificandum. Tenuia enim propriè dicuntur, quorum partes diſtractæ diſiunctæq́; ſunt: vel quorum partes non cohærent. his ſunt contraria craſſa.* de Ariuſp. 253 b,

253 b, Corpus noſtrum tenuiſſima ſæpè de cauſa conficitur. contra Rull. 75 a, Autoritas tenuis, perſona leuis. de Orato. 98 b, Aliquem in minimis tenuiſſimisq; rebus labi. pro Cecinna 291 a, Perſequi tenuiſſima quæque. ad Her. 36 a, Huic pater non tenuiſſimum patrimonium reliquit. pro Quint. Roſc. 52 a, Inani & tenui ſpe te conſolaris. de Orat. 95 b, In artificio & opera quam tenui & leui adhibere multam diligentiam. pro Dom. 232 a, Vidi, ſi viciſſem, tenues reipublicę reliquias ſi victus eſſem, nullas futuras. in Verr. 101 a, Verres tenuiſſimum quemq; contemſit pro Muræn. 135 a, Commoti animi tenuium, exilium in ordinem noſtrum. pro Mur. 141 a, Tenuiorum amicorum eſt iſta aſſiduitas. Part. 240 b, Obſcurus & tenuis. de Fin. 78 b, Tenuis L. Virginius, vnusq; de multis. Att. 48 b, Spes mea ſemper fuit tenuior, quàm literæ tuæ. de Orat. 89 b, Tenui quodam & exiguo ſermone diſputare. 9. Famil. Tenuis cauſa & inops. pro Cec. Suſpicio tenuis. in Hortenſ. Eundem non modò mediocri pecunia, ſed etiam tenui percipere poſſumus. pro Roſc. Comœdo, inani & tenui ſpe te conſolaris. 9. Fam. Tenues cauſæ priuatę. pro Qu. P. Quintus cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorũ copiæ ſunt. 3. de Leg. Qui tenuioris ordinis eſſent. * Prognoſt.

*Aſt autem tenui quæ candent lumine Phatnæ.*

¶ *Minimi momenti, fidei.* in Part. Teſtis obſcurus & tenuis.

¶ *Subtilis, purus* )( *craſſus, concretus.* de N. 2, Aethereus locus tenuiſſimus eſt, & ſemper agitatur & viget. de Fato, Athenis tenue cœlum: ex quo etiam acutiores putantur. Attic. 4. Verr. Bidis oppidum eſt, tenue ſanè, non longè à Syracuſis. de Nat. 54 b, Tenuiſſima membrana. & 34 a, Aer purus, tenuis. )( *craſſus ac concretus.* Acad. 17 a, Ratio ad tenue elimata.

¶ *Leuis, frugalis.* 3. Tuſc. Tenuem victum anteferre copioſo. 4. Verr. Tenuiſſima dubitatio. de Nat. 2, Tenuiſſimum & pleniſſimum lumen Lunæ. pro Flac. Tenuiſſimo cultu viuere. 2. de Fin. Negat enim tenuiſſimo victu, id eſt contemtiſſimis eſcis & potionibus minorem voluptatẽ percipi, quam rebus exquiſitiſſimis ad epulandum.

¶ *Acer.* Acad. 11 b, Tenuis & acuta diſtinctio.

¶ *Pauper, humilis.* 3. de Leg. Inuentum eſt temperamentũ, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarint. 4. Ver. Nam locupletiſſimi cuiuſq; cenſus extenuârant, tenuiſſimi auxerant. Off. 45 a, Qui prohiberent iniuria tenuiores æquitate conſtituenda.

Tenvitas. *gracilitas.* de Clar. 170 a, Quoſdam valetudo modò bona ſit, tenuitas ipſa delectat.

¶ *Subtilitas, elegantia.* Tuſc. 159 a, Tanta eſt animi tenuitas, vt fugiat aciem. * de Fin. 98 b, Itaque mihi videris Latinè docere philoſophiam, & ei quaſi ciuitatem dare: quę quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur: nec offerre ſeſe noſtris ſermonibus: & iſtam maximè, propter limatam quandam & rerum & verborum tenuitatem.

¶ *Paupertas.* Epiſt. 264 b, Ex meis anguſtijs illius ſuſtento tenuitatem. de Orat. 133 b, * Cùm innumerabilem Magio præfecto pecuniam dixiſſet datam, idq; Scaurus tenuitate Magij redargueret.

Tenviter. *anguſtè, preſſè.* Or. 201 a, Philoſophorum mos tenuiter diſſerendi.

¶ *Accuratè.* de Inuen. 68 a, Sed illæ tenuius, ſubtilius, & acutius tractantur. ad Heren. 19 a, Sæpe ita tenuiter incidunt, vt, &c.

¶ *Ineptè.* ad Her. 35 b, Non contrà tenuiter & nugatoriè reſponſum?

Tenvs. *vſque.* Epiſt. 111. Illi rumores de comitijs Cumarum tenus caluerunt. in Arat.

*----tum Cepheus conditur antè Lumborum tenus, &c.----*
item, *Et loca conuiſit cauda tenus infera piſcis.* &.
*Crateraq; tenus lucet mortalibus hydra.*

pro Deiot. 150 b, Antiochus à Scipione deuictus, Tauro tenus regnare iuſſus eſt.

¶ *Tantùm.* de L. 186 b, Nam veteres verbo tenus tractârũt: acutè illi quidem, &c. ſed, &c.

Tepefacio, cis. *calfacio.* de Nat. 33 b, Is eius *Solis* tactus eſt, vt non tepefaciat ſolùm, ſed etiam ſæpe comburat.

Tepefactvs, cta. de Sen. 87 b, Terra ſemen tepefactum vapore & complexu ſuo diffundit, &c. Tuſc. 235 b, Alia hyeme nudata verno tempore tepefacta frondeſcunt. * de Nat. 31 a, Et idem *humor* viciſſim mollitur tepefactus, & tabeſcit calore.

Tepesco, ſcis. de Natur. 31 a, Maria agitata ventis tepeſcunt.

Tepor, oris. *moderatus calor.* de Nat. 31 a, Nec enim ille externus & aduentititius habendus eſt tepor, ſed ex intimis maris partibus agitatione excitatus. de Sen. 88 a, Vua veſtita pampinis, nec modico tepore caret, & nimios ſolis defendit ardores.



Ter. pro S. R. Am. Vix ter in anno audire nuncium poſſunt. de Diu. lib. 1, Cędunt de cœlo ter quatuor corpora ſancta. Att. lib 6, Ter millia.

ΤΈΡΑΣ. L. Monstrvm. Att. 124 a, Sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia eſt: *id eſt, Cæſar.*

Tercenti, orum. in Ant. 185 a, Tercenti viri.

Ter decies H-S. I. V. 189 b.

* Terentianvs, a, um. de Am. 113 a, Terentiano verbo libenter vtimur. Off. 6 b, Terentianus ille Chremes.

Terentinvs, na. * pro Planc. 267 a, Tribus Terentina.

Terentivs, Attic. 103 a, Terentius, cuius fabellæ propter elegantiam ſermonis putabantur à Lælio ſcribi. * Lim.

*Tu quoq; qui ſolus lecto ſermone Terenti.*
*Conuerſum expreſſumq; Latina voce Menandrum*
*In medio populi ſedatis vocibus effers,*
*Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.*

de Amic. 112 b, Quod in Andria familiaris meus Terentius dixit. & 113 b, vt ait idem Terentius.

Teres, tis. *acer.* de Opt. 244 a, Qui teretes aures habent, intelligensq; iudicium. Or. 199 a, Atticorum aures teretes & religioſæ.

¶ *Aequalis.* de Or. 161 a, * Eſt plena quædam, & tamen teres & tenuis, & non ſine neruis ac viribus.

Terevs. *Accij tragœdia.* Att. 252, & 254.

Tergeminvs, a, um. * I. A. 230 b, Ecce tergeminum in ſcelere par. *Alij legunt, Ecce tibi geminum.*

Tergiversatio, onis. *recuſatio.* pro Mil. 111 b, Quid ergo erat moræ & tergiuerſationis? Attic. 159 a, Tergiuerſationem iſtam probo.

Tergiversor, aris. *refugio.* Qu. fr. 51 a, Fannium inuitum, & huc atque illuc tergiuerſantem, teſtimonium contra ſe dicere cogo. Tuſc. 244 a, Itaque eum tergiuerſari non ſinent, ſecumq; rapient ad tormenta. pro Pl. 269 a, Quid taces? quid diſſimulas? quid tergiuerſaris. Off. 76 a, Atque in his tribus generibus quoquo modo poſſunt, non incallidè tergiuerſantur. Attic. 98 b, Non eſt locus ad tergiuerſandum contra Cæſarem. pro Fl. 156 a, Hunc æſtuantem & tergiuerſantem iudicio ille perſequitur. Tuſcul. 199 a, Quid tergiuerſamur Epicure? nec fatemur, &c. Att. 109 b, An cuncter & tergiuerſer, & ijs me dem, qui tenent, qui potiuntur. & 254 a, Brutus non valde moratur, non tergiuerſans, ſed expectans.

† Syntaxis. *Locus ad tergiuerſandum contra aliquem. Aeſtuãs, & tergiuerſans, ſcilicet aduerſarius.*

Tergo, gis. *abſtergo.* Parad. 133 a, Qui tractant iſta, qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, &c.

Tergvm, gi *tota poſterior corporis pars.* de Nat. 61 a, Grues in tergo præuolantium colla & capita reponunt. de Nat. 58 a, Boum terga declarant non eſſe ad onus accipiendum figurata. & 21 a, Tuus Deus redundat aluo, tergo, poplitibus. & 48 a, Minorem ſeptentrionem Cepheus paſſis palmis terga ſubſequitur.

*Namq; ipſum ad tergum cynoſuræ vertitur arcti.*

Epiſt. 164 b, Manibus ad tergum reiectis. I. V. 255 b, A' latere, à tergo magnam partem vrbis relinquere. I. A. 189 b, Antonius à tergo, à fronte, à lateribus tenetur. de D. 90 b, Tum Deus illi præcepit, vt pergeret protinus: quid retrò atque à tergo fieret, ne laboraret. pro Milon. 107 a, & 112 a, A' tergo adoriri aliquem. Epiſt. 261 a, Clodius à tergo hoſtem interclusum reliquit. Tuſc. 168 b, Senectus nos in curſu à tergo inſequens nec opinantes aſſequitur.

† Syntaxis. *Tergo redundans bos. Ad tergum reuinctæ manus. A' fronte teneri, à lateribus, à tergo. A' tergo adoriri.*

Terinaevs, æa. *à Terina Brutiorum vrbe.* Tuſc. 173 b.

Terminalia, orum. *Termino deo conſecrati dies.* I. A. 244 a, * Qui terminalibus nuper in ſuburbium, vt eodem die reuerteretur, ire non auſus ſim.

Terminatio, onis. *finis, menſura, modus.* Orat. 216 b, Quorum deſcriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. Orat. 214 b, verſus inuentus eſt terminatione aurium. de Finib. 130 b, Expoſita terminatione rerum expetendarum.

Terminatvs, a, um. *circumſcriptus, concluſus, finitus.* Or. 198 b, Oratio non concluſa. )( *oratio terminata.* de Fin. 38 b, Ipſa natura diuitias, quibus contenta eſt, parabiles & terminatas habet. Orat. 216 b, In oratione vniuerſa comprehenſio clauſa & terminata eſt. Epiſt. 44 b, Annuo imperio terminato. * pro Marc. 133 b, Vidimus tuam victoriam præliorum exitu terminatam.

Termino, as. *finio, determino, concludo, claudo, definio, regionibus aliquibus definio, regionibus circumſcribo.* pro Ar. 190 a, Off. 7 b, Itaque illarum fines, ſicut ipſi dixerant, terminaui. in Cat. 117 a, Quorum alter finem veſtri imperij, non terræ, ſed cœli regionibus terminaret. pro Arch. 191 a, Si quibus regionibus vitę ſpacium circumſcriptum eſt, eiſdẽ

omnes

omnes cogitationes terminaret ſuas,&c.de Seneƈt.94 a,Si ijſdem finibus gloriam meam, quibus vitam, eſſem terminaturus.pro Mil.115 b,Qui Ianiculo, & alpibus, ſpem poſſeſſionum terminabat ſuarum. pro Cec.289 a, Ingrediens intra finem eius loci,quem oleę terminabant.Tuſc.161 a,Terminare rem infinitam.de Nat.27 b,An Aƈtij Nauij lituus ille, quo ad inueſtigandū ſuem regiones vineæ terminauit,cōtemnendus eſt?Off.76 a,de Fin.59 b,Epicurus, qui bona voluptate terminauit:mala,dolore.Att.154 a, Sed aliquando ſententiam terminemus. *Tuſc.184 b, Sed homo cautus nunquam terminat nec magnitudinis nec diuturnitatis modum.

**Terminor**, ris. de Nat. 53 a, Stomachus ex vtraque parte tonſillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Orat. 200 b, Vt pariter extrema terminentur, eundemq; referant in cadendo ſonum. de Orat. 160 a, Clauſulam longa ſyllaba terminari. Orat.216 b,Cadere numeroſè,terminariq; ſententiam. pro Cor.57 a,Pompeij gloriæ domicilium communis imperij finibus terminatur. Parad.125 b,Non æſtimatione cenſus, ſed cultu atq; viƈtu terminatur diuitiarum modus. pro Mar.136 a,Sed vt vnde eſt orſa,in eodem terminetur oratio.* Hortenſ.Vt aliquando terminetur oratio.

**Terminvs**,ni.*finis regio*.de Orat.103 a,Craſſus mibi viſus eſt oratoris facultatem non illius artis terminis, ſed ingenij ſui finibus immenſis deſcribere.& 91 a,Nullis terminis circumſcribere aut finire ius ſuum.Aca.33 a, Eſt enim inter eos non de terminis, ſed de tota poſſeſſione contentio.pro Mil. 115 b, Cui nulli poſſeſſionum termini erant. I.C. 173 a, Pompeij res geſtæ ijſdem, quibus Solis curſus regionibus ac terminis continentur. pro Seſt. 18 a, Qui imperium pop. Rom. orbis terrarum terminis definiunt. de Seneƈt. 92 a, Omnium ætatum certus eſt terminus,ſeneƈtutis autem nullus eſt certus terminus. pro Rabir. 96 b,Longius quàm vitę termini poſtulant,cogitare.de Vni. 201 b, Quæ de deorum natura præfati ſumus, hunc habent terminum.in Anton.277 a, in Cod. Germ. Euellere terminos.pro Rab. 92 a, Regiones aliquanto latiùs excitare, quàm ipſius vicinitatis nomen ac termini poſtulabant.& pro Qu 9 a,Certos mihi fines terminosq; conſtituam,extra quos egredi nō poſſim,ſi maximè velim. * de Leg.167 b,Requiri placere Terminos, quos Socrates pepigerit, ijsq; parere.

Syntaxis.*Terminis circumſcribere & finire. Regiones ac termini. Aetatum terminus. Conſtituere ſibi certos fines ac terminos.*

**Ternvs**,a,um.de Orat.161 b, Terna,aut bina,aut ſingula etiam verba dicere. Orat.216 b,Ternæ autem ſunt vtriuſq; partes verborum,&c.pro Corn.64 b, Vt in ſingulas colonias ternos ciues Rom.facere poſſet. Orat. 218 a, Hæc item membra ternis pedibus.I.V.172 b, Terna medimna, aut quaterna,aut quina,in ſingula iugera exigere. * Fpiſt. 140 b,Cùm loquimur Terni,nihil flagitij dicimus: at cùm Bini, obſcœnū eſt.& 253 a, Vel ternas in hora darem,ſcil. literas.

**Tero**,is.*mollio, conſumo*.Acad.6 a,Iam enim hoc pro φαντασίᾳ verbum *viſum* ſatis heſterno ſermone triuimus.de Fin. 93 a, Rerum nomina nouarum, quæ nunc conſuetudo diuturna triuit.I.A. 200 a, Teretur interea tempus, belli apparatus refrigeſcent.de Or.154 a, Terere omnem ætatem in nugis diſcendis.

**Terra**,æ.*globus terræ,humus, tellus,gleba,ſolum, medius mundi locus.* de Nat. 45 b, Terra vniuerſa cernatur locata in media mundi ſede,ſolida & globoſa, & vndique in ſeſe nutibus ſuis cōglobata,veſtita floribus,herbis,arboribus,frugibus.de Or.159 b,Terram mediam eſſe, ac ſua vi nutuq; teneri.Tuſc.162 b,Tum globum terræ eminentem à mari fixum in medio mundi vniuerſi loco. Acad.31 a, Videamus terráne penitùs defixa ſit, & quaſi radicibus ſuis hæreat,an media pendeat.de Nat. d. 70 a, Terra ipſa dea eſt, & habetur: quæ eſt enim alia Tellus? de Somn. 128 a,Ille globus, quem in hoc templo medium vides, quæ dicitur Terra.Ep.107 b,Terra nata de Som.129 a,Terra nona immobilis manens,ima ſede ſemper hæret complexa mediū mundi locum. de Leg. Terræ cultum ſegniorem ſuſpicor fore,ſi ad eam tuendam, ferroq; ſubijciendam, ſuperſtitionis aliquid acceſſerit.de Vni.Terræ expers ſolidum nihil eſſe poteſt.de Nat.35 b, Vmbra terræ ſoli officiens,noƈtem efficit. de Leg. 181 a, Redditur Terræ corpus & ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur. Tuſc.203 b,Reddenda eſt terrę terra.de N.Terram Deum eſſe,dicit Plato in Timęo,& in Legib de N.1,Terram eam eſſe quæ Ceres diceretur, diſputat Chryſippus. Acad q. ed.1,lib.2, Terrā ab igni formari ſenſit Parmenides.Tuſc. q.lib.1,In terram cadere dicuntur corpora. de Vniu. Terram primùm,ignemq; iungebat Deus,terram efficere moliens.Ac,q.ed.1.lib.2, Præter terram rem vllam in mundo



moueri negauit Strato.de N.1,Terram & cœlum refert in deos Heraclides Ponticus. pro Mur. Quod ſi è portu ſoluentibus,&c. quo tandem animo me eſſe oportet,propè iam ex magna iaƈtatione terram videntem,in hunc,cui video maximas Reipublicæ tempeſtates eſſe ſubeundas? 5 de Fin.Vna pars eſt natura diſſerēdi, altera viuendi:tertia natura ſic ab his inueſtigata eſt,vt nulla pars cœlo,mari,terra,vt poëticè loquar,prætermiſſa ſit.10 ad Att.Terra & mari bellum comparat. Acad.30 a,b,Cur Deus mortifera tam multa pernicioſa terra mariq; diſperſerit? 2 Verr. Quàm multæ mihi à Verre inſidiæ terra mariq; faƈtę ſint. pro Leg. Manil. Vt aliquando verè viderentur omnibus gentibus ac nationibus terra mariq; imperare.ad Att.lib. 9, Cedamus igitur, & vt boni ciues ſimus, bellum Italiæ terra mariq; inferamus. & lib. 7, Quà aut terra aut mari perſequar eum,qui vbi ſit neſcio? 2 de Nat.Ex terra ſuccū trahunt ſtirpes.ibid.Ex terra aqua oritur, & contrà. de Amic.Eorum qui in hac terra fuerūt, magnamq; Græciam, &c.inſtitutis & præceptis ſuis erudierunt. de Vniu.In terra deos ſpargens.de N.10 a,Quæ natura fluerent atq; manarent,vt aqua & terra,&c.Ep.56 b,Terra mariq; conquirere aliquē.Att.8 a, Et huic terræ filio neſcio cui, &c.2 de Leg.Terra(inquit Plato) vt focus, domicilium ſacrum omnium deorum eſt. quocirca ne quis idem conſecrato. de N.Terra enim profeƈtò, quoniam pars mundi eſt,pars eſt etiam Dei. 3 de Nat. Terra in aquam ſe vertit. Tuſc. q. lib. 1, Terra & aqua in medium mundi locum grauitate feruntur & pondere.de Vn. 201 b, Iam verò terram altricem noſtram, quæ tranſieƈto axe ſuſtinetur, diei noƈtisq; effeƈtricem, eandem cuſtodem antiquiſſimam deorum eſſe voluit, eorum qui intra cœlum gignerentur. I. V. 225 a,Subitò nō longè à Syracuſis penetrauit ſub terras.*Oecon.3.Nullo modo facilius poſſe terram à Sole percoqui. Incer.Multos in terris prædiorum dominos.ibid.Meliora vnguenta ſunt quæ terram ſapiunt. Chorogr.Ibi quercorum rami ad terram iacent.Incer.

*Iuppiter auƈtiferas luſtrauit lumine terras.*

ibid. Mauſolus rex terræ Cariæ.ibid. Quædam terræ imbribus ſicciores fiunt.pro Clu. 58 b, Nemo, quin terram ipſam violari, quæ mater eſt omnium,veſtigijs conſceleratæ matris putaret.Tuſc.166 b, Terram in medio mundi ſitam ad vniuerſi cœli complexum quaſi punƈti inſtar obtinere. ibid. Vt terrena & humida ſuopte nutu & ſuo pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur. ibidem: Vt à terra longiſſimè ſe efferant *ſcilicet ignis & aër.* Tuſculan. 204 a, *Ennij*. Cupido cœpit miſeram me nunc proloqui Cœlo atque terræ Medeæ miſerias. Tuſculan. 242 a, Vnde terra *eſſet orta:* & quibus fibrata ponderibus: quibus cauernis maria ſuſtineat:in qua omnia delata grauitate medium mundi locum ſemper expetant.de Natur. 29 a, b, Tanta vis & magnitudo maris atque terrarum. ibidem:Terram eſſe infimam,quam craſſiſſimus circumfundat aër. ibidem: Quod in terra, hoc eſt,in craſſiſſima regione mundi,collocati ſint. ibidem: Aliud à terra ſumpſimus.ibidem: Poſsétne vno tempore florere,deinde viciſſim hærere terra? de Nat. 39 b, Omne quod viuit, ſiue animal,ſiue terra editum.& 31 a, Recenti foſſione terram fumare calentem. ibidem: Quòd magna vis terræ cauernis contineatur caloris: eaq; hyeme ſit denſior: ob eámque cauſam calorem inſitum in terris contineat arƈtius. ibidem: Omnia, quæ terra concipiat ſemina, quæq; ipſa ex ſe generata ſtirpibus infixa contineat. de Nat. 31 b, Quorum ſtirpes terra continentur. ibidem: Rerum quæ gignuntur è terra. & 41 b, Quod ſi ineſt in hominum genere mens, fides, virtus, concordia: vnde hæc in terras, niſi à ſuperis, defluere potuerunt? de Nat. 42 b, Quod ſi ea, quæ à terra ſtirpibus continentur, arte naturæ viuunt & vigent: profeƈtò ipſa terra eadem vi continetur & arte naturæ:quippe quæ grauidata ſeminibus omnia pariat & fundat ex ſeſe: ſtirpes amplexa alat & augeat:ipſaq; alatur viciſſim à ſuperis externisq; naturis. Eiuſdemq; expirationibus aër alitur,& æther, & omnia ſupera. Ita ſi terra natura tenetur & viget. ibidem: Ex terra aqua, ex aqua terra infima.de Nat. 44 b, Terra ſita in media parte mundi circumfuſa vndique eſt hac animabili ſpirabiliq; natura. & b, Sol multis partibus maior atque amplior quàm terra vniuerſa.ibid.Hi tanti ignes tamque multi non modò nihil nocent terris, rebusque terreſtribus: ſed ita proſunt, vt ſi mota loco ſint, conflagrare terras neceſſe ſit à tantis ardoribus. ibidem: Poſſe ex his *formis literarum* in terram excuſſis annales Ennij, vt deinceps legi poſſint, effici. de Nat. 45 a, Si eſſent qui ſub terra ſemper habitauiſſent bonis & illuſtribus domicilijs, &c. nec tamen exiſſent vnquam ſupra terram. ibidem: Patefaƈtis terræ faucibus. ibidem: Cum repentè terram & maria cœlumque vidiſſent.ibidem:Cum terras nox opacaſſet. de Nat. 46 a,

Qui *homines* quaſi cultores terræ conſtituti non patiuntur eam nec immanitate belluarum efferari, nec ſtirpium aſperitate vaſtari. ibidem: Nemo cunctam intuens terram. ibidem: Mare ſic terram appetens littoribus eludit, vt vna ex duabus naturis conflata videatur. ibidem: Sol, cuius magnitudine multis partibus terra ſuperatur, circum eam ipſam voluitur, &c. binas in ſingulis annis reuerſiones ab extremo contrarias facit: quarum interuallo tum quaſi triſtitia quadam contrahit terram, tum viciſſim lætificat: vt cum cœlo hilarata videatur. & b, Luna eſt maior, quàm dimidia pars terræ, &c. eam lucem, quam à Sole accipit, mittit in terras, &c. tum ipſa incidens in vmbram terræ, cum eſt è regione Solis, interpoſitu interiectuque terræ repentè deficit. Hiſdem ſpatijs hæ ſtellæ, quas vagas dicimus, circum terram feruntur. de Nat. 57 b, Terra fœta frugibus & vario leguminum genere, quæ maxima largitate fundit, ea ferarúmne an hominum cauſa gignere videtur? & 58 a, Cùm terræ ſubigerentur fiſſione glebarum. de Diuinat. 97 a, Dij vim ſuam terræ cauernis includunt. ibidem: Terræ vis Pythiam Delphis incitabat. ibidem: Quid enim non videmus quàm ſint varia terrarum genera? ex quibus & mortifera quædam pars eſt. de Leg. 181 a, Quemadmodum os reiectum *(al. receptum)* terra obtegatur. de Legib. 183 a, Athenis iam ille mos à Cecrope (vt aiunt) permanſit, corpus terra humandi: quam cum proximi fecerant *(rectius iniecerant)* obductaque terra erat, frugibus obſerebatur. de Leg. 183 b, Quæ terra fruges ferre, & vt mater cibos ſuppeditare poſſit, eam ne quis nobis minuat, néue viuus, néue mortuus. de Vniu. 200 a, Vt terram Lunæ curſus proximè ambiret, eique ſuprà terram proxima Solis circumuectio eſſet. de Som. 128 a, Stella vltima cœlo, citima terris luce lucebat aliena Stellarum autem globi terrarum magnitudinem facilè vincebant. Iam verò ipſa terra ita mihi parua viſa eſt, vt me imperij noſtri, quo quaſi eius punctum attingimus, pœniteret. Quam cum magis intuerer. & b, Quam *ſtellam* in terris Saturniam nominant. ibid. Tum rutilus terribiliſq; terris *fulgor.* de Somn. 129 a, Referebam oculos ad terram identidem. ibidem: Vides habitari in terra raris & anguſtis in locis. & b, Qui incolunt terram. ibidem: Cernis autem terram eandem quaſi quibuſdam redimitam & circumdatam cingulis. ibidem: Omnis terra, quæ colitur à vobis, anguſta verticibus, lateribus látior, parua quędam inſula eſt circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris. ibidem: Ex his ipſis cultis notisque terris cum aut tuum aut cuiuſquam noſtrum nomen vel Caucaſum hunc, quem cernis, tranſcendere potuit, vel illum Gangem tranſnare? ibidem: Eluuiones exuſtionesque terrarum. in Arat.

*His quantum terris confectus (al. conuexus) pellitur orbis.*

¶ *Orbis, vel inter homines.* contra Rull. 78 b, Pecunia tanta, quanta ſit in terris. Attic. 278 a, Id amiſiſti, cui ſimile in terris nihil fuit. pro Dom. 227 b, Quid eſt enim in terris commune tantum, tantulúmue conſilium. 4 ad Attic. In terris nemo eſt.

¶ *Regio.* de Inuen. 71 b, In terra hoſtili turpiter iacuit inſepultus. de Ar. 249 b, & Epiſtol. 14 b, Aliquid ex vltimis terris accerſitum. I.C. 101 a, Si hic morari non potes abi in aliquas terras. de Nat. 3 a, qui terras incolunt, in quibus aer craſſus eſt. I.A. 365 a, Vbicunque terrarum & gentium. Attic. 73 a, Neſciebam vbi terrarum eſſes. de Amic. 98 a, Philoſophi qui in hac terra fuerunt. Diuin. lib. 2, Terrarum ſitus plus quàm lunæ tractus, ad naſcendum valere. 8 ad Attic. Omnes terras, omnia maria mouere. de Aruſp. reſp. Accerſere aliquem ex vltimis terris. Quint. frat. 296 Non ignoro, quid ſocijs áccidat in vltimis terris. pro Pomp. 8 b, Mithridates non fuit eo contentus, quòd ei præter ſpem acciderat, vt illam poſteaquam pulſus erat, terram vnquam attingeret. contra Rull. 74 a, Mitilenæ, &c. quæ terræ noſtræ factæ ſunt. I. V. 157 a, Vt hæ terræ ſolent, in quibus bellum acerbum eſt. de Aruſpic. 248 a, Huius gentis ac terræ domeſticus natiuusq; ſenſus.* Hortenſ. In continentibus terris veſtrum nomen dilatari poteſt. pro Marcel. 131 b, Nec verò diſiunctiſſimas terras citiùs cuiuſquam paſſibus potuiſſe peragrari, quàm tuis non dicam curſibus, ſed victorijs illuſtrata ſunt. Epiſtol. 168 a, *Bruti.* Migrandum Rhodum aut aliquò terrarum arbitror.

¶ *Terræ pars, ſolum.* pro Cecin. 296 b, Qui ſaxa iácerent, quę de terra ipſi tollerent. de Amic. 207 a, Ne quid éxcidat aut defluat in terram.

¶ *Itineris.)(.nanigio.* pro Planc. 280 a, Iter à Vibone Brunduſium terra petere contendi.

TERRAEMOTVS, tus. de Diuin. 96 b, Magnos terræmotus in Liguribus totaque Italia factos eſſe, vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terræq; deſcenderint, fluminaq; in contrarias partes fluxerint, atq; omnes mare influxerint. & 100 b, Apulia maximis terræmotibus conquaſſata eſt. de Diuin 87 b, Cùm terræ ſæpe fremitus, ſæpe mugitus, ſæpe motus prædixerint. de Nat. d. 28 b, & I.C. 115 a, Animos terreri vaſtitate, peſtilentia, terræmotibus. de Ar. 258 b, Terræmotus horribilis eodem tempore in agro Piceno factus. & ibidem: Cùm ipſe mundus, cùm agri terræmotu quodam nouo contremiſcunt. Offic. 35 a, Si tecta aut vi tempeſtatis, aut terræmotu, aut vetuſtate cecidiſſent. * de Diuinat. 114 b, Terræmotum dixit futurum.

TERRENVS, a, um. *terreſtris.* de Nat. 22 a, Beſtiarum terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles. & 34 a, Humor marinus vel terrenus, longo interuallo extenuatus. Tuſcul. 157 a, Corpora noſtra terreno principiorum genere confecta. & 118 a, Tamen terrenis concretisq; corporibus ſunt interſepta. & 156 b, Terrena & humida ſuopte nutu in terram feruntur. de Diuinat. 120 a, Decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena poteſt ſanguini ſimilis eſſe.

† Syntaxis. *Terrenæ beſtiæ. Terrenum principiorum genus. Terrena & humida.*

TERREO, res. *terrorem affero, terrorem infero, terrorem vel timorem iniicio, metum affero, metum mortis infero, timorem facio.* de Ar. 245 a, Qui omnia cæde incendijsque terret. de Orator. 92 b, Aduerſarios minaciter terrere poſſumus. pro Sext. Roſc. 29 b, Suæ quęque conſcientiæ animi terrent. pro Pl. 277 b, Terrere aliquem denunciatione periculi. Epiſt. 27 a, & Tuſcul. 201 b, Nec me iſta terrent, quæ mihi ad timorem proponuntur. in Piſ. 89 b, Homines impulſu deorum terreri furiarum tædis ardentibus. Parad. 118 b, Hunc tu hominem terreto, ſi quem eris nactus iſtiuſmodi, minis. * de Nat. 28 b, Quæ cauſa terreret animos fulminibus, tempeſtatibus, nimbis, niuibus, grandinibus, vaſtitate, peſtilentia, terræmotibus, & ſæpe fremitibus lapideisque imbribus, & guttis imbrium quaſi cruentis, tum lapidibus, aut repentinis terrarum hiatibus, tum præter naturam hominum pecudumque portentis, tum facibus, viſis cœleſtibus, tum ſtellis his, quas Græci κομήτας, noſtri crinitas vocant: tum Sole geminato. de Leg. 164 a, Quòd ſi pœna, ſi metus ſupplicij, non ipſa turpitudo terret ab iniurioſa facinoroſaq; vita.

TERRESTRIS, ſtre. *terrenus.* I. V. 249 b, Apronius terreſtris Archipirata & 235 b, Terreſtre præſidium. de Nat. deo. 41 a, Res cœleſtes atque terreſtres. de Vniu. Terreſtre animal. I. V. act. 6, Domicilium terreſtre.* Oecon. 1, Alimenta terreſtria.

TERRIBILIS, le. *horribilis.* Para. 119 a, Mors terribilis eſt ijs, quorum cum vita omnia extinguuntur. I. A. 172 b, Pompeius, cuius virtute terribilior erat pop. Roman. exteris gentibus. pro Seſt. 6 b, Alter, ô dij boni, quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aſpectu. Orat. 205 a,

*Africa terribili tremit horrida terra tumultu.*

ex Ennio.* Tuſcul. 223 a, Neque tam terribilis vlla fando oratio eſt.

† Syntaxis. *Teter, truculentus, terribilis.*

TERRIGENA, næ. de D. 136 a, *Poëtæ.* L. COCHLEA.

TERRIPAVIVM. * de Diuinat. 123 b, Sed quia cùm paſcuntur aues neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pauire: terripauium primò, pòſt terripudium dictum eſt: hoc quidem iam tripudium dicitur.

TERRIPVDIVM. L. TERRIPAVIVM.

TERRITO, as. *terreo.* ad Her. 30 b, * Audacter territas.

TERRITORIVM, *terra, ager.* I. A. 176 b, Vt florentis coloniæ territorium minueretur.

TERROR, oris. *minæ.* de Fin. 132 a, Qui ſibi iniecto terrore mortis horreſcunt. I. V. 92 b, Cauſam huius tanti terroris occultas. Tuſcul. 213 a, Terror eſt metus concutiens: ex quo fit, vt terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequatur. de Prou. 78 a, Terror iniectus Cæſari de eius actis. de Cl. 168 b, Athenæ vim & terrorem Periclis timuerunt. pro Font. 281 a, Alicuius minis ac terrore commoueri. Offic. 74 b, Iurauit hoc terrore coactus Pomponius. pro Cecin. 291 a, Armis, viris, terrore periculoque mortis repulit, fugauit, auertit. pro Font. 280 b, Aliquem vagari erectum paſſim toto foro, cum quibuſdam minis & immani terrore verborum. Attic. 96 b, Batonius miros terrores ad me attulit Cæſarianos. * pro Seſt. 10 b, Terrore ac metu multos, plures etiam ſpe & promiſſis tenebat. Tuſculan. 155 b, Quam eorum opinionem magni terrores ( *al. errores* ) conſecuti ſunt, quos auxerunt poëtæ. ibidem: Tantumque valuit terror ( *al. error* ) qui mihi quidem iam ſublatus videtur.

† Syntaxis. *Terrorem Cæſaris timent Pompeiani. Minæ ac terror. agendi poteſtate ac vi.*

TERTIANVS,a,um.de N. d.64 b, Tertianæ & quartanæ febres, quarum reuerſio & motus conſtans eſt.

TERTIO'.pro Deiot.146 a,Ille iterum,ille tertiò auctionibus factis pecuniam dedit.

TERTIV'M,*aduerb.*de Diuinat.133 b,Iterum ac tertiùm iacere.

TERTIVM.*nomen, pro medio.* Epiſtol. 1 a, Sed ſi res coget, eſt quiddam tertium. & 140 a, Nihil eſſe tertium. Philipp. 2, Non igitur homicidæ, ſequitur vt liberatores ſuo iudicio ſint: quandoquidem tertium nihil poteſt eſſe.

TERTIVS,a,um. Att. 79 b, Mancipia veniebant Saturnalibus tertijs. * de Inu.60 b, Tertius locus eſt.

* TERTIVSDECIMVS,a,um. de Inuen. 61 b, Tertiusdecimus locus.

TERVNCIA,æ. Att. 100 b, Fecit palam te ex libella, me ex teruncia: id eſt, te omnium bonorum hæredem, me ex quarta parte.

TERVNCIVS,cij. *numulus, quem Plinius triuncem vocat, & quadrantem: quod tres vncias continet, & libellæ pars quarta eſt.* de Fin.99 b, In diuitijs Crœſi teruntij acceſſio. Epiſt.28 b, De præda mea teruncium non attigit quiſquam. Att. 77 a, Sic in prouincia nos gerimus, vt nullus teruncius inſumatur in quemquam. * Att.90 b, Omnino nullus in imperio meo ſumtus factus eſt, nullus inquam, ne teruncius quidem.

*TESQVA, orum. Incer. Teſqua loca aſpera & difficilia.

TESSERA,ræ.*talus.*de Senect.89 a, Nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant & teſſeras. de Orat. 148 a, Quid enim eſt ſors? idem propemodum quod micare, quod talos iácere, quod teſſeras: quibus in rebus temeritas & caſus, non ratio & conſilium valet. de Diuin.118 a, Quadringentis talis iactis centum venereos non poſſe conſiſtere. * de Orat.148 a, Ad pilam ſe, aut ad talos, aut ad teſſeras conferunt.

TESSERVLA,læ de Orat.128 b, de Orat.158 b, & Or.210 b. *Lucilij.*

*Quàm lepidè lexeis compoſtæ, vt teſſerulæ omnes*
*Endo pauimento atque emblemate vermiculato.*

Apud Plinium lib.36.cap.25.legitur.

*Ante pauimenta atque emblemata vermiculata.*

TESTA,ſtæ.*concha, & vas fictile* de Nat. 46 a, Belluæ ad ſaxa Natiuis teſtis adhærentes.ad Her.25 b, Ipſe à vicinis cum teſta carbunculos corrogaret. * ad Her. 41 a, Hic de tanto patrimonio tam citò teſtam, qua ſibi petat ignem, non reliquit.

TESTAE,arum.*nauigij genus.* Att.253 b, Et teſtis vtemur. *Alij legunt Eteſijs, alij tectis: vt intelligas nauibus. Sunt autem naues tectæ, naues conſtratæ.*

TESTAMENTARIVS,rij.*ſubiector teſtamentorum.* pro Seſt.11 b, Cum ſcurrarum locupletum ſcorto, cum ſororis adultero, cum venefico, cum teſtamentario, cum ſicario, cum latrone, mihi res erat. Off.66 a, Neq; enim de ſiccarijs, veneficis, teſtamentarijs, furibus, peculatoribus hoc loco differendum eſt.

TESTAMENTARIVS,ia,ium. *de teſtamentis.* in Verr.98 a, Lex teſtamentaria.

TESTAMENTVM,ti *ſuprema voluntas. Vlp. autem, Teſtamentum (inquit) eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod poſt mortem fieri voluerimus.* I. V. 98 b, Multi teſtamenta eodem modo fecerunt. de Orato. 104 b, Facere teſtamentum in procinctu, ſine libra atque tabulis. de Nat. deor. 27 b, Ex quo in procinctu teſtamenta perierunt. de Aruſpic.253 b, Clodius mortuorum teſtamenta conſcripſit. de Orato. 106 a, Conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum. pro Cec. 298 b, Cui filius agnatus ſit, eius teſtamentum eſſe ruptum. pro.Cl.24 a, Mutare teſtamentum. Top. 224 a, Tabulæ quas is inſtituit, cui teſtamenti factio nulla eſſet. Epiſtol. 105 a, Qui factionem teſtamenti non habuerit. de Legib.180 b, Cui plus legatum eſt, quàm ſine religione capere liceat, is per æs & libram hæredem teſtamenti ſoluat. Parad. 114 b, Si teſtamenta amicorum expectas quidem atque ipſe ſupponis. de Legib.164 b, Falſa teſtamenta ſupponere. in Anton.259 b, Subijcere teſtamenta. in Catili. 105 b, Teſtamentorum ſubiector. de Legib. 180 a, Si in teſtamento deducta ſcripta non ſint. Attic. 100 b, Eius teſtamentum de Tortorio, Ciceronum ſignis obſignatum, cohortisque prætoriæ: fecit palàm te ex libella, me ex teruncia. Attic.106 b, Dolabellam video Liuiæ teſtamento, cum duobus cohæredibus eſſe in triente, ſed iuberi mutare nomen. Attic. 245 a, Ego teſtamentum compoſui, quod cùm voles, obſignabis, in Anton.181 a, Antonius teſtamentum irritum fecit. & ibiddem, In publicis actis nihil eſt lege grauius, in priuatis firmiſſimum eſt teſtamentum. Offic.70 b, Cùm teſtamento ſeſtertiûm millies relinquatur. pro Milone 110 b, Vnà fui, teſtamentum ſimul obſignaui cum Clodio. & ibidem: Teſtamentum palàm fecerat, & illum & me hæredem ſcripſerat. * ad Herennium 4 b, Paterfamilias, cùm filium hæredem faceret, teſtamento vaſa argentea vxori legauit. ad Herennium 5 a, Teſtamentum ipſo præſente conſcribunt. ibidem: Teſtamento hæreditatem adeunt. ibidem: Quare potuerit aut non potuerit iure teſtamentum facere. de Inuen. 70 a, Qui hæredes ſecundi teſtamento patris ſumus. ibidem: Pater & ſibi & filio teſtamentum ſcripſit. ibidem: Quod ipſius fuit in teſtamento. ibidem: Vt eius pecuniæ alius teſtamento, alius lege hæres eſſet. ibidem: Cuius *pupilli* hæres non illo in tempore in teſtamento quiſquam ſcriptus erat. de Oratore 99 a, Iactare ſe in cauſis centumuiralibus, in quibus teſtamentorum ruptorum aut raptorum iura verſentur. ibidem: Cum miles domum reueniſſet, egiſſetque lege in hæreditatem paternam, teſtamento exhæres filius. & b, Quem *filium* pater teſtamento neque hæredem, neque exhæredem ſcripſiſſet nominatim. ibidem: Ex ſcripto teſtamentorum iura defendere. ibidem: In teſtamentorum formulis verſari. de Oratore 106 a, Nónne arripuiſti patrocinium æquitatis, & defenſionem teſtamentorum, ac voluntatis mortuorum? ibidem: Si teſtamentum defenderes, ſic ageres, vt omne omnium teſtamentorum ius in eo iudicio poſitum videretur. de Oratoribus 110 b, Si nullum erit teſtamentum rectè factum, niſi quod tu ſcripſeris, &c. omnium teſtamenta tu ſcribes vnus. de Claris 182 a, Quid ille non dixit de teſtamentorum iure, de antiquis formulis? ibidem: Aequum bonum, teſtamentorum ſententias, mortuorúmque voluntates tutatus eſt: quanta eſſet in verbis captio cum in cæteris rebus, tum in teſtamentis, ſi negligerentur voluntates. ibidem: Si nemo auderet teſtamentum facere poſtea, niſi de illius ſententia. de Finib. 85 b, Teſtamentum *Epicuri* non ſolùm à philoſophi grauitate ſed etiam ab ipſius ſententia iudico diſcrepare. & 86 a, idque teſtamento cauebit is. Parad. 125 a, Qui teſtamenta ſubiecta *recordentur.* Attic. 106 b, Rectúmne ſit nobili adoleſcenti mutare nomen mulieris teſtamento. Attic. 191 a, Quod ſcribis Terentiam de obſignatoribus mei teſtamenti loqui. ibidem: Dabo meum teſtamentum legendum, cui voluerit. ibidem: Quod non aduocaui ad obſignandum.

†Syntaxis. *Teſtamenta facere, in procinctu, ſine tabulis, conſcribere, rumpere, mutare. Teſtamenti factionem habere. Teſtamenta ſupponere. ſubijcere, componere, irritia facere.*

TESTANS, tis. *fidem faciens.* in Saluſt. 272 a, Eſt quædam calumnia, quam vnuſquiſque veſtrûm, teſtante animo ſuo fert de eo, qui falſum crimen bonis obiectat.

TESTATVS, a, um: tior. *ratus, indubitatus, exploratus.* pro Flac.151 b, Nihil religione teſtatum, nihil veritate fundatum reperietur. Epiſtol. 181 a, Hæc quæ teſtata ſunt, & illuſtria. I. Verr. 74 b, Huiuſmodi res, ita notas, ita teſtatas, ita manifeſtas proferam, vt, &c. pro Muræn. 134 b, Aut teſtatam rem obijciunt, aut, &c. Attic. 10 b, Nihil dixi pro teſtimonio, niſi quod erat notum atque teſtatum. Epiſtol. 15 b, Vt quaſi teſtata eſſet pop. Roman. noſtra gratia. pro Cæl. 51 a, Vt res eſſet multorum oculis teſtatior. Epiſtol. 18 b, Vt teſtatum apud animum tuum relinquam, quid ſenſerim. * Epiſtol. 75 b, Niſi iſta pecunia grauiſſimis eſſet certiſſimisque monimentis teſtata.

¶ *Apertus.* Attic. 123 b, Teſtatum eſſe volo de pace quid ſenſerim.

¶ *Per teſtes firmatus.* Part. 232 b, Si teſtata dici videbuntur: *id eſt, teſtimonijs firmata.* I. A. 225 b, Laus Bruti nondum autoritate publica teſtata eſt. *id eſt, nondum de eius laude S.C. factum eſt.*

¶ *Inuocatus, obteſtatus.* de Finib. 78 b, Stuprata per vim Lucretia à regis filio, teſtata ciues, ſe ipſam interemit.

† Syntaxis. *Religione teſtatum Illuſtre atque teſtatum. Res nota, teſtata, manifeſta. Teſtata res omnium oculis. Apud animum alicuius relinquere teſtatum.*

TESTES, *verbum honeſtum in iudicijs: aliàs turpe.* Epiſt.140 b, Teſtes verbum honeſtiſſimum in iudicio: alio loco non nimis.

TESTICVLI. *teſtes.* ad Her. 22 b, Medicus teſticulos arietinos tenens.

TESTIFICATIO, onis, *teſtimonium, formula teſtimonij.* I. V.

221 b, Si eius rei teſtificatio tolleretur, cautumq; eſſet eos teſtimonium non eſſe dicturos. & 256 b, Vt ſi quando opus eſſet, hac videlicet teſtificatione vteretur. de Cl. 190 b, Chirographa, teſtificationes, indicia, quæſtiones rem manifeſtam deferre. in Ant. 225 b, His honoribus habitis, Ser. Sulpitio repudiatæ legationis ab Antonio manebit teſtificatio ſempiterna.

¶ *Affirmatio priuata.* Ep. 2 a, * Cùm in ſermone quotidiano, tum in ſenatu palàm ſic egit cauſam tuam, &c. cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe meritorum. *(al. officiorum)* & amoris erga te ſui.

TESTIFICOR, aris. *teſtor, atteſtor, notum facio, teſtibus firmo, teſtimonium dico.* de Oratore 129 a, Brute, teſtificatur pater ſe tibi Priuernatem fundum reliquiſſe. I. V. 239 a, Hæc cùm maximè ſumma hominum frequentia teſtificaretur, in vincula coniectus eſt. Attic. 117 a, Sed vti in vrbe retinenda tunc, ſic nunc in Italia non retinenda teſtificabar ſententiam meam. Orator. 200 a, Teſtificor me recuſantem hoc feciſſe. de Finibus 65 a, Quippe qui teſtificetur, ſe, &c. Attic. 15 a, Abs te aliquando teſtificata tua voluntas fuit. & 123 b, Nam quòd teſtificor me expertem belli fuiſſe, ſcripſi, &c. de Oratore 160 b, Quod eo ſæpius teſtificor, vt, &c. Epiſtol. 19 b, Et hoc quicquid attigi, non feci inflammandi tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei. Tuſculan. 221 a, Vt ſæpe teſtificor. de Finibus 75 b, Quaſi teſtificatere laudari honeſtatem, &c. in Vatin. 35 b, In faciendo quod fas non fuit, teſtificatus eſt ſe ſupplicationes illas non probare. contra Rullum 72 a, Ad teſtificandam victoriam noſtram. pro Quint. Teſtificantur iſti P. Quintium non ſtetiſſe, & ſe ſtetiſſe. pro Cecin. 293 b, Vt ſtatim teſtificati diſcederent. in Attic. 206 b, Teſtificor, denuncio, antè prædico, nihil eum facturum, &c. ad Heren. 24 b, Non confirmandi, neque teſtificandi cauſa, ſed demonſtrandi. Tuſc. 134 b, Tu quidem tabellis obſignatis agis mecum, & teſtificaris, quid dixerim alquando, aut ſcripſerim.

¶ *Obteſtor.* Epiſt. 124 b, Nam deos, homines, amicitiamq; noſtram teſtificor, me, &c.

TESTIMONIVM, nij. *iudicium, iureiurando deuincta autoritas.* pro Dom. 240 a, Senatus mihi teſtimonium huius vrbis conſeruatæ dedit. de Legib. 184 a, Quandoquidem tam præclarum mihi dediſti iudicij tui teſtimonium. pro Qu. R. 47 b, Dabit enim nobis iam tacitè vita acta, in alterutram partem firmum & graue teſtimonium. Epiſtol. 68 b, 69 a, Vt mihi non ſolùm præconium tributum, ſed etiam graue teſtimonium impartitum eſſe videatar. & 73 a, De tuo filio vereor, ne ſi nihil ad te ſcripſerim, debitum eius virtuti videar teſtimonium non cepiſſe. pro Quint. Roſc. 46 a, A C. Fannio ipſo teſtimonium ſumo, hanc pecuniam ei non debeberi. de Inuent. 52 a, Teſtimonium, & grauior quædam confirmatio. pro Font. 280 a, Iupiter ille, cuius nomine maiores noſtri ſanctam teſtimoniorum fidem eſſe voluerunt. pro Flac. 148 a, Teſtimoniorum religionem & fidem nunquam iſta natio coluit. & ibidem: Vnde illud eſt? da mihi teſtimonium mutuum: totum illud Græcorum eſt. Quint. frat. 324 b, Teſtimonium ſecundum fidem & religionem grauiſſimè dicere. pro Syll. 183 a, Ego qui teſtimonium de coniuratione dixi in alios. pro Sext. Roſc. 35 b, More maiorum comparatum eſt, vt in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonium de ſua re non dicerent. pro Quint 14 a, & I V. 141 b, Tuum teſtimonium quod in aliena re leue eſſet, id in tua, quoniam contra te eſt grauiſſimum debet eſſe. pro Cecin. 303 a, Sunt in eam rem teſtimonia. pro Cecin. 289 a, In eas ipſas res quas improbiſſimè fecit, teſtimonia ſumpſit. pro Cecinn. 295 a, Exemplum quod teſtimonio ſit, non ex verbis aptum pendere ius. Attic. 130 b, Cui rei teſtimonio ſunt literæ, quas Bruſſenus ad me miſit. pro Quint. Roſc. 46 b, Eius rei ipſa verba formulæ teſtimonio ſunt. & 51 a, Alia certiora teſtimonia in cauſa habeo. Antequam. 193 a, Tot præclaris teſtimonijs, monumentis virtutis comparatis. ad Herennium 11 b, Cuius rei mors indigna Palamedis teſtimonium dat. I. V. 286 a, Dare teſtimonium. *id eſt, dare teſtes.* pro Planc. 270 a, Dicere teſtimonium de ambitu. I. V. 95 b, Dicere teſtimonium in aliquem. de Natur. deor. 76 b, Dicere teſtimonium contra aliquem. pro Cæl. 49 a, Religiosè dicere teſtimonium. de Natur. deor. 17 a, Petere teſtimonium veritatis ab aliquo. Academ. 20 b, Dicere falſum teſtimonium. pro Sex. Roſc. 35 a, & I. V. 78 b, Dicere aliquid pro teſtimonio. Attic. 10 b, Neque dixi quicquam pro teſtimonio, niſi quod erat notum atque teſtatum. pro Cluent. 45 a, Lentulus Popilium in ambitus iudicio pro teſtimonio diligentiſſimè laudàuit. ad Herennium 24 a, Ridiculus ſit, ſi quis in iudicio domeſtico pugnet, & ſui ipſius teſtimonio abutatur: vt enim teſtimonium, ſic exemplum rei confirmandæ cauſa ſumitur. & ibidem, Hoc igitur intereſt inter exemplum & teſtimonium: exemplo demonſtratur id quod dicimus, cuiuſmodi ſit: teſtimonio eſſe, illud ita, vt nos dicimus, confirmatur. Epiſtol. 153 b, *Planc.* Eſſe teſtimonio, alicui. & 148 b, Habere teſtimonium alicuius rei. & 59 a, Habere teſtimonium vocis alicuius. de Cl. 192 b, Si aſſeueremus, vide ne religio nobis tam adhibenda ſit, quàm ſi teſtimonium diceremus. I. A. 204 b, Tribuere teſtimonium virtutis alicui. & 260 b, Is demum eſt, mea quidem ſententia, iuſtus triumphus ac verus, cùm optimè de repub. meritis teſtimonium à conſenſu ciuitatis datur. pro Milone 110 b, Legite teſtimonia teſtium veſtrorum: dixit C. Caſſinius, &c. * Hort. Copia grauiſſimorum exemplorum, quaſi incorruptorum teſtimoniorum. ad Herennium 8 a, Teſtimoniorum conſtantia, in conſtantia. ibidem, Idem hoc in teſtimonijs facere oportebit. ad Herennium 35 a, Ius accuſatoris cum iure teſtimonij commiſcebis. pro Fonteio, 281 a, Conuictus virorum bonorum teſtimonijs. ibidem, Si in eo iudicio omnium teſtimonijs tabuliſque premeretur. ibidem, Senatum equiteſq; Rom. non teſtimonijs Gallorum, ſed minis, commotos rem ad illorum libidinem iudicaſſe. pro Fonteio, 283 b, Sceleratorum hominum iniurias teſtimonijs ac laudationibus ſuis refutare poteſt Hiſpania. pro Cæcin. 289 a, Teſtimonia ſumpſit, & eis in cauſa teſtimonijs vtitur. & b, Illius vti confeſſione & teſtimonijs. pro Cæcin. 290 a, Quod & in re miſericordem præbuit *teſtis*, & in teſtimonio religioſum ibidem, Vt aliquo in iudicio eius teſtimonio creditum putaretur. pro Flac. 148 b, Quibus iuſiurandum iocus eſt: teſtimonium ludus. in Vatin. 29 a, Cuius teſtimonium propter turpitudinem vitę, ſordeſque domeſticas nullius momenti putaretur. ibidem, Sed heſterno pro teſtimonio eſſe mentitum, &c. paulò antè imprudens iudicaſti. Attic. 106 b, Tu ſoles conglutinare amicitias teſtimonijs tuis. Att 245 b, Ego teſtimonium compoſui, quod, cùm voles, obſignabo.

† Syntaxis. *Teſtimonium alicui ſapientiæ dare, impertire. Ab aliquo ſumere teſtimonium. In aliquem dicere teſtimonium. In eam rem ſunt teſtimonia. Teſtimonia ſumere, accipere. pro teſtimonio dicere. Teſtimonium habere vocis alicuius. Teſtium teſtimonia.*

TESTIS, ſtis. *teſtimonium, autor, laudator, obſignator, conſcius.* I. V. 178 a, Locupletiſſimus quiſque certiſſimus teſtis eſt. de Cl. 195 a, Ab inferis locupletiſſimos teſtes excitare de Finib. 78 b, Excitare teſtes ex monumentis annalium. Epiſtol. 6 b, Præterea quidem de conſularibus nemini poſſum aut ſtudij erga te, aut officij, aut amici animi eſſe teſtis. & 18 b, Graui teſte priuatus ſum amoris ſummi erga te mei. de Orator. 94 a, Te mearum ineptiarum teſtem & ſpectatorem fortuna conſtituit. Antequam. 195 a, Apud vos loquor, quos habui innocentiæ & virtutis meæ teſtes. de Orator. 116 b, Stultitiæ ſuæ quàm plurimos teſtes domeſtico præconio colligere. pro Flac. 154 b, Vt qui locuples teſtis ſanguinis ſui non fuerit, idem ſit grauis autor iniuriæ publicæ. Poſtquam. 20 b, Qui rerum mearum geſtarum autores, teſtes, laudatoreſque fuerunt. de Prou. 78 a, Cn. Pompeius idem mihi teſtis de voluntate Cæſaris, & ſponſor eſt illi de mea. Offic. 60 b, Cùm verò iurato dicenda ſententia ſit, meminerit Deum ſe habere teſtem, id eſt, mentem ſuam. de Diui. 114 a, Hoc philoſophos ego non arbitror, teſtibus vti, qui aut caſu veri, aut malitia falſi fictique eſſe poſſunt. in Ant. 163 a, Quid ſi negem, &c. quo me teſte conuinces? an chirographo? pro Quin. 16 b, Id teſtibns planum faciam, qui & ſcire debent, & cauſam cur mentiantur non habent. pro Qu. Roſ. 45 b, Suum codicem teſtis loco recitare. I. V. 210 a, Cùm teſtes ex Sicilia dabo, quem volet eligat. & 214 a, De qua credo ſatis idoneum, ſatis grauem teſtem. Q. Minutium dicere audiſtis. & 57 a, Deinde ſunt teſtes viri clariſſimi, &c. ad Herenn. 22 b, Teſtis & conſcius alicuius rei. pro Flac. 147 b, De quibus vos teſtes alijs eſſe debetis, de ijs ipſi alios teſtes audietis? I. V. 274 a, Caſtor & Pollux arbitri & teſtes omnium rerum forenſium. de Orator. 128 b, Tu mihi teſtis eſſe potes, nullam eſſe artem ſalis. I. V. 78 b, Producere teſtes iudices. & 76 a, Dare teſtes in ſingulas res. Attic. 77 a, Dare tres augures qui dicant, &c. de Finib. 77 b, Dare teſtes. & ibidem, Sic à me ſatis teſtium eſt dictum. Epiſt. 62 b, Pro ijs rebus nullam mihi abs te relatam eſſe gratiam, tu es optimus teſtis. Epiſt. 140 b, Teſtes, verbum honeſtiſſimum in iudicio: alio loco non nimis. Offic. 15 b, Citetúrque Salamis clariſſimæ teſtis victoriæ. pro Flac. 132 b,

Cuius

Cuius rei cuncta teſtis eſt Aſia. I. A. 245 b, Quorum commoda vt vos optimi teſtes eſtis, ſemper oratione firmaui. item: Quorum teſtem nõ mediocrẽ, ſed haud ſcio an grauiſſimum, Regulum, nolite quæſo contemnere. pro R.P. 130 a, Poſſum excitare multos reductos teſtes liberalitatis tuæ. * pro C. Cornel. 2, Ego vobis edam duos teſtes. pro M. Scau. Vt M. Aemilius ſordidiſſimæ, leuiſſimæ, vaniſſimæ genti, ac prope dicam pellitis teſtibus, condonetur. ad Herennium 8 a, Communes loci ſunt cum accuſatoris tum defenſoris, à teſtibus, contra teſtes. ibidem, À teſtibus dicemus ſecundum authoritatem & vitam teſtium, & conſtantiam teſtimoniorum. Contra teſtes, vitæ turpitudinem teſtimoniorum inconſtantiam, ſi aut non fieri potuiſſe dicemus, aut non factum eſſe quod dicant, aut ſcire illos non potuiſſe, aut cupidè dicere & argumentari. Hæc & ad improbationem & approbationem teſtium pertinebunt. ibidem, Teſtes corrumpi poſſe vel pretio, vel gratia, vel metu, vel ſimultate. ibidem, Sine teſtibus, coniecturam & ſuſpicionem firmamenti ſatis habere. ad Herennium 35 a, Teſtis eſt dicere quæ ſcierit aut audierit. ibidem, Si teſtem præterquam quod ſcierit aut audierit, argumentari & coniectura proſequi patieris: teſtis improbi cupiditatem confirmabis. de Oratore 109 b, vt duos ſummos viros, ijs, qui neutrum illorum viderint, eorum, quibus ambo illi oratores cogniti ſint, viuorum & præſentium memoria teſte commendemus. pro Quint. 13 b, In huiuſmodi ſponſionem teſtes dare oportebat, ex eo numero, qui hæc dicerent. ibidem, Parantur teſtes qui hæc dicant. Verùm opinor viderimus cum dixerint. Vnum tamen hoc cogitent, ita ſe graues eſſe, vt ſi veritatem volent retinere, grauitatem poſſint obtinere: ſi eam negligent: ita leues ſint. pro Font. 276 a, Inſector ac flagito teſtes. Plus ego in hac cauſa laboris & operę conſumo in poſcendis teſtibus, quàm cæteri defenſores in refutandis. ibidem, Vnum ex toto negotiatorum, &c. numero teſtem producant. & 277 a, Satiſne vobis multos, ſatis idoneos teſtes & conſcios videtur ipſa fortuna voluiſſe earum rerum, &c. Quem ex tanto hominum numero teſtem in hac cauſa producere poteſtis? Quis eſt ex eo numero, qui vobis autor placeat? eo nos iam laudatore & teſte vtemur. & b, Iratis teſtibus freti. pro Font. 278 b, Igitur teſtibus iudices non credere cupidis & iratis & coniuratis, & ab religione remotis non ſolùm poteſtis, ſed etiam debetis. ibidem, Mihi ſemper vnaquaque de re teſtis non ſolùm ſemel verum etiam breuiter interrogandus: & ſæpe etiam non interrogandus: ne aut irato facultas ad dicendum data, aut cupido autoritas attributa eſſe videatur. Vos diutius vnoquoque de teſte cogitare poteſtis. Et ſi quem nos interrogare volumus. ibidem, Quæ dicuntur à teſtibus. pro Font. 279 a, Qui *iudices* ſe de teſte iudicare arbitrabantur, quid fictum, &c. videretur. & b, Si inimico teſti credi non oportuit. ibidem, Id quod in teſte profectò valere plurimùm debet. pro Font. 280 b, Cum his vos teſtibus veſtram religionem coniungetis? Ab his quicquam ſanctè aut moderatè dictum putabitis? ibidem, Dignitas teſtium. pro Font. 284 a, Vt noſtris teſtibus plus quàm alienigenis credidiſſe videamini. pro Cecin. 289 b, Antequam ad meam defenſionem meoſque teſtes venio. ibidem, Teſtes quid aiunt? Quid ego de hoc teſte dicam? niſi hoc, vt iccircò non minus ei credatis, quod homo minus idoneus habetur: ſed ideò credatis, quòd ex illa parte id dicit. ibidem, A. Terentius alter teſtis non modò Ebutium, ſed etiam ſe ipſum arguit. In hoc dicit, armatos homines fuiſſe. de ſe autem hoc prædicat, Antiocho Ebutij ſeruo imperaſſe: vt, &c. ibidem, De hoc ego teſte detraham? cui æquè atque meo teſti vt credatis poſtulo. P. Memmius ſecutus eſt, qui ſuum non paruum beneficium commemorauit in amicos Cæcinæ, quibus ſeſe viam per fratris ſui fundum dediſſe dixit. ibidem, Huic ego teſtis gratias agam, quòd & in re miſericordem ſe præbuit, & in teſtimonio religioſum. pro Cæcin. 29 a, Duo prætereà teſtes nihil de vi, ſed de re ipſa atque emptione fundi dixerunt, P. Ceſennius autor fundi, non tam authoritate graui, quàm corpore: & argentarius Sex. Clodius, cui nomen eſt Phormio. ibidem, Decimo loco teſtis expectatus, & ad extremum reſeruatus dixit, &c. Fidicularius Falcula. Qui cum ita vehemens acerque veniſſet, vt non modò Cæcinnam periurio ſuo læderet, ſed etiam mihi videretur iraſci: ita eum placidum mollemque reddidi, vt non auderet iterum dicere. ibidem, Quantum in Albano iudicium accepiſſet. In eum quid dicam? niſi id quod negare non poſſit? veniſſe in conſilium publicæ quæſtionis, cum eius conſilij iudex non eſſet: & in eo conſilio cum cauſam non audiſſet, & poteſtas eſſet ampliandi: dixiſſe ſibi liquere: dum incognita re iudicare voluiſſet, maluiſſe condemnare, quàm abſoluere. pro Cæcin. 290 b, Is teſtis, vt facilè intelligerites, eum non adfuiſſe animo, cum ab illis cauſa ageretur, teſteſque dicerent: ſed tantiſper de aliquo reo cogitaſſe: cùm omnes ante eum dixiſſent teſtes armatos cum Ebutio fuiſſe complures: ſolus dixit non fuiſſe. Viſus eſt mihi primò veterator intelligere præclarè, quid cauſa optaret: & tantummodo errare, quod omnes teſtes infirmaret, qui ante eum dixiſſent. pro Flacc. 147 a, At à teſtibus læditur. Antequam dicam à quibus: qua ſpe, qua vi, qua re concitatis: qua leuitate, qua egeſtate, qua perfidia, qua audacia præditis. & b, À teſtibus quæretis ignotis? ibidem, Quibus teſtibus ego hoſce *teſtes* poſſum refutare, niſi vobis? Timolites ille vicanus, homo non modò nobis, ſed ne inter ſuos quidem notus, vos docebit qualis ſit L. Flaccus? pro Flacc. 148 a, Videte quo vultu, qua confidentia dicant *Græci teſtes*. tum intelligetis qua religione dicant. Nunquam nobis ad rogatum reſpondent: ſemper accuſatori plùs quàm ad rogatum: nunquam laborant, quemadmodum probent quod dicunt, ſed quemadmodum ſe explicent dicendo. ibidem, Id quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore & pallore dixit? Quàm promptus homo P. Septimius? quàm iratus de iudicio & de villico? tamen hæſitabat. ibidem, Tenuit ſe, neque attulit in iudicium quicquam ad lædendum, niſi voluntatem. ibidem, Græcus teſtis cum ea voluntate proceſſit vt lædat, non iuriſiurandi, ſed lædendi verba meditatur. Vinci, refelli, coargui putat eſſe turpiſſimum: ad id ſe parat: nihil aliud curat. & b, Itaque non optimus quiſque nec grauiſſimus, ſed impudentiſſimus loquaciſſimuſque deligitur. Vos autem in priuatis minimarum rerum iudicijs teſtem diligenter expenditis: etiamſi formam hominis, ſi nomen, ſi tribum noſtis: mores tamen exquirendos putatis. in Vatin. 29 a, Nemo horum ita rogandum te, vt religioſum teſtem arbitrabatur. & b, Defendebatur teſtibus collegis ſuis, non recitandi cauſa legiſſe, ſed recognoſcendi. de Finibus 63 b, Si tota oratio noſtra omnem ſibi fidem ſenſibus confirmat, id eſt, incorruptis, atque integris teſtibus. Epiſtol. 43 b, De mercenarijs teſtibus à ſuis ciuitatibus notandis, niſi iam aliquid factum eſt per Flaccum, fiet à me. Attic. 219 b, Ex eo cognoui Cluuij cretionem liberam teſtibus præſentibus ſexaginta duobus. de Finibus 63 b, Si tota oratio noſtra omnem ſibi fidem ſenſibus confirmat, id eſt, incorruptis atque integris teſtibus.

Syntaxis. *Teſtis locuples. Excitare teſtes ab inferis. Ego ſum illi teſtis erga te ſtudij. Teſtis ac ſpectator viuus ac præſens. Autor, teſtis, laudator. Teſtis & ſponſor. Recitare codicem teſtis loco. Teſtis & conſcius. Sum tibi teſtis hoc factum. Teſtes producere. Teſtis eſt Italia.*

TESTOR, aris. *doceo, ſignifico, oſtendo, demonſtro, imploro.* de Nat. deor. 54 a, Venæ & arteriæ crebræ, multæq; toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificioſi operis diuiniq; teſtantur. * pro M. Scau. Curia illa de principatu patris teſtatur.

¶ *Inuoco, obteſtor, teſtem voco.* pro Cornel. 63 a, Teſtantur & mortuos noſtros imperatores, ſe hoc ius eſſe velle, vt ſibi, &c. in Anton. 166 a, Is me potiſſimùm teſtatus eſt, ſe æmulum mearum laudum extitiſſe. Epiſtol. 11 b, Ipſum meum fratrem teſtatus eſt, ſe egiſſe, &c. pro Qu. 12 a, Alphenus teſtatur omnibus audientibus, ſe, &c. pro Cluent. 22 a, Quas literas A. Aurius, vir fortis & experiens, & domi nobilis, M. illius Aurij propinquus, in foro palam, multis audientibus cum adeſſet Oppianicus, recitat, & clariſſima voce, ſe nomen Oppianici, ſi interfectum M. Aurium comperiſſet, delaturum eſſe teſtatur. de Diuinat. 108 a, Nunc illud teſtabor, non me pſychomantiam agnoſcere. pro Rabir. 96 b, Quapropter equidem teſtor, me putare, &c. Orator. 219 b, Sæpe enim hoc teſtandum eſt. pro Syll. 173 b, Atque hoc vos iudices teſtor, mihi, &c. & 179 a, Implorarem ſenſus veſtros, & vniuſcuiuſque indulgentiam teſtarer in ſuos. pro Cluent. 58 b, Preces illius & vota cognoſcimus, quibus illa deos de ſuo ſcelere teſtatur. pro Syll 183 b, Deos teſtor, integro me animo ac libero P. Syllæ. cauſam defendere. Antequam. 197 a, Teſtor deos deaſq; omnes immortales, veſtraſque maximè mentes, me, &c. pro Cecin. 50 a, Ego omnes homines deoſq; teſtor. pro Mur. 143 a, Ego quod facio, me omnium veſtrûm cauſa facere clamo atque teſtor.

¶ *Manifeſto.* pro Syl. 174 b, Recenti memoria ſenatus, autoritatẽ huius iudicij monumentis publicis teſtatus ſum.

¶ *Teſtamento decerno.* de Inu. 20 a, Poſsitne quiſquam de filij pupilli re teſtari.

TESTVDO, nis. *animal cruſta tectum, tardum.* de Diuinat. 136 a, Nam Pacuuianus Amphion de teſtudine, &c. Quadrupes tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera, capite breui, ceruice anguina, aſpectu truci, euiſcerata, inanima cum animali ſono. * de Nat. deor. 50 b, Beſtiæ aquatiles, veluti crocodili, fluuiatiles teſtudines ſimulac primum niti poſſunt, aquam perſequuntur. Cùm dixiſſet obſcurius, tùm Attici reſpondent: Non intelligimus niſi apertè dixeris. At ille vno verbo teſtudo. de Nat 52 a, Teſtudines & crocodilos dicũt, cùm in terra partum ediderint, obruere oua: deinde diſcedere. Ita & naſcuntur & educantur ipſa per ſeſe. de Nat. 55 a, In fidibus teſtudine reſonatur aut cornu.

¶ *Concameratus & fornicatus locus.* de Clar. 172, Vſque illum in quadam teſtudine cum ſeruis literatis commentatum fuiſſe. Quint. frat. 318 a, Nunc hoc vel honeſtatem teſtudinis, vel valde bonum æſtiuum locum obtinebit.

TETER, a, um: trior, rimus. *fœdus, flagitioſus.* Offic. 52 a. I. V. 229 a, At videte, quanto hic tetrior tyrannus. Quint. frat. 214 a, Homo teter & fœdus. pro Seſt. 6 b, Teter, truculentus, terribilis aſpectu. pro Cæl. 40 a, Quis tetrior hoſtis huic ciuitati? de Prouin. 72 a, Immanis & tetra bellua. Tuſculan. 218 b, Tetra & immanis bellua. de Finibus 84 b, Tuſculan. 178 b, Tetri cruciatus. in Catilin. 99 b, Hanc tam tetram, tam horribilem, tam infeſtam peſtem effugimus. de Natur. deor. 54 b, & Attic. 259 a, Quæ tetri aliquid eſſent habitura. Offic. 59 a, Tempeſtates, quibus nihil tetrius. Tuſcul. 172 a, Quo nihil tetrius, nec fœdius excogitari poteſt. in Vatin. 30 b, Quamquam ſis omni diritate atque immanitate teterrimus. Epiſtol. 56 a, Vir clariſſimus ab homine teterrimo occiſus eſt. Tuſc. 169 a, Teterrimus in aliquem. Attic. 282 b, Tetrum enim ſpectaculum, oppreſſa ab impijs ciuitas, opitulandi poteſtate præciſa. Qu. fr. 311 b, Ei tres ſententiæ teterrimæ in conſilio defuerunt. Off. 49 b, Nullum vitium eſt tetrius, quàm auaritia.

† Syntaxis. *Tyrãnus, cruciatus, homo, bellua, peſtis, ſpectaculum, tetra. Tetrum & immane. Tetrum ac fœdũ. Omni diritate atq; immanitate teter.*

TETRADRACHMVM, i. *nummus quatuor drachmis æſtimatus.* Epiſtol. 189 b, Caſſij. Iam ternis tetradrachmis triticum penes Dolobellam eſt.

TETRARCHA, chæ. *qui quartam regni partem tenet.* pro Dom. 225 a, * Tetrarcharum ac regum bona. in Vatin. 35 a, Fecerísne fœderà tribunus plebis cum ciuitatibus, cum regibus, cum tetrarchis? pro Cornel. 57 a, O nationes, vrbes, populi, reges, tetrachæ, tyranni, teſtes, &c. vos denique multæ regiones imploro. pro Deiot. 148 b, Vt non ſolùm tetrarcha nobilis, &c. haberetur. in Anton. 237 a, Idem ſi cæteri reges, tetrarchæ, dynaſtæque feciſſent. Attic. 28 a, Qui regna, qui prædia tetrarchis, qui inanes pecunias paucis dederunt.

TETRARCHIA, chiæ. *quarta regni pars.* de Diuinat. 86 a, Deiotarus à Cæſare tetrarchiæ regno mulctatus eſt. * pro Deiot. 151 b, Negat vnquam ſe à te in Deiotari tetrarchia pedem diſceſſiſſe.

TETRE. *fœdiſſimè.* de Diuinat. 93 b, Facere multa impurè atque tetrè. Attic. 262 a, Teterrimè gerere ſe in prouincia. pro Dom. Aliquid impuriſſimè teterrimeque violare.

TEVCRIS. *tragœdiæ nomen.* Att. 6 b.

TEXO, xis. *detexo, prætexo, contexo.* de Nat. deor. 50 b, Vt in araneolis aliæ quaſi retexunt, aliæ ex inopinato obſeruant.

¶ *Aedifico.* Attic. 66 b, Paulus baſilicam texuit ijſdem antiquis columnis.

¶ *Lucubror, compono.* Ep. 139 a, Texere epiſtolas quotidianis verbis.

¶ *Necto.* Acad. 37 a, Quas plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt.

TEXOR, ris. Ep. 27 b, Togam prætextam texi Appio, puto te audiſſe. Qu. fr. 325 a, Sane texebatur opus luculenter. de Or. 164 a, Quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio viuendi, vt, &c.

TEXTILIS, le. *textus.* de Legib. 179 a, In delubris communibus textile, nec operoſius quàm mulieris opus menſtruum. Tuſculan. 240 a, Textile ſtragulum. 179 a, Ipſe illigatus peſte interimor textili. in Verr. 200 a, Pictura textilis aut in tabulis. de Legib. 179 a, Color albus præcipuè decorus deo eſt, tum in cæteris, tum maximè in textili.



TEXTOR, oris. pro Pl. 272 a, Quamuis frugi hominem ſi pro fabro aut pro textore emimus.

TEXTRINA, næ. *textoris officina.* I. V. 213 a, Nulla domus in Sicilia locuples fuit, vbi iſte textrinam non inſtituerit.

TEXTRINVM, ni. *textrina.* in Verr. 224 a, Quod tamen oppidum iſti textrinum per triennium ad muliebrem veſtem faciendam *(al. conficiendam)* fuit.

TEXTVS, a, um. de Nat. deor. 56 b, Tegumenta corporum vel texta, vel ſuta.

THAVMANTIS. *Iridis pater.* L. ARCVS.

THEANVM. *oppidum.* pro Cl. 23 a, 59, & contra Rull. 85.

THEATRALIS, le. pro Seſt. Theatrales conſeſſus.

THEATRVM, tri. *cauea.* de Orator. 161 a, Si in his paulum modò offenſus eſt, theatra tota reclamant. de Diuinat. 93 a, Idque frequentiſſimo theatro, incredibili clamore & plauſu comprobatum eſt. Attic. 209 b, Theatrum quidem ſanè bellum habuiſti. pro Cluent. 37 a, Gradus illi Aurelij tum noui, quaſi pro theatro illi iudicio ædificati videbantur, quos accuſator concitatis hominibus complêrat pro R. P. 129 a, Multas equidem C. Cęſaris virtutes cognoui, ſed ſunt certè hæ maioribus quaſi theatris propoſitæ. de Clar. 165 b, Forum quod fuiſſet, quaſi theatrum illius ingenij. I. V. 243 a, Quæſturam meam, quaſi in aliquo orbis terrarum theatro verſari exiſtimabam. Epiſt. 200 a, Familiaritas, quæ mihi cum Lamia eſt, magno theatro ſpectata eſt: tum cùm, &c. * pro Q. Gall. Multos condiſcipulos habet in theatro. de Finib. 59 a, Aequo animo è vita tanquam è theatro exeamus. de Finib. 104 b, Theatrum cum commune ſit. Tuſculan. 189 a, Nullum theatrum virtuti conſcientia maius eſt. de Natur. 47 b, Sed exeamus è theatro: veniamus in forum. de Off. 45 b, Theatra, porticus, noua templa verecundius reprehendo propter Pompeium, ſed doctiſſimi non probant. Epiſtol. 227 a, Magnum theatrum habet iſta prouincia, non, vt hæc noſtra, adaleſcentis nobilis, ingenioſi, abſtinentis, commendationem atque gloriam. Attic. 34 a, Populi conſenſus maximè in theatro & ſpectaculis perſpectus eſt. Quint. frat. 298 a, Eiuſmodi theatrum eſt totius Aſiæ, celebritate refertiſſimum, magnitudine ampliſſimum, iudicio eruditiſſimum, natura autem ita reſonans, vt.

† Syntaxis. *Theatrum reclamans. In theatro ac ſpectaculis. Magno theatro ſpectata familiaritas.*

THEBAE, arum. de Diuinat. 93 a, * At eodem tempore Thebis in templo herculis valuæ clauſæ repagulis, ſubitò ſe ipſæ aperuerunt, &c. de Fat. 141 b, Athenis tenue cœlum: ex quo acutiores etiam putantur Attici. craſſum Thebis: itaque pingues Thebani & valentes.

THEBANVS, a, um. de Fat. 141 b, de Inuen. 71 a, de Diuin. 96 a.

*THEBE, æ. *Alexandri Pheræi vxor.* Off. 37. b.

THECA, cæ. *arcula, in qua aliquid reponitur.* I. V. 211 b, Efferri ſine thecis vaſa. Attic. 59 a, In hoc thecam nummariam non retexeris.

THECVLA, læ. * Attci. 140 a, Promitto tibi ſi valebit, theculam illum in Italia nullam relicturum. *Rectius legi videtur tegulam.*

THEMISTA. I. P. 93 a, Themiſta ſapientior. *prouerbium.*

THEMISTOCLES, clis. Tuſc. q. lib. 4, Noctu ambulabat in publico Themiſtocles, quòd ſomnum capere non poſſet: quærentibusq; reſpondebat, Miltiadis trophæis ſe è ſomno ſuſcitari. pro Arch. Themiſtocles laudum ſuarum vocem libentiſſimè audiuit. Læl. Themiſtocles, quòd adiutorem contra patriam inuenerit neminem, mortem ſibi conſciuit. 3 Off. Themiſtocles poſt victoriam eius belli, quod cum Perſis fuit, dixit in concione, ſe habere conſiliũ Reip. ſalutare, ſed id ſciri opus non eſſe: poſtulauit vt aliquem populus daret, qui cum communicaret: datus eſt Ariſtides. ibid. Ariſtides dixit, perutile eſſe conſiliũ, quod Themiſtocles afferret, ſed minimè honeſtum. ad Attic. lib. 7, Quale tibi conſilium Pompeij videtur? Hoc quæro, quòd vrbem reliquerit. Fecit idem Themiſtocles: fluctum enim totius Barbariæ ferre vrbs vna non poterat. Bru. Themiſtocles fuit, regnante iam Græcia, noſtra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. ibidem, Poſt hanc ætatem aliquot annis, vt ex Atticis monumentis poteſt perſpici, Themiſtocles fuit: quem conſtat, quum prudentia, tum etiam eloquentia præſtitiſſe. 2 de Orator. & de Finib. lib. 2, Apud Græcos fertur incredibili quadam magnitudine conſilij atque ingenij Athenienſis ille fuiſſe Themiſtocles: ad quem quidam doctus homo atque in primis eruditus acceſſiſſe dicitur, eiq; artem memoriæ, quæ tum primùm ꝓferebatur, pollicitum eſſe ſe traditurum, quum ille quæſiſſet, quidnam

illa

illa ars efficere poſſet? dixiſſe illum doctorem, Vt omnia meminiſſet. & ei Themiſtoclem reſpondiſſe, gratius ſibi illum eſſe facturũ, ſi ſe obliuiſci, quę vellet, quàm ſi meminiſſe docuiſſet. 10 ad Att. Themiſtocles in odio apud Lacedæmonios & apud ſuos ciues. Offic. 1, Quamuis enim Themiſtocles iure laudetur, & ſit eius nomẽ, quàm Solonis, illuſtrius, citeturq; Salamis clariſſimæ teſtis victoriæ, quæ anteponatur conſilio Solonis, ei quo primùm conſtituit Areopagitas: non minus præclarũ hoc, quàm illud iudicandũ eſt. Læl. Themiſtocles imperator bello Perſico ſeruitute Græciam liberauit. 9 ad Att. Themiſtocles mori maluit, quàm cõtra patriam armari. Læl. Themiſtocles ꝓpter inuidiam in exilium miſſus. Cato. Themiſtocles omnium ciuium nomina perceperat. Brut. Themiſtocles, populi ingrati pulſus iniuria, ſe ad hoſtes cõtulit, conatumq; iracundiæ ſuæ morte ſedauit. Offic. Themiſtocles quum conſuleretur, vtrum bono viro pauperi, an minus probato diuiti filiam collocaret: Ego verò, inquit, malo virũ qui pecunia egeat, quàm pecuniam quæ viro. Tuſc. quæſt. lib. 1, Themiſtocles quum in epulis recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior. Cat. Themiſtocles Seriphio cuidam in iurgio dicenti, non eum ſua, ſed patriæ gloria ſplendorẽ aſſecutum, reſpondit, Nec herclè, ſi ego Seriphius eſſem, nobilis: nec tu, ſi Athenienſis eſſes, clarus vnquam fuiſſes. 10. ad Attic. Themiſtocles non vidit, quid Artaxerxi polliceretur. 5. Fam. Cuius ſtudium in legendo non erectum Themiſtoclis fuga, redituque retinetur? ad Brut. In qua videtur illud eſſe crudele, quòd ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna peruenit. ſed id & antiquum eſt, & omnium ciuitatum: ſiquidem etiam Themiſtoclis liberi eguerunt. ad Attic. 10, Themiſtoclis prudentia ex verbis Thucydidis. pro Seſt. Themiſtoclem à defendenda Repub. non deterruit nec Miltiadis calamitas, nec Ariſtidis fuga. Acad. quæſt, ep. 1. lib. 2. Sed quo plus in negocijs gerendis res, quàm verba proſunt; hoc erat memoria illa præſtantior, quam fuiſſe in Themiſtocle, quem facilè Grecię principem ponimus, ſingularem ferunt. Brut. Omnia fuiſſe in Themiſtocle paria & Coriolano, vt Coriolanus ſit planè alter Themiſtocles.

THEMISTOCLEVS, a, um. Att. 160 b, Themiſtocleum conſilium. & 161 a, Themiſtocleum exilium.

THEMPSA, ſæ. *oppidum*. I. V. 244 a.

THEMPSANVS, a, um. I. V. 243 b, 244 a, * Thempſanum incommodum.

THENSA, ſæ. *ſacrum deorum vehiculum ex argento.* I. V. 274 a, Omnes dij, qui vehiculis thenſarum ſolennes cœtus ludorum initis. de Aruſp. 249 a, Si puer ille terram non tenuit, ſi thenſam aut locum omiſit. I. V. 149 a, Qui ex thenſarum orbitis prædatus eſt. & 107 b, Via thenſarum & pompæ.

THEODECTES, ctæ. Orat. 213 b, Theodectes politus ſcriptor atq; artifex.

THEOGONIA, niæ. de Nat. 9 a, Cum verò Heſiodi Theogoniam: id eſt, originem Deorum interpretatur.

THEOLOGVS, gi *rerum diuinarum peritus*. de Nat. 70 a, Ioues tres numerant hi, qui Theologi numerantur. & ibid. b, Soles multi à Theologis proferuntur.

THEOPHANES *ſcriptor rerum Pompeij*. pro Arch. 190 b.

THEOPHRASTVS, ſti. Orat. 202 b, Theophraſtus diuinitate loquendi nomẽ inuenit. de Cl. 175 b, Theophraſtus in dicendo dulcis. & 180 a, Theophraſtus hoſpes. Ac. 45 a, & Tuſcul. 133 a, *de Theophraſto*. 2 de Leg. Theophraſtus autor haud deterior Timæo, meliorem multi nominant. Brut. Theophraſtus, homo doctiſſimus. 3 de Leg. Theophraſt⁹ inſtitutus ab Ariſtotele, abundauit in eo genere rerũ. 1 de Fin. Quid Theophraſtus? mediocritérne delectat, quũ tractat locos ab Ariſtotele antè tractatos? 1 de Orat. Si item Ariſtoteles, ſi Theophraſtus, ſi Carneades in rebus ijs, de quibus diſputauerunt, eloquẽtes, & in dicẽdo ſuaues atq; ornati fuerunt. 1 Acad. Theophraſtus autẽ vir & oratione ſuauis, & ita moratus, vt præ ſe probitatem quandam & ingenuitatem ferat, vehementius etiam fregit quodammodo veteris diſciplinæ autoritatem. Spoliauit enim virtutem ſuo decore, imbecillamque reddidit, quòd negauit in ea ſola poſitum eſſe beatè viuere. 5 de Finib. Perſecutus eſt Ariſtoteles animantium omnium ortus, victus, figuras: Theophraſtus autem ſtirpium naturas, omniumq; ferè rerum, quæ è terra gignerentur, cauſas atq; rationes. 5 Tuſcul. Hoc illud eſt, quod Theophraſtus ſuſtinere non potuit. Nam quum ſtatuiſſet verbera, tormenta, cruciatus, patriæ euerſiones, exilia, orbitates, magnam vim habere ad malè miſereque viuendum, non eſt auſus elatè & amplè loqui, quum humiliter demiſſeque ſentiret: quàm bene, non quæreretur: conſtanter quidẽ certè. Hic aũt elegantiſſimus omniũ philoſophorũ & eruditiſs. non reprehenditur, quum tria genera dicit bonorũ: vexatur aũt ab omnibus: Primùm in eo libro, quem ſcripſit de vita beata, in quo multa diſputat, quamobrem is qui torqueatur, qui crucietur, beatus eſſe nõ poſſit. ibid. Vexatur idem Theophraſtus & libris & ſcholis omnium philoſophorũ, quòd in Calliſthene ſuo laudârit illã ſententiam: Vitã regit fortuna, non ſapientia. 3. Tuſc. Theophraſtus moriens accuſaſſe naturã dicitur, quòd ceruis & cornicibus vitã diuturnam, quorũ id nihil intereſſet: hominibus, quorũ maximè interfuiſſet, tam exiguam vitam dediſſet: quorum ſi ætas potuiſſet eſſe longinquior, futurum fuiſſe, vt omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. 1 Offic. Theophraſti diſcipulus Demetrius Phalereus. 1. de Nat. Nec verò Theophraſti inconſtantia ferenda eſt. Modò enim menti diuinum tribuit principatum, modò cœlo, tum autem ſignis, ſyderibusque cœleſtibus. 5 de Finib. Quod maximè efficit Theophraſti de vita beata liber, in quo multum admodum fortunæ datur: quod ita ſi ſe habeat, non poſſit beatam præſtare vitam ſapientia. ibid. Primùm Theophraſtus Strato phyſicum ſe voluit: in quo etſi eſt magnus, tamen noua pleraque, & perpauca de moribus. 2. ad Attic. Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας affer mihi de libris Quint. fratris. *aliàs.* περὶ φιλομαθίας. 16 Fam. Quomodo Theophraſto placet verecunda tralatio. Brut. Vt ego iam non mirer illud Theophraſto accidiſſe, quod dicitur, quum percontaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet? & reſpondiſſet illa, atque addidiſſet, Hoſpes non pote minoris: tuliſſe eum moleſtè, ſe non effugere hoſpitis ſpeciem, quum ætatem ageret Athenis, optimeque loqueretur. 5 de Finib. Theophraſtum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodo plus in virtute teneamus, quàm ille tenuit firmitatis & roboris. 1. de Nat. Meretricula etiam Leontium contra Theophraſtum ſcribere auſa. Brut. 62 a, Quis Ariſtotele neruoſior? Theophraſto dulcior? 5 de Finibus, A Theophraſto leges etiam cognouimus. ibid. Sæpe ab Ariſtotele, à Theophraſto mirabiliter eſt laudata per ſe ipſa rerum ſcientia. 3. de Legibus, Sed huius loci de magiſtratibus, ſunt propria quædam, à Theophraſto primùm, deinde à Dione Stoico quæſita ſubtiliùs. Attic. 2, Quoniam tanta controuerſia eſt Dicæarcho familiari tuo, cum Theophraſto amico meo, vt ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longè omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικόν.

THEOPOMPEVS, a, um. Orat. 217 a, Placet omnia dici Iſocrateo Theopompeoq; more.

THEOPOMPINVS, a, um. Att. 26 a, Itaq; ἀνέκδοτα à nobis, quæ tibi vim legamus, Theopompino genere, aut etiam aſperiore multò, pangentur.

THEOPOMPVS, i. *hiſtoricus, Iſocratis diſcipulus*. de Orat. 113 b.

THEOREMA, tis. de Fato 142 a, b, Percepta appello, quæ dicuntur Græcè θεωρήματα. item, Sunt igitur aſtrologorum percepta huiuſmodi.

THERMAE. *oppidum Siciliæ, vbi ſunt aquæ calidæ*. in Ver. 125 b.

THERMITANVS, na. in Verr. 125 b.

THERMOPYLAE, arum. *locus in Græcia*. Offic. 13 a.

THESAVRVS, ri *eſt (vt Iuriſconſultus definit) vetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat. Sic enim fit eius qui inuenit, quod non alterius ſit. Capitur autem præterea pro rerum omnium precioſarum copia repoſita, aut pro loco, in quo res ipſæ cuſtodiuntur.* de Diu. 112 a, Qui theſaurum inuenturum, aut hæreditatem venturam dicunt, quid ſequuntur? & 136 a, Reſpondit coniector, theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto. Attic. 249 b, Tibi de gloria excudam aliquid, quod lateat in theſauris tuis. I. A. 248 a, Seruus domini patrimonium circumplexus, quaſi theſaurum draco. de Sen. 81 a, Quo loco theſaurus obruiſſet. de Orator. 86 b, Quid dicam de theſauro rerum omnium, memoria. Parad. 239 b, Qui illos locos tanquam theſauros aliquos argumentorum notatos habet. Epiſt. 172 b, Non ſi Varronis theſauros haberem, ſuſtinere ſumtum poſſem. de Finibus 78 b, Suppeditare alicui aliquid de theſauris ſuis. I. A. 278 a, Vbi eſt ſepties millies ſeſtertiûm, quod in tabulis, quæ ſunt ad Opis, patebat? de Diuinat. 136 a, Quàm multi inopes digni præſidio Deorum, nullo ſomnio ad theſaurum reperiendum admonentur? ibidem. Vt ex ouo naſceretur theſauri ſimilitudo potius, quàm apertè theſaurum quærere iuberetur?

THESEVS, ſei. de Nat. 75 b. de Offic. 7 a, & 72 a.

THESIS, ſis *propoſitum*. Top. 227 b, Quod Græci θέσιν appellant, nos propoſitum poſſumus nominare. de Orator. 153 a, Omnem ciuilem orationem in alterutro genere verſari, aut definita controuerſia certis temporibus ac rebus, hoc modò: Placeatne à Carthaginenſibus captiuos noſtros redditis ſuis recuperari? aut infinitè de vniuerſo genere quærentis, quid omnino de captiuo ſtatuendum ac ſentiendum ſit: atq; horum ſuperius illud genus cauſam

aut controuerſiam appellant, eamq; tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt: hæc autem altera quæſtio infinita,& quaſi propoſita conſultatio nominatur. Att. 142 b, Θέσεις meas commentari non deſino. & 136 b,Sed tamen ne me totum ægritudini dedam, ſumſi mihi quaſdam tanquam θέσεις, quæ & politicæ ſunt, & horum temporum. Orat.201 a, Orator à proprijs perſonis & temporibus ſemper,ſi poteſt,auocat controuerſiam. latius enim de genere,quàm de parte diſceptare licet: vt quod in vniuerſo ſit probatum, id in parte ſit probari neceſſe. Hæc igitur quæſtio à proprijs perſonis ad vniuerſi generis rationem traducta, appellatur Theſis. Part.116 b,Cùm hæc quæ vocantur in ſcholis θετικὰ, ad noſtrum hoc oratorium transfero dicendi genus. de Orat.132 b,Θέσεις philoſophorum eſſe,cùm antea eſſent oratorum.& 152 a,Θέσεις oratorum eſſe.

THESMOTES. *Apollo*.I.V.228 a.

THESPIAE, arum. *oppidum Siciliæ*. I. V.200 b, Cupido ille, qui eſt Theſpijs.& Ep.213 a.

THESPIENSES,ium. I.V.231 a.

THESPROTIA,iæ.*Græciæ ora*. Att.92 b.

THESSALIA,iæ.*regio*.pro Flac.159 b.

THESSALI. *populi*. pro Cluent.

THESSALONICA,cæ.*vrbs*. Att.14 b.& de Ar.251 b.

THESSALONICENSES.*populi*.de Prou.69 b.

THEVTONI.*populi*.pro Pomp.15 b.

THOYS.*ſiue,vt alij,in quibus Suidas,volunt*, THOYT. de Nat. 70 b,Quintum Mercurium Aegyptij Thoyt appellant:eodemq; nomine anni primus menſis apud eos vocatur: is eſt September.

THRASIMENVS.*lacus*.pro S R,33 de Clar.169 b.

THRACIVS,a,um de Pro.79 b, Caſtra Thracia.

THRAX,cis.I.A.207 b,Myrmillo Thrax.item: Vt rex Ariobarzanes conſulem veſtrum ad cædem faciendam tanquam aliquem Thracem conduceret.

*THRECIDICVS,a, um. *quaſi Threijcius dicitur. Significatur autem ea voce, quod Thracis gladiatoris eſt*. I.A.212 a,Cùm ornaſſet Threcidicis comitem & familiarem ſuum illum miſerum fugientem iugulauit *Threcidicis ſc: armis & veſtitu*.

THREIICIVS,a,um.Offic.37 b,Barbarus compunctus notis Threijcijs.

THVCYDIDES,dis.de Or.123 b,Poſt Herodotum Thucydides omnes dicendi artificio mea ſententia facilè vicit. de Clar.191 b,Thucydides rerum geſtarum pronunciator ſincerus & grandis fuit, hoc forenſe concertatorium iudiciale tractauit genus:orationes,quas interpoſuit,eas ego laudare ſoleo: imitari neq; poſſim ſi velim, nec velim fortaſſe ſi poſſim.Orat.199 b,Thucydides autem res geſtas & bella narrat,& prælia, grauiter ſanè & probè: ſed nihil ab eo transferri poteſt ad forenſem vſum & publicum: ipſæ illæ conciones ita multas habent obſcuras abditasq; ſententias,vix vt intelligantur: quod eſt in oratione ciuili vitium vel maximũ. de Opt. 244 a, Thucydidis quidam eloquẽtiam admirantur,id quidem rectè,ſed nihil ad eum oratorem, quem quærimus *& ibid.de Thucydide multa*. Quin.frat. 314 b,Secutus ille capitalis,creber,acutus,breuis,penè puſillus Thucydides. Orat.220 a, In Thucydide orbem modò orationis deſidero,ornamenta comparent. Attic.99 a, Sed hæc,vt ait Thucydides,fuerit ἐκβολὴ λόγου, non inutilis,*id eſt,egreßio orationis*.

THVCYDIDIVS,a,um. Or.199 a.& de Opt.244 a,Ecce autem aliqui ſe Thucydidios eſſe profitentur.

THVRIBVLVM,li. *acerra*.I.V.210 a,Num etiam de L.Papyrio thuribulum emiſti? & b, Quem volet eligat, quem ego interrogem de patellis,pateris,thuribulis. *I.V.210 a, Qui pro teſtimonio dixit, te, cùm inſpiciendum popoſciſſes *thuribulum* auulſo emblemate remiſiſſe.Tenuit hoc inſtitutum in thuribulis omnibus , quæcunque in Sicilia fuerunt. & b, Illa quidem certè pro lepuſculis capiebantur, patellæ,pateræ,thuribula. ibid. A' Nymphodoro thuribulum abſtuliſſe.

THVRII,orum.*oppidum*. Att.154 a.

THVS,thuris.Offic.68 a,Omnibus vicis ſtatuę factę ſunt,ad eas thus & cerei.I.V.218 a,Thura & odores incendere.

THVSCVLANENSIS,ſe.Ep.129 a,Equidem hos tuos Thuſculanenſes dies inſtar eſſe vitæ puto.

THVSCVLANVM,ni.*villa Ciceronis, & aliorum. ſæpiſsimè ad Atticum,& alibi occurret*.

THVSCVLANVS,na.de Diu.180 b,Thuſculanæ diſputationes.*& alibi ſæpe.aliàs*,TVSCVLANVS.

THVSCVLVM,li.*municipium Romæ finitimum*. pro Font.& de Diu. 128 a,& in Rull.

THVSCVS,a,um. *Hetruſcus*. de Nat. 28 a, An vos Thuſci & Barbari auſpiciorum populi Rom.ius tenetis?de Diu.130 b,Cur enim Thuſcis potius quàm Latinis darent?de Orat. 149 a,Mare inferum Thuſcum.

THYAMIS *fluuius*.Attic.100.

THYESTES. *viri & tragœdiæ nomen*.de Nat.lib.3.& in Bruto.

THYESTEVS,a, um. I.P.88 a, Thyeſtea iſta execratio eſt.

ΘΥ'ΜΩΣΙΣ. L. EXCANDESCENTIA.

THYOME,es. *Bacchi mater*.de Nat.71.

THYREVM,ei.*oppidum*. Epiſt.226 b.

TIBARENI,orum. *populi*.Epiſt.245.

TIBI. Acad.30 b,Ecce tibi è tranſuerſo, &c.Epiſt.112 b, Hic tibi ſtrepitus. & 124 a, Nunc tibi milites, &c. & 126 b, At tibi repentè,&c. Attic.114 b,Ecce tibi, III.non.Feb.manè accepi,&c. pro S.R.40 b, Alter tibi deſcendit de palatio & & ædibus ſuis,&c. Epiſt. 119 a,& 118 b, Eos tibi & rem de qua miſi, velim curæ habeas.I V.93 a, & 107 b,& 129 b, Mihi eodem modo poſitum,quo tibi. Att.9 b,Hic tibi roſtra Cato aduolat. & 27 b, Ecce tibi nuncius, pueros veniſſe Roma. Offic. 68 b, Ecce qui tibi rex populi Rom.eſſe concupierit. * de Or.117 a, Ecce tibi exortus eſt Iſocrates, magiſter iſtorum omnium.

TIBIA,biæ.*fiſtula*. de Orat.139 b,Tibicen ſine tibijs canere non poteſt.& 161 a,Vt epularum ſolennium fides & tibię indicant. de Clar.181 b,Si tibiæ inflatæ non referant ſonũ, tibicen eas abijciat.pro S.R.41 a,Cantus vocum,neruorũ, & tibiarum. Tuſcul. 171 b, Cùm tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam. *Hortenſ.Ponendæ ſunt fides & tibiæ. de ſuis conſil. Tibiarum cantu inſtincti. ad Her.54 b,Non illæ te nuptiales tibiæ eius matrimonij commonebant.de Nat.30 b, Si ex oliua modulatè canentes tibiæ naſcerẽtur.

TIBICEN,nis.*qui tibijs canit*. de Orat.130 b,Tibicen ſine tibijs canere non poteſt. de Cl.181 a, Tibicen Antigenidas dixit diſcipulo ſanè frigenti ad populum , Mihi cane & muſis. Acad. 6 b, Qui primo inflatu tibicinis Antiopam eſſe aiunt.& 21 b,Simul inflauit tibicen.de Leg.182 b, Ad cantus & ad tibicinem proſequi laudes honoratorum virorum.de Nat.30 b, Tibicen repentè conticuit. & 64 a,Tibicinis ſcientia. Orat.216 b,Non ſunt in oratione tanquã tibicini percuſſionum modi, ſed vniuerſa comprehenſio, &c. pro Mur. 129 b, Tranſit idem iuriſconſultus tibicinis Latini modo. I. V.165 a, Iſidori mimi filiam vi abductam ab Rhodio tibicine. pro Dom.238 a, C. Atinius bona Q. Metelli, &c. conſecrauit foculo poſito in roſtris, adhibitoq; tibicine.de Nat.64 a,Concedam non modò animantem & ſapientem eſſe mundum, ſed fidicinem etiam & tibicinem: quoniam earum quoque artium homines ex eo procreantur. de Leg.182 a, Extenuato ſumptu tribus ricinijs & vinculis purpuræ, & decem tibicinibus tollit etiam lamentationem. Epiſtol.107 a,Se nepotem bellum tibicinem habere.

*TIBICINA, æ. *quæ tibijs canit*. de ſuis conſil.Admonuiſſe tibicinam vt ſpondæum caneret,*Pythagoras dicitur*.

TIBVRS,tis.*à Tibure opp.vt Tiburs ager*.de Or,129 a,In Tiburti.& 133 a, Villam in Tiburte habes. Att.132 a,In Tiburti Lepidi.*ſic legendum eſt: non,Aut Lepidi*.

TIBVRTINVM. *villa Scipionis*.Philip.5.

TIGNARIVS,a,um.de Cl.178 a,Faber tignarius: *id eſt, qui domus ipſe fabricatur. nam tigni nomine omnis materia, è qua æficia conſtant, continetur: & ſi tignum trabem ſignificet, idcirco Plaut. materiarium appellauit*.

TIGNIVM,ij.*oppidum*.Attic.111.

TIGVRINVS ager.pro Tullio,apud Quintilianum.

TIMAEVS.*hiſtoricus longè eruditiſsimus*.de Orat.113 b.

TIMENDVS,a,um.Epiſt.5 a,Sed tamen in eiuſmodi rerum perturbatione quanquam omnia ſunt timenda, nihil magis quàm perfidiam timemus.

TIMEO,es. *metuo, horreo, extimeſco, pertimeſco, reformido, vereor, hoc me commouet,in metu ſum, timore afficior, motus animo obijcitur,mente vix conſto*. Epiſtol.88 a, Quotidie aliquid fit leuius & liberalius,quàm timebamus.pro Syll.178 a,A' quo quidem genere iudices ego nunquam timui. Attic.275 b, Itaque timeo de cònſulatu, me, &c. & 195 a, & 122 b,De rep. valde timeo. &, Timere de honore ſuo. Quint. frat. 305 a,Familiariſſimus quiſque ſibi pertimuit. Attic.194 a, Quid poſſem,timebam. Epiſtol.172 b, Timeo quemadmodum hæc explicari poſſint. Att.42 a,Nunc iſtic quid agatur,magnopere timeo.* de ſuo conſula.

*Atq; animo pendens noctis euenta timebat.*

I. A. 260 a, Quid hoc biduo timuerimus à domeſticis hoſtibus.

*TIMEOR,eris. pro Dom.216 a, Vt iam planè inopia ac fames,non caritas timeretur. I.A.260 a, Hæc à quibus timebantur,eos hoſtes appellare dubitamus?

† Syntaxis. *Id leuius fit quàm timui. De meo honore timeo. Timeo quemadmodum res cadat. Quid fiat,ego timeo.*

TIMIDE'.*ignauè,timido animo,dubitanter, diffidenter.*)(. *Fidenter*. pro Qu.9 a,& Epiſt.85 a,Timidè ac pedetentim ad aliquid agendum deſcendere. I.A.244 a,Timidè hoc dicam, &c. Tuſculan.187 a, Ne quid abiectè, ne quid timidè, ne

quid

quid ignauè faciamus,&c.pro Cecin 299 b, Nam ipſo preſente de eius virtute timidiùs diceremus. de Finib.125 b, Tum ille timidè, vel potius verecundè. pro Syll. 182 a, Quanquam à me de ea timidè modiceque dicetur. pro Planc. 264 a, Timidè dico,ſed tamē dicendum eſt.de Diu. 122 b, Timidè fortaſſe ſignifer euellebat, quod fidenter infixerat.

† Syntaxis. *Timidè ac pedetentim deſcendere ad aliquā rem. Abiectè,timidè,ignauè. Timidè,imò potius verecundè Timidè,modiceq;.*

TIMIDITAS,tis.*anguſtus & paruus animus.* Part.237 a, Verecundiam timiditas imitatur. de Fin. 118 a, & Tuſc.238 b, Ex rebus enim timiditas,non ex vocabulis oritur. Tuſc. 193 a,& de Finib 118 a, Quæ qui recipit,recipiat idem neceſſe eſt timiditatem & ignauiam. Non cadunt autem hæc in virum fortem. pro Cluent 44 a, Supplicium in bello timiditati militis propoſitum eſſe. I. A. 173 b, Tu ei bello propter timiditatem defuiſti. pro Cæl. 45 a, Qui propter neſcio quam credo timiditatem, & nocturnos quoſdam inanes metus tecum ſemper cubitauit. de Orat. 109 b, Tu pudore à dicendo, & timiditate ingenua quadam refugiſti. * de Orator. 136 b, Neque illa mea cautio & timiditas in cauſis propter præſtantem prudentiam Craſſi negligenda eſt.

† Syntaxis. *Timiditas & ignauia. Cautio in cauſis,& timiditas. Pudor,& ingenua timidas, pudoris finitio.*

TIMIDVS,a, um. *ignauus, parum animi habens, nullius animi, circumſpectans omnia, quicquid increpuerit pertimeſcens, diffidens, imbellis, vecors omnia circumſpiciens pericula.* pro Milon. 120 a, pro Mar. 134 a, Si in alterutro ſit peccandum, malim videri nimis timidus, quàm parum prudens. pro Seſt. 10 b, Me timidum,nullius animi, nullius conſilij fuiſſe cōfiteor. Epiſt.103 a, Timidus in labore militari. & 176 a,& ad Heren 35 b, Timidum atq; ignauum iudicari. I.A.244 b, Nemo me minus timidus,nemo cautior. I P.95 b, Timidus ac tremens. pro Cecin.288 a, Homo timidus atq; imperitus. Offic.16 b, Ne imbelles timidique videamur.pro Dom.224 b, Fac me timidum eſſe natura, quid,&c. Attic. 115 b, Timidiſſimæ in oppidis conciones. Offic.75 b, Quæ timido animo, humili,demiſſo, fractoque fiant, ea non eſſe vtilia.

† Syntaxis. *Timidus, nullius animi, nullius conſilij. Timidus & ignauus. Timidus & cautus. Imbellis ac timidus. Animus timidus, humilis, demiſſus, fractus.*

TIMOLVS,vel TYMOLVS. *mons, quem Mela Tmolum, ſi integra lectio eſt, vocat.* pro Flac.155 b.

TIMON nis. de Am.112 a, Si quis ea aſperitate eſt,& immanitate naturę vt congreſſus ſocietatemq; hominum fugiat atq; oderit: qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem accepimus. Tuſc.214 a, Vt odium in hominū vniuerſum genus, quod accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur.& 214 b, Similiter definitur mulierum odium, vt Hippolyti & Timonis, generis humani.

TIMOR,oris.*metus, formido.* Tuſcul.213 a, Timor eſt motus mali appropinquantis. Ep 5 a, Et animos à minore cura ad ſumū timorem traduceret *promulgatio.* Att.79 b, Noſtris animus acceſſit, hoſtibus timor iniectus eſt. & 247 a, Ciuitas perculſa magno timore. de Som.127 a, Ades, inquit, animo, timorē omitte. I.A 77 b, Quanquā te bonum timor faciebat, nō diuturni magiſter officij. Att.275 b, Vtinā inſpectare poſſes timorē de illo meum.cont. Rul.65 a, Spem improbis oſtendiſti, timorem bonis inieciſti. de Diu.92 b, Tum ego contremui, timore perterritus. Epiſt.23 b, Aeſtas quæ ſequitur, magno eſt in timore. & 154 a, Res quæ mihi facit timorem.& 168 b, Amici noſtri magno timore de nobis afficiuntur. Qu. fr.325 b, Sine timore ſum. Attic.75 b, Magno timore ſum: ſed bene ſperamus. Offic.37 b, Dionyſius quo cruciatu timoris angi ſolitus, qui, &c. * Hortenſ. Imbecillus eſt pudoris magiſter timor, qui ſi quando paululum aberrauerit, ſtatim ſpe impunitatis exultat pro Sex.Roſc.20 a, Huc accedit ſummus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit,& veſtra dignitas,& vis aduerſariorum,& Sex.Roſcij pericula. de Finib.84 b, Cùm & præteriti doloris memoria recens eſt, & futuri atque impendentis torquet timor Epiſt 80 b, Quod vel maximum ad timorem proponitur. Ep.174 b, Noui timores retexunt ſuperiora.& 192 b. *Lentuli.* Huius rei timore percitus ibid. Hæc ſiue timore, vt dictitant, de agris, &c. nullo exemplo, neq; veſtra ex parte mederi, cùm facilè poſſent, voluerunt. Att.47 b, Literæ exploratæ à timore.

† Syntaxis. *Ad timorem traducere animum. Inijcere alicui timorem. Timore percelli. Timorem animo omittere. Aetas, annus hic eſt magno in timore. Ill mihi non facit timorem. Magno timore eſſe.*

TIMOTHEVS,thei *muſicus* de Leg.177 b, Seuera illa Lacedæmon neruos iuſſit, quòd plures quàm ſeptem haberet in Timothei fidibus, inde demi.

TINCTVS, a, um. *imbutus.* de Clar.183 b, Ergo illam patris elegantia tinctam videmus. de Orat. 116 b, Sit enim mihi tinctus literis & 119 b, Alterum, quod totum arte tinctum videtur. de Leg.179 a, Color autem albus præcipuè decorus Deo eſt, cùm in cæteris, tum maximè in textili. Tincta verò abſint, niſi à bellicis inſignibus.



*TINDARITANVS,a,um. I.V.219 b, Legati Tindaritani. & 220 b, Mercurius Tindaritanus.

TINGO,gis.*coloro, imbuo.* de Nat.74 a, Tunica ſanguine centauri tincta.

TINNIO,is Att.236 b, Maximè autem expecto, ecquid Dolabella tinniat: *id eſt, an afferat nummos.*

TIRETIVS,a,um. Att 259 b. Pons Tiretius.

TISSENSES,*populi.* I.V.166 b. *Alij Tiſſinenſes legunt.*

TITAN,nis. *ſol.* in Arat.

*Quem cum perpetuo veſtiuit lumine Titan.*

TITANES,num. *Titani, Cæli & Veſtæ filij.* de Leg.185 a, Plato à Titanum genere ſtatuit eos, qui vt illi cœleſtibus, ſic hi aduerſentur magiſtratibus.

*TITANI,orum. *Titanes.* de N.40 a, Cum Titanis, cum Gigantibus, ſua propria bella geſſerunt *Dij.*

TITILLANS,tis. de Fin.60 a, Aut pluris eſſe contendat dulcedinem corporis, & titillantem ex ea re natam lætitiam, quàm,&c. Offic.46 a, Aſſentatores populi multitudinis leuitatem voluptate quaſi titillantes.

TITILLATIO,onis. *ſuauitas motus.* de Nat.22 b, Voluptates, quibus quaſi titillatio ſenſibus adhibetur. de Sen.86 b, Nō eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus.

TITILLO,as. *moueo, ſed cum quadam ſuauitate.* de Fin.57 a, Voluptas quæ quaſi titillaret ſenſus, vt ita dicam, & ad eos cum ſuauitate afflueret, & illaberetur.

TITILLOR, ris. Tuſc.200 b, Niſi ſenſus, quaſi titillarentur voluptate.

TITIVS,ij. *Saltationis genus.* de Clar.185 a, Quos Sex. Titius cōſecutus, homo loquax ſanè, & ſatis acutus: ſed tam ſolutus & mollis in geſtu, vt ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet.

TITVBANTER. *dubitanter.* pro Cæl.40 b, Poſuiſtis enim, atque id titubanter & ſtrictim, hunc, &c. ad Her. Titubanter & inconſtanter loqui.

TITVBATIO,onis *hæſitatio* de Inu.lib.2, Metus, lætitia, titubatio ad Heren.8 b, Vt ne paruula quidem titubatione aut offenſione impediremur.

TITVBO,as. *hæſito: nec vox, neq; lingua conſiſtit.* pro Flacc.159 b, pro Cæl.51 b, Teſtes, ſi verbo titubârint, quò reuertantur, non habebunt. Attic. 28 b, Qui nihil titubârunt. de Orat.160 b, Verſus debilitatur, in quacunque eius ſit parte titubatum. pro Dom.241 b, Furtim mente ac lingua titubante facere aliquid. Epiſtol.187 b. Si quid fortè titubatum eſt, vt fit in bello. ad Heren.7 b, Erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe.

† Syntaxis. *Titubanter ac ſtrictim. Titubanter ac inconſtanter. Ne quid titubetur in legendo. Erubuit, expalluit, titubauit.*

TITVLVS,li. *index,* I.P.83 b, Qui tanquam truncus atque ſtipes, ſi ſtetiſſet modò, poſſet ſuſtinere tamen titulum conſulatus. Tuſcul.234 a, Iidem dicant ſemper beatum eſſe ſapientem: quos ſi titulus hic delectat inſignis & pulcer, Pythagora, Socrate, Platone digniſſimus, inducant animum,&c.

TOGA,gæ. I.P.65 a, Toga pacis eſt inſigne & ocij. pro Seſt. 28 a, Cui ſuperior annus idem & virilem patris & prætextam populi iudicio togam dedit. I.C.109 a, Socij Catilinæ velis amicti, non togis. in Vat.34 a, In epulo cum toga pulla accumbere. I. A.169 a, Sumpſiſti virilem togam, quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. de Amic.102 b, Pueri togam ſumentes, prætextam deponebant. Att 107 a,& 80 b,& 128 a, & 152 b, Dare togam puram alicui. Attic 80 b, Quinto ſororis tuæ filio togam puram iubeo dari. * de Orat.158 a, Togam pro pace. I.V.99 a, Eripies igitur pupillæ togam prætextam? detrahes ornamenta non ſolum fortunæ, ſed etiam ingenuitatis? & 107 a, Neq; te tam cōmouebat, quòd ille cum toga prætexta, quàm quod ſine bulla venerat. Veſtitus enim neminem commouebat is, quem illi mos & ius ingenuitatis dabat. I.V.243 a, Ob earum rerum laborem & ſolicitudinem fructus illos datos, &c. togam prætextam. pro Cluent. 50 b, Quòd permulta eſſent ornamēta, quibus eam mitigare moleſtiam poſſet. ꝓ Cæl. 39 b, Nobis quidē olim annus erat vnus ad cohibendū brachium toga cōſtitutus. in Piſ.95 a, Cedant arma togæ. Tuę dicis, inquit, togæ ſummum imperatorem eſſe ceſſurū. I.A.164 a, Tuis armis ceſſit toga Quæramus igitur vtrum melius fuerit, libertati populi Rom. ſceleratorū arma, an libertatem noſtram armis tuis cedere? Offic.16 a,

*Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.*

Qu.fr.313 b, Togam ſum eius prætextam, quam erat adeptus Cæſare Conſule, magno hominum riſu cauillatus. ibid. Quo minus togam pretextam quotannis interpolet.

*TOGATA,

*Togata,æ. *ſc: Comœdia* pro Seſt.25 b, Nam cùm ageretur Togata, Simulans, vt opinor.

Togatvs,a,um. de Or 94 a, Quaſi vnus è togatorum numero pro Syl.183 b, Cui vni togato ſenatus ſupplicationē decreuit. I. A. 197 a, Græcus iudex modò palliatus, modò togatus. pro Sex. Roſc. 41 a, Magna caterua togatorum. Att.141 b, Sibique ſatis eſſe dixit, ſi togatus officia vrbana ſibi præſtitiſſem. *pro Marc.134 b, Multaq; vterq; dux faceret armatus, quæ idem togatus fieri prohibuiſſet. I. A. 170 a, Hoſtis togatus.

Togvla,læ. I.P.91 a, Att.17, Togulæ lictoribus ad portam præſtò fuerunt: quibus illi acceptis, ſagula reiecerunt. Att. lib. 1, 17, Pompeius togulam illam pictam ſilentio tuetur ſuam.

Tolerabilis, le. *vendibilis, probabilis, non contemnendus, patibilis*. de Sen.78 b, Moderati ſenes tolerabilem agunt ſenectutem. Att.87, Ergo Græci ſoluunt tolerabili fœnore. de Finib. 76 b, Quem quidem vos cùm improbis pœnam proponitis, impatibilem facitis : cùm ſapientem ſemper boni plus habere vultis, tolerabilem. Att.283 b, Ignoſcere etſi in cæteris rebus tolerabile eſt, in hoc bello pernicioſum puto. I.C. 122 a, Seruus eſt, qui modò tolerabili conditione ſit ſeruitutis, qui non. &c. de Orat.103 b, Ac ſi iam placet. &c. tolerabilius eſt ſic dicere, vt boni oratoris ſic, &c. & ibid. Philoſophi qui tolerabiliores motus eſſe volunt, &c. de Or.85 b, Vix ſingulis ætatibus ſinguli tolerabiles oratores inuenti ſunt. de Clar.180 b, Orator ſanè tolerabilis. Att.160 a, Regnum nemini tolerabile. * Frag. ep. Tolerabile erratum.

Tolerabiliter. *toleräter*. Ep.25, Quo tolerabilius igniculum deſiderij tui feramus. de Fin.99 a, Etiam ſi dolores tolerabilius patiantur.

Tolerandvs, a, um. Attic. 14 b, Nobis inter nos noſtra ſunt vitia toleranda. Offic 42 a, Omnia militari labore tolerando. Tuſcul. 178 b, Res ad patiendum tolerandumq; difficilis.

Toleranter. Ep.51 b, Ferre aliquid toleranter. Tuſc.184 a, Toleranter dolorem pati. * & 189 a, Græci morbos toleranter atq; humanè ferunt.

Tolerantia, tiæ. Parad. 120 b, * Sapientis animus magnitudine conſilij, tolerantia rerum humanarum, &c. vt mœnibus ſeptus.

Toleratio, onis. de Fin.84 b, Quædam alia toleratio eſt verior, qua vti vos non poteſtis. *Alij ratio legunt.*

Tolero, as. *fero, patior, perfero, obduro, ſuſtineo, ſuſtento, haurio*. C. 109 b, Niſi idcirco ſe faciliùs hyemem toleraturos putant. de Diu.121 b,

*Ferte viri, & duros animo tolerate labores.*

Epiſtol.103 b, Forti animo iſtam tolera militiam. Brut. ad Attic.285 b, At qui potuimus tolerare noſtram fortunam. * de Finib. 118 a, Dicunt illi, dolorem eſſe difficilem toleratu.

Toleror, ris. Qu.fr. 294 b, Sumptus & tributa ciuitatum ab omnibus tolerari æqualiter.

† Syntaxis. *Orator tolerabilis. Ferre tolerabiliter, & pati. Res ad patiendum ac tolerandum difficilis. Ferre, & tolerare.*

Tollendvs, a, um. *remouendus, amouendus, interimendus*. de Or.124 a, Auaritiam ſi tollere vultis, mater eius eſt tollenda luxuries. pro Cl. 22 a, Deinde ipſum Aurium tollendū interficiendumq; curauit. de Fin.70 b, Cupiditas tollenda eſt, atq; extrahenda radicitùs.

¶ *Laudandus, ornandus.* Epiſtol. 176 b, Quod diceret ſe dixiſſe laudandum adoleſcentem, ornandum, tollendum, ſe non eſſe commiſſurum, vt tolli poſſit. *hic, tollere, ambiguum eſt. Ita enim dixerat, quaſi eſſet extollendus & ornandus Octauius: ſed reuera remouendum & extinguendum intelligebat, vt etiam ipſe Octauius intellexit.* Qu.fr.296 a, In portorijs Italiæ tollendis. * de Conſolat. Si Cadmi progenies in cœlum tollenda fama fuit.

Tollo, lis: ſuſtuli, ſublatum. *aufero, detraho, deleo, extinguo, remoueo, de medio remoueo, eximo.* Att.84 b, Alterius iniquè conſtituta & acta tollere. Acad.6 a, Hoc infirmat tollitq; Philo. Qu. fr.301 a, Tolle omnes *literas*, ſi potes, iniquas, tolle inuſitatas, tolle contrarias. pro Qu.12 b, Tollere funditùs, ac delere memoriam alicuius rei. Ep. 38 a, Tollere diſcordias ex amicitia. & 2 b, Vt exercitum religio tollat. te autorem ſenatus retineat. Att.188 a, Vt mihi omnē dubitationem tolleret. I. V.201 b, Idcirco nemo ſuperiorū attigit, vt iſte tolleret? & 155 b, Tollere frumentū de area. Att.204 a, Cuius *cauſæ* feſtinationē mihi tollis, quoniam de æſtate polliceris, vel potius recipis. pro S.R.10 b, Vt deleatis ex animo ſuo ſuſpicionē omnem, metumq; tollatis. de L.175 a, Augures poſſunt à ſummis imperijs comitia tollere. pro Dom.222 a, Tollere aliquē è ciuitate. pro S.R.21 b, Tollere aliquē de medio. Or.217 b, Delere, tollere, auferre, detrahere pro Dom.222 a, Si qua res illum diem ſuſtulit, tota cauſa ſublata eſt. * de Leg.176 b, Leges non iure rogatas tollit augur, vt Titiam decreto collegij, vt Liuias conſilio Philippi conſulis & auguris. de Nat. deor.76 a, Q. Varius Druſum ferro, Metellum veneno ſuſtulerat. pro C. Cornel. 1. In quo ſuſpicionem omnem tollit C. Curionis virtus ac dignitas, & Q. Metelli adoleſcentia. pro M. Scau. Propinquitas & celeritas loci tollit ſuſpicionem. de Conſolat. Cedo & manum tollo. de Amic.105 a, Solem è mūdo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt. Att.22 a, Noli, inquam, de vno pede ſororis queri licet etiam alterum tollas.

¶ *Laudo, attollo, extollo.* pro Cecin. 296 b, Qui ſaxa iácerent, quæ de terra ipſi tollerent. I. V. 148 a, Tollere aliquid oneris: *id eſt, ſuſcipere.* Quint. frat. 312 b, Sed mea factum eſt inuiſa verecundia, vt te proficiſcens non tollerem. de Orat. 152 b, Augere aliquid, & tollere altius dicendo. de Ar.261 b, Tollam altius tectum, non vt deſpiciam, ſed, &c. Tuſc.235 b, Tollere ſe à terra altiùs. Ac.16 b, Tollere manus ob admirationem. * Hortenſ. Nihil eſſe, in quo ſe animus excellens tollat.

Tollor, ris. *auferor.* Attic.219 a, Da negocium alicui, vt id nomen ex omnibus libris tollatur. pro Seſt. 15 b, Vt cenſoria notatio de repub. tolleretur. de Fin.56 b, & pro Seſt. 23 b, Vt tollatur error omnium imperitorum. pro Seſt.10 a, Gradus eius templi tollebantur. Att.212 a, Menda librariorum tolluntur. de Fat.142 a, Vitia naturalia extirpari, ac funditùs tolli non poſſunt. Epiſt.85 a, Cùm mendum ſcripturæ litura tollatur. pro Mur.131 a,

*Tollitur è medio ſapientia, vi geritur res.*

¶ *Abducor.* pro Quin.2 b, Tollitur ab atrijs licinijs, atque à præconum conſeſſu in Galliam Næuius, & trans alpes vſque transfertur.

¶ *Extollor.* Offic.71 a, Phaëthon optauit, vt in currum patris tolleretur: ſublatus eſt inſanus. I. V.222 a, Clamor à fani cuſtodibus tollitur.

† Syntaxis. *Tollere de medio, de ciuitate. Tollere, & interficere. Tollere, ter repetitum. Augere, & tollere dicendo. Extirpare, ac funditùs tollere. In currum tollere.*

Tolosa, *vrbs.* I.V.272.

Tolosanvs, a, um. de Natur. deor. 74 b, Toloſanum aurum.

*Tonans, tis. I. A. 195 b, Ioue tonante, cum populo agi fas non eſt. & 196 a, Tonante Ioue & propè cœleſti clamore prohibente. de N.39 a, Cùm dicunt Iouem fulgentem, tonantem. Dicunt enim in cœlo fulgentem & tonantem. de Diu.117 a, Ioue tonante & fulgurante comitia populi habere nefas.

Tondeo, des. Tuſc.239 b, Ancillari ſordidoq; artificio regiæ virgines, vt tonſtriculæ, tondebant barbam & capillū patris. & ibid. Dionyſius ne tonſori collum committeret, tondére filias docuit.

Tonitrv. & Tonitrvvm, trui. *aëris ſonitus, cœleſtis clamor.* de Diuin.117 a, Placet Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi ſint, cùm fluere cœperint, ventos eſſe: cùm autem ſe in nubem induerint, eiusq; tenuiſſimam quamq; partem cœperint diuidere atq; diſrumpere, idq; crebrius facere, & vehementius, tum & fulgura & tonitrua exiſtere. *al. fulgores.* Epiſt.112 b, *Cælij.* Hic tibi ſtrepitus fremitus, clamor, tonitruum, & rudentum ſibilus. de Diuin.116 b, Quòd homines tonitrua, iactusq; fulminū extimuiſſent. I. A. 196 a, Quæ porrò illa tonitrua? quæ tempeſtas? & ibid. Tonante Ioue, & propè cœleſti clamore prohibente. de Orat.157 a, Cœlum tonitru contremit.

Tono, as. de Diuinat.139 a, Si fulſerit, ſi tonuerit, ſi tactum aliquid erit de cœlo. de Nat. deor. 39 a, Iupiter in cœlo fulgens & tonans. *aliter, Iouem fulgere & tonare.* de Diuinat. 125 b,

*Cùm tonuit læuum benè tempeſtate ſerena.* *ex Ennio.*

Orat. 199 a, Pericles ab Ariſtophane poëta fulgurare, tonare, permiſcere Græciam dictus eſt.

Tonsillae, rum. *glandes ad radicem linguæ, quæ ſaliuam cōficiunt: quanquam tonſillæ in homine, in ſue glandulæ, teſte Plin. appellantur.* de N.53 a, Stomachus ex vtraq; parte tonſillas attingens, palato extremo & intimo terminatur.

Tonsor, oris. Tuſcul.229 b, Dionyſius ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas docuit.

Tonsorivs, a, um. Offic.37 b, Dionyſius cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi adurebat capillum.

Tonstricvla, læ. Tuſc. 239 b, Ancillari ſordidoq; artificio regiæ virgines, vt tonſtriculæ, tondebant barbam & capillum patris.

Tonsvs, a, um, I.P.83 a, Cum illa ſaltatrice tonſa, &c.

Topiaria, riæ, Qu.fr.319 a, Topiariam facere.

Topiarivm, rij. *opus ex arbore aut frutice, variè inflexis ramis, & vinctis ad ſpeciem decoremq; hortorum.* Qu.fr.319 a, Topiarium laudaui, ita omnia conueſtiuit edera.

Topica,orum.Ep.104 b,Inſtitui Topica Ariſtotelica conſcribere. *&Top.321 a,Incidiſti in Ariſtotelis topica quædam,quæ ſunt ab illo pluribus libris explicata. ibid.vt tibi illa traderem.

Topice,ces. *Top.121 b,Inueniendi artem, quæ Topice dicitur, quæ ad vſum potior erat, & ordine naturæ certè prior, totam reliquerunt.

Toreuma,tis.*opus torno factū*.I.P.94 a,Toreuma nullū,maximi calices. I.V. 134 b, Toreumata ſanè nota ac precioſa auferūtur.& 208 b,De hoc Verri dicitur,habere eum per bona toreumata:in his pocula duo quædam, quæ Heraclea nominantur, Mentoris manu ſummo artificio facta.

Tori, orum. *lacerti ipſi, ſeu lacertorum capita, in quibus eſt robur,pars coronæ eminentior.*Tuſc.179 b, O' pectora,ô terga,ô lacertorum tori. Or.198 b, Aut addit aliquos,vt in corona toros, id eſt flexus ornamentorum grauiorum.

Tormentum,ti.*cruciatus,ſupplicium,eculeus.*Part.234 a, Alij metu mortis vim tormentorum pertulerunt. de Fin.99 b, Vt in omnibus tormentis conſeruetur vita beata. ꝓ Clu. 55 a,Serui autoritate aduocatorum , & vi tormentorum adducti, in veritate manſerunt. & ibid. Nulla vis tormentorum acerrimorum prætermittitur.pro Mil.112 a. Aliquẽ tormentis cogi quippiam confiteri. & ibid.Quod tormẽtis inuenire vis, fatemur. I. A. 231 b, Tum verberibus ac tormentis quæſtionem habuit publicæ pecuniæ. & 232 a, Nec grauiora ſunt carnificum tormenta, quàm interdum cruciamenta morborum.pro Syl.182 a,Quæſtiones nobis ſeruorum & tormenta accuſator minitatur. & ibid. Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiuſq;. Ep. 85 b,In hac calumnia timoris, & cæcæ ſuſpicionis tormẽto cū plurima ſcribantur.de N.76 b,Accepimus Zenonẽ in tormentis necatum. Offic.60 a, Sed tanquam tormenta quædam adhibemus,vt ſi,&c. I.A.231 a, Mortem naturæ pœnam putat eſſe, iracundiæ tormentum atq; cruciatum. I.A.250 b. Antonius omnibus bonis cruces ac tormenta minatur. *Tuſculan.228 a;Quod etſi difficile eſt probatu propter tam varia & tam multa tormenta fortunæ. pro Cluent.55 a, Tormentis omnibus vehementiſſimis quæritur.ibid. Cùm iam tortor atque eſſent tormenta ipſa defeſſa.pro Cluent. 56 b, Strato iiſdem in tormentis dixit de veneno.

¶ *Machina,vel inſtrumentū,quo iaculamur,impellimus. vt baliſtæ,telorū & lapidū.* I.A.218 a, Antonius ante oculos legatorum,tormentis Mutinam verberauit.*Tuſc.187 a,Baliſtæ lapidum & reliqua tormenta telorum eò grauiores emiſſiones habent, quo ſunt contenta, atq; adducta vehementiùs.Ep.245 b,Vſus tormentis multis, multis ſagittarijs,&c. rem confeci.

Tormina, num. *dyſenteria, id eſt, inteſtinorum grauis dolor & morbus.* Tuſcul.185 a, Quamuis Epicurus forticulum ſe in torminibus & ſtranguria ſua præbeat.

Torminosvs,a,um. Tuſc. 214 b,Dicimus grauedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos: non quia iam ſint, ſed quia ſæpe ſint.

Torno,as.*polio,quaſi torno facio.*de Vn.198 a, Deus mundū ita tornauit,vt nihil fieri poſſit rotundius. & Arat.

**——vt nemo,&c.*

*Tam tornare catè contortos poſſiet orbes.*

Torpedo,nis.*genus piſcis.* de Nat.51 a, Atramenti effuſione ſepiæ, torpore torpedines ſe tutantur.

Torpeo,pes.*obtorpeo.*de Nat.21 b,Epicurei Deum feriatum volunt ceſſatione torpere. de Diu.122 a,

*Quidnam torpentes ſubitò obſtupuiſtis Achiui?*

Torpor,oris.*ſtupor.** de Nat.deor.51 a,Torpore torpedines ſe tutantur.

Torqvatvs,ti. Offic. 85 a,Hic T.Manlius is eſt,qui ad Anienem Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto,Torquati cognomen inuenit.

Torqveo,ques *flecto,intorqueo.* Acad.31 a,Cùm terra circum axem ſe ſumma celeritate conuertat & torqueat. Orat. 201 b, Oratio iſta flexibilis,vt ſequatur quocunque torqueas. de Leg.161 b,Opinionū vanitas torquet ac flectit imbecillitatem animorū, quocunq; cœpit ꝓ Cęl.40 a, Verſare ſuam naturam,& regere ad tempus , atque huc & illuc torquere & flectere.ad Heren.20 b,Torquere vocem à ſermone ſerio ad liberalem iocum. de Leg.177 a, & Off. 26 b, Ceruices oculoſq; pariter cū modorum flexionibus torqueant.de Inu.67 b,Quod vterq; torquere ad ſuæ cauſæ commodum debet. Acad. 20 a, Torquere oculum,& duas ex lucerna flammulas videre.

¶ *Vexo,ango.* Parad.119 a,Tuæ te libidines torquent.Ep.121 a, Acriter nos tuæ ſupplicationes torſerunt.I.P.99 a, Mitto aurum coronarium,quod te diutiſſimè torſit, cum modò velles,modò nolles.de Orat.99 a,Verbi controuerſia tam diu torquet Græculos homines, &c.

¶ *Iaculo.* de Orat.196 a,Torquere haſtas amentatas.



Torqveor,ris. *conuertor.* de Vn.198 a,Mundus maxima vna conuerſione, atq; eadem ipſe circū ſe torquetur & vertitur.

¶ *Inflector.* Vultus mutantur,ora torquentur.

¶ *Diſtrahor,corrumpor.* pro Cecin. 299 b, Verbo ac litera ius omne torqueri.

¶ *Angor,excrucior.* de Fin.60 b,Stulti malorū memoria torquentur.67 a,Qui in dolore eſt,torquetur. Att.10 a,Apud Rhodios liberi ciueſq; torquētur.pro Syl.182 a,Vita P.Syllæ torqueatur, ex ea quæratur, &c. de Fin. 99 a, Torqueri eculeo. Att.108 a, Equidem noctes dieſq; torqueor.

Torqves,quis.*colli ornamentum intortum, monile.* I.V. 190 a, Q.Rubrum phaleris & torque donaſti. Offic 75 a,T.Manlius , qui Gallo torque detracto , cognomen inuenit. * de Finib. 53 b, Neque eum Torquatum aut torquem illum hoſti detraxiſſe, vt aliquam ex eo perciperet corporis voluptatem.

Torrens,tis. *fluuius imbri creſcens,qui è montibus lapſus rapide fertur.* de Finib.64 b, Cùm fertur quaſi torrens oratio, multa cuiuſq; modi rapit.& ibid.Nuſquam orationem rapidam coërceas.

Torreo,ers.*exuror.* de Somn. 129 b,Medium autem illum cingulum ſolis ardore torreri. I. P. 88 b, Sapientem etiamſi in Phalaridis tauro incluſus,ſuccenſis ignibus torreatur,&c.

Torridvs,a,um.*peruſtus,aridus.*contra Rull.85 a, Homo macie torridus, contemptus,abiectus.

Tortor,oris.*carnifex.*pro Clu.55,Cùm iam tortor, atque eſſent ipſa tormenta defeſſa. I.A. 232 a, Ponite ante oculos vincula, verbera,eculeum,carnificem,tortoremq; Samarium. de Fin. 113 a, Si ſapiens ad tortoris eculeum ire cogatur.pro Mil.112 a,Quid opus eſt tortore?

Tortvosvs,a,um.*flexuoſus,aduncus.* de Nat.deor.53 b,Eſt autẽ aluus multiplex & tortuoſa. & 55 a,Soni ex tortuoſis locis & incluſis referuntur ampliores. pro Cl.55 a,Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuoſa.

¶ *Difficilis.* de Diu.135 a, Et cùm ſtertentes viderint obijcere his quædam viſa tortuoſa & obſcura.

¶ *Inſuauis.*de Am.108 b, Multiplex & tortuoſum ingeniū.

¶ *Arduus,ſpinoſus.* Acad.24 b,Tortuoſum genꝰ diſputãdi.

*Tortvs,a, um. Top.227 a, Verberibus torti,& igni fatigati quæ dicunt.

Tortvs,tus.de Diu.121 b,

*Vidimus immani ſpecie tortuq; draconem*

*Terribilem,&c.——* Tuſc.179 b,

*Hæc interemit tortu multiplicabili draconem.* **Poëta.**

Torvs. vide Tori.

Torvvs,a,um.*horribilis.* de Nat.47 a,

*Toruus draco ſerpit,&c.——*

Tostvs,a,um. *exuſtus.* Tuſc.200 a,Toſti alij ſtant parietes.

Tot.)(.*quot.* de Orat.121 a, Quot homines,tot cauſæ. Att. 59 b, Qui tot annos,quot habet Def Cos.fuit.de Ar.247 a, De nullo opere publico tot ſenatus extant conſulta, quot de mea domo. pro Pom. 13 a, Tot & tantas res,&c.quot & quantas,&c.I.V.111 b,Tot & tantæ,& tam graues ciuitates.pro Qu.2 a, Tot tantæq; difficultates. Tuſc.234 a,In his tot & tantis quę accidere poſſunt. pro Mur.138 b,Acceſſit his tot doctrina paulo aſperior. Para.119 b,Animus Reguli tot virtutum præſidio munitus , tantoq; comitatu virtutis ſeptus.pro Cęl.51 b,An timebant,ne tot vnum ſuperare poſſent? L.Tantvs.

Totidem. *par numerus.* de Inu.82 a, de Diu. 127 a,Patroclus & Euriſthenes gemini fratres fuerunt: at hi nec totidẽ annos vixerunt. anno enim vita Patrocli breuior fuit. Att. 90 b,Iſtum ego locum totidem verbis à Dicæarcho trãſtuli.pro R. P. 124 a, Hoc totidẽ verbis translâtum caput eſt. de Finib. 85 b, Epiſtola quam modò totidem verbis interpretatus ſum de Clar.196 a,Totidem quot dixit,vt aiunt, ſcripta verbis oratio. Academ.11 a,Totidem verbis,quot Stoici.Orat.210 a,Quot,&c.totidem, &c. L.Qvot.

Toties.)(.*quoties.vel* Totiens.)(.*quotiens.* I.V.138 a,& 143 b,de Or.107 a,Toties quoties præſcribitur.Att.109 b, Velim mihi ignoſcas, quòd ad te ſcribo tam multa toties. pro Mar.134 a,Quotiens,&c.totiens, &c.

Totvs,a,um.*omnis,cunctus, vniuerſus, omnes partes plenus,integer,ſolidus.* pro Mil.113 a, Tota reſp.omnis Italiæ pubes, cuncta populi Rom.arma. de Vn 196 a,Vt tota oratio ſibi conſtet,& ex omni parte ſecum ipſa conſentiat. de Fin.88 a, Omne cœlum,totamq; cum vniuerſo mari terram mente complecti. Offic.17 b,Alterum,vt totū corpus reip.curent:ne dum partem aliquam tuentur,reliquas deſerãt. de Orat.118 a,Vbi plus mali quàm boni reperio, id totū abiudico atq; reijcio.de Diuin.109 a, Erit abundè ſatisfactū toti huic quæſtioni. de Orat.111 a, Hoc totum quicquid eſt ſiue artificium,ſiue, &c. & 129 a,Leue eſt enim totum hoc riſum mouere.de Ar.245 b,Gaudeo mihi de toto hoc oſtento,quòd,&c. datam eſſe cauſam dicendi. I. V. 145 a,

Tantum

Tantum agam de hoc toto nomine ſocietatis. Att.226 b, Octauius venit mihi totus deditus. de Clar.193 b, Totū ei me tradidi. Ep.256 b, Ei te totū trade. Q. fr.307 a, Plautius totus noſter eſt. Ep.249 a, Vt & ſim totus veſter, & eſſe debeam. I. A. 240 a, Qui ſe totos & animis & corporibus in ſalutē reip. contulerūt. ꝑ Cl.32 b, Homo qui eſſet totus ex fraude & mendacio factus. Off.55 a, Vulgus quid abſit à perfecto, nō ferè ex toto intelligit quatenus aūt intelligit, nihil putat prætermiſſum. Attic. 189 b, 201 b, Totos dies ſcribo. pro Mur.143 a, Totos dies atq; noctes de rep. cogito. Top.229 b, Totę actiones, & perpetuę actiones.) (*Partes orationis*. Ep.86 a, Totū & omne. de Fin.106 b, Totum & vniuerſum. de Or.103 b, Quo in ſtudio hominū ingenioſiſſimorum totas artes videmus eſſe contritas. Att. 254 a, Quintus præceptis meis cōmutatus eſt totus. de Vn. 197 b, Vt vnum opus totum atq; perfectum, ex omnibus totis atq; perfectis abſolueret. de Fin. 42 b, Corporis bona alia ponebat eſſe in toto, alia in partibus: valetudinem, vires, pulcritudinem, in toto: in partibus autem, ſenſus integros, & præſtantiam aliquam partium ſingularum.

† Syntaxis. *Ego ſum totus tuus, & animo, & corpore. Tradidi me tibi totum. Venit ille mihi totus deditus. Totus ex fraude & mendacio factus homo. Ex toto id non intelligo. Totum & omne. Opus totum atque perfectum. (hic totum eſt pro abſoluto.)*

TRABALIS, le. *robuſtiſſimus*. I. V.246 b, Beneficium, vt dicitur, trabali clauo figere.

TRABEA, æ. *poëta Comicus*. Epiſtol.139 a, Quare nihil tibi opus eſt illud à Trabea, ſed potius ἀπόφθεγμα meum. *al.* ἀπότευγμα *legunt*. * de Finib.66 b, Ille apud Trabeam voluptatem animi nimiam, lætitiam dicit eandem, quam ille Cæcilianus.

TRABS, vel bis. *ad Heren.12 b, Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus Cæſæ cecidiſſent abiegnæ ad terrā trabes. Top. 226 b. de Fin.50 a. de nat. 75 a. de Fato 147 a. *Alij legunt Cæſa cecidiſſet abiegna.*

TRACHINIAE, arum. *Sophoclis tragœdia.* * Tuſculan. 179 a, a, Quas hic *Hercules* voces apud Sophoclem in Trachinijs edit?

TRACTABILIS, le. *lenis, mollis, facilis, flexibilis*. de Amic.195 b, Virtus in amicitia tenera eſt atq; tractabilis. Att.165 a, Nihil eſt eo tractabilius.

¶ *Sub tactum cadens.* de Vn. 197 a, Corporeum & aſpectabile, itemque tractabile omne neceſſe eſt eſſe, quod natum eſt.

TRACTANDVS, a, Or.203 a, Nec omnis auditor eorundem aut verborum genere tractandus eſt, aut ſententiarum. de Leg. 159 b, Explicanda eſt natura iuris, conſiderandæ leges, quibus, &c. trctanda iuſſa & iura populorum. de Or. 90 a, Qui in his artibus cognoſcendis atq; tractandis ſtudium ſuum omne poſuerunt. I. V. 145 b, Mihi videor eorum conſuetudinem vſu tractandoq; cognouiſſe.* de Fin. 134 a, Vt ipſæ vites, ſi loqui poſſint, ita ſe tractandas tuendasq; eſſe fateantur.

TRACTANS, tis. *in manibus habens.* Parad.123 b, Aliquis Matellionem Corinthium cupidiſſimè tractans.

¶ *Verſans mente.* Tuſcul.242 a, Hæc tractanti animo, & noctes & dies cogitanti, exiſtit illa cognitio, &c.

TRACTATIO, nis. *vſurpatio, vſus, tractatus, explicatio.* de Orat. 161 b, Vt hi qui in armorum tractatione verſantur. Acad. 2 b, Tractatio philoſophiæ optimo quôque digniſſima eſt. de Clar. 166 a, Tractatio literarum mihi ſalutaris fuit. Orator. 202 a, Tractatio atque vſus vocis in nobis eſt. de Orator. 89 b, Orator trctationem orationis ſibi aſſumet. & 94 a, Quæ obſeruata ſunt in vſu & tractatione dicendi. de Orator.124 b, Tractatio autem varia eſſe debet. Orator. 216 b, Eſt enim in vtroque & materia & tractatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum. * de Diuin. 110 a, Nec verò qui tibijs aut fidibus vti volunt, ab aruſpicibus accipiunt earum trctationem, à muſicis.

¶ *Studium.* Offic.36 a, Quæ in vſu & tractatione belluarum fiunt.

TRACTATVS, us. *tractatio.* de Or.130 b, Qui ipſarum artium tractatu delectati, nihil in vita aliud agunt.

TRACTATVS, a, um. *verſatus.* pro Arch.196 a,* Perſona, quę propter otium ac ſtudium minimè in iudicijs periculiſque tractata eſt.

¶ *Acceptus, exceptus.* Ep.40, Qui à te tractatus eſt præſtanti ac ſingulari fide. pro Cæl.38 a, Quòd pater parum piè tractatus à filio diceretur. pro Pom.5 b, Mercatores iniurioſiùs tractati.

¶ *Agitatus in diſciplina.* Orat. 207 b, Orator habeat omnes philoſophiæ notos & tractatos locos. Offic.53 b, Qui locus à Poſidonio breuiter tractatus eſt in quibuſdam commentarijs. de Orat.147 b, Quæ omnia oratori tractata atque agitata eſſe debent.

*Actus, tranſactus.* ad Herenn. 31 b, An ad ſuam reuertetur antiquam vitam, alicubi honeſtè tractatam?



TRACTO, as. *exerceo, diſſero, doceo, diſputo.* de Finib.134 a, Tractare & tueri vites. de Fat.140 b, Nec ea quæ nunc tracto, minuunt, ſed augent potius illam facultatem. de Leg.156 b, Tractare hiſtoriam. Acad.7 a, Tractare artem. *id eſt, exercere.* Orat.203 b, Grammatici hunc locum tractant in poëtis, eloquentes in omni genere & parte cauſarum. de Or. 155 b, Euclides Geometriam tractauit. Offic.4 a, Quocirca huic quaſi materia, quam tractet, & in qua verſetur ſubiecta eſt veritas. de Orat 119 a, Tractare argumenta. & ibid. Inuenire, excogitare. de Orat.124 b, Nequaquam ſatis eſt inuenire quid dicas, niſi id inuentum tractare poſſis. Off. 31 a, Tractare & contemplari res cognitione digniſſimas. de Senect. 84 b, Ius pontificium & ciuile tracto. de Or.99 a, Tractare atq; agere cauſas amicorum. pro Corn.55 a, Aliquem omnia quæ facere velit, facillimè tractare. de Cl. 165 b, Arma quæ tractare cœperam, & quibus me aſſuefeceram. pro Seſt.7 a, Clauum imperij tenere, & gubernacula reipublicæ tractare. Epiſt.231 b, Qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit. I. V.248 a, & Epiſt. 28 a, Vt is eam pecuniam tractaret, quem ipſe præfeciſſet. Att.101 b, Hoc tu tractabis, vt tibi videbitur. de Am.108 b, Quæ omnia pertinent ad eam, quā iamdudū tracto, conſtātiam. Parad.116 a, Cato cùm ſententiā in ſenatu diceret, locos graues ex philoſophia tractabat. * de Orator.145 b, Quis vnquam res præter hunc Cæſarem tragicas penè comicè, triſtes remiſsè, ſeueras hilarè, forenſes ſcenica propè venuſtate tractauit?

¶ *Accipio, excipio, cum aliquo ago.* Epiſtol.118 b, Me tractat liberaliter Curio: tu ſi te ita tractatum docuiſſes, &c. *id eſt, malè acceptum.* Attic.67 b, Cæſar Quintum meum, dij boni, quemadmodum tractat honore, dignitate, gratia, non ſecus ac ſi ego eſſem imperator. I. V. 70 b, Commemorat, quàm liberaliter eos tractaſſet, etiam antea. Qu fr.304 b, Hortenſius me ſumma ſimulatione amoris, ſummaq; aſſiduitate quotidiana ſceleratiſſimè, inſidioſiſſimeq; tractauit. I. A.162 b, Non tractabo illum vt conſulem, ne ille quidem me vt cōſularem. Offic.73 b, Cùm tractaretur Atreus, perſonæ ſeruiendum fuit. Epiſt.4 a, Omnibusq; rebus eum ita tractes, vt intelligat, &c. & 119 a, Sic tu, inquit, Hirrum tractaſti. de Orat.111 b, Pertractare animos hominum, & captare eorum voluntates. Qu. fr. 311 b, Tractare aliquem nimis aſperè.

¶ *Suſtineo.* pro Qu. R. 48 a, Tractare perſonam alicuius in ſcena.

¶ *Afficio, verſo.* Orat.205 b, Eloquentię eſt, tractare animos, & omni modo permouere.

¶ *Tango.* Tuſc.249 b, Vt ea quæ guſtemus, olfaciamus, tractemus, audiamus.

¶ *Megero.* I. C 117 a, Deinde ita me in republica tractabo, vt, &c. Ep.209 a, Quo in munere ita ſe tractauit, vt, &c.

TRACTOR, ris *in præcedentibus homonymiam habes.* de Or. 93 b, Omnia quę tractarentur ab oratoribus, dubia eſſe & incerta. Epiſt.103 a, & Att.229 a, Liberaliſſimè atq; honorificentiſſimè tractari ab aliquo. Att.245 b, Id etiam ad dignitatem meam pertinet, eum non modò perliberaliter à nobis, ſed etiam ornatè cumulateq; tractari. pro Plan.262 b, Contentio veſtrûm, quæ tractari ſine contumelia nō poteſt. de Ar.251 b, Cuius arbitrio ſicæ nunc omnes, atque omnia venena tractantur. Att 80 b, Nicanor in officio eſt, & à me liberaliter tractatur. I. V.111 a, Liberaliter tractari ex cibarijs alicuius. * Epiſtol.28 b, Omnis pecunia ita tractatur. ibidem. Quanquam quemadmodum tractarere audiebam.

TRACTVS, ctus. *regio.* pro Planc. 269 b, Totus ille tractus celeberrimus Venafrenus, ſe huius honore ornari arbitratur.

¶ *Curſus, fluxus.* de Orat. 127 a, Quanta fuit hæſitatio tractusq; verborum. & 113 b, Tractu orationis leui & æquabili perpoliuit illud opus. de Diu·128 b,

TRACTVS, a, um. Orat.202 b, In concionibus tracta quædam, & fluens petitur oratio. * Qui nerui, ſicut venæ & arteriæ à corde tractæ & profectæ. de Natur.52 a, Nerui à corde tracti & profecti in omne corpus ducuntur. I. V.263 a, Vacuum tractum eſſe remum. de Cl.166 b, Ab iſto initio tractus eſt ſermo.

¶ *Productus, dilatus.* pro Mil.106 a, Comitia tracta eſſe.

¶ *Raptatus.* I. A.231 a, Corpus tractum & laceratum abiecit in mare.

¶ *Deductus.* de Diuin.95 a, Animos hominum quadam ex parte extrinſecus eſſe tractos atq; hauſtos.

TRADENDVS, a, um. 4. Acad. Cùm hęc omnia audirentur ab ijs, quibus non ſcientia eſſet tradenda, ſed exigui temporis ant falſa aut obſcura opinio. Attic.228 b, Non eſſe tradendas poſteris inimicitias.* Hortenſ. Siue vates, ſiue in ſacris initijsq; tradendis diuinæ mentis interpretes.

TRADITIO, onis. Topic. 223 a, Abalienatio eſt eius rei, quę mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio.

* TRADITVRVS, a, um. pro Syll. 184 a, Cui *filio* honoris integros fructus non ſit traditurus.

TRADO, dis. *do, exhibeo, dico.* Epiſt. 103 b, Sic te Cæſari commendaui & tradidi, vt grauiſſimè diligentiſſimeq; potui. Offi. 41 a, Lælius facile bellum reliquis tradidit. I. A. 256 a, Quem ego iniuſtum veriſſimis maledictorũ notis tradam hominum memoriæ ſempiternæ. Tuſc. q. lib. 5, Tibi nos, vt antea magna ex parte, ſic nunc penitùs totosque tradimus. 1. de Fin. Victi & debilitati obiecta ſpecie voluptatis tradunt ſe libidinibus conſtringendos: nec quid peruenturum ſit, prouident. de Clariſ. orato. 193 b, Totum ei me tradidi, admirabili quodam ad philoſophiam ſtudio concitatus, ad Quint. fr. lib. 1, Hominem comprehendit, & in cuſtodiam Epheſi tradidit. de Prou. conſul. 71 a, Iam verò publicanos miſeros, me etiam miſerum, illorum ita de me meritorum miſerijs ac dolore, tradidit in ſeruitutem Iudæis & Syris, nationibus natis ſeruituti. 8. ad Atticũ. Qui tradidit noſtra, &c. pro S. R. 22 a, Prædia vacua alicui tradere. Epi. 98 b, Totum deniq; hominem tibi trado, de manu (vt aiunt) in manum. & 31 a, Tradere prouinciam alicui. de Orat. 104 b, Cui populus ipſe regendi ſui poteſtatem tradidiſſet. Qu. fra. 308 b, & Epiſto. 256 b, Tradere ſe totum alicui. Epiſt. 70 b, Lacrymis & triſtitiæ te tradidiſti. Luceij. Poſtquam. 200 b, Tradere ſe autorem inimicis reipub. de Prou. 71 a, Tradere aliquem in ſeruitutem alicui. pro Sex. Ro. 28 a, Qos udituros ſperabas, vides iudicare. Offic. 22 b, Qui ſe in Africa Cæſari tradiderunt. pro Syl. 184 a, Id metuit, cui honori integros fructus non ſit traditurus, ne æternam memoriam dedecoris relinqueret. Læl. Qui ſe totos tradiderunt voluptatibus. 2. Philipp. & 1. de Diu. At enim te in diſciplinam meam tradideras. in Som. Scip. Ades, inquit, animo: & omitte timorem Scipio: & quæ dicam, trade memoriæ ad Tironem, lib. 16, Ei te totum trade, &c. de Prou. conſul. & Epiſtol. lib. 3, Per manus hanc prouinciam tradam ei, cui maximè vos velitis. de Inuent. 42 b, Quaſi ex aliqua turbida tempeſtate in portum, ſic ex ſeditioſa & tumultuoſa vita, ſe in ſtudium aliquod traderent quietum. 1. de Diu. 105 b, & 93 b, Qui ſalubri & moderato cultu atq; victu quieti ſe tradiderit. pro Dom. 225 a, 93 b, Alteri Syriam, Babylonem, Perſas, integerrimas pacatiſſimasq; gentes, ad diripiendum tradidiſſes. 3. Verr. Quæſiuit, quis ædem Caſtoris ſartam tectam deberet tradere, Offic. 1, Tradere equum domitori. Tuſcul. q. lib. 1, Tradere poculum alicui * Oecon. 1, Mulieri domeſtica negotia curanda tradidit *natura.* Incer.

*Tunc ſe fluctifero tradit mandatque paroni.*

¶ *Doceo, demonſtro, dico, prodo.* 1. Tuſ. Nam Galbam, Aphricanum, Lælium, doctos fuiſſe tradunt. 3. de Orator. 148 b, Socratis ingenium, variosq; ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit, de Fin. lib. 3, Non facile eſt inuenire, qui quod ſciat, non tradat alteri. de Diuin. lib. 2, 108 b, 104 a, Si optimarum artium vias tradere ciuibus meis. de Orator. 91 b, Qui dicendi præcepta traderent. Topic. 221 a, Tradere & ponere præcepta. de Finib. lib. 4, Tradere aliquid artificio & via Academ. quæſt. edit. 1. lib. 2, Tradere elementa loquendi. *hoc eſt, Grammaticam.* de Finib. lib. 1, Qui hæc ſubtilius velint tradere. Topic. 221 a, Tradere topica alicui. 1. de Legib. 13, Tradere vias non tam iuſtitiæ, quàm litigandi.

¶ *Commendo.* de Inuen. 62 b, Earum nomina multi poëtæ memoriæ tradiderunt. * pro Q. Roſc. 45 b, Memoriæ tradere literarum vetuſtatem.

TRADOR, is. *exhibeor, dicor.* pro Seſt. 27 a, & de Offic. 69 b, Ariſtides, qui omnium iuſtiſſimus fuiſſe traditur. *id eſt, dicitur vel memoratur.* Tuſc. 239 a, Homerus Lycurgi temporibus fuiſſe traditur. de Orator. 93 a, Earum rerum, quæ quaſi in arte traduntur, inſcitia. pro Pomp. 9 a, b, Cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non alienis præceptis, ſed ſuis imperijs eſt tradita. de Orato. lib. 1, 106 b, Virtutē hominibus (ſi modò tradi ratione poſſit) inſtituendo & perſuadendo, non minis & vi ac metu tradi. 3 de Legib. Traditur gratiæ aut autoritati reliqua populi voluntas. 1 de Diuin. Tum quum florebat imperium, decreuit, vt de principum filijs ſex ſingulis Hetruriæ populis in diſciplinam traderentur. 3 Tuſc. Quum verò parentibus redditi, id eſt, magiſtris traditi ſumus, tum ita varijs imbuimur erroribus.

TRADITVRVS, a, um. 4 Academ. Qui quidem etiam pollicenti cuidã, ſe artem ei memoriæ, quæ tum primùm proferebatur, traditurũ, reſpondiſſe dicitur, obliuiſci ſe malle diſcere. pro Flacc. Et qui ſe artem dicendi traditurum etiam cæteris profitebatur, ipſe omnibus turpiſſimis iudicijs conuictus eſt. 4 Acad. Idemque etiam diſputandi & intelligendi iudicium dicas te vt artificium traditurum.



TRADITVR. *dicitur, ſcribitur.* de Leg. 156 b, Sic enim eſt traditum. de Diuin. 139 b, Tenebimus conſuetudinem à Socrate traditam. pro Dom. ſua, 219 b, Hoc eſt nobis à maioribus traditum. de Vniu. 49, Vt traditum eſt ab ijs, qui dijs ortos ſe dixerunt. de Clar. orat. 183 a, Iſocratem dixiſſe traditum eſt, &c. in Parad. & 1. Tuſcula. Nam iſtum doctum & ſapientem virum fuiſſe memoriæ traditum eſt.

† Syntaxis. *Tradere ſe vitio, ſtudijs, amicis. Se totum tradere alicui. Aliquid memoriæ tradere. Plato fuiſſe ſapiens traditur: & Platonem fuiſſe ſapientem, traditum eſt.*

TRADVCENDVS, a, um. de Orat. 154 a, Adoleſcentes à minutis concertationibus ad omnem vim dicendi traducēdos puto. Epiſt. 52 a, Vt antè commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus.

TRADVCO, cis. *confero.* de Pro. 73 b, Inimicitias in viris fortibus non ſolùm extinxit reipublicæ dignitas, ſed etiã ad amicitiam conſuetudinemq; traduxit. Epiſto. 3 b, Vt mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione, ad tuam dignitatem tuendam traducere.

¶ *Adduco.* Attic. 236 b, Sic homines traducere ad optimates paro. de Cl. 195 a, Iudices à ſeueritate ad hilaritatem traducere. Orat. 216 a, Traducere eos qui audiunt, in magnam admirationem. de Nat. 10 a, Traducere partum Iouis ad phyſiologiam. de Diuin. 115 b, Accommodare fabulas poëtarum ad ea quæ dicimus. pro Cl. 48 a, Is traduxit me ad ſuam ſententiam. * de Fin. 106 b, Traducas me ad te totum licebit. Offi. 56 a, Vt poſſe putaret *membrum* ſe valere, ſi proximi membri valetudinem ad ſe traduxiſſet.

¶ *Inflecto, conuerto.* de Orator. 127 a, Tum omnem orationem traduxi & conuerti in increpandam Cæpionis fugam. de Orator. 136 b, Et animos ad noſtram defenſionem conor traducere.) (*. Abducere à contraria defenſione.* Epiſtol. 5 a, Quæ *promulgatio* animos à minore cura ad ſummum timorem traduceret. I. V. 147 b, An ab hac eius infamia nequitiæ veſtros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat?

¶ *Suſtineo.* Attic. 72 a, Vt ſumma modeſtia & ſumma abſtinentia munus hoc extraordinarium traducamus.

¶ *Ago.* de Sen. 94 a, Vitam ocioſam & quietam ſine vllo labore & contentione traducere ad Brut. 285 b, Traducere vitam egregijs factis.

¶ *Produco.* pro Cl. 45 b, Deinde iuſſit equum traducere.

¶ *Protraho, duco.* Epiſt. 52 a, Traducere tempus.

TRADVCOR, is. *trajcior.* de Inu. 74 a, Fluuius ita magnus factus eſt, vt eò traduci victimæ nullo modo poſſent.

¶ *Impellor.* de Legib. 157 b, Ego verò animi pendeo, cum quid exorſus ſum, ſi traducor aliò.

TRADVCTIO, onis. de Diuinat. 106 b, Sed eſt quaſi rudentis explicatio, ſic traductio temporis nihil noui efficientis, ſed primum quidque replicantis. * pro Seſt. 6 b, Fuerat ille annus tanquam in Reipub. magno metu & multorum timore intentus arcus in me vnum, ſicut vulgò ignari rerum loquebatur: re quidem vera in vniuerſam Rempub. traductione ad plebem furibundi hominis ac perditi.

¶ *Eſt & exornatio verborum, quæ facit, vt cùm idem verbum crebrius ponatur, non modò non offendat animum, ſed etiam concinniorem reddat orationem, hoc pacto: Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non poteſt colere.* ad Heren. 28 b.

¶ *Item metonymia.* de Orat. 138 a, Traductio atq; immutatio in verbo.

TRADVCTOR, oris. * Atticar. 28 a, Vt ſciat hic noſter Hieroſolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit.

TRADVCTVS, a, um. *actus.* pro Planc. 265 b, O' adoleſcentiam traductam eleganter. * pro Pomp. 9 a, b, Cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non alienis præceptis, ſed ſuis imperijs: non offenſionibus belli, ſed victorijs: non ſtipendijs, ſed triumphis eſt traducta.

¶ *Adductus.* de Cl. 175 a, Iidem traducti à diſputando ad dicendum, inopes reperiuntur.

¶ *Conuerſus, adductus.* Orat. 201 a, Quæſtio à proprijs perſonis ad vniuerſi generis rationem traducta.

¶ *Terminatus.* de Aruſp. 249 a, Ludi ab lætitia ad metum traducti ſunt.

TRADVX, cis. *ſtirps arboris, vel vitis aliò traducta: Viuiradicem appellant rei ruſticæ autores.* de Sen. 88 a, Malleoli, plantæ, ſarmenta, vites, traduces, propagines.

TRAGICE'. *ſublatè, amplè.* de Clar. 165 a, Rhetoricè & tragicè ornare aliquid. de Orator. 145 a, Res comicas tragicè tractare.

TRAGICVS, a, um. *vt Tragici poëtæ.* de Nat. 12 b, de Clar. 183 a, Grandis, &, vt ita dicam, Tragicus orat. de Orator. 129 b, Sed hæc tragica atq; diuina. I. V. 89 b, Tragico illo Oreſte, aut Athamante dementior. Hortenſ. Dare mihi iubeas indicem Tragicorum, vt ſumam, ſi qui fortè mihi deſunt.

TRAGOEDIA, diæ. *genus poëmatis grande & magnis motibus concitatum. Hinc fit, vt tragœdia pro magnis motibus & flammis animorum ſumatur.* de Orator. 103 b, & 104 a, Nec verò iſtis tragœdijs tuis, quibus vti philoſophi maximè ſolẽt, Craſſe, perturbor. pro Mil. 105 a, Nunc eiuſdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat? de Orato. 127 b, In paruis rebus adhibere non debemus has dicendi faces, neque tragœdias agere in nugis. Tuſc. 225 b, At quas tragœdias efficit? Qu. fra. 326 b, Quatuor tragœdias XVI diebus abſoluiſſe cùm ſcribas, tu quicquam ab alio mutuaris, & κλέος quæris, cùm Electram & Troadem ſcripſeris? & ibid. Iſtas & Erigoniam mihi velim mittas. I. A. 233 a, Quorum alter commentatus eſt mimos, alter egit tragœdiam. de Sene. 81 b, Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit. * ad Heren. 3 a, Fabula eſt quæ neque veras, neque veri ſimiles continet res, vt ea, quæ tragœdijs traditæ ſunt. de Orator. 104 b, His quoque eum tragœdijs liberatum ferebat. Ora. 206 b, Comœdum in tragœdijs, & tragœdum in comœdijs admodum placere vidimus.

TRAGOEDVS, di. *Tragœdiæ actor.* de Orat. 95 b, Vox tragœdorum, geſtus penè ſummorum actorum. Ora. 206 b, Comœdum in tragœdijs, & tragœdum in comœdijs placere vidimus.

TRAHENS, tis. *adducens.* Acad. Vtroſq; audiet trahentes ſe ad ſuas partes.

TRAHO, his. *vi adduco, impello.* de Diu. 98 a, Magnes lapis eſt, qui ferrum ad ſe allicit & trahit. pro Pomp. 7 a. Non poſſunt vna in ciuitate multi rem atque fortunas amittere, vt non, plures ſecum in eandem calamitatem trahant.

¶ *Ago.* Anteq. 194 b, Vt vos hîc tutam tranquillamq; forfortunam traheretis.

¶ *Adduco* ad Her. 2 b, Trahere aliquem in inuidiam.

¶ *Duco ſumo.* de Inuen 65 b, Ducere, ſumere, trahere coniecturam ex aliqua re.

¶ *Sumo.* pro Corn. 96 a, Trahere ſpolia de hoſtibus.

¶ *Habeo, accipio.* Epi. 47 a, Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie & peſte reipub. moleſtiam traxerit.

¶ *Obtineo.* I. A. 192 b, Regio Martia, quæ à Marte traxit nomen.

¶ *Addiſco.* I. A. 164 a, Aliquid enim ſalis ab vxore mima trahere poteras.

¶ *Sortior.* I. A. 186 b, Qui ex contumelia cognomen traxit.

¶ *Traduco, produco, tardo.* pro Mil. 106 a, Comitia tracta eſſe: *id eſt, dilata.* Att. 160 a, Si trahitur bellũ, quid expectem? & 252 a, Quinetiam idcirco trahebam, vt quam diutiſſimè integrum eſſet.

TRAHOR, ris. *rapior.* Anteq. 195 b, Serui, qui ad ſupplicium trahuntur. * Ep. 110 a, Trahantur per me pedibus omnes rei. Att. 65 a, Per me iſta pedibus trahantur.

¶ *Allicior.* Offic. 4 b, Omnes ducimur & trahimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem. pro Arch. 190 b, Trahimur omnes laudis ſtudio.

¶ *Exhaurior.* de Diuin. 103 a, & de Nat. 31 a, Ex puteis iugibus aquam calidam trahi.

¶ *Inducor.* Orat. 207 b, Omnis ratio, quæ ad dicendum trahi poſſit.

TRAIECTIO, onis. *tranſiectio.* Attic. 133 a, Cautior certè eſt manſio, honeſtior exiſtimatur traiectio. de Diu. 80 a, Aſſyrij traiectiones motusq; ſtellarum obſeruauerunt. de Ora. 162 a. Tum augendi minuendíve cauſa veritatis ſuperlatio atq; traiectio *eſſe debebit.* * ad Heren. 28 a, Si verborum traiectionem vitabimus, niſi qui erit concinna. Ora. 219 b, Vtitur ea traiectione verborum. de Diui. 111 b, Nondum dico, quàm hæc ſigna nulla ſint, &c. ſtellę traiectio: de quibus ſingulis dicam ſuo loco: nũc de vniuerſis. de Diu. 121 a, Ita te nec traiectio ſtellæ, nec faces viſæ terrebunt.

TRAIICIO, cis. *tranſeo.* Atticr. a 116 a, Et ſi terra quidem, quî poſſim? ſi mari, quò traijciam?

¶ *Traduco.* Epiſtol. 149 a, Exercitum Rhodanum traieci. & 150 a, Rhodanum copias traieciſſem. & 154 a, Dum Brutus copias traijceret. Epiſt. 172 a, Si ſe Alpes Antonius traiecerit. & 174 a, Si quo caſu Hiſaram ſe traiecerit.

¶ *Aufero, colligo, cogo, transfero.* in Sal. 275 a, Ex Africa tantum hic exhauſit, quantum potuit aut fide nominum traijci, aut in naues contrudi.

¶ *Tranſilio.* de Fin. 111 a, Murumq; iaculo traiecit.

¶ *Transfero.* Ora. 220 a, Traijcere verba.

TRAIECTVS, a, um. Poſtq. 202 b, Marius cum parua nauicula traiectus in Africam. *Alij trauectus, alij peruectus legunt.*

TRALATIO, onis. *translatio.* Epiſtol. 263 a, Vt ſit, quomodo Theophraſto placet, verecunda tralatio.

TRALATITIVS, a, um *translatitius, translatus.* Epi. 37 a, Hoc verò caput, ex quo ſuſpicio nata eſt, me exquiſiſſe aliquid in quo te offenderem, tralatitium eſt. & 115 a. Noſti enim hæc tralatitia. Att. 5 b, Alterum caput eſt tralatitium.

TRALLES, ium. *oppidum.* Att. 65, & cont. Rul. 74 a.

TRALLIANVS, a, um. pro Flac. 257 a. Or. 220 a. I. Ant. 186 a.

TRAMES, tis. *ſemita.* I. A. 244 b, Non idem in Apennini tramitibus potero facere? & 250 a, Egreſſus eſt non vijs, ſed tramitibus paludatus.

TRANO, as. *quaſi tranſno, traijcio.* de Somn. 129 b, Num cuiuſquam noſtrûm nomen aut Caucaſum tranſcendere, aut Gangen tranare potuit? Toto genere hoc igneo, quod tranat omnia, ſubtilius explicato.

TRANQVILLE` *placatè.* Orato. 205 b, Tranquillè & leniter. Tuſc. 195 b, Tranquillè, placidè traducere vitam. Attic. 82 a, Velim tranquillè à Parthis.

TRANQVILLITAS, tis. *placatio, ſecuritas, εὐθυμία.* de Ora. 85 a, Locus quietis & trãquillitatis pleniſſimus. pro Mur. 137 a, Qui remoti à ſtudijs ambitionis, ocium ac tranquillitatem vitæ ſecuti ſunt. Offic. 14 b, Vt tranquillitas animi adſit, quæ afferat cùm conſtantiam, tum etiam dignitatem. de Fin. 129 b, Securitas eſt animi tanquam tranquillitas. I. P. 81 a, Lex Aelia & Fuſia propugnacula, muriq; tranquillitatis atq; ocij. Attic. 97 a, Nos longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus. * Acad. 25 a, Si iam ex hoc loco proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta, probo nauigio, bono gubernatore ac tranquillitate. pro Marc. 135 a, Eaque *Republica* tu inprimis compoſita ſumma tranquillitate & ocio perfruare. Tuſc. 211. a, In participe rationis *parte animi* ponunt tranquillitatem, id eſt, placidam quietamque conſtantiam.

TRANQVILLO, as. *placo.* de Fin. 59 a, Quod tranquillet animos. Top. 229 b, Vt aut perturbentur animi, aut tranquillentur.

TRANQVILLVS, a, um. *ſedatus, pacatus, placatus, lenis, omni perturbatione carens.* Attic. 105 b, Cætera videntur eſſe tranquilla, tranquilliſſimus autem animus meus. pro Cl. 46 a, Mare, quod ſua natura tranquillum eſt. de Fin. 63 b, Placata, tranquilla, quieta, beata vita. de Ora. 87 b, Pacatæ & trãquillæ ciuitates. Or. 214 a, Iſocrates in faciendis verbis trãquillus. Tuſc. 197 a, Tranquilla & ſerena frons. Epiſt. 51 a, Tranquillus animo. Offic. 20 b, Appetitus ſint tranquilli, atq; omni perturbatione animi careãt. de Sen 92 b, Tranquillo animo eſſe, & tranquillo animo conſiſtere. * Tuſc. 211 a, Semper mens erit tranquilla ſapientis.

† Syntaxis. *Vrbs tranquillitatis plena. Ocium, & vitæ tranquillitas. Aucupari tranquillitatem. Tranquillare.* )( *perturbare animum alicuius. Placatum, tranquillum, quietum, beatum. In verbis faciendis tranquillus. Animo tranquillus.*

TRANS. Att. 191 b, Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare. de Diuin. 111 a, Si ſciſſet ſibi trans Euphratem eſſe pereundum. pro Qu. 2 b, & 14 b, Næuius trans alpes vſque transfertur, pro Mil. 115 b. Domino trans ripã inſpectante. Ep. 26 b, Trans montem Taurũ etiam de matrimonio eſt auditum. de Inu. 52 a, Ego eo ipſo tempore trãs mare fui. de Inu. 47 b, Vt qui trans flumen eſſent, videre poſſent.

TRANSACTOR, oris. I. V. 122 b, Timarchides rerum omnium tranſactor & adminiſter.

TRANSACTVS, a, um. *confectus, abſolutus.* de Ora. 110 a, Sed tranſactis iam meis partibus ad Antonium audiendũ veniſtis. Tuſcul. 221 a, & ad Heren, 7 b, Rebus iam tranſactis & præteritis. I. C. 114 a, Atq; illud quod faciendum primum fuit, factum atq; tranſactum eſt. Quin. fra. 307 b, & 308 a, Sed res multis querelis de Repub. interponendis, nulla tranſacta eſt. I. V. 124 a, Tranſacto aut dilatato iudicio. ad Her. 7 b, Tranſacto negocio, & re tranſacta, I. V. 107 c, Prima actio VIII diebus à nobis tranſacta eſt.

TRANSALPINVS, a, um. Epiſt. 134 a, Tranſalpinæ nationes. Poſtq. 207 b, Cognatio materna tranſalpini ſanguinis. Offic. 38 b, Tranſalpina bella. in Verr. 132 a. Aegritomanus tranſalpinus. pro Mur. 145 a, Tranſalpina Gallia.

TRANSCENDO, dis. *tranſeo.* I. C. 119 a, Hoc malum manauit non ſolùm per Italiam, ſed etiam tranſcendit alpes. de Somn. 129 b, Num cuiuſquam nomen aut Caucaſum tranſcendere potuit, aut Gangen tranare?

TRANSCRIBO, bis. *exſcribo, deſcribo.* de Nat. 74 b, Qu. Soſius, qui tranſcripſit tabulas publicas. ad Heren. 25 a, Si veſtra manu fabulas aut orationes totas tranſcripſiſſetis.

* TRANSCRIPTVS, a, um. pro Clu. 45 b, Oppianicus teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum ſignis adulterinis obſignauit.

TRANSCVRRO, ris. *prolabor.* de Cl. 191 a, Alexander, & Cyrus, qui ſuum curſum tranſcurrerant. ad Heren. 34. Ne ſine delectu temerè videatur in rem diſſimilem tranſcurriſſe.

* TRANSDVCO, cis. I. V. 221 a, Vt conarere clientelam tam ſplendidæ prouinciæ tranſducere ad te.

TRANSENNA, næ *feneſtra, cancelli.* de Orator. 98 a, Eam copiam quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim aſpeximus.

TRANSEO, is. *traijcio, tranſmitto, tranſcendo, tranſgredior, prætervehor,*